

res eius ipso facto sententiam excommunicationis incurrant, quam ex nunc in illum casum ferimus in eisdem. Quod si infra alium mensem, prædictū vnū mensem immediate sequentē, in huiusmodi negligentia seu omissione perstiterint, tota terra sua, videlicet prædictū Portugallia & Algarbij regnum, eo ipso ecclesiastico subiaceant interdico. Et si adhuc per tres alios menses in illorum adimpletione cessauerint, subditi & vassalli eorumdē Regum ab obseruatione iuramentorum fidelitatis & homagij, quibus sibi obligati existunt, sint penitus absoluti, sibi que respondere in aliquo minime teneantur, quamdiu in huiusmodi pertinacia permanebunt: nec Rex idem & successores iure patronatus, si quod in ecclesijs dicti regni, quamdiu in huiusmodi contumacia & excommunicatione permanserint, vti possint. Si autem memoratus Rex aut successores sui post promissiones & obligationes prædictas, iuramenti præstationem, litterarum suarum pacis & securitatis concessionem huiusmodi contra prædicta venerint, vel aliquod præmissorum; & infra similes terminos, postquam denuntiatum fuerit eis per diocesanos loci, in quo Rex præfatus sui successores sui veniendo contra præmissa exceßerint; vel per eius vicarium ipso absente, aut eius ecclesia vacante cum consilio & assensu duorum coepiscoporum regni eiusdem, tunc in regno ipso præsentium, super ijs satisfacere forte contempserint; pœnis expressis superius ipsos decernimus subiaccere: a quibus absoluti non possint sine mandato sedis Apost. specialiter. Assumendi autem in barones, consiliarios, & alios officiales publicos; seu etiam iam assumpti, si eorum quæ iurauerint, fuerint transgressores, nisi exinde infra mensem satisfecerint competenter, laici eo ipso sententiam excommunicationis incurrant; clerici vero & eadem ligati sententia, & obtentis beneficijs sint priuati, & inhabiles ad alia obtinenda. Nulli ergo, &c. *Dat. Belliquadri II. non. septemb. anno IV.*

28 Meminit huius constitutionis Antonius Brandanus in historia Lusitanica a. At non his repressa est Alfonso Regis licentia, nec ob consecutam Gregorij mortem ea constitutio mandata b. operi. Extincto vero Alfonso, cum Dionysio successore agitata a Martino IV. de ecclesiastica libertate tuenda in Lusitania, visuri sumus. Cum vero iam instituta sit de apostolico in Regibus ad officium reuocandis zelo oratio, insignis sanctissimi Pontificis in Iacobo Rege Aragonum, qui voluptatum lenocinijs corruptus alienam uxorem rapuerat, increpando exemplum afferemus. Proposuit ei ob oculos tum quam hæc ab egregijs illis suscipienda pro Christi fide Asiaticæ expeditionis, cui in Lugdunensi concilio se deuouerat, aliena essent; tum facinoris fœditatem, cuius exemplo inficerentur subditi, diuinæ iustitiæ seueritatem, vitæ inconstantiam; denique censurarum ecclesiasticarum terrorem incussit.

Regi Aragonum illustri.

Vtinam, fili charissime, regalis circumspectio consultius attendisset, quantum Deo gratus, vt credimus, & hominibus acceptus, vt scimus, laudabilis tuus ad Lugdunense concilium aduentus exstiterit; quantum titulis regis deuotionis adiecerit, & claritatem tui nominis ampliari; quam efficaciter tua pia & liberalis oblatio, in Terræ sanctæ subsidium de regali magnanimitate procedens, ad ipsius terræ negotium exemplari suggestionem præsentem animauerit & absentes; quantum ista te, licet tuis meritis nobis & eccle-

sia Romonæ præcharum ab olim, nostris & ipsius Ecclesiæ imprefertim intimis, & nos ac ipsam ad conseruandæ tuæ salutis & famæ sollicitudinem obligarint. Profecto si hæc discouisses attentius, si attentam discussione librasse, aduertisses apertius quanta erat diligentia præcauendum, ne in aliquid labereris, quod tanto tibi merito verisimiliter præparato detraheret, tam clares tuos actus inficeret, vel famam tuam longe lateque diffusam minueret, aut infamia nebulis obscuraret. Nec minus tibi liquido patuisset, quod si huiusmodi lapsus incideret, charitas in nobis ad te radicata non sineret illum præteriri silentio, vel desidia taciturnitatis obduci. Nunquid enim, quod apud omnes communis iam fama non occulit, pater apud charum filium occultabit? Nunquid potest paternus affectus ad filij salutem non affici? de illius infamia non affligi?

29 Ecce, fili, non solum periculum salutis tuæ ingeritur; immo nisi correctionis, & satisfactionis remedio tibi celeriter consulas, tota perit, adeo vt si non occurras in tempore, post tempus sero succurras. Ecce super famam tuam non tantum densitas caliginosæ nubis oppanditur; sed fama eadem totaliter denigratur. Si quidem tu Rex, vt te ipsum & alios regas & dirigas, proh dolor! per indirecta laberis, & per inuia præceptis ruis. Tu Rex, vt subditos tuos ab aliorum iniurijs sub alarum tuarum vmbra tegas, & protegas, ac iura ipsorum regali virtute potentia tuearis; si te veritatis intuearis in speculo, ipsis subditis nimis nimirum apparebis iniurijs: non enim in quibusuis rebus, aut iuribus eorum iniuriaris eisdem, sed cuilibet in altera corporis sui parte, dum quod quisque tam manifeste iniuriosum sentit, in proximo veretur, & horret probabiliter in seipso.

Nunquid non plenum iniuria, & horrore, quod sicut publica & communis assertio, non tam murmurat, quam vulgari clamore publicat & diuulgat, cuiusdam nobilis tui vassalli coniugi violenter abductæ, quasi ductus in rationis exilium, damnato adhæres consortio, amplexibus ipsam nefarijs & adulterinis amplecteris, & non sine notæ grauis infamia notorie detines concubinam? O scelus! O nefas! O dedecus, regale, decus præcipue dedecens! O res maturitati atatis incongrua, & eminentia tantæ dignitatis indigna! Non attendis, quod ætas tua cupidinis arcus nunc saltem abiecit debuerat, ne turpius abiecta relinquatur ab illis? Nonne nosti, quod vassallus domino debito fidelitatis astringitur, & vasallo dominus in sui suorumque tutamen fidem seruare tenetur? Nunquid illi fidem obseruas cui contra iuris obseruantiam uxorem iniuriosus abducis? Non horres adulterij facinus, horribile matrimonialis coniunctionis Actori, horrendum hominibus, quorum separat charitatem? Sunt ne ista preparatoria via tuæ peregrinationis, quam in Terram illam tam laudabiliter, tam publice obtulisti? Num te latet quod maculas criminum oportet abstergere, vt Deo acceptabiliter feruiatur? O quantis te discriminibus subijcis, dum per altitudinem status, velut speculum in specula positus, tot in alios perditionis exempla transmittis!

30 Quia vero hæc licet interdum in alijs humilitas conditionis occultet; in te tanto patent latius, quanto amplius ea regalis excellentia manifestat; ideoque prædictæ salutem filij negligere, dilectionis singularitate cogente, non possumus; & officij debito exigente silere non sinimus; ser-

Ipsius salutem & gloriam periclitari.

Acerrima sceleris ob iurgatio.

Incussit illi censuram.

nita-

Anton. Brandan. lib. 15. march. Lufran. c. 41 in Alfonso. 111. Martin. IV. an. l. 4. 11. Corripit Pont. Regem Aragonum adulterum. Essant. 1097. lib. in. tit. 104. Vallis. pag. 34.

Obijcit a priori pio casu de scelerate.

nitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur in Domino, per asperionem sui pretiosi sanguinis obtestantes, quatenus saltem vitæ tuæ vesperum dedicaturus Altissimo, ne te obdormire contingat in morte, a tanti facinoris vinculis te prorsus absolvas; abiures adulteram & eam restituas viro suo, ne Creatorem tuum per hæc non immerito prouocatum, quem peccati tui vsque adhuc dissimulatorem contempsisse dignosceris, tandem grauius experiaris vltorem. Sciturus, quod cum non sit deferendum homini contra Deum, quantumcumque te geramus in visceribus charitatis, omittere non possemus, quin si opus fuerit, nostrum in ijs officium exequamur. Cæterum petimus quod, cum hæc de paterni pectoris dulcedine prodeant, sic in filiali mente recepta dulcescant, vt quod salubriter suggerimus, humiliter adimpletum absque morosa dilatione rescribas. *Dat. Belliquadri viii. kal. aug. ann. iv.*

Pontificia monita grauius accipit Iacobus. *Lib. 4. ep. cur 16. Cod. Vall. pag. 55.*

31 Accepit animo iniquiori pontificia monita impudicus Rex, eorum instar, qui vulnera medicantis manu tractari exhorrescunt, crimine nouo excusare crimine non erubuit. At repetitis literis Pontifex illum vrgere non destitit, vt e cæno emergeret: mortis periculum, de uera iam illius in senium ætate; diuina iudicia, si in flagitio e vita discederet, intentare: denique anathema atque interdictum ecclesiasticum incutere.

Regi Aragonum.

Scimus quod amara est potio bibentibus illam: sed non eo minus agris indigentibus, quantum renitentibus propinatur. Sic nec medicus animarum, pastor videlicet ad illarum custodiam deputatus, spirituale illis etiam renuentibus curam subtrahit, aut subditos curare omittit inuitos. Nunquid igitur, quia, sicut tua manifesta uit epistola, tu de benigna, salubri, & iusta monitione nostra iniuste conquereris, erit in ore nostro verbum Domini alligatum? Num secundum Apostolum peccantem publice arguere non licebit, sed te quasi iam in peccato sopitum patiemur in illo decedere; sanguis autem tuus de nostris manibus a Domino requiretur? Num clamare cessabimus, si tu peccare non cessas: cum tamen ore prophetico iubeamur quasi tubam vocem in annunciandis populis Domini sceleribus exaltare? O fili, dolemus ex intimis: dolemus proculdubio vicem tuam; & tibi, si tamen tu doleas, condolemus, quod sic medentis consilium aspernaris, sic tuæ salutis respicis medicinam, vt videaris accedere ad cor durum: dum nec in patulo patentibus patienter patris correctionem pateris, nec paternis monitionibus emolliris, nec commonitionibus iustis cedis, vt significationibus tibi datis, a facie arcus fugias censuram præsentis iustitiæ comminantantis, & denuntiantis inuitabile, nisi resipueris, iudicij futuri periculum, quod saltem in die humani exitus, quantumcumque differendi, nihilominus tamen celeris & vicini, terribile imminet.

32 Nonne dolor? Nonne pudor tantum principem sic pellectum a pellice, vt ipsius amplexus nefarios te voce propria confiteri non pudeat? quod illos sic impudenter diutius publicasti, vt eos iam non sufficias diffiteri? quod ad excusandas excusationes in peccatis pulchritudinem illius allegas? & quod illam non violenter abduxeris, immo voluntariam voluntarius recepisti? non attendens quod si te illius cepit species & decepit, hoc peccatum non minuit; sed eo magis augmentat, quo maiori ad eam duceris volupta-

te: nec eius consensus excusat etiam violentiam, sed accusat. Nam quantumcumque abducta consentiat abducenti; ius tamen perinde punit violentiam & rapinam, sicut non interueniente consensu: ab insidijs etenim nequissimi hominis hoc ipsum velle mulieris præsumit inductum, adijciens quod nisi eam sollicitaret, nisi odiosis circumueniret artibus, nunquam faceret eam velle sese in tantum dedecus exhibere. Dicitæ præterea tenor epistolæ in tanti facinoris velamen adiecit, quod is qui eam, quam tibi damnato contubernio sociasti, quasi coniugem detinebat, eius nec vir erat, nec poterat esse legitimus, vtpote alij antea copula maritali coniunctus: vnde contubernali eidem te in hoc fidem asseris debere seruare, vt nequaquam ipsam illi restituas, qui pro eo, quod tibi adhæsit, verisimiliter animam suam quaerit. Sane nisi permisisses tuum in hac parte superari sensualitate iudicium, regalis circumspexio & attendisset apertius, quam sint hæc a rationis cuiuslibet tramite aliena, & ab illis consultius desistisset. Nostri enim, quod & si haberet huiusmodi fictio veritatem; nulla tamen in talibus, quæ tantum ecclesiasticum forum respiciunt, tibi est permessa cognitio: nec licuit certe, nec deuit inter illos, qui se maritali tractabant affectu, per Ecclesiam non celebrato diuortio, quasi quadam executione definitiuum calculum præuenire, illam, quæ pro vxore saltem habebatur, vel abducendo per violentiam, vel in nefarium consortium spontaneam admittendo: quam nec, etiam si constaret, ipsam a cuiuslibet viri lege solutam, tu adhuc alij alligatus; non obstante diuortij sententia, quam asseris pro te latam, cum & tu ipse fatearis eam appellationem suspensam; non posses sine metu, immo & reatu adulterij retinere. Nosti, vel nosse debes, quod nec seruandæ fidei, quo vteris velamentum, nec periculum, quod superinductæ imminere prætendis, si viro reddatur, suffragium alicuius excusationis adducunt: cum, sicut scriptum est, in huiusmodi sic illicitis, sic damnatis plus placeat Deo etiam iuramenti transgressio, quam obseruatio pactiois, & contra viri fæuitiam, alia per iura remedia sint prouisa.

33 Quia vero ijs non leue pondus adijcit eminentia status tui; cum crimen in sublimioribus eo ipso conspectius, tanto profecto damnabilius habeatur, quanto perniciosius solet esse subditis per exemplum, qui superiorum suorum in hoc etiam captando gratiam, illorum se fatagunt moribus conformare; nos tuis & ipsorum obuiare periculis, nec non & saluti consulere magnopere cupientes, & cum hucusque in profundo tui pectoris vulnera lenia paternæ monitionis fomenta non senseris, acerbioris executionis præcisione, nisi nunc saltem nostris monitis acquiescas, non immerito æstimantes vtendum; regalem excellentiam monemus, rogamus, & hortamur attente, sub interminatione diuini iudicij obtestantes, quatenus omni occasione, contradictione, ac mora postpositis, ab adultera prædicta omnino abstineas, & eam a te prorsus abijciens, ipsam infra octo dies a præsentatione præsentium secure per honestas personas deduci facias ad aliquem honestum locum & tutum, quem venerabiles fratres nostri archiepiscopus Terracoenensis & episcopus Dertusensis, vel alter ipsorum ad hoc duxerint deputandum, inibi moraturam, donec sibi per eos, vel eorum alterum, de sufficienti securitate prouiso, restitui valeat viro suo: alio-

Iterum corrumpitur a Gregorio.

Curâ eius animæ sibi commissâ significat.

Iudicij diuini & mortis terrorem obijcit.

quin personam tuam excommunicationis, terram vero, ad quam te aut ipsam adulteram peruenire contigerit, donec inibi fueris tu vel ipsa, interdicti sententijs, quas ex nunc ferimus, volumus subiicere: non obstante qualibet indulgentia tibi ab Apostolica sede, sub quacunq; verborum forma, vel expressione, concessa, per quam tibi forsitan sit indultum, quod excommunicari nequeas, seu quod terra tua supponi non possit ecclesiastico interdicto. Volumus enim omnem immunitatem in hoc casu cessare, & quo ad impediendum, aut differendum præmissa mandatum, seu processum nostrum quamlibet indulgentiam prorsus viribus vacuumus, ac decernimus omnino carere. Dat. Vienna x. kal. octob. anno 1v.]

34 Extant eo argumento ad archiepiscopum Terraconensem, atque episcopum Dertufensem literæ a, vt obiecto anathematis atque interdicti terrore ad adulteram ab eius consortio diuellendam, ac viro restituendam studium collocarent: Cum non sit deferendum homini contra Deum, & quia dictus Rex salubria patris monita respiciens, quibus deuotus obtemperare debuerat, nobis ad sui excusationem quasdam literas, non tamen excusatorias destinauit; per eas huiusmodi facinus nequaquam inficiens, sed inuerecunda sua confessionis testimonio asseuerans; nos tantum sue salutis dispendium absque remedio præterire nolentes, sibi alias nostras literas sub certa forma dirigimus, vobis per latorem presentium exhibendas, & vestro vel alterius vestrum ministerio Regi presentandas eide; inter cætera continentes, vt ab eadem adultera omnino abstineat, & eam a se prorsus abiciens, ipsam infra octo dies a presentationis literarum earundem tempore numerandos secure per honestas personas deduci faciat ad aliquem locum honestum & tutum, quem vos vel alter vestrum ad hoc duxerit deputandum, inibi moraturam, donec sibi per vos, vel vestrum alterum de sufficienti securitate prouiso, restitui valeat viro suo. Alioquin ipsius Regis personam excommunicationis, terram vero, ad quam ipsum, vel illam peruenire contigerit; donec ipse vel illa ibidem fuerint, interdicti sententijs, quas ex tunc protulimus, volumus subiicere.

35 Hæc Vienna scribebat Gregorius: in qua vrbe, dum consistebat, Amedæum præfecit Valentinae ecclesiæ, in qua olim Pontificem diuino cultui mancipatum fuisse ex eius literis pridie kal. octobris exaratis colligitur: Fore, inquit, non valemus immemores; quinimmo frequenter ad memoriam reuocamus, quod præfata nos olim ecclesia, sicut et filium, maternis pertractauit affectibus, suarumque nobis uberum pocula propinauit: ideoque cum iam recognoscat in patrem quem in filium cognoscebat, &c. Pluribus verborum officijs benevolentiam singularem in Valentinae ecclesiam ostendit. Nec mora: promissa ornauit operibus, ac Diensem episcopatum illi coniunxit b: Valentinae & Diensem ecclesias propter urgentem necessitatem & euidentem utilitatem ipsarum, de quibus nobis & eisdem fratribus consulti euidenter; de ipsorum fratrum consilio, præsertim cum ad hoc etiam vicinitas locorum inuitet, & de apostolica plenitudine potestatis vnimus; auctoritate presentium stantes, vt statu præsumus, qui nunc præsentem eisdem, sine immutatione aliqua remanente, integro tandem, quouis ipsorum cedente, seu etiam decedente, sic vna sit earundem ecclesiarum episcopalis dignitas, quod superstes sit episcopus vtriusque, Valentinus & Diensis episcopus nominandus: ac deinceps ecclesie ipsa vno & eodem antistite, simili quin potius

eadem intitulatione vsuro, perpetuis temporibus gubernentur. Cuius electionem in ipsis ecclesijs alternis vicibus, sed in Valentina primo, ab vtriusque canonicis, vocem in eadem electione quasi corpus vnum seu collegium pariter habituris, decernimus celebrandam. Quotiens autem noui pastoris creatio imminet, illorum sit eorundem canonicorum ecclesie vtriusque vocatio, quibus in illa ecclesia, cui ea vice sortem electionis huiusmodi vicissitudo concesserit, us vocationis eiusdem antea competeat. Et canonici alterutrius ecclesie, dum in illa, in qua tunc est electio facienda, propter hoc presentes fuerint, distributiones in ea quotidianas percipiant, & in omnibus alijs pro ipsius canonicis admittantur. Sed alias, quoad canonicatus, præbendas, & obuentiones quaslibet canonici earundem ecclesiarum in discretione, siue diuisione remaneant consueti. Cæterum ne consuetudinum in eorundem canonicorum vocatione diuersitas occasionem aliquam inter eos altercationis inducat, illos tantummodo canonicos ad electionem vocari statuimus, qui tunc temporis fuerint in eadem prouincia Viennensi. Dat. Vienna vii. kal. octobris anno 1v.

36 Intendebat iter Lausanam Pontifex, vt cū Rodulpho Rege Romanorū, a quo iam ante ad id sollicitatum vidimus, iniret colloquium. De cuius aduentu hæc annalium Colmariensium auctor: a Pridie nonas octobris, Gregorius Papa venit Lausanam. Rex Rodulphus venit ad eum festo Luca cum Regina & pene cum liberis suis vniuersis. Et infra: Rex plusquam dcccc. marchas expederat in vestes pretiosas. Papa Regi consuluerat, vt Romam ad festum Pentecostes cum duobus millibus militum veniret, vt eum in Imperatorem Romanorum solemniter coronaret. Verum ex literis pontificijs, suo loco afferendis, festum omnium sanctorum diem præfixum constat. Eadem Bernardus b quæ annales Colmarienses, additque Rodulphum Æmiliam atque exarchatum Rauennæ Pontifici restituisse: Peruenit, inquit, nimirum Pontifex, Vienna Lausaniam: vbi dictus Rodulphus Rex cum Regina uxore sua filijsque & filiabus suis veniens, iuramentum eidem Papæ fecit, & Romaniolam cum exarchatu Rauenna ecclesie Romane restituit. Consonant Bernardo Ptolemæi c Lucensis verba: Tunc tradunt, inquit, historici, quod iuramentum præstitit summo Pontifici fidelitatis Romana ecclesie de conferuando ipsam, quod habetur dist. LXIII. cap. Tibi Domino: tunc etiã restituit Ecclesia comitatum Romandiola cum exarchatu Rauenna. De Romaniola recuperata a Nicolao III. dicitur inferius.

37 Fuisse porro illud sacramentum fidei, quo Romanorum Reges Christi vicario magna sui gloria se deuincire solent, ex Clementis V. constitutione a confirmatur; præstititque tum Gregorio Rodulphus, quæ ab ipso exegisse Pontificem vidimus; vt nimirum promissa ab Othone regij sigilli præfecto, alijsque oratoribus in concilio Lugdunensi confirmaret. In ecclesia enim Lausanensi cincto Cardinalium & principum corona Pontifici Rodulphus obsequium solemniter ritu concepta hac verborum forma e denouit; Rauennæque exarchatum, & alias Ecclesie terras defensionum, sponpondit, nec vnquã sedi Apost. si ob decretos sibi Cæsarium apices bello appeteretur, defaturum.

In nomine sanctæ & indiuidua Trinitatis. Ego Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex sempiternus Augustus vobis domino meo sanctissimo, & patri clarissimo Gregorio, diuina prouidentia Papæ decimo, vtriusque successoribus; presentibus subscriptis prælati-

Electione ab vtriusque ecclesie canonice celebranda statuit.

Vienna Lausanam se confert Greg. a Annal. Dom. Colmar. p. 1. hoc ann. Prol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 4. Rodulphus ipse in eavibe conuenit. Statuitur dies quo insignia Imp. Romæ accepturus sit. b Bern. in chr. Rom. Pont. Restituit ecclesie Romano lam atq; exarchatu c Prol. Luc. hist. eccl. l. 23. c. 4.

d Ext. Cle ment. l. 2. c. Rom. Promissa Lugduni ab oratoribus corroborata Rodulpho e Extat. 10. 3. prul. Rom. eccl. pag. 199. et M. S. cod. Vall. bibl. sign. lit. D. nu. 1. pag. 69. & M. S. sig. lit. B. 12. pag. 237

Detrecta. anathe. ma incu. tu. Data archiep. Terraconensi ea de re imperio. Eod. cod. Vall. pag. 115. Valentina ecclesie huius fuisse profertur Greg. Lib. 4. 19. 38. Diensem episcopatum illi coniungit. De eo diploma Greg.

De tueda
 ditione
 ecclesiasti
 ca.

Præcipuas
 illius ter
 ras enu
 merat.

Siciliam
 defensurū
 pollicetur

is, principibus, & nobilibus Imperij; spondeo, polliceor, & promitto, & iuro, quod omnes possessiones, honores, & iura Romana ecclesie pro posse meo bona fide protegam & seruabo. Possessiones autem quas ecclesia Romana recuperauit, liberas, & quietas sibi dimitam, & ipsam ad eas retinendas bona fide iuuabo. Quas autem nondum recuperauit, adiutor ero ad recuperandum, & recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor: & quæcumque ad manus meas deuenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra qua est a Radicophano vsque Ceperanum, exarchatus Rauennæ, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissa Matbildis, comitatus Brittenorij cum adiacentibus terris expressis in multis priuilegijs Imperatorum a tempore Ludouici. Has omnes pro posse meo restituam, & quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo. Veruntamen cum ad recipiendum coronam Imperij, vel pro necessitatibus Ecclesie ab Apostolica sede vocatus accessero de mandato summi Pontificis, accipiam procuracionem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum & defendendum ecclesie Romanae regnum Sicilia. Vobis etiam domino meo Gregorio Papæ & successoribus vestris omnem obedientiam, & honorificentiam exhibebo, quam deuoti & catholici Imperatores consueuerunt sedi Apostolicae exhibere. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subueniam ei, sicut necessitas postulauerit in expensis. Omnia vero prædicta tam iuramento, quam scripto firmabo, cum Imperij fuero coronam adeptus. Præter reuerendum autem cætum dominorum Cardinalium; videlicet venerabiles patres Petri Ostiensem episcopum, Ancherū S. Praxedis, G. tit. S. Marci presbyteros, Othobonum S. Adriani, Iacobum S. Mariae in Cosmedin, Gotifredum S. Georgij ad velum aureū & Mattheum S. Mariae in Porticu diaconos Cardinales, qui vobis tunc temporis assistebant; prelati, principes, & nobiles Imperij, coram quibus iuravi, hi sunt. Ademarum Lugdunensis, Odo Mediolanensis, Bonifacium Rauennas, Iacobum Ebredunensis, Odo Bisuntinus archiepiscopi: Ioannes Leodiensis, Stephanus Parisiensis, Rodulphus Constantiensis, Henricus Basiliensis, Guillelmus Lausanensis, Henricus Tridentinus, Amedeus Valentinus, Raymundus Massiliensis, Aymo Gebennensis, Alanus Sistaricensis episcopi, Gerardus electus Viridunensis, Ludouicus comes Palatinus Rheni dux Bauaria, Fridericus dux Lotharingie, Conradus dux de Teche, Fridericus Bugrauius de Nuremberch, Albertus & Bucharus comites de Oumberch, Emicho & Fridericus comites de Lininger, Eberhardus comes de Chazenellenpogen, Siguerus comes de Verde, Tibaldus comes de Ferreto, Henricus comes de Vriburch, Ludouicus comes de Hohemberch, Hermannus de Sulz, Mangeldus comes de Nellemerch, & Eberhardus comes de Habisburch. Vt autem hæc omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosanctæ Romanae ecclesie summo Pontifici, vestrisque successoribus per nos & nostros successores Romanorum Reges & Imperatores obseruentur, firmaque semper & inconuulsa permaneant, præsens scriptum nostro iussimus sigillo cõmuniri: promittentes nihilominus aliud de verbo ad verbum, & per omnia simile aurea bulla typario nostræ maiestatis impressa munitum, infra tempus coronationis nostræ vobis & sedi Apostolicae sine difficultate qualibet exhibere. Actum in ecclesia Lausanensi anno Domini MCCLXXV. indictione III. XIII. kal. nouembris anno III.

38 Recurrente proxima die, Rodulphus regio

edito promulgauit, se omnia iura ab alijs Imperatoribus collata corroborasse: sanxisse, vt præsulum electiones summa cum libertate celebrarentur; vtque prouocari in causis ecclesiasticis ad Romanum Pontificem posset, proscriptis cõsuetudinem, quæ in antistitum morientium inuadendis fortunis irrepserat; operam denique suam ad hereses excindendas pollicitum esse. Quæ quidem insignes literæ in molis Adriane archiui reconditæ sunt, atque a Platina inter illustria iussu Sixti IV. collecta monumenta descriptæ fuere. a

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Rodulphus diuina fauente clementia Romanorū Rex semper Augustus. Ab eo solo, per quem Reges regnant, & potestates scribunt iustitiam, recognoscentes inestimabilem nostræ promotionis gratiã, qui regali iam in nobis culmine consummato, nos ad obtinendum imperialis glorie solium sua sola pietate disponens, vt non solum cum principibus sedeamus, sed vt illis præsideamus, erexit; sanctæque matris Ecclesie, ac vestra, pater reuerendissime domine Gregori diuina prouidentia Pape X. vniuersa beneficia, quibus nos in benedictione dulcedinis præuenistis felicibus eiusdem promotionis nostræ auspicijs, multiplicibus concurrente fauoribus, & ipsam fauorabilis prosecutionis auxilijs confouendo, attenta sollicitudine recensentes, reddimur corde solliciti, cogimur cogitare profundius, qua tanta dignationis gratiam, digne saltem, prout humana insufficientia sufficit, gratitudine prosequamur. Illi ergo, a quo cuncta procedere nouimus, & humiliter confitemur, quod ab eo recepimus, offerentes ei & Apostolicae sedi, ac vestris obsequijs nos quicquid possumus, quicquid sumus, in perpetuum humili voto, & in incommutabili proposito deuouemus: vobisque, beatissime pater, & omnibus successoribus vestris catholicis, ac eidem sanctæ Romanae ecclesie specialiter matris nostræ omnem obedientiam, honorificentiam, atque reuerentiam semper humilicorde, ac deuoto spiritu impendemus, quam prædecessores nostri Reges, & Imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur; nihil exinde volentes diminui, sed magis augeri, vt nostræ magis deuotio enitescat. Illud igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam prædecessorum nostrorum exercuisse noscuntur & dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus & sancimus, vt electiones prelatorum libere & canonice fiant, quatenus ille præficiatur ecclesie viduata, quem totum capitulum, vel maior & sanior pars ipsius duxerit eligendum: dummodo nihil desit de canonicis institutis. Appellationes autem in negotijs & causis ecclesiasticis ad sedem Apostolicam libere fiant; earum prosecutionem, siue processum nullus impedire præsumat. Illum quoque dimittimus & refutamur abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum, aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt antecessores committere pro motu propriae voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis, & alijs ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, vt qua sunt Cesaris, Cesaris, & qua sunt Dei, Deo recta distributione reddantur. Super eradicatione autem hæreticæ prauitatis errore auxilium dabimus, & operam efficacem.

Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperauit ab antecessoribus nostris, seu quibuslibet alijs ante detentas, liberas, & quietas sibi dimittimus, & ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuuare. Quas vero nondum recuperauit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores; & quæcumque ad manus nostras deuenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota

tota terra, quæ est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissa Mathinensis, comitatus Brittenorij, exarchatus Raennensis, Pentapolis, Massa Trabaria cum adiacentibus terris, & omnibus alijs ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo. Veruntamen cum ad recipiendum coronam Imperij, vel pro necessitatibus Ecclesie ab Apostolica sede vocati venerimus de mandato summi Pontificis, recipimus procuraciones siue fodrum ab ipsis. Omnia igitur supradicta, & quacumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam, de voluntate & conscientia, consilio & consensu principum Imperij, libere illi dimittimus, renuntiamus, & restitimus: necnon ad omnem scrupulum remouendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, conferimus & donamus, ut sublata omni contentione & dissensionis materia, firma pax & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium perseuerent. Adiutores erimus ad retinendum & defendendum ecclesie Romanæ regnum Sicilia cum omnibus ad ipsum spectantibus, tam citra Farum, quam ultra: necnon Corsicam & Sardiniam, ac cetera iura, quæ ad eam pertinere noscuntur, tamquam deuotus filius & catholicus princeps. Promittimus quoque B. Petro celestis regni clauigero, ac vobis patri sanctissimo, ipsius B. Petri*, ceterisque vestris successoribus, & eidem ecclesie Romanæ, quod per nos, vel per alium; seu alios non occupabimus, nec inuademus in totum, vel in partem aliquas terras ipsius ecclesie Romanae, aut vasallorum eius, quas iure feudati, vel sub census seu alterius præstationis titulo, siue alio quocumque modo tenent ab ipsa Ecclesia: nec eas, vel earum aliquam procurabimus occupari per alium, seu alios, vel inuadi. Quin etiam nec ipsas, nec tenentes easdem se, vel terras ipsas nobis vltro volentes subijcere; nec officium aliquod, aut dignitatem, vel quamcumque potestatem in terris eisdem, & specialiter in ciuitate Romana, recipimus sub quocumque colore sine vestra, seu successorum vestrorum licentia speciali. Et si qui eas occupare, vel inuadere tentarent, non solum denegabimus illis auxilium, consilium, & fauorem publicum & occultum, verum etiam ad requisitionem vestram, vestrorumue successorum, adiutores erimus contra illos in defendendis & conseruandis eisdem.

39 Nec offendemus per nos, vel per alium vasallos Ecclesie ipsius, & specialiter magnificum principem dominum Carolum regem Sicilia illustrem, seu heredes ipsius: nec volentibus ipsum offendere prestabimus auxilium, consilium, vel fauorem publicum, vel occulte. Nec regnum Sicilia, quod idem Rex Carolus ab eadem Romana tenet ecclesia, vel aliquam eius partem occupabimus, aut inuademus per nos, vel per alium, aut occupari, vel inuadi procurabimus: nec inuadere, aut occupare tentantibus prestabimus publicum vel occultum auxilium, consilium, aut fauorem. Alios etiam deuotos ipsius Ecclesie, qui eidem Ecclesie astiterunt contra quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, heredes, aut successores ipsius propterea non grauabimus; sed nihilominus favorabiliter prosequemur. Vasallos autem nostros, contra prædictorum aliquod facientes, compescemus pro viribus bona fide. Seruabimus præterea, & faciemus omnia & singula, quæ in canonibus positæ LXIII. distinctione: quorum quidem canonum alter: Ego Ludouicus; alter vero: Tibi domino Papæ incipiunt continentur. Postquam autem Romam ad recipiendam vñctionem, coronationem, & imperiale diadema peruenerimus, ipsaque perceperimus, præ-

missa omnia & singula innouabimus, seu de nouo faciemus: & sine aliqua difficultate iuramenta præstabimus, quæ Imperatores Romanorum hætenus præstiterunt.

40 Promittimus insuper, quod bona fide sine fraude, ac malo ingenio procurabimus, quod omnes principes Alemannie laici promittent & iurabunt, se bona fide curaturos & facturos, quod nos præmissa omnia & singula inuiolabiliter obseruemus; & si, quod absit, eadem non seruarem, ipsi principes nobis in hoc aliquatenus non assistent. Vt autem hæc omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Gregorio sacrosanctæ Romanæ ecclesie summo Pontifici, vestrisque successoribus per nos, & nostros successores Romanorum Regis, & Imperatores obseruentur, firmaque semper & inconuulsa permaneant, præsens priuilegium conscriptum nostro iussimus sigillo cereo communiri: promittentes nihilominus aliud de verbo ad verbum, & per omnia simile, aurea bulla, tyario nostra maiestatis impressa, n unitum infra tempus coronationis nostræ vobis, & sedi Apostolicæ sine difficultate qualibet exhibere. Testes hi sunt, Ademarum Lugdunensis, Bonifacium Rauennas, Odo Bisuntinus, & Iacobus Ebredunensis, archiepiscopi; Stephanus Parisiensis, Henricus Basiliensis, Ioannes Leodiensis, & Amedeus Valentiniensis episcopi; Ludouicus comes palatinus Rheni, dux Bauariae, Philippus dominus Carinthie, &c. Et infra: Acta sunt hæc anno Domini M C C L X V. indict. iij. regnante domino Rodulpho Romanorum Rege glorioso regni eius anno tertio. Signum domini Rodulphi Romanorum Regis inuictissimi. Dat. Lausanae per manum Henrici episcopi Tridentini regalis aulae protonotarij XII. kal. nouembris.

41 Ad asserenda præterea Romanæ ecclesie in Siciliam iura Rodulphus vetus diploma principum Imperij, qui Honorio III. sedente in Francofurtensibus conuentibus professi erant, Siciliam Imperio coniunctam non esse; & ea confirmauerant, quæ Fridericus II. Innocentio III. spoponderat, corroborauit: Nos principes Imperij vniuersis presentem paginam inspiceturis. Vt tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis, seu etiam rancoris occasio inter Ecclesiam & Imperium; & hi duo gladij, in domo Domini constituti, intima dilectionis fœdere copulati exurgant in reformationem vniuersi populi Christiani; & merito mundo appareat in omnem exhibitionem iustitiæ, & veritatis illa duo luminaria posita in medio firmamenti; & nos in opere, & voluntate filij inueniamur omni tempore deuotionis & pacis, qui tam Ecclesiam, quam Imperium conseruare tenemur, ac etiam vnanimiter gubernare quicquid ipsi sancta Romana ecclesie matri nostræ factum est per dominum nostrum Fredericum, Dei gratia, Romanorum Regem semper Augustum & regem Sicilia per priuilegia, seu etiam scripta sua pro omni discordia sopienda & euitanda in posterum, & pro pace totaliter reformanda pariter, & obseruanda; ut sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle & idem nolle, & nos bonorum operum seclatorum feliciter gaudeamus nostri nomine principatus; sicut olim ad petitiones, & preces, necnon & mandatum prædicti domini nostri Regis Federici tempore bona memoriæ domini Innocentij tertij Papæ pro bono pacis ad omnia scandala euitanda ipsi sancta Romana ecclesia, super priuilegijs ipsius Regis sibi datis nostram tunc voluntatem præbuimus & consensum: sic nunc eandem voluntatem & consensum nostrum nouiter innouamus, & per omnia approbamus. Et ut hæc nostra voluntas, & approbatio siue innouatio a nobis ipsi sancta Romana ecclesia in perpetuum ob-

a Apud Ni
col. III. l. 2
pag. 23. n.
12.
Germano-
rum prin-
cipum di-
ploma.

seruetur, ut liqueat in effectu in testimonium illi ad perpetuam memoriam nostri, hoc presens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum, super omnibus priuilegijs ab ipso Rege usque nunc sibi datis, & etiam adhuc dandis, tam super facto Imperij quam super facto regni Sicilia: ita quod Imperium nihil cum ipso regno habeat unionis, vel alicuius iurisdictionis in ipso. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo. Dat. apud Franchenfort in solemani curia IV. kal. martij * indictione octaua. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus, & sigillo typario regia potestatis impresso muniri. Dat. Lausana XII. kal. nouembris anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto indictione III. regni nostri anno III. Corroborata hæc iterum a Rodulphi oratoribus, cum a Nicolao III. Imperialibus insignibus ornari deposceret, visuri sumus.

42 Suscepisse in memorato Lausanensi congressu Rodulphum e Pontificijs manibus crucis symbolum, referunt auctores, ex quibus Colmariensium annalium scriptor: Rex, inquit a, accepit crucem, & Regina & comes Ebitretensis, & comitissa, & pene omnes nobiles, qui ad curiam Papæ peruenerant. Adductum vero Gregorij precibus Rodulphum, tradit Andreas Dandalus his verbis: Rodulphus comes Habsburgi Rex Romanorum approbatur a Gregorio Papæ, & promisit ire in fauorem Terræ sanctæ, ad quam plurimum anhelabat personaliter proficisci: unde ad eius petitionem Rodulphus cruce signatus est. Huic ad preces Papæ Alfonso Rex Castellæ cessit, renuntians omni iuri, quod haberet. Arsisse eo quidem pio desiderio Gregorium, ut Imperatorem ac Reges Christianos secum in Asiam ad Saracenos debellandos adducere consentiret Bernardus: Tempore, inquit b, huius Gregorij Papæ Rex Romanorum Rodulphus cum multis, & Rex Franciæ Philippus cum multis baronibus cruce signati sunt pro subsidio Terræ sanctæ, petente Papæ, qui cum eisdem Terram sanctam intendebat visitare, & ibi vitam finire. De Rodulpho, quem sequenti anno in eam rem insignibus imperialibus ornare decreuerat, iam diximus. Philippus Francorum Rex magno ardore sacri belli apparatus instruebat, urgebatque Simon Cardinalis legatus. Iacobus Rex Aragonum in concilio Lugdunensi eidem bello senium deuouerat. De Eduardo Anglorum Rege adducendæ inferius ostendunt literæ. Carolum Sicilia Regem vna cū filio maiore natueadem pia consilia suscepisse gratulatoriæ ad eum a Pontifice datæ testatur c. Cypri vero & Armeniæ Reges, ad quos ea res magis spectabat, nil magis in votis gerebant, quam ut arma cum ijs in hostes fidei, a quibus opprimebantur, coniungerent: sed de Syriacis rebus inferius.

43 Interea Gregorius colligendis pro apparatu conficiendo sexennialibus decimis intentus, dum Lausana digrediens cœptum in Italiam iter persecutus Helnetios adibat, aliquot diebus Seduni moratus, archiepiscopum Ebredunensem exigendis ijs a Germanis præfecit, ac ne illi, quibus id muneris conferret, in rem suam eas deriuarent, hac sacramenti forma ipsos adigi iussit d: Inuro ego, a vobis auctoritate apostolica deputatus collector ad exigendam, colligendam, & recipiendam decimam omnium reddituum & prouentuum ecclesiasticorum, ab omnibus personis ecclesiasticis exemptis & non exemptis, in ciuitate & diocesi constitutis, a sede Apostolica pro subsidio Terræ sanctæ concessam; quod fideliter exigam, colligam, recipiam, atque

custodiam ipsam decimam, non deferendo in ijs alicui persona cuiuscunque ordinis, status, conditionis, aut dignitatis existat, prece, timore, gratia, vel fauore, vel alia quacumque de causa: & eam integre restitutam & assignabo, prout a vobis recepero in mandatis. Et super præmissis omnibus & singulis plenam ac fidelem rationem reddam vobis: ac si contingat vos officium, quod in præmissis geritis, dimittere, hæc eadem faciam iuxta mandatum illius, qui substituetur, in eodem officio. Sic me Deus adiuuet, & sancta euangelia. Datum, &c. Præter decimarum colligendarum munus archiepiscopo Ebredunensi in Germania demandatum, nouam illi prouinciam Ludouicum & Henricum Bauariæ duces in concordiam adducendi tradidit a: Exorta enim inter eos odia ac bella magnam rebus Terræ sanctæ instaurandis perniciem ac tarditatem inferebant.

44 Cum Seduno Mediolanum perrexisset Gregorius, xviii. kal. decembris ad Virduensem electum, cui decimarum colligendarum in ijs regionibus cura tradita erat, scripsit b, ut Eduardo coactas in Anglia, Hibernia, Vvallia, atque etiam e Scotia (si Regis Scotorum voluntas accederet) pro instruendis ad bellum necessarijs decimas erogaret.

Electo Virduensi.

Cum, sicut intelleximus, charissimus in Christo filius noster Eduardus illustris Rex Angliæ proponat in Terræ sanctæ subsidium proficisci; nos huiusmodi eius propositum multiplicibus in Domino laudibus commendantes, ut id commodius & efficacius exequi valeat; præfato Regi, si eiusdem terræ negotium, ad hoc signo viuificæ crucis assumpto, personaliter persequatur, decimam omnium prouentuum ecclesiasticorum, huiusmodi subsidio deputatam, in toto regno Angliæ, partibus Hiberniæ, & Vvalliæ, ac etiam in regno Scotiæ, si quoad decimam ipsius regni Scotiæ ad id charissimi in Christo Filij nostri Regis Scotiæ illustris assensus accedat; per sex annos, prout est ipsius Terræ sanctæ subsidio nuper in generali concilio Lugdunensi concessa, conferendi, assignandi, ac etiam faciendi eam deponi, iuxta formam super hoc alijs traditam; tam tibi quam alijs, quibus est in eisdem partibus eiusdem decimæ colligendæ cura commissa, eidem Regi dictum negotium personaliter, ut præmittitur, persequenti, circa tempus generalis passagij assignandam; nec non contradictores & rebelles per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellendi; non obstante si personis aliquibus, cuiuscunque sint præminentia, conditionis, ordinis, religionis, aut status, sub quavis forma vel expressione verborum a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint; auctoritate præsentium concedimus potestatem. Dat. Mediolani xviii. kal. decembris.]

De Eduardo prætermittere non possumus, ipsum, ut refert Vvestimonasteriensis c, plures optimas leges ad temperandum moderandumque probe regnum tulisse: vsuras exercere Iudæis vetuisse, utque a Christianis distinguerentur, certa signa circumferre iussisse.

45 Agebat Mediolani Gregorius, cum festum dedicationis basilicæ principis Apostolorum, quo Romanos Pontifices censuras in peruelles Ecclesiæ vibrare moris erat, agebatur. Ad quem seruandum, tum ad edomadam eorum perniciam, qui progressu temporis incussas in ipsos pœnas ecclesiasticas obsolescere, atque euanescere posse arbitrabantur; latam a Clemente IV. siue in singula-

Siciliam Imperio non esse coniunctam profitentur.

* maij

Orientali expeditioni se deuotuerodulphus.

a Annal. Domin. Colmar. p. 1. hoc an. Bern. chr.

Rom. Pont. Andr. Dæd. l. 10. c. 8. in Laur.

Teup. Gregorius vna cum Imp. & Regibus in Syriam proficisci constituit.

b Bern. in chr. Rom. Pontif.

Fuerint ij Rodulph. Romanor. Philippus Francor. Iacobus Arag. Eduardus Angliæ Carolus Sicilia Reges.

c Lib. 4. ep. 57.

d Lib. 4. ep. cur. 13. & cir. 104. Val. c. 49. pag. 115. Sacram. a collectoribus exiguntur.

gulares homines; siue in populos, ac respublicas sententiam, in ecclesia Ambrosiana, ne ueritate delerentur, renouauit a: *De fratrum, inquit, nostrorum consilio tenore presentium declaramus, decernimus, statuimus, & etiam ordinamus, ut omnes & singuli processus contra quascumque; uniuersitates, uel singulares personas, cuiuscumque sint præmientia, conditionis, aut status; habiti a felicitate recordationis Clemente Papa prædecessore nostro, & approbati postmodum, seu etiam innouati, aut facti a nobis; sententiæ prolata, comminationes, illationesque pœnarum; terminorum insuper assignationes, & cetera, quæ in eisdem processibus, qui solent in hac & alijs certis anni solemnitatibus fieri, continentur, ex eo quod ad præsens non procedimus ex eisdem, nec prædicta, ut exigit eadem consuetudo, prosequimur; nullam omnino immutationem recipiant, quo minus, etiam quantum ad futuri temporis lapsus, in omnibus & per omnia efficaciam sortiantur, & ex ipsis, prout nunc possemus, sic deinceps, quando cumque uiderimus expedire, procedere ualeamus. Actum in eadem ecclesia, nimirum S. Ambrosij, in festo dedicationis basilicæ principis Apostolorum anno quarto.*

46 In Pacanda etiam componendaque Insurbria studium posuisse Gregorium, dum Mediolani versabatur, par est credere, cum ante ad id fidem Mediolanensium oratoribus obstrinxisset, cum Lugduno ad synodum celebrandam peteret. Mediolano Placentiam adijt, ubi Vbertinide Auditoties damnati, defixique anathemate sceleris crudelissimæ seditiones fuerant concitata. Sua enim magno consilio itinera dirigebat Pontifex sanctissimus, easque obibat vrbes, in quibus magnum aliquod ad diuinam augendam gloriam opus explicare spes erat. Dum patriam præsentia sua ornabat, Virdunensem electum Eduardo Angliæ Regi collectas in ipsius regni decimas, cum generalis transmarinæ professionis tempus immineret, tribuere insit b; comitique Richemundiæ ducis Britannia filio, qui symbolum crucis acceperat, ad sustinendos bellicos sumptus vim auri congruam ex ea decima suppeditare.

47 Placentia Florentiam petijisse xviii. decembris, tradit Ricordanus Malefina c, idq; e literis pontificijs conijcitur. Addit uero Ioannes Vilanus d vna cum Ricordano, Gregorium ab ingredienda Florentia abhorruisse, cum interdicto ob non seruatas pacis cum Gibellinis iuratas leges supposita esset: arte tamen & industria adductum, cum ipsi Arnum adeo intumuisse significatum esset, ut vadum trajici non posset: eumque conciliata ciuitate, ita ingressum, ut per pontem transiret, cuiusque apostolica benedictione donasse: uerum discederet sacris iterum eos interdixisse, atq; hæc Psalmistæ e uerba irato uultu usurpasse: *In campo & fræno maxillas eorum constringes, qui non approximant ad te.* Substitisse uero in ea vrbe uideatur, cum Florentiæ datæ sint ab eo ad Carolum Sicilia Regem literæ f, quibus Aretium se progressum significat, rogatque Romam se conferat, ut ibi uel in alio congruo loco cum ipso colloqui possit.

Regi Sicilia illustri.

Vt filialis deuotionis affectum, quem de patris aduentus expectatione sollicitum ex consuetudine in talibus diuersitate rumorum hætenus forsitan incertitudo suspendit, indubie certificet relatione ueritatis; celsitudini regiæ præsentibus innotescere uolumus, quod illo gressu nostros dirigente, qui nouit; & iter prosperum faciente, qui potest, xviii. kal. ianuarij prospere ad locum, qui

dicitur Sancta crux, diocesis Florentinæ, peruenimus, ubi die una solito itineris intermissio labore, deinde uersus Aretium procedentes, festum natiuitatis dominicæ ibi proponimus celebrare: cuius & aliorum sequentium, quorum id celebritas exigit, inibi peractis solemnibus, cœptum iter uersus terras patrimonij, prout status noliter permisit, Deo prædiximus profequemur. Cum autem desideremus, sicut & expedire credimus, tui celeriter habere præsentiam, serenitatem regiam requirimus & rogamus, quatenus eisdem festiuitatibus celebratis, cum ea celeritate, quam tua commoditas patietur, ad Urbem accedas, ut ibi, uel exinde alibi, ubi tunc erimus, in vicino commodius possis conuenire nobiscum. *Dat. Florentia, &c.*

Fregit eius consilia mors, apud Aretium enim, ut sequenti anno dicemus, sanctissime obiit. Cæterum prætermittendum non uidetur sedandarum omnium inter Christianos discordiarum studio incitatu Pontificem superiori anno Cassinensem abbatem ad Palæologum Græcorum Imperatorem transmisisse, ut scœdus inter ipsum Romanam ecclesiæ aggregatum ac Regem Carolum Sicilia Philippumque generum Augustum Constantinopolitanum conciliaret: qui cum inducias a kal. maij huius anni ad recurreret alterius insequentis pepigisset, redeuntis Græcia esse gratulatum a. Hic modo adiungemus ipsum, Regi Sicilia inferendi fisco pontificio octo millium uinciarum auri, ad quæ sacro Apostolorum die pendenda obstrictus erat, ob pericula itinerum distulisse hisce legibus b: *Dictum terminum prorogamus: ita tamen, quod per prorogationem huiusmodi eiusdem solutionis faciende in festo Apostolorum terminus in posterum nullatenus immutetur: sed fiat deinceps eadem solutio in prædicto festo Apostolorum annis singulis sub pœnis statutis & ordinatis, sicut in conditionibus & conuentionibus inter eandem ecclesiam & te habitis plenius continetur. Et si defeceris in solutione census eiusdem in festo sancti Michaelis perinde pœnas incurras easdem, ac si non facta huiusmodi prorogationis gratia, census eundem te non soluere contigisset: nec per prorogationem eandem dictæ conuentiones & conditiones inuolutionis uarietatem sentiant, sed in sua omnino permaneant firmitate; tuque ac successores tui, quoad solutionem ipsius census, de cætero in dicto festo Apostolorum annis singulis faciendas, ita per omnia tenamini, sicut tenebamini hætenus, priusquam prædicta prorogatio processisset; & sicut inter te ac dictam Ecclesiam ordinatum extitit & conuentum. *Dat. Bellicadri xii. kal. iul. anno iv.**

48 Absoluimus occidentales res magno prodigio, quo Poloni imminetes clades placato Numine auertere, seque aduersus Tartarorum irruptionem armis munire ad admoniti: *Prodigium, inquit Longinus c, eo anno nunciatum multos pauore nimio concussit. Apud Craconiensem siquidem urbem puer uix semestris, in uocem articulatam prorumpens, Tartaros superuenturos & Polonorum capita præcisuros prædixit. Quæstus ab astantibus unde id nosset, diuino oraculo se fretum ista nosse respondit. Interrogatus deinde an & ipse Tartarorum aduentum pertimesceret, quam maxime setimere adiecit, cum etiam inter alios suâ forent ceruicem præcisuri. Non uana cecidisse infantuli illius uerba, rerum exitus edocuit: Gnesnensem enim prouinciam a Tartaris euastatam præfules Nicolao III. significasse d, inferius uisuri sumus e. Nunc orientalium rerum historiam aggrediamur.*

Rogat ut sedē Ap. adeat.

Iniit Gre gor. iustu inter Sic. Reg. & Imper. Græc. induciæ.

a Ead. cod. Vall. pag. 114. Ut ipsi pē dendi cen sus tēpus distulerit. b Greg. l. 4. ep. enr 8. & cod. Vall. C 49 pag. 54.

Quas le ges adie cerit.

c Longin. hist. Polon. l. 7. hoc an. Infantulus in Poloniâ Tartarorum irruptione prædicit.

d Nic. III. to. 1. lib. 2. ep. 182. e An. 1279 n. 42.

Græcorū
res.Iosephus
schism. pa
triarch. se
de pulsus.a Pachym.
hist. l. 5.
Ioan. Bec-
cus catho-
licus sub-
rogatus.b Niceph.
Greg. hist.
Rom. l. 5.
Vt is an-
tea schif-
matis de-
fensor a-
cerimus
fuerit.* principa-
tibusLeæis Blē
mydæ scri-
ptis ad fi-
dem or-
thodoxā
conuersus
sit.Egregiam
rei catho-
licæ naua-
rit operā.* certami-
num

49 Cœpta superiori anno Græcorum cum Ro-
mana ecclesia coniunctio confirmata est. Iose-
phus enim, qui se Romano Pontifici anteferen-
dum superbe contenderat, coactō episcoporum,
qui sedis Apostolicæ obsequijs accesserant, concilio,
depulsus est hoc anno Constantinopolitano
patriarchatu, cum veteres errores damnare ab-
nuisset, vt in concilio Lugdunensi a Græcorum
patrum synodo oratorum opera promissum vidi-
mus. In cuius locum subrogatus est ingentium
virtutum Ioannes Beccus catholicus, qui cum
antea eloquentia sua fidem orthodoxam a schif-
matis tenebris inuolutus, oppugnasset, demum
veritatis luce collustratus, ad eam latius diffan-
dendam, ac discutiendum schisma vires omnes
contulit. Quem perlectis Blemmydæ scriptis in-
carcere, in quem ob perfidiam fuerat coniectus,
conuersum narrat Pachymerius, cui Nicephorus
Gregoras his verbis consentit b: *His inquit, tem-
poribus magna ecclesie carthophylax erat Beccus, ex-
cellentis vir ingenio, & in doctrina studijs ab ineunte
versatus etate. Fraterea tantis natura donis ornatus
quantis quisquam alius illius etatis; nam & proce-
ritate corporis, & maiestate vultus, & facundia, &
vbertate atque acumine ingenij omnes ad res apti,
alijsque dotibus præstabat: quibus id erat consecu-
tus, vt & Imperatoribus & * principatus, & om-
nibus eruditis venerabilis, atque illustri apud eos fa-
ma esset. Qui cum imperatorio decreto acriter ad-
uersaretur, Imperator nihil non tentauit, tam per
seipsum quam per alios eruditos, vt eruditis & legiti-
mis rationibus eum adduceret, vt decreto assentiretur.
Verum ingenij acumine & copia orationis omnium
animos commouebat, eorumque argumenta veluti
Penelopes telam retexebat. Nam Græcarum litera-
rum doctrina erant, qui illum superarent: sed acumi-
ne ingenij, & eloquentia, & ecclesiasticorum dogma-
tum usu omnes, cum illo collati, pueri videbantur.*

*Ea spe frustratus Imperator aliam viam inuit,
cumque & omne fere genus eius in teterrimos car-
ceres coniecit. Quibus peractis, tandem in mentem
venit Imperatori, eandem rem a Latinis ante
annos xxx. Ioanne Duca rerum potente, agitatam
fuisse, ac tum doctum extitisse virum Nicephorum
Blemmydam, diuinarum literarum peritissimum: qui
cum se in otium contulisset, multa e sacra Scriptura
testimonia, quæ dogma Latinorum confirmare viden-
rentur, colligere, ac conscribere cœpisset: clam ille
quidam infamie metu, nimirum apud impios schif-
maticos, sed tamen scripsisse quadam, quæ tum Im-
perator Becco misit. Quibus ille perlectis, sancto-
rum libros, e quibus Blemmydes ea collegerat, pru-
denter admodum postulauit: ijsque tubentissimo Im-
peratore acceptis, in eo occupabatur, vt diligenter il-
los legeret, expenderet, ad verbum conferret. Ita-
que breui tempore eum testimoniorum aceruum coegit,
quæ integra volumina complere possent; & qui du-
dum acerrime Latinis aduersabatur, mutata scien-
tia, victoriam faceret ambiguum. Quamobrem, pa-
triarchica sede conscensa, Imperatori vnus fuit om-
nia, & lingua, & manus, & acuti scriptoris cala-
misi; & dicendo, & scribendo, & dogmata statu-
endo eius * certamina adiutoribus Meliteniote & Me-
tobite Imperatorij clericali diaconis, & Georgio
Cyprio. Hactenus Nicephorus Gregoras: qui cum
schismate infectus esset, non mirum est si inter-
dum nonnulla ad extenuandam fidei orthodoxæ
dignitatem verba iniiciat. Ea porro Blemmydæ
scripta, quorum meminit, eadem fuisse videntur,
quæ superioris tomi calci adiunximus, in quibus
veterum Græcorum sanctorum patrum auctori-*

tates ad illustrandam Spiritus sancti ex Patre Filio-
que processionem depromptæ sunt. Ioannem
vero hoc anno patriarchalibus infalis redimitum
fuisse probant eiusdem literæ a, in quibus pa-
triarchatus annos ab hoc enumerat. At de his
inferius: iam ad Syriæ fluctuantis turbas nos con-
feramus.

50 Sublatum e viuis Boamundum Antiochia
(sed quam a barbaris occupatam luximus) princi-
pem, eundemque comitem Tripolitanum; ac post
illius obitum graues dissensiones ob filij imbellem
ætatem, correptamque a Tortosa præfule illius
tutelam concitatas, narrat Sanutus his verbis b:
*Moritur Boamundus princeps Antiochenus & co-
mes Tripolitanus mcccxxv. xi. madij: & successit
ei filius Boamundus, qui de consilio matris & episco-
pi Tortosa, qui eum adhibe minoris etatis dirigebant,
iuit in Armeniam ad Regem auunculum suum pro-
fusciendo baltbeo militari. Nonnullisque interie-
ctis: Rex vero Cypri post mortem principis Antio-
cheni consanguinei sui cum multa comitibus Tripo-
lim aduenit ad consulendum & iuuandum puerum,
qui remanserat: sed episcopus Tortosa, quia tractan-
te matre prior venerat, & iam curam assumpserat
pueri, Regis frustra intentum: propter quod de
Tripoli recedens venit Ptolemaidam. Tunc etiam in
Tripoli non parua turbatio orta est, quia Romani,
qui prius dominium terre habuerant, in vita alte-
rius principis multos leserant milites, propterea
nunc ab eis tres gladio interempti sunt. Grauissime
perfrictum a Nicolao III. Boamundum ob Ro-
manos, quos pater veluti fidissimos sui corporis
stipatores adhibuerat, atque ob eximia officia
multis fiduciarijs bonis auxisset, vel morte vel bo-
nis multasse, visuri sumus. Subdit Sanutus c Tri-
politanum episcopum ob susceptas horum par-
tes odia Boamundi contraxisse: *Et quia episcopus
Tripolitanus Romanos defendebat; nam
auunculus erat principis, episcopus vero Tortosa
principis tutor milites defendebat; inter episcopos or-
ta dissensio radix fuit multorum malorum sequen-
tium, ac inter principem & Templarios discordia se-
minarium. Dominus quoque de Gybeleth, quia pro-
curantibus Templarijs concordiam cum Tripolitano
episcopo iniit, in odium venit principis procuratore
episcopi tutoris sui. Creuit proinde turbatio, & mul-
tiplicata sunt mala in terra. Auctas consecutis
annis eas dissensiones, atque episcopum Tripo-
litano, contracto non suorum modo, sed etiam
Saracenorum exercitu, Templariorum equitum
ædibus depulsim; atque a Nicolao III. Boamun-
do principi, ni scelerum admissorum pœniteret, di-
uinarum, humanarumque pœnarum terrorem
obiectum d, dicemus inferius.**

51 Interea dum Christiani ferrum in suamet
conuertunt viscera, Saraceni Tripolitanos male-
postea perdituri, in Armeniam irrupere, a quibus
inflicta clades Sanutus e his verbis describit:
*Eodem anno, hoc nimirum, Bendocdar, qui vocaba-
tur Malec Madauar, percurrit planum Armenia, &
percussit in ore gladij ultra viginti millia hominum,
captiuos trabens secum pueros & puellas vsque ad
decem millia: equos vero, & animalia maiora
& minora vsque ad trecenta millia. Eadem eis-
dem verbis Iordanus, sed cæcorum numero di-
screpit, dum loco viginti millium ducenta mil-
lia trucidata asserit f: *Rex autem cum equitibus
ad montana perrexit: mercatores & cateri,
qui potuerunt, cum rebus suis cum nauibus per
mare periculum euadentes in piratarum ceciderunt
manibus, deinde Ptolemaidam peruenerunt. E**

rente ita in Christianos orientales Bendocdare, submissas ex occidente aliquas subsidiarias copias, refert idem auctor. Et quidem opportune, cum Oliuerius e Termes, strenuissimus fidei propugnator, mortem opetijisset: *Circa finem*, inquit, *octobris dominus Guillelmus de Rosselyon applicuit Ptolemaidem cum XL. militibus & alijs LX. equitibus & cum quadringentis ballistarijs ad stipendia Ecclesie.*

52 Permoit etiam Pontifex ad submitendas auxiliaries copias in Syriam Carolum Regē Sicilia, vrsitque vt cum Philippo Rege Francorum ad confirmandas Palestina res incumberet. Impendente etiam ex Christianorū dissidijs maiorum periculis terrore, ad ea antevertenda eundem Regem impulit: cum enim Brenensis comes Cyprium inuadere, ac bellum Hugoni Lisiniano inferre cogitaret, egit cum Rege Carolo, qui plurima in eare auctoritate pollebat, sanctissimus Pontifex a, vt illud consilium extingueret, ne si in se mutuo Christiani arma vertere pergerent, tenues illę Syria reliquię in hostis, victorijs præferocis, potestatem venirent.

Regi Sicilia illustri.

Patet liquido illud modicum Terrę sanctę residuum, quod Christianitas obtinet, ex eo maxime immensis patere periculis, quod exinanitum opibus, bellatorum ope desertum, incolarum suorum viribus etiam per vnitatem concordie collatis in vnum, non solum in sui defensione deficit; sed & aliorum subsidium non sufficit expectare. Quid igitur si guerrarum dissidijs exponatur? Cum per eas opulenta decident, numquid exinanita consurgent? Cum debilitentur fortia, numquid debilia conualescent? Profectio non tam verendum quam supponendum videtur omnimodis, quod sub intestinarum guerrarum mole non stabit; cum contra impetitiones extrinsecas Cypri, in intrinsecę pacis tranquillitate vix duret.

53 Non immerito itaque relatum nobis dilecti filij nobilis viri comitis Brenensis propositum, quo disponere dicitur, vt regnum Cypri cum armatis inuadat, animum nostrum multa sollicitudine inquietat, ne idem comes ante Christianitatis statum, prout in proximo de omnipotentia diuina speratur, in illis partibus reformatum, per inuasionem huiusmodi regnum prædictum nimie turbationis exponendo discrimini, non sine grandi eiusdem Christianitatis grauamine, manibus illud inimicorum exponat; & duobus contendentibus, vtriusque tertius inimicus in mari turbato piscabitur; comes ipse ad recuperandum ius suum, quod in regno prædicto eidem, vt asserit, iustitia repromittit intendens, recuperationis spem sibi omnino præcidat. Ideoque serenitatem regiam rogamus attentius, & hortamur, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus præmissum comitis memorati propositum prorsus impedias, nec in effectum deduci aliquatenus patiaris; ne per ipsius Christianitatis discordias vires inimicorum crucis in tantam confusionem Christiani nominis augeantur, & ad liberationem terrę prædictę pijs ordinationibus concilij via quasi totaliter præcludatur. Huiusmodi autem nostras preces & monita sic efficaciter sedulus exequaris, quod æternę retributionis apud Dominum assequaris exinde præmium, & apud homines præconij memorabilis incrementum.]

IESV CHRISTI

annus 1276.

GREGORII X. PP. RODVLPHI REG. ROM. 4.
ANNUS 5. MICHAEL. PAL. IMP. OR. 16.

CRebris Romanorum Pontificum funeribus luctuosissimus extitit annus a Christo nato millesimus ducentessimus septuagesimus sextus, indictione quarta: vidit enim quatuor Pontifices, Gregorium X. qui eo ineunte e mortalibus ereptus est: Innocentium V. eius successorem: Adrianum V. quo paucis post mensibus extincto, Ioannes XXI. Ecclesie in subitis adeo rerum conuersionibus fluctuantis gubernacula suscepit: quæ tamen non est diu moderatus. Lugubrem ergo aggressurus historiam Gregorius primo occurrit, qui cum e Gallijs reuersus, Aretium peteret, morbo correptus, ingenti sui relicto desiderio, e viuis discessit, irreparabili Terrę sanctę damno, ad quam e Saracenorum manibus eripendam cum Imperatore sacrandō, ac Francorum, Anglię, Sicilia, Aragonum Regibus, alijsque principibus innumeris erat profecturus. Quo sublato Reges priora abiecerunt consilia, Græci rediere ad schisma, mutuisque dissensionibus catholici discissi consecrata Christo arma in mutuas strages conuertere. Sepultus est vir sanctus, quem merito affirmare possumus illam Pontificij symboli sententiam a: *Perfice gressus meos in sermitis tuis*, factis impleuisse, Aretij effuso omnium luctu, vbi hæctenus illius corpus magna veneratione a pijs colitur, vt inferius dicemus.

Non desuere, qui sanctissimum Pontificem calumnijs appetere sint ausi. Neque id mirum cuiquam videri debet, cum Pharisei etiam in Christum dominum contumelias enomere non perhorruerint. Horum calumniatorum principem recentior Gregorianæ M. S. apologiæ auctor adducit Stephanardum Vimeratum poetam Vicecomitū encomiastem, qui asseruerit instructas Placentiæ Othoni vicecomiti Mediolanensi archiepiscopo a Turrianis insidias, ac perstrinxerit igniæ Gregorium, qui in Neapolonem Turrianum anathematis sententiam non tulerit. Comparatane re vera fuerint insidiæ elusæque, vel potius Vicecomites aduertariorum odio finxerint, exploratum esse negat: additque nec prudentiæ nec æquiritatis fuisse censuris agere in Turrianos, cum de corpore delicti, vt ait, non constaret. Num forte Neapolionem Gregorius reformidauit, qui, vt suis locis vidimus, Regibus, vt Alfonso Lusitanie obius ecclesiasticum violatum, Iacobo Aragonum ob adulteram inductam, Alfonso Castellæ & Legionis ob affectatum Imperium, Othocharo Boemiæ ob Rodolphum lacesitum bello pœnas ecclesiasticas obiecit; corripuitque acerrime Carolum Sicilia ob Guelphorum factionem sustentatam, & animo plane excelso occidentem in Saracenos Asiaticos ad bellum rapere est meditatus? Resellit æque memoratæ apologiæ scriptor Galuanum Flammam, nec maiorem illius dicerijs in Gregorium adhibendam fidem contendit, quam Vicecomitum encomijs, dum ipsorum stirpem a Ioue Venereque per Achillem deduxit. Consultandum dein aggreditur Paulum Iouium b adductis hisce illius verbis: *Refert Stephanardus Flamma, qui eam hystoriam carmine conscripsit, Pontificem ipsam*

Quatuor Pontifices hoc anno sedent.

Gregorius in Aretina profectio, ne morbo implicitus feliciter obit.

a. Rom. Mar. Ebul. M. S. V. 22. pag. 56.

b. Iouin. vita Othonis archiepiscopi. Mediolan.

M. S. Val. hic. sig. li. C. nu. 49. pag. 49.

libet Ca. polo Pont. vt ea consilia discuti.

Mala inde profectura proponit.

ipsum, quod vix credibile est, nefarij consilij conscius fuisse: quod fortasse pro falso esset omittendum, nisi & tum & postea, quantum vita superfuit, Othoni animum plane hostilem, & quo lethalius noceret, insidiosis honestorum verborum coloribus conuelatum ostendisset. Hæc Iouius: in quo primum apologiæ scriptor arguit in afferendo dicto auctore peccasse, vt qui duos Stephanardum & Flammam in vnum confuderit, tum iisdem illa affingere quæ nusquam iactasse reperiantur: dein nullo argumento, nullis probationibus fulcire, Gregorium nocendi studio condita odia insidiosis officiorum, inuolucris subornasse, vnde falsitas manifeste pateat. Denique obijcit Iouio correptum iure a multis fuisse plerumque mendacia magnifico verborum apparatu ornare non vera scribere: atque inter plures alios, quos affert, a Iusto Lipsio iudicio & fide vocatum ambiguum: perstrictumque a Miræo eo poetæ versu: *Venalis cui penna fuit*; infertque Iouij aut aliorum diceria concepte de Gregorij sanctitate opinioni, institutæque de eo sanctis annumerando actioni, non posse magis officere, quam Dantis poetæ conuitia Cælestino, ne sanctorum illi honores decernerentur, obsuerunt. At prætermisissis manibus hisce maledictis, quæ ipsum Numen patris ad implorata Gregorij suffragia perspicuis miraculis abunde confutauit, vera elogia afferamus.

2 Hoc in primis Gregorium exornat S. Antoninus a: *Erat vir zelator fidei & diuini cultus, ac detestator partialitatum, & pacis amator.* Nec disparibus effert eum encomijs Leonardus Aretinus b: *Fuit, inquit, vir optimus & proculdubio sanctissimus: ingentis quidem animi cõtra Christiani nominis inimicos, & qui sacra recuperationem terræ semper meditaretur, ad eamque vnã rem Christianos omnes, positis inter se contentionibus, intendere censebat.* Et infra: *Sepultus est Aretij summa cum veneratione. Multa circum illius corpus miracula postmodum subsecuta fidem eius sanctitatis indubiam præbuerunt.* Confirmat hæc Ptolemæus c Lucensis subiectis verbis: *Transiit in Lombardiam, & venit in Tusciam, ac applicuit apud Aretium; vbi infirmatus est & mortuus, per quem Deus suas virtutes ostendit.* Quod fuit, vt historici tradunt, *14. idibus. anno videlicet Domini m.cclxxv. dies xi.* De eius verò singulari in rebus gerendis industria, misericordia in pauperes, inq; religiosos viros beneuolentia hæc tradit d: *Hic Papa fuit mira experientia in secularibus, quamuis modica literaturæ, nec intendebat pecuniarum lucris, sed pauperum elemosynis. Religiosos viros multum dilexit & fouit.* His præclaris elogijs Gregorum patrum congregatorum in concilio Constantinopolitano insigne encomium adiungimus: ij enim in synodalibus literis e ad Ioanem XXI. datis de ecclesiarum coniunctione a Gregorio redintegrata locuti, addunt hæc verba: *Tempore felicitis memorie beatissimi illius viri, si tamen virum & non Angelum vocari oportet, felicem illum sanctissimum Papam decimum dicimus Gregorium.* Consentunt Bernardus f & Longinus g post mortem miraculis effuluisse, ac plures qui se eius nomini atque apud Deum precibus commendant, valetudini restitutos. Descripta est eorum miraculorum historia in veteri charta pergamena, ad illius sepulchrum in sacello principis ecclesiæ Aretinæ affixa, ex qua præcipua subijcio.

3 In nomine Dei æterni. Amen. Anno Domini m.cclxxvi. indictione quarta domino Innocentio Papa V. residente, infra scripta sunt miracula, quæ dominus noster Iesus Christus fecit meritis beati Gregorij

Papæ decimi in personis infra scriptis, quæ se cum reuerentia deuouerunt B. Gregorio supradictõ. Die luna xxvii. mensis apr. Adalerte mulier Theutonica filia Hærici de ciuitate Ruodolinhbene districtus comitis de Ferigbene, quæ veniebat a ciuitate Romana, & visitauerat limina beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & etiam S. Nicolai associata, iurauit taëlo libro per Deum viuum, & per Iesum Christum eius Filium, & per B. Virginem Mariam eius matrem, & per omnes Apostolos, & sanctos, & sanctas Dei, computato eadem mulieri sacramento per Ioannem Thebeticum, qui sciebat linguam Latinam, quod ipsa mulier non vidit aliquo modo neque cælum, neque terram, neque solem, neque aliquam aliam rem existentem in mundo, iam sunt octo anni elapsi; & veniendo ab Vrbe anocula cum societate ad ciuitatem Aretinam, venit ad monumentum beati Gregorij supradicti, cui se cum reuerentia deuouit, quod eidem redderet tamen oculorum suorum: & factõ voto statim meritis B. Gregorij supradicti aperti sunt oculi sui, & vidit cælum, & terram, & homines, & mulieres, & omnia quæ respiciebat. Et idem Ioannes Thebeticus iurauit ad sancta Dei euangelia, quod ipsa mulier sic iurauerat, & iurauit quod vidit eam cecam, iam sunt xiv. dies, in Vrbe. Et hæc omnia testificati fuerunt Peugo Ioannis de Francheforte de Alemânia, & multi alij qui venerant & duxerant eam ad Vrbe & liberata est prædicta mulier presentibus dominis Caccia plebano de S. Donato de Martinellis canonico Aretino, Orlandino plebano plebis Pontenano, Coppo velli, & coram magno numero hominum, & mulierum: & iurauit coram domino Bono præposito Aretino, Rainerio de Gressa, & Donato de Martinellis canonicis Aretinis, & coram multis alijs.

4 Die veneris, prima die mensis maij Benintende filius Benincasa de Vogognano dixit suo iuramento, quod iam sunt quinque anni & plus, quod propter grauem infirmitatem, quam habuit, aliquo modo non potuit ire, nec redire sine baculo, sine scaccis: & quando ibat cum scaccis, semper ibat contortus, & gibbus & adeo incuruatus, quod quasi retinebat caput & faciem suam iuxta terram, & aliter non poterat ire, nec se erigere. Et veniendo & stando cum magna reuerentia ad monumentum B. Gregorij supradicti, cui se deuouit; & inuocando auxilium suum, meritis ipsius liberauit eum Deus a dicta infirmitate; ita quod libere sine baculo vel alio adiutorio prædictus vadit, & redit quocumque vult. Prædicta omnia testificatur Arengutius Albergatore nepos dicti Benintendis, donna Gubilia uxor dicti Arengutij, Giana famula dicti Arengutij, & multi alij, qui viderunt eundem sic infirmum & contortum, & modo sanum: & hæc testificati fuerunt coram Rainerio de Gressa, & Donato de Martinellis canonicis ecclesiæ cathedralis Aretinæ, & multis alijs.

5 Die veneris prima die maij donna Bona uxor quondam Donati notarij de ciuitate Aretij de populo S. Petri parui, dixit, & affirmavit suo iuramento, quod ipsa sine aliqua interpellatione stetit anocula & amisit lumen oculorum suorum, iam est vnus annus & plus; ita quod aliquo modo non potuit videre: & veniendo & stando sub sepulchro B. Gregorij supradicti, cui se deuouit cum magna reuerentia, meritis ipsius beatissimi patris Deus liberauit eam, stando sub monumento eiusdem: ita quod bene videt & cognoscit omnes res quæ sibi monstrantur.

6 Die xiiii. mensis maij intrantis Baldutinus filius olim Orlandi cuius Aretinus de populo S. Michaelis, & donna Iacobina eius uxor, dicunt & affirmant in verbo veritatis & in fide Iesu Christi, quod Neira eorum filia fuit adeo contracta in omnibus mem.

a Antonin
3. p. tit. 20
c. 2. in prin

b Leonard.
Aretin.
hist. Flor.
lib. 3.
Insignia
illius en-
comia.

c Ptol. Luc.
lib. 22. eccl
hist. c. 5.

d Eod. lib.
cap. 4.
Vt huma-
no fastigio
superior a
patriar-
cha Græc.
celebra-
tur.

e Ext. apud
Nicol. III.
to. 1. pag.
69. n. 11.

f Bern. in
chron. Rõ.
Pontif.
g Longin.
hist. Pal.
ann. 1275.
Plura ip-
sius ope
parata
miracula.

membris suis, quod non potuit se erigere, nec ire aliquo modo sine adiutorio hominis vel mulieris: & faciendo dictam filiam apportare a quadam serua dicti Baldutini ad monumentum B. Gregorij supradicti, cui deuouerunt dictam eorum filiam, sanau sub eius monumento, meritis ipsius liberauit eam Deus, ita quod per se sine adiutorio alicuius potest se erigere & libere ire. Et hac testificatur fuisse vera dominus Beneludus, Orlandus quondam Iacobi, Rainerius olim domini Vbertini, & plures alij testes.

7 Die nona mensis maij intrantis Robertus quondam Cambij de Florentia dixit et affirmavit in verbo veritatis, quod stetit surdus, & non audivit aliquem hominem loquentem, iam sunt XVI. anni, & plus: & veniendo ad sepulchrum B. Gregorij supradicti, cui se deuouit, & tangendo eius sepulchrum, & stando sub eo, audivit quendam sonitum locustæ & cicadæ, & ab ipsa hora in antea meritis beatissimi patris Gregorij dominus sanauit eum, & reddidit ei auditum: ita quod bene audit, & intelligit omnia, quæ sibi dicuntur ab hominibus. Et hac testificatus est in presentia dominorum Rainerij de Gressa, Donati de Martinellis, & Vberti canonicorum, & pluribus alijs.

8 Die nona prædicti mensis Ioannes olim Tuciardi de Rancho dixit & affirmavit in verbo fidei & veritatis, quod ipse stetit surdus, & non audivit aliquam vocem, iam sunt XXI. anni: & veniendo ad monumentum B. Gregorij supradicti, cui se deuouit, & stando sub sepulchro beatissimi patris, & tangendo ipsum monumentum subito liberatus est: ita quod bene audit omnia meritis ipsius beatissimi patris. Et hac dixit presentibus domino Vberto canonico Aretino, magistro Bonsilo, & Ruberto quondam Cambij.

9 Nona die prædicta Ioannes Petri de Carpignallo, plebatus plebis S. Petri de Massa, dixit & affirmavit quod stetit anoculus, & non potuit videre, iam est annus, vel parum minus; ita quod non videbat lumen: & veniens ad monumentum beatissimi patris Gregorij supradicti, cui se deuouit; & stando sub monumento prædicto, & tangendo ipsum monumentum, meritis ipsius subito liberatus est: ita quod bene vidit. Et hoc testificatus fuit Timideus & domina Berta uxor ipsius Timidei.

10 Die x. mensis maij Margarita uxor Ioannis Sautie de castro plebis de massa * Trebatia dixit & affirmavit, quod ipsa non potuit loqui aliquo tempore vita suæ aliquo modo, vel audire, veniens ad sepulchrum B. patris Gregorij supradicti deuota fuit; & stando sub eodem sepulchro, & tangendo eum, meritis ipsius beatissimi patris Gregorij liberauit eam Deus: ita quod loquitur bene, & audit, & hoc testificata fuit Litiaria eius soror coram dominis Bonsignore primicerio, Rainerio de Gressa & domino Donato de Martinellis canonicis Aretinis.

11 Præterea notum sit omnibus videntibus, seu legentibus istam chartam, quod multa alia miracula per merita prædicti sanctissimi patris Gregorij X. fecit Deus, quæ longissimum esset narrare. Et quia non posset hæc breuis charta multa eius miracula continere, ideo quicumque eius miracula ad plenum noscere desiderat, ad sacristam huius ecclesie accedat, qui sibi plenos codices miraculorum prædicti beatissimi Papæ ei libenter ostendet.

12 Permouere a ea miracula Aretinos, vt decreto municipali sancirent, magistratus post diuina peracta cereos, recurrente quotannis decima ianuarij die, in Gregorij X. Pontificis sanctissimi honorem oblaturus: atque etiam aram principem e marmore B. Virgini, S. Donato, & Gregorio X.

sacram eleganti cultu excitarent: in qua eiusdem Pontificis signum ad Virginis læuam pulchro opere asurgit. Recolitur eius memoria in eiusdem ecclesie kalendario iv. id. ianuarij.

13 Agitatum vero fuit ad Ferdinandi II. magni Etruriæ ducis preces sedente Urbano VIII. de sanctorum honoribus illi decernendis, atque publica acta de eius miraculis instructa sunt; cui examini religioso adhibiti Romanæ rotæ auditores, comperta ac illustrata miraculorum veritate, Pontifici responsum dedere: Hæc habuimus beatissime pater, quæ de B. Gregorij decimi processibus, vita, virtutibus, ac miraculis dicenda proposuimus: ex quibus sæpe expensis canoniceque confectis referri posse beatum virum rite censuimus in sanctorum numerum; modo sanctitas vestra, cui tradita sunt secretorum celestium clauis, hæc super re aperiat Christiano populo diuinitatis oraculum, &c.

14 De obitu Gregorij Vvestmonasteriensis a & Guillelmus Nangius b, alijque agunt: quorum pleriq; in Saluatoris annum millesimum ducentum septuagesimum quintum conijciunt, cum Christi annos ab incarnato Verbo numerare consueverint. Cum vero renuntiatus fuerit, vt supra vidimus, summus Pontifex kal. septembris anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, obiitque hoc anno die x. ianuarij, ipsum annos quatuor menses quatuor, dies decem pontificatum tenuisse dicendum est. Quibus conueniunt a Baronio tradita, dum ait c: Anno Christi MCLXXVI. indictione iv. Gregorius X. obiit iv. id. ianuarij: vacauit sedes dies decem.

INNOCENTIVS V.

15 Sanctissimo patre vita functo, Cardinales ex vi constitutionis ab eo in concilio Lugdunensi de electione Pontificis editæ Aretij in conclauis inclusi, vigesimo a primo mēsis ianuarij, festo S. Agnetis die, vt Bernardus Guido e & alij affirmant, ad summi pontificatus apicem Petrum Tarantasiensem euexerunt; de quo inter alios hæc M. S. Vallicellanus f in vitis Pontificum habet: Innocentius V. natione Burgundus de Tarantasia sedit anno Domini MCLXXVI. Et infra: Hic a pueritia in ordine fratrum Predicatorum doctor in sacra scriptura eximius efficitur: deum in archiepiscopum Lugdunensem, & post in episcopum Osiensem, tandem in summum Pontificem assumitur. Corrighendi vero sunt ij, qui tradunt g Innocentium eodem anno eos dignitatum gradus conscendisse; abunde enim ex pontificijs literis, suo allatis loco, cum a Gregorio archiepiscopus Lugdunensis creatus est, refelluntur.

16 Antequam in Urbē Aretio se conferret, ac pontificia corona solemniter ringeretur, egregijs Gregorij exemplis, qui tantum studium pro conciliandis inuicem Christianis posuerat, prouocatus, Genuenses ad mutuam concordiam Apostolicis literis h allicere est conatus.

Innocentius electus episcopus seruus seruorum Dei potestati, capitaneis, antianis, consilio, & communi Lauuen. spiritum consilij sanioris.

Regis pacifici & excelsi respicientis humilia, & alta de longe cognoscentis, qui pro infallibilis prouidentia suæ arbitrio hunc humiliat, hunc exaltat; nuper ad summi Apostolatus apicem, licet insufficientibus meritis, occulta nobis, sed sibi non incognita, dispositione vocati, cunctis fidei Christianæ cultoribus; & vobis præcipue, in quibus temporibus retroactis Romana mater ecclesia se reperisse commemorat synceræ deuotionis promptitudinem, & affectum reuerentiæ filialis; cura

Instituū de eo in sanctorū numerū referendo sacrum examen.

a Vvestm. Flor. hist. b Nang. in gest. Phil. Franc. Regis.

c Baro. in schedis Pontificatus Greg. tempus.

d Ric. Mallesp. ubi sup. lo. Villan. ubi sup. Anton. 3. p. tit. 20. c. 3. in princ. e Bevn. in chrō Rom. Pont.

f Cod. bibl. Vall. lic. sig. lit. C. n. 25. pag. 172. g Petol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 23. cap. 17. & alij.

Primæ eius curæ. h Extant in cod. bibl. Vall. sig. lit. C. n. 49. pag. 137.

Genuenses ad concordiam sollicitat.

Bardi auctorem re-
cuperant.

Redditus
municipalis
que vsus.
Tratiana

a Iacobus
Baro. de
epi. Aret.
na Guil.
lib.
Decreti
illi hono-
res ab A-
retinis.

cura vigili bonum pacis exquirimus, & quietis dulcedinem plenis desiderijs affectamus. Nouimus etenim commoda, quæ pax amabilis, pax desideranda producit: nec ignoramus, quæ solet guerrarum fugienda commotio irrogare pericula, quæque dispendia germinare. More igitur pij patris, quem non prætereunt commoda filiorum, non sine compassionis zelo, discrimina, quæ occasione disensionis inter charissimum in Christo filium nostrum Siciliæ Regem illustrem, & germanos dilecti filij nostri Ottoboni S. Adriani diaconi Cardinalis, ac nonnullos alios nobiles ciuitatis Gianuensis ex parte vna, & vos ex alia exortæ iamdudum, superfeminante pacis hoste zizania, emerfisse noscuntur, attentius meditantes, & cupientes illis celere finem imponi; vniuersitatem vestram monemus, rogamus & hortamur attentius, obsecrantes in Domino Iesu Christo, & nihilominus vobis per apostolica scripta mādantes, quatenus eius obtentu, qui pacis est actor, animos vestros habilitantes ad pacem, aliquos viros pacificos de maioribus ciuitatis eiusdem ad hoc idoneos, & voluntarios, ac sufficienter instructos, ad componendum cum prædictis Rege ac nobilibus mandatum, ac plenam & liberam potestatem habentes, infra secundam dominicam instantis quadragesimæ ad nostram præsentiam destinare curetis; nostris in hoc exhortationibus, & mandatis taliter parituri, quod & nos de vestra obedientiæ promptitudine non immerito gaudeamus, & vos promptè pacis consilia ineuntes, iuxta sapientis promissum gaudia subsequantur. Et ecce vt circa præmissa, vobis plenus de nostro affectu pateat, dilectum filium fratrem Hugonem de Vbertinis, ordinis Prædicatorum, lectorem conuentus Senensis eiusdem ordinis; virum vtique scientia & religione conspicuum, ad vos propter hoc specialius destinamus, cuius monita in præmissis vos rogamus benigne suscipere, ac efficaciter exaudire. Nec miremini quod bulla nostra non exprimens nomen nostrum est appensa præsentibus, quæ ante benedictionis nostræ solemniam transmittuntur: quia hi, qui fuerunt hæcenus in Romana ecclesia electi Pontifices, consueuerunt in bullandis literis ante suæ benedictionis munus modum huiusmodi obseruare. Actum Aretij, &c.]

17 Nec diu hæsit Aretij, adornato enim in Urbem itinere inde abscessisse, Viterbiumque esse ingressum docet S. Antoninus a, ac Bernardus asentitur b; de in Romæ in basilica S. Petri, sacra tiara ornatum, atque inde Lateranum se recepisse indicat. Inito itaque pontificatu, proposita pro simbolo pontificio hac sententia: *Oculi mei semper ad Dominum*, fideles encyclicis literis c adeptæ dignitatis fecit certiores, ac præfules ad operam pro re Christiana tuenda coniungendam excitauit.

Innocentius, &c. Nuper sanctæ ac venerandæ memoriæ Gregorio Papa patre ac prædecessore nostro in continuatione laborum, quos ad Dei prosequenda seruitia solers & deuotus assumpserat, nobisque tunc Ostiensi episcopo, ac alijs nostris fratribus, quos tam in Vrbe quam circa eius confinia iam diuersa loca receperant, tribus tantum ex illis exsistentibus circa ipsum de vltromontana redeuntibus regione; ac eodem prædecessore apud Aretium ciuitatem Tusciæ in infirmitate diebus aliquibus deductis, de hoc seculo nequam, quod eo dignum forte non erat, erepto, & ipsius corpore cum exequiarum solemnitate debita tumulato; licet in pastoris substituendi processu eorundem fratrum absentia, satisque longa distantia, diffi-

cultatem non modicam communi hominum iudicio iuaret; illo tamen, vt firmiter credimus, eorundem fratrum corda tangente, cui facile est dis-iuncta coniungere, ac etiam inter se distantia in-simul adunare, nos & fratres iidem omnes, quibus id personarum suarum status indulgit, sponte ac celeriter conuenimus in ciuitate prædicta: & in omni mansuetudine spontanea palatium, in quo idem prædecessor habitabat, pridie ante festum beatæ Agnetis intrantes in ipso festo summo mane missarum solemnibus in honorem S. Spiritus celebratis ex more, ipsiusque gratia votis inuocata supplicibus, concorditer ad celebrandam electionem instantem scrutiniij viam eligimus. Et assistente ipso benigno sapientiæ Spiritu, qui deuote se inuocantibus: ecce adsum, solet dicere inuocatus, cuius gratia molimina tarditatis ignorat, primo celebrato & publicato scrutinio; quod tamen nequaquam aliud, sicut nec oportuit, est secutum; in humilitatem nostram, Dei prouidentia seu per-missione mirabili, nobisque nimium terribili & stupenda, iidem fratres nullo discordante, vnanimiter concordarunt: nobis ad summi apostolatus euocatis apicem, & ipsius onus, giganteis etiam tremèdum humeris, nostris debilibus imponentes.

18 O mira Dei potentia! O admirabilis diuinæ prouidentia in sui dispositione infallibilis magnitudo! Quis diuitiarum sapientiæ ac scientiæ tuæ altitudinem admirari; quis comprehendere tuam miranda iudicia; quis inuestigare sufficit inuestigabiles vias tuas? Ecce id, non interiecto quasi horæ vnus interstitio, perfecisti; ad quod alias per sæpe diffusi tēporis spacium vix perfecit. Ecce longe distantes ab inuicem corporibus coadunasti celeriter, & in eo ipso animos quasi subito cōiunxisti, in quo alias cohabitatione coniunctos longa disensio separauit. Hæc profecto pie Iesu tui sunt muneris, tui doni, qui pacis & vnitatis amator, vtramque vnum faciens, e diuerso venientes partes vniuiti. In ijs itaque, licet nos grauis, nec immerito, stupor inuaserit; eius tamen quem ipso actorem fideliter supponimus, & humiliter confitemur, considerata clementia confortauit, vt quamuis iniuncti oneris molem insufficientia nostra refugeret; desuper abundantia tamen plenitudinis suæ consili ei nostræ imbecillitatis subiecerimus imperfectum, sperantes, quod operi manuum suarum dexteram porriget, nec nos impræmeditatū & inscium dispositione sua in tam profundi maris altitudine possum derelinquet. Ad quod promptius obtinendum, vestrorum suffragiorum opitulationem exquirimus: studiosam in hoc opem & operam affectamus, vniuersitatem vestram affectuose monentes, rogantes, & quæ possumus instantia exhortantes, quatenus pensato consultius, quod in partem estis tantæ sollicitudinis euocati, in gregibus curæ vestræ commissis pro viribus solliciti pastoris partes satagentes implere, Moyfi manus debiles, cuius licet insufficientibus meritis, typum in Domini populo gerimus, vestris intercessionibus sustentetis apud illum, qui huiusmodi nobis onus imposuit; deuotis precibus insistentes, vt non patiarur ipsius mole nos opprimi, ipsius pressura susterni: sed debilitatem nostram suo robore fulciat, suæque virtute confortet; vt sic in commissi executione regiminis eius prosequamur beneplacitum, quod aternæ retributionis gloriam & sequamur attentius, & de suæ benignitatis gratia efficacius consequamur. Cæterum, fratres & filij, affectum vobis charitatiuæ benignitatis expandimus, & sinum charitatis so-

A quibus dissen-sio.

Iubet ora-tores ad rem equi-tate componendā tempore constituto mittere.

Viterbiū iter inten-dit Romā adre. a Ant. 3. p. 11. 20. c. 3. in princip. b Bern. in chr. Rom. Pont. Inn. ency-clicæ lit. de adepto Pontifica-tu. c Formul. Mar. n. E. bul. M. S. vait. pag. 56.

lidæ aperimus, proponentes, quantum cum Deo poterimus, honori vestro deferre, ac vestra & ecclesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, in promptitudine benevolentia promouere.]

19 Innocentium porro apostolico zelo ad rebellium Ecclesie frangendam pernicaciam, censuras in Papienses, Veronenses, atque alios a predecessibus contumaciae damnatos iecisse, testatur Ioannes XXI. a in suis diplomatibus, aduersus eos editis. Consuluisse præterea laboranti Hispania indicant geminae literæ, quas ab ipso tum Romæ datas putamus, quæ in Vallicellano codice ante alias Ioannis vigesimi primi præfixæ sunt, quarum priores episcopo Ouetenfi missæ, quibus illum decimas a Gregorio Regi Alfonso concessas diligentissime cogere, instituire collectores, in illos quæ eas persolvere detrectarent, vibrare censuras imperauit b: *Saracenis de partibus Africanis egressis, regna & terras charissimi in Christo filij nostri Regis Castellæ ac Legionis illustris dudum hostiliter inuadentibus, felicitis recordationis Gregorius Papa predecessor noster paterno sibi super hoc affectu compatiens; ac diligenter attendens, quod Saracenorum impugnatione ipsarum partium cedit in fauorem non modicum & grande subsidium Terra sanctæ, cum a Saracenis eisdem magnum soleat Babylonicis persecutoribus, terra ipsius infestis, suffugium exhiberi; præfato Regi decimam omnium ecclesiasticorum proventuum prædictorum regnorum & terrarum, prout ipsi Terra sanctæ concessa fuerat, duxit per suas litteras concedendam. Vnde cum propter necessitate omnino expedit, ut decima prædicta collectio præfato Regi efficaciter suffragetur, & nostra intentionis existat, quod idem Rex ex concessione huiusmodi fructum consequatur optatum, collectionem ipsius decimæ in regnis & terris eisdem tibi presentium auctoritate committimus.*

20 Captasse absentia Alfonso occasione, dum in Gallias erat profectus, Abeniuzephum Marroitanum Regem, ingentis animi barbarum & opibus præpollentem; excitumque a Mahomade Granatæ Rege, qui vtilitati magis quam religioni datæ fidei seruiebat, superius vidimus. Perhorruit tunc Hispania extremum discrimen adijisse: tantas enim hostis copias adduxerat, ut initio felici armorum euentu vsus magnas Christianis clades intulerit: ac maiores inuehere parabat, nisi Sanctus præsidij multis locis dispositis, certamine detrectato victoris ferociam repressisset. In rebus adeo trepidis Pontifex, sacrum cecinit classicum, ac populos ad arma capeffenda pro Christiana causa apostolicis literis, zelo ardentissimis, incitauit. c

Archiepiscopo Hispalensi.

Exurgat Deus, & inimici dissipentur ipsius: ab eius facie fugiant, qui gloriosum odiunt nomen eius. Dispareat profanus populus, quem Africa sæda latibula produxerunt. Habetur enim rumor horribilis, rumor implacidus, qui matris Ecclesie nuper infonuit auribus, eius viscera saucians, præcordia dure pungens; quod inundante Saracenorum superbia, suis finibus non contenta, ipsorum multitudo permaxima, de partibus Africanis exiliis, collectis viribus, robore adunato, Hispanos limites inuasit hostiliter, ipsos aggredi & ingredi non expauit, ac in redemptos Christi sanguine pretioso ingenita immanitate grassatur. Dolet itaque, nec immerito, mater Ecclesia, tantis intrinsecus tacta doloribus: perfunditur lacrymis vultus eius; fletus multiplicat sibi; vndique

lamentata consurgunt, dum quos regenerauit in filios, efferatus hostis elacerat: dum in fidei Christianæ ultores impiorum gladius direxerit. Quis igitur orthodoxæ fidei zelo feruens ad tantum fidelium vindicandum ocyus non excitetur opprobrium? Quis illico non exurgat aduersus nequitiam malignantium, aut non stabit aduersus iniquitatem nefandis studijs operantes? Quis vobis fidelis sanguinis de terra clamantibus ad tam graues protinus non accendatur iniurias viciscendas? Surgat ergo fidelium populus, & fidei clypeo præmunitus crucis signo se protegat, ut intrepidus in hostiles irruat acies, turmas infidelium opprimat, & exterminet agmina impiorum.

21 Assitit equidem Dominus seruis suis: in se sperantes non deserit; sicque timentibus tribuit firmamentum, quoniam non est abbreviata illius dextera, virtutum operatione coruscans: sed eius brachium bella conterens, comminuens cornua superbiorum, præliantes pro sui nominis gloria confortabit. Sub ipsius igitur spe intendentes, populi Christiani dissidijs, quæ tam perniciosus Saracenorum ipforum minatur aggressus, remedijs quibus possumus obuiare; volentes etiam synceritatis affectum, quem erga prædecessores charissimi in Christo filij nostri Regis Castellæ ac Legionis illustris, & ipsum ab olim Romana gessit ecclesia, euentia operis plenius aperire; ac plenam de tuæ fidei puritate, virtutis constantia, & circumspectione in Christo fiduciam obtinentes; prædicationem crucis in regno Aragonum, in subsidium dicti Regis, regnorum, ac terrarum suarum contra Saracenos eisdem præsentium auctoritate committimus, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus in commisso tibi super hoc officio, iuxta datam tibi a Domino prudentiam, efficaciter procedere studeas; illos, quibus prædicandum duxeris, exhortationibus opportunis inducens, ut ad refranandos ipsorum Saracenorum malignos impetus, repellendos insultus, comescendam nequitiam, & superbiam conterendam, cum reuerentia suscipiant crucem ipsam; & eam proprijs affigentes humeris, votum suum fideliter exequantur.

22 Et vt ipsi fideles tanto libentius, atque feruentius promissa prosequi studeant, quanto ex suo labore se potiorum fructum nouerint percepturos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, & illa, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque soluendi contulit potestate; omnibus de partibus illis vere penitentibus & confessis, qui assumpto viuifica crucis signaculo ad prælium Domini aduersus Saracenos eisdem præliandum in personis proprijs processerint & expensis, plenam peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, veniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem &c.] Proponit etiam sacra indulgentiarum præmia vel bellicos labores suscepturis alienis stipendijs, vel sumptu suo militem sustentaturis, vt eorum pietas & auxiliorum magnitudo tulerit. Crucesignatorum præterea fortunas patrocinio Apostolicæ sedis, atque episcopi cuiusque provincie committit: vsuras remittendas decernit; denique iisdem prærogatiuis eos, qui arma sacra corripuerint, ac qui Syriacam expeditionem aggrediuntur, potituros constituit. concionatoribus etiam concedit, vt populos ad conciones de cruce induenda habendas, proposita centum dierum indulgentia,

Hispalensi archiepiscopo in Aragonia crucem militie promulgandæ partes impositæ.

Proposita arma sacra correpturis indulgentia.

Mauricū
bellum
confene-
scit.

Marian.
l. 14. c. 2.
Abeniuzeffus pa-
ctis indu-
ciji Mar-
rochium
redit.

Iacobus
Rex Ara-
gonum
morbu le-
thalem
ex belli
laboribus
contrahit.
b Surit. l. 3
ann. c. 101
& ind. l. 2.
hoc ann.
l. Marian.
l. 14. c. 2.
Petro Ara-
gon. Iacob-
o Balear-
regna re-
linquit.
Cisterciē-
sum ve-
ste in dūta
crim na-
reliqua vi-
ta lugere
statuit.
Pia illius
mors.
Amplissi-
mum eius
dem elo-
gium.
c Marian.
ibid.
d Surit.
ind. lib. 2.
hoc ann.

tria, pelliciant, & accepturos crucis symbolum cen-
surarum religione exoluant, ni casus immanis ni-
mum foret: si qui in ornando bellico apparatu e-
vuiis tollentur indulgentiarum compotes futu-
ros pollicetur; nonnullaque alia ad expeditionem
sacram spectantia constituit.

Elisa a sunt postea paulatim barbarorum vi-
res, illorumque impetus mora resedit, cum salutari
consilio vnus certaminis periculo regnum com-
mittere Alfonso recusaret. Inducia itaque cum
Mauris ad biennium pacte, quo foedere constituto,
Abeniuzeffus Algezira Marrochium copias trans-
misit.

23 In illius belli ardore Iacobus b Rex Ara-
gonum, cum ad comprimendos Mauros, qui in Va-
lentino regno coniurationes passim fecerant, in-
cumberet, fracto multis laboribus corpore, atque
ex accepta a suis ad Luxenum ob precipitem tem-
eritatem, magna clade morte concepto, mor-
bum contraxit, ac salute desperata, regnum Arago-
num Petro maiori natu filio, Iacobo vero Balea-
ricum regnum, Rusinonis ac Montispessulani prin-
cipatum reliquit. Planxit vero adeo acerbe præ-
terita flagitia, ob quæ a Clemēte & Gregorio cor-
reptū vidimus, vt regno in filium transfuso, Cister-
censium veste purpuram mutaret, atque ad Popu-
letū cœnobium reliquam vitam exigere, eodem-
que in monasterio humari decerneret. Susceptis
itaque rite omnibus sacramentis, sexagesimo ter-
tio regni anno pie obiit; de quo Mariana c præ-
clarum hoc affert elogium: *Obijt Valentia iulij
die vicesimo septimo, fama ob magnitudinem rerum
gestarum immortalis. Vir vere magnus, præcipua
religione, cuius studio ad duo millia templa extructa
fuisse memorantur: dedicata arbitratur ex ritu Chri-
stiano Maurica superstitione expiata. Militia lau-
de cum quouis veterum ducum comparandus, trige-
ses cum Mauris signa contulit, secundo semper præ-
liorum euentu; unde præliatoris nomen tulit: tres
& sexaginta annos regnum tenuit.* Paribus illum
encomijs exornat Surita d. Quibus addimus id ma-
ximum, Iacobi bellica virtute Balearicum & Va-
lentinum regna Christum nouisse. Exitio fuit eius
mors non Hispaniæ modo, sed etiam Terræ sanctæ,
cuius rumis reparandis se addixisse in Lugdunen-
si concilio vidimus, sed de eo fati. Iam ad Inno-
centium redeamus.

24 Collapsas res Terræ sanctæ apostoli-
co auxilio non destituit, ad quas instaurandas
fideles adhortatum, ac Palæologum sollicitas-
se, vt factam in concilio Lugdunensi Græco-
rum ecclesiæ coniunctionem atque alia in eo
statuta confirmaret, ex literis suo insertis loco
colligitur. Scissæ quoque discordijs Italiæ cu-
ram gessit: Florentinos sacris restituit, quos Gre-
gorius interdicto perculerat: Pisanos Lucensesque
mutuo cruentatos sanguine, legatorum suorum
& Caroli oratorum opera, vt affirmant Ptole-
mæus e & Leonardus Aretinus f, qui Lucenses re-
tulisse de Pisanis victoriam ait, mutuo foedere conciliauit: *Hic propter breuitatem temporis, inquit,
Ptolemæus, in pontificatu pauca fecit, duo tamen
referuntur de ipso; vnum quod misit duos legatos in
Tusciam cum ambasciatoribus Regis Caroli, & facta
est pax inter Lucanos & Pisanos per prædictos lega-
tos & ambasciatores Regis: tunc enim quasi tota Tu-
scia coniurauerat contra Pisanos: sed per aduentum
dictorum legatorum & ambasciatorum omnia sunt
pacificata in Tuscia. Secundum quod fecit Innocentius
prædictus fuit, quia præcidit questionem, quam ha-
bebat ecclesia maior Viterbiensis cum fratribus Præ-*

dicatoribus super corpore Clementis IV. quia mada-
uit dictum corpus dictis fratribus restitui, cum inue-
niatur apud ipsos elegisse legitime sepulturam. Non
prætermittendum id etiam videtur, comparante
in Italiam expeditionem Rodulpho Rege Roma-
norum, vt dissipata diuturno interregno Roma-
ni Imperij iura recuperaret, atque insignibus im-
perialibus, sibi a Gregorio X. promissis, cingere-
tur; vetuisse Innocentium, misso ad ipsum Bernar-
do episcopo Albiensi designato, Italiam ingredi,
antequam cum Carolo Sicilia Rege controuersias
omnes firmissimo foedere conciliasset; ne noua
bellorum discrimina, ac Guelphorum & Gibelli-
norum factiones in mutuas cades concitaret. Qua
in re Adrianum, Ioannem, ac Nicolaum successores
illius vestigijs instituisse visuri sumus.

25 Ingentia alia moliebatur Innocentius con-
silia ad rem Christianam defendendam augen-
damque; cum ea, mors nimium vniuersæ acerbe
Ecclesiæ, quæ magnam de illius pontificatu expec-
tationem conceperat, confregit, quod deplorat
his verbis Bernardus a: *Hic licet multa facere pro-
posuisset, morte præuentus, non potuit adimplere: sed
proh dolor, mox in suo ortu exaruit flos decorus: cito
namque tulit eum Deus. Obijt autem Romæ, sepul-
tus in ecclesia Lateranensi, anno Domini M C C L X X V I
vigesima secunda die mensis iunij.* Sicque mensis
quinque, ac dies duos, vel vnum ex auctoribus
commemoratis sedisse affirmandum est. Ptole-
mæus Lucensis duos dies supra quinque menses
eius sedi tribuit: *Sedit, inquit, menses v. dies 11.
& vacauit dies xvii. Recedens igitur cum curia
de Aretio vadit Romam & in sancto Petro coronatur
& consecratur. Inde se transfert ad ecclesiam Late-
ranensem, & ibidem infirmatur ac in xxii. die iu-
nij moritur in magna gratia collegij, ac presente Rege
Carolo, in eodem ecclesiæ honorifice sepelitur.* E quibus
Ricordanus Malespina b, & Ioannes Villanus c,
qui illum non modo sequi, sed exscribere
consuevit, emendandi, dum Viterbij mortuum
traditumque sepulturæ scripserunt. Fuisse qui-
dem literis ac diuinis præcipue excultissimum,
theologicæ ipsius lucubrationes demonstrant in
libros sententiarum & epistolæ S. Pauli in lucem
editæ, de quo hæc S. Antoninus d mandat historia: *In ordine,
nempe Prædicatorum, fuit magister in
theologia & magnæ literaturæ, unde scripsit super
sententias, & etiam super epistolæ Pauli, quas legi-
git; & in qualibet lectione facit distinctiones septi-
membres ad materiam prædicandi.* Consentanea
S. Antonino alijs e, qui de scriptoribus ecclesiæ
licis egere, tradunt. Non defuere tamen inuidia
veneno imbuti, qui centum eius propositiones
carperent; quas S. Thomas Ioannis Vercellensis
sacræ illius familiæ summi moderatoris imperij
aureo opusculo propugnauit.

ADRIANVS V.

26 Erepto ex humanis Innocentio, euectus
est ad summum pontificatum 14. idus iulij vt Ri-
cordanus Malespina, Ioannes Villanus, S. Antoni-
nus f & alij affirmant, Ottobonus S. Adriani dia-
conus Cardinalis, qui ex sua Cardinalitia diaconia
Adriani V. nomen suscepit. Nec diu augustinissi-
mam illam dignitatem gessit; infirma enim vete-
tudine vtebatur, qua breui consumptus occubuit.
Ferunt gratulantibus sibi affinis ob adeptum
pontificatum respondisse: *Vtinam ad sanum Carde-
nalem, non moribundum Pontificem venissetis.* Fuisse
patria Ligurum, tradit Bernardus Guido, qui pau-
cis hisce verbis multa amplectitur: *Adrianus V.
natione Genuensis fuit electus in Papam Romæ in*

Palæolo-
gum solici-
tat Innoc.
vt initam
cum Rom.
eccles. con-
iunctionē
cōfirmet.

Ita licos
motus se-
dat.

e Ptol. Luc
in annal.
& histoe-
cl. M. S. l.
23. c. 19.
f Leonard.
Aret. hist.
Flor. l. 3.
Cōciliata
pax Luca-
nos inter
& Pisanos.

palatio Lateranensi in mense iulij anno Domini
mccclxxvi. seditque a die creationis sue usque diem
obitus mensem unum, dies ix. vacauit sedes diebus
xxviii. Idem de eius sedis tempore auctores
paulo ante laudati, ac Martinus Polonus tradunt;
Baronius a tamen & alij triginta septem tan-
tum dies eum sedisse affirmant.

Pergit Bernardus: *Itē Papa dicitur fuit Otho-
bonus nepos Innocentij Papæ IV.* ex fratre nimirū,
cui Theodisio nomen erat, prænobili Fliscorum
familia, a quo promotus fuerat in diaconum Card.
S. Adriani. Eadem Martinus Polonus b: addit-
que a Clemente IV. in Angliam ad extinguenda
exorta inter Regem ac principes viros bella mis-
sum, quod Iordanus etiam c, M. S. Vallicellanus
de vitis Pontificum testantur, nosque supra ex li-
teris Pontificijs enarrauimus: atque ob singula-
rem in gerendis rebus, obeundisque legationibus
peritiam eiusmodi munera illi sæpius demandata.
Cū porro eo tempore Rodolphus Romanorū Rex
expeditionem in Italiam ad recuperanda Imperij
iura, & insignia imperialia suscipienda compara-
ret, publicæ Italiæ paci consulturus Adrianus epi-
scopum Sabinensem & Ioannem Gaietanum,
S. Nicolai in carcere Tulliano & Iacobum S. Ma-
riæ in Cosmedin diaconos Cardinales misit Vi-
terbium, vt cum Rege Carolo, quem vt eo se con-
ferret permouerat, controuersias inter ipsum ac
Regem Romanorum subortas componerent, vt
testatur memoratus Ioannes Gaietanus Nico-
lai III. nomine in pontificatu insignitus e; quam-
quam ob immaturam Adriani Papæ mortem res
est extracta. Addit de eodem Pontifice Ior-
danus: *Hic statim post suam creationem constitu-
tionem Gregorij de restrictione Cardinalium in
electione Papæ suspendit, intendens eam aliter ordi-
nare: sed morte præuentus non potuit, nec sacerdos
ordinatus est.*

27 Eadem iisdem pene verbis Bernardus, Mar-
tinus Polonus, & alij: quæ etiam ex literis Ioan-
nis XXI. qui eam suo robore ad tempus carere
iussit, vt inferius videbitur, illustrantur. Pergit
Bernardus: *Hic de Roma Viterbium veniens, qua-
draginta diebus a sua creatione nondum expletis, non-
dumque promotus in sacerdotem, nec coronatus, nec
consecratus Viterbij moritur xviii. die mensis au-
gusti, & in ecclesia fratrum Minorum sepelitur an-
no Domini mccclxxvi.* Ipsum porro Viterbij de-
functum sepultumque non modo plerique aucto-
res testantur, verum epistolæ quoque Ioannis
XXI. successoris Adriani patefaciant f. Exornat
vero Adrianum eo elogio Sanutus g, fuisse ad in-
stantandas res Syriacas egregie animatum. Ver-
ba auctoris subijcio: *Adrianus Papa magnum offen-
dit affectum ad succursum Terra, nimirum sanctæ,
per Gregorium inchoatum: & misit patriarcha xii.
millia librarum Turonensium pro galeis construen-
dis, vel alijs magis honorum virorum iudicio oppor-
tunis: suisque literis multum confortauit incolas
Terra sanctæ, & ad spem erexit magni auxilij. Sed
in pontificatu vixit non amplius xxxix. diebus. His
consentit Hocsemius h: *Rexit solo mense nouemque
diebus & vacauit cathedra vigintiocto diebus.**

28 Inter pontificij illius decursu tumultua-
tum est Viterbij, atque a pluribus curiæ Roma-
næ officialibus, vis purpuratis patribus illata.
Cum enim ab Adriano Gregoriana constitutio de
electione Pontificis emendanda visa esset, idque
Cardinalium cæcus promulgandum censuisset,
non modo fides illorum assertioni detracta, sed
etiam archiepiscopus Corinthiensis, cui a Car-

dinalibus eius rei palam in vulgus efferendæ de-
mandata prouincia erat, male habitus est, at-
que a Viterbiensibus sacrum Cardinalium colle-
gium in duriores atque arctiores custodiam
compactum fuit.

IOANNES XXI.

29 In ea rerum perturbatione Cardinales in-
Tusculanum episcopum egregie literis excul-
tum idibus septembris suffragia contulerunt. Qui
accepta hac pro pontificio symbolo sententia: a
*Dirige Domine Deus in conspectu tuo vias meas i-
oannis XXI. nomen sibi asciuit, de quo inter plu-
res alios b hæc refert Ptolemæus Lucensis c: a
Anno Domini eodem, hoc est MCCCLXXVI. & circa fi-
nem septembris dominus Petrus Hispanus, dictus Pe-
trugalenis de Cardinalatu assumitur in Papam, &
Ioannes XXI. est vocatus. Hic generalis clericus
fuit & præcipue in medicinis: vnae & quædam expe-
rimenta scripsit ad curas hominum, ac librum compo-
suit qui Thesaurus pauperum vocatur. Fecit & librum
de problematibus iuxta modum & formam libri Ari-
stotelis. Et quamuis magnus fuerit in scientia, modi-
cus tamen fuit in discretione: præceptum enim fuit in
verbo & minus cautus in moribus: & plus appare-
bat, quia facilis ad eum erat ingressus, & inde pate-
bat omnibus suis defectus: quod est contra documen-
tum philosophicum, quia facta principum persona-
lia non debent patere conspectibus hominum, sed so-
lum publica, in quibus princeps habet populo respon-
dere, sicut maximus diffinit V al. Verum id a Iorda-
no d & alijs e ipsi laudi versus est: Hoc, inquit,
laudabile habuit, quod licet Papa, cum quocumque
literato etiam paupere conuersari non renuebat. Pergit
Ptolemæus: Religiosos parum dilexit, & inde
eidem, vt creditur, male cessit: unde tradunt historia
quod eo tempore, quo camera recidit super caput eius,
quædam fulminauerat contra religiosos. Hic statim
constitutionem per Gregorium X. de reclusionem Car-
dinalium, suspensam per Adrianum, reuocauit con-
silio, vt fertur, domini Ioannis Gaitani, cuius nutu
multa faciebat, eo quod principalis auctor fuerat sua
promotionis. Paucis ab electione diebus euolutis
xii. kal. octobris tiara pontificia redimitus de-
cretum, quo Adrianus V. memoratam Gregorij
constitutionem suspenderat, firmavit apostolico
diplomate f: quod postea a Nicolao IV. xlii. kal.
maiij pontificatus su anno secundo corroborata-
tum est. g*

Ioannes, &c. Ad perpetuam rei memoriam.
Licet felix recordationis Gregorius Papa
prædecessor noster, pia meditatione considerans
quantum sit onusta dispendijs, plenaque periculis
ecclesiæ Romanæ prolixa vacatio, & vigilanter
intendens super hoc de opportuno remedio pro-
uidere, quandam super electione Romani Pontifi-
cis constitutionem ediderit in concilio Lugdunen-
si; quia tamen experientia docuit constitutio-
nem eandem multa intolerabilia, nonnulla ob-
scura, & propter hoc accelerationi prouisionis
eiusdē ecclesiæ valde damnosa; immo etiam pro-
uisionis ipsius impedimenta, & dilationem inge-
rentia continere; pia memorie Adrianus Papa
prædecessor noster, diligenter præmissa conside-
rans, & residens in camera sua Lateranensi in
consistorio, nobis & alijs fratribus suis, de quo-
rum numero tunc eramus, præsentibus; bonæ me-
morie V. Panestrino episcopo, V. sancti Eustachij
diacono, & dilectis filijs G. tit. S. Marci presbytero
tunc infirmitate detentis, ac S. tit. S. Cæcilie Apo-
stolicæ sedis legato presbytero Cardinalibus dum-

Petrus Iu-
liani Card
Tusc. Pō-
tifex crea-
tur.
a Formul.
Marin.
Egul. M. S
Var. pag.
56.
b M. S.
Val. de
viti. Pont.
sign. lit. C.
n. 25. pag.
72. Iord.
M. S. Var.
sign. 1960
Beri. in
chr. Rom.
Pont.
Hocsem-
in Ioan.
Englien.
Martin.
Polon. l. 4.
Marin.
de reb.
Hisp. l. 4. c.
2. & alijs.
c Prol.
Lucen. ec-
cl. hist. l.
23. c. 21.
Ioannis
xxi. nō-
men acci-
pit.
Nimium
faciles adi-
tus ad se
præbet.
d Iord. M.
S. var. sig.
n. 1960.
e M. S. Vall
de viti. Pō-
tif. cum
sign. lit. C.
n. 25. pag.
172.
Constitu-
tionem
Greg. vt
rigidiorē
remittit.
f Extr. in
cod. M. S.
Vallic. sig-
lit. C. n. 49
pag. 140.
g Nic. IV.
101. lib. 2.
op. cur. 15
Quæ ip-
sum per-
mouerint
ad id cas-
sa.
Vt Adria-
nus illi cō-
stitutioni
ad tēpus
vires dē-
pserit.

taxat exceptis; constitutionem eamdem quoad omnem ipsius effectum, quidquid posset contingere solemniter & absolute suspendit. Et quamuis post eius obitum nos & dicti fratres, qui tunc supererant, & præsentibus erant in Romana curia, suspensionem huiusmodi non solum verbis, sed literis etiam nostro & eorumdem sigillis munitis concorditer testaremur; nonnulli tamen, corda contumacia in damnatam superbiam erigentes, adhibere fidem nostro testimonio contempserunt, alij etiam infrunitis animis suggerentes huiusmodi nostro testimonio non esse credendum; quamquam insuper aliquorum habet assertio, eundem prædecessorem Adrianum in lecto ægritudinis decumbentem suspensionem reuocasse prædictam; nos tamen & iidem fratres frequentes & diligentes super hoc inter nos collationes habuimus, & non solum ab ijs, qui reuocationis huiusmodi consilij dicebantur, sed ab alijs eiusdem prædecessoris Adriani familiaribus, & alias etiam studuimus veritatem frequentissime indagare: nec inuenimus eandem prædecessorem Adrianum ad reuocationem prædictam aliquatenus verbo vel literis processisse.

30 Nolentes itaque, nec valentes, vrgente conscientia, quæ nos, maxime in tali ac tanto articulo, veritatem occultare non finit, præfatam suspensionem dictæ constitutionis ratam, vt expedit, non habere, vel ipsam de cætero quomodolibet in dubium reuocari; suspensionem ipsam ab eodem prædecessore Adriano factam fuisse, vt præmittitur, præsentium tenore testamur: ac ipsam nihilominus ratificantes, & ratam haberi volentes, reuocatione prædicta, cum nulla de ipsa fides haberi potuerit, non obstante, constitutionem eandem quoad omnem suum effectum, de fratrum ipsorum consilio decreuimus esse suspensam. Cæterum aperte prædicimus, quod nec nostræ nec fratrum ipsorum intentionis existit, vt solum in eiusdem constitutionis suspensione, seu abolitione sistamus: sed ad tollendas occasiones diffusæ vacationis eiusdem ecclesiæ, ac celeritatem promotionis ipsius, prout eadem intendebat constitutio, competenter inducendam, sic intendimus præfatæ constitutionis & dicti prædecessoris Gregorij conditoris eiusdem intentioni concurrere, ac Deo auctore de fratrum ipsorum consilio salubriter in proximo prouidere, quod cum dispositione diuina casus emerferit, eidem ecclesiæ sublatis impedimentis quibuslibet, celeriter desiderata prouisio, prout mundi necessitas exigit, valeat prouenire. Nulli ergo, &c. *Datum Viterbij 2. kal. octob. pont. nostri an. 1.*

31 Concitarant maxime eam procellam tum aulæ pontificiæ gerendis muneribus, vt diximus, præfecti; tum nonnulli alij præfules, quos maxima videndi noui Pontificis cupiditas vrebatur, ob quam indigna plura ad vrgendam illius electionem in Cardinales perpetrarant. Ad comprimendam igitur eorum temeritatem, ne iterum in simile facinus erumperet, diploma in eos edidit Ioannes, ac sacrum tribunal instituit, cui facinoris commissi rei sisterent sese; & si id agere detrectarent, sacerdotiorum, quæ gerebant, prouentibus priuauit, atque in eos quæri, & censuras ecclesiasticas peruicacibus infligi iussit a.

Vniuersis ad quos litera ista peruenerint.

Crescit facile in immensum impunita temeritas, cum frequenter indebita vnus impunitas in alijs etiam ausum parere soleat ausus excessum.

Quanta autem audaciæ, quantaque temeritatis fuerit ijs diebus nonnullorum, vt dicitur, prælatorum, ac aliorum inferioris conditionis & status nouissimæ vacationis ecclesiæ Romanæ tempore in curia nostra præsentium; ac specialiter scriptorum nostrorum, & procuratorum, aliorumque curiam ipsam sequentium, effrænata præsumptio, ne dicatur effrænis infania; series infrascripta, ne subditorum culpas referre delectabiliter videatur, succincto sermone percurrat. Cum enim nos & fratres nostri sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales, de quorum numero tunc eramus, conuenissemus in Viterbiensi palatio, pro electione de summo Pontifice celebranda; & studeremus solertius obicem impedimenti submouere cuiuslibet, vt fauente Domino celerius proueniret, quod exigebat mundi necessitas, & feruens nostrum ac ipsorum fratrum desiderium exquirebat; inchoataque per Viterbienses ciues immanis arctatio, vsque adeo tolerantiam metas excederet, quod nobis, & ipsis fratribus salutis dispendium minaretur, ac electionis processui dispendiosam ingereret tarditatem; dicti prælati & alij non solum ad nostram & ipsorum fratrum pericula, quibus durius angebamur, compassionis non habuerunt effectum; sed a se potius omnis humanitatis & reuerentiæ debito relegato, grassantes, in superiores suos crudeliter fauientes, satagendo irreuerenter persequi, quos reuerenter prosequi tenebantur, Viterbienses ipsos ad arctationem eandem aggrauandam acerbius, instantius accendebant; & apostolica doctrina contempta, plus sapere quam oportet sapere gestientes imprudentius, seque rei ad se non pertinenti temere immiscentes, nec verentes, quod sicut scriptum est, bestia quæ montem tetigerit, lapidabitur; in tantam prorupte temeritatis audaciam, vt in dubium auctoritatem & iurisdictionem collegij eiusdem Ecclesiæ reuocarent, & de illis in derogationem ipsarum disputantes vbilibet, eneruare, immo & euacuare pro viribus niterentur inanibus argumentis: falso insuper asserentes constitutionem felicitis recordationis Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri super electione huiusmodi editam, per ipsam memoriam Adrianum Papam prædecessorem nostrum, suspensionem aliquatenus non fuisse; id non sunt veritatis nefarijs ausibus disseminare per terram, & auribus etiam officialium ciuitatis eiusdem dolosis labijs instillare, in electionis, nostrum, & fratrum nostrorum periculum & euidens detrimentum.

32 Cumque ipsius collegij consulta circumspectio decreuisset, vt suspensionem huiusmodi, quantum, vt præmittitur, nonnullorum assertio in dubium diuersimode reuocabat, per venerabilem fratrem nostrum Corinthiensem archiepiscopum, & dilectos filios fratres I. magistrum & I. procuratorem ordinis Prædicatorum facerent publicari; dictique archiepiscopus, & alij vellent in loco ad hoc electo commissionem super hoc sibi factam exequi reuerenter; procuratores & alij, eandem sequentes curiam, malitiose, vt exitus indicat, in loco conuenientes eodem, assumpto superbiæ spiritu, obturantes more aspidis aures suas; eiusdem collegij literas nostro, & singulorum eorumdem fratrum sigillis munitas, testimonium de suspensionis eiusdem veritate reddentes, audire penitus contempserunt: quinimo exaltatis stolidè vocibus in clamores, ac alijs diuersis strepitibus tumultibusque commotis, furori data licentia, lorisque infaniæ relaxatis, vt iniquitatem parerent, qui dolum iniquum con-

Illius ex-
plo ad tē-
pus abro-
gat.

Instituta
eorū cau-
sæ qui sedi-
tionē mo-
uerant co-
gnitio.

ibid.
pag. 140.

ceperant & dolorem; in eundem archiepiscopum, qui literas easdem in manibus legendas assumpserat, nequiter irruentes, nonnullis ex eisdem literis sigillis manibus presumptuosius aulis, in eundem archiepiscopum fustes inhumane iecerunt, exercit nihilominus gladijs, vt perderent innocentem. Suntne ista filialis deuotionis indicia, qua dictis fratribus nostris, columnis Ecclesie, non indigne debentur? Suntne ista obedientie signa, reuerentie opera, tantis patribus nobiscum mundi supportantibus onera, exhibenda? Profecto aliud exigunt eorum labores & merita, aliud eorum dignitati & auctoritati debetur. Ne igitur ta detestandi & enormis excessus, absque debita castigatione pertransent, cum ad eos conpescendos ne periculose in alios exemplari alueo deriuentur, exercendus sit potius ecclesiastice gladius ultionis, nos zelo iustitie, quantum ex officij debito exequi tenemur ad omnes, nec volentes, nec valentes conuenientibus oculis pertransire, omnes excessuum huiusmodi patratores, cuiuscumque sint dignitatis, ordinis, conditionis, aut status presentium auctoritate monemus, & eis in virtute obedientie districte precipimus, vt infra octo dies a publicatione presentium numerandos, excessus huiusmodi venerabili fratri nostro episcopo Sabinensi, & alijs, quos ad id idem episcopus deputabit, non in confessionis foro, sed tanquam ad hoc specialiter deputatos a nobis, spontanei fateantur. Alioquin scriptores & procuratores eosdem, aliosque, prafatos, vt pradicatur, eandem sequentes curiam, quos prafatorum excessuum culpa commaculat, ex nunc a perceptione prouentuum beneficiorum, si qua obtinent, suspendentes, aperte pradicimus, tam praelatis quam omnibus alijs supradictis, quod cum cordi huiusmodi negotium habeamus, diligentem inquisitionem super prafatis fieri faciemus; processuri grauius contra illos, quorum reatum non humilis, & spontanea oris confessio, sed habenda inquisitionis assertio reuelabit.

33 Et ne diutius tantae presumptionis audacia occultetur, aut sine vindicta remaneat, ad faciendam inquisitionem eandem, ex nunc dilectos filios magistros Petrum ipsius Romanae ecclesie vicecancellarium, G. literarum nostrarum contradictarum auditorem, & Ioannem de Roccha capellanium nostrum, auctoritate apostolica deputamus; ipsis inquirendi de omnibus & singulis supradictis & referendi nobis, qua inuenerint; necnon contra rebelles, eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam conpescendo, potestatem plenariam concedentes: non obstante si aliquibus cuiuscumque dignitatis, praeinentia, ordinis, conditionis, aut status existant, a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; & qualibet alia prafatae sedis indulgentia, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, aut totaliter non insertam, effectus earum impediri valet, vel differri; & de qua in eis expressa mentio sit habenda. *Dat. Viterbij 11. kal. octob. Pontificatus nostri anno 1.*

34 Hac Ioannes aduersus praeterite seditionis incentores, cuius etiam in literis encyclicis ad ecclesiarum praesules datis meminit: adeo vt initio celebranda electioni non leuem moram iniiceret, qua sopita, arcano diuinae prouidentie consilio ad moderandam Ecclesiam, quamuis tanta se putaret impari dignitati euectum fuisse certiores, facit. a

Ioannes, &c. Felicis recordationis Adriano Papa predecessore nostro post promotionem suam ad summi apostolatus apicem breui dierum numero vitae suae tempora consummante, post exhibitam eidem in solemnibus exequijs debita huiusmodi anitatis obsequia; nos & fratres nostri in episcopali palatio Viterbiensi conuenimus, electioni substituendi Pontificis, iuxta necessitatis instantiam, & feruens nostrum desiderium vacaturi. Et licet diebus aliquibus per importunitatem Viterbiensem ciuium tractari electionis instantis nec dare possemus initium; postquam tamen illi vacare potuimus, astitit, vt credulitas deuota supponit, benignus sapientiae Spiritus ex more a nobis & fratribus ipsis suppliciter inuocatus, & prima die de ipsorum fratrum concordia voto, pariq; concordia processit de nobis, tunc episcopo Tusculano, impraeditatis & inuis ad Petri cathedram electio canonica communis & concors.

35 In ijs itaque stupemus non immerito, pariter & terremur. Nonne stupor, nonne terror, quod nos, qui tuitionis semper putauimus esse consilij secure in domo Domini abijci, qua periculose super aliorum curam & regimen eleuari, sic subito in maris altitudinem venimus? Et dum ad iniuncti oneris sarcinam insufficientes virtutum sumptus dispingimus, & vires impares comparamus, ab illius, nec indigne, timemus tempestate demergi; hoc efficaciter suggerebant, vt in vocatione, in qua nos vocauerat Dominus, maneremus, & debilitas onus refugeret, ac opus insufficientia nostra vitaret. Verum quia merces laboribus commensuratur, & redditur; propter quod doctor & praedicator egregius, non de profectu glorians, sed veraciter suos labores attestans: *Non, inquit, plus omnibus profeci, vel profui, sed plus laboraui;* licet deterreret onus, & labor, ad subeundum tamen iugum apostolicae seruitutis, & in ea pro viribus laborandum, merces retributionis aeternae vniscuiusque, nisi aliud misericordia retribuens indulgeat, commensuranda laboribus, inuitauit: & sub illius fiducia, qui lassam virtutem subijcit, cuius solius sufficientiae plenitudo nostros sufficit supplere defectus, debiles humeros tanto subiecimus oneri; nec expauimus manus exponere immensitati laboris.

36 Caterum quia supra vires nostras esse conspiciamus susceptum officium, illudque soli portare nequimus, orationum vestrarum iussu humiliter imploranda, & vos in partem sollicitudinis euocatos, vt collaborando nobiscum diligentius exequamini commissa vobis officia, decreuimus exhortandos. Ideoque vnuerfitatem vestram monemus, & hortamur in Domino, vos nihilominus rogantes instanter, quatenus preces humiles, deuotas, & sedulas frequenter fundatis ad Dominum, vt sua pietate nostram insufficientiam suppleat, debilitatem fulciat, nobisque quod est onerosum, leuiget, quod obscurum, suae claritatis luce reuelet, & aspera conuertat in plana: sicque vota nostra praeniendo clementer aspiret, & misericorditer adiuuando, benignius prosequatur, quod zelus noster semper in ipsius beneplacitis ferueat, nec vnquam in illorum executione torpescat. Vos quoque, quos de gregibus diligentiae vestrae commissis pastoralis officij cura sollicitat, sic diligenter illud studeatis implere, quod cum discussio venerit, & exacti fueritis pro illis reddere rationem, non solum illam cum securitate reddatis, sed & exigentis mereamini gratiam; & interim in vestrarum ecclesiarumque vestrarum negotijs, super quibus po-

Quomodo ad sedem euectus.

Commentat se fidelium precibus.

Sigilla
Card. la-
cerasse.

Obiurgatio in se-
ditionis
auctores.

Postulan-
tur indi-
co.

Inculca-
tione
nunci-
us cen-
sur.

Encyclice
graminis
XXI. ad
haec de
sua pro-
mouone
Ic
a. I. I. I.
ep. l. Form
lar. I. I. I.
11. 2. nu.
111.

testis ad nos cum securitate recurrere, Apostolica sedis propitium sentire fauorem. *Dat. Viterbij nonis octobris anno 1.]*

37 Eo argumento ad Reges, principesque alias literas dedit: quæ Regi Galliarum in regesto pontificis inscriptæ a, quibus ipsum ad Ecclesiæ opem explicandam adhortatur: *Regalem, inquit, celsitudinem rogamus, & instanter obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus prudenter attendens quod datum est tibi diuinitus in orbe pro non modica parte iudicium, iustitiam diligas & eam omnibus tue diuisioni subiectis, non ommissa tamen clementia, diligenter obserues. Iis enim columnis firmissimis stabiluntur imperia, regna firmantur, muniuntur principes, & communiti letantur statu pacifico principatus. Eandem insuper Ecclesiam matrem tuam, & prestidentes eidem, ac personas ecclesiasticas, immo tuae salutis actorem, per quem regnas, & regeris, in illo ministris ipsius solerter honora. In ijs, fili charissime, laudabilis memoriæ prædecessores tuos non solum imitari, sed excedere studeas: quin etiam te ipsum virtutum successibus augmentis, velut de virtute in virtutem progrediens, superare: illam de nobis spem certam, & fiduciam habiturus, quod tuam & regni tui prosperitatem paterno zelantes affectu, eam, quantum cum Deo poterimus, conseruare studebimus, & facultate succedente fauorabiliter promouere.*

38 Eodem octobris mense, septima illius die, Carolus Siciliae Rex stipendiarij principis, ob Siciliam, Apuliam, & Capuanum principatum, iure fiduciario ab Ecclesia obtenta, officia nouo Pontifici detulit. Quæ de re confectæ subiectæ tabulæ b, quæ in molis Adrianæ archino asseruantur, atque a Platina iussu Sixti IV. inter insignia monumenta, quæ ad Romanæ ecclesiæ dignitatem spectant, sunt collocatæ c. Licet vero in pluribus cum ijs conueniant, quæ a nobis allata superius fuere, cum iure fiduciario Siculum sceptrum Carolo a Cardinalibus legatis transmissum est; adducendæ tamen visæ fuerunt, cum nonnihil hæc forma obstrictæ Pontifici fidei discrepet; atque ad hanc in pari casu simillimas editas tabulas annis sequentibus referamus.

In nomine Domini Amen. Ego Carolus Dei gratia Rex Siciliae, ducatus Apuliae, & principatus Capuae, ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & beata ac gloriosa Virginis Mariae, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesiæ Romanae, ligium homagium facio tibi domino meo Ioanni Papa vigesimo primo, tuisque successoribus canonice intrantibus, & ipsi Ecclesiæ pro regno Siciliae, & tota terra, quæ est citra Farum usque ad confinia terrarum eiusdem Ecclesiæ. Quæ utique regnum & terram, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio & omnibus districtibus & pertinentijs suis, mihi & heredibus meis prædicta ecclesiæ Romana concessit.

39 Ego Carolus, Dei gratia, Rex Siciliae, plenum & ligium vassallagium faciens ecclesiæ Romanae pro regno Siciliae, & tota terra quæ est citra Farum usque ad confinia terrarum ipsius Ecclesiæ; excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio, & omnibus districtibus & pertinentijs suis, secundum antiquos fines territorij, pertinentiarum, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanum Pontificem distinctos, vel in posterum distinguendos; ab hac hora in antea fidelis & obediens ero B. Petro, & tibi domino meo Ioanni Papa vigesimo primo, tuisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque Apostolicæ Romanae ecclesiæ. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdati, aut membrum, aut captamini mala

captione. Consilium quod mihi credituri estis per vos aut nuntios vestros, siue per literas, ad vestrum damnum, me sciante, nemini pandam. Et si sciuero fieri, vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in vestrum damnum, illud pro posse impediam: & si impedire non possem, illud vobis significare curabo. Papatum Romanum, & regalia S. Petri tam in regno Siciliae & terra prædictis, quam alibi existentia adiutor ero vobis ad retinendum & defendendum; ac recuperata manutenendum contra omnem hominem.

40 Item iuro, me ad hoc specialiter obligans, quod ego, seu mei in regno & terra prædictis heredes nunquam per nos, vel alios, seu quocumque modo procurabimus, ut eligamur, vel nominemur in Regem, vel Imperatorem Romanum, vel Regem Theutoniae, seu dominum Lombardiae, aut Tusciae, vel maioris partis earumdem Lombardiae, vel Tusciae: & si electionem, vel nominationem ad Imperium, vel Regnum Romanum, seu Regnum Theutoniae, aut dominium Lombardiae, vel Tusciae seu maioris partis earumdem de me, vel ipsis heredibus celebrari contigerit, nullum huiusmodi electioni vel nominationi assensum præstabimus, nec intromitemus nos ullo modo de regimine ipsius Imperij, vel Regni Romani, seu regni Theutoniae, aut Lombardiae, seu Tusciae, vel maioris partis earum, ad quodcumque horum nominati fuerimus, vel electi.

Quod si ego vel aliqui in regno hereditum meorum, studentibus me aut eis, ad Imperium ipsum, siue ad dictum regnum Romanum, siue regnum Theutoniae, aut dominium Lombardiae, seu Tusciae, vel maioris earum partis electi seu nominati fuerimus; si hoc verum & manifestum fuerit, aut si post talem electionem, vel nominationem de Imperij, vel regni Romani, seu regni Theutoniae, aut Lombardiae, seu Tusciae, vel maioris ipsarum partis regimine ego, vel ipsi nos manifeste intromiserimus; eo ipso a iure prædictorum regni Siciliae & terre cadamus ex toto, ipsaque prorsus amittamus; & eadem regnum & terra ad Romanam ecclesiam libere deuoluantur. Si autem ego, vel aliqui ex dictis heredibus electioni, vel nominationi factæ, non procurantibus me vel eis, aut procurantibus consenserimus; & huic electioni, seu nominationi, vel iuri, ego vel ipsi omnino renuntiamus, & quod de Imperio seu aliquo alio præmissorum, ad quod electi, seu nominati, ego vel ipsi fuerimus, nos nullatenus intromittamus moniti infra quatuor mensium spatium post monitionem huiusmodi talem electioni, seu nominationi, vel iuri non renuntiauerimus; vel de ipso Imperio, seu aliquo præmissorum ad quod electi, vel nominati fuerimus, nos intromiserimus quocumque modo; ex hoc simus ego & ipsi eiusdem regno Siciliae, ac terra, & omni prorsus eorum iure priuati; & ut dictum est, eadem regnum & terra ad Romanam ecclesiam libere deuoluantur. Si vero ad me, vel ipsos meos in eodem regno heredes non poterit commode talis monitio peruenire; super quo utique impedimento, videlicet quod moneri commode ego vel ipsi nequeamus, credetur & stabitur assertioni vestrae, seu successorum vestrorum, siue dicto, sufficet pro ea super hoc vestra, seu successorum vestrorum ipsorum monitio publica & solemnitas: ita quod, si infra sex menses post illam non renuntiauerimus; aut de Imperio, seu aliquo alio prædictorum, ad quod ego vel dicti heredes electi, seu nominati, nos quomodolibet intromiserimus, cadamus ex hoc ab omni iure ipsorum regni, & terra; & regnum & terra ipsa ad Romanam ecclesiam libere deuoluantur.

Ceterum si contigerit aliquem de dictis meis here-

a 16. ep. 2.

Egregium Pontificis ad principem consilium.

E Lib. 2. ep.

34.

M. S. Vat.

coll. Pl.

112. fo. 1.

pag. 113.

Forma

clientelaris officij a

Carolo Si

cibę Rege

Apostoli

cæ sedis de

lati.

heredibus, qui debent in predictis regno Sicilia & terra succedere in Regem, vel Imperatorem Romanum, seu Regem Theutonia, vel dominum Lombardie, aut Tuscia, seu maioris partis earum nominari, seu eligi, vel assumi; nullatenus possessionem eorundem regni Sicilia, & terra nanciscatur, vel habeat; nec se de illorum cura, seu dominio & regimine per se, vel alios aliquatenus intrumittat, nisi prius Imperio, vel regno Romano, seu regno Theutonia, aut dominio Lombardie, vel Tuscia, seu maioris partis earum ad quodcumque eorum electus, nominatus fuerit, vel assumptus; & omni iuri sibi competenti in illis omnino renuntiet, & illorum regimen nec de iure, nec de facto illud gerens, vel retinens, omnino dimittat, ipsum nullo unquam tempore resumpturus. Alioquin cadat ab omni successione eo iure, qua in regno Sicilia, ac terra predictis sibi competere, ipso facto: ita quod eadem regnum Sicilia & terra ad Romanam ecclesiam, eiusque dispositionem plene ac libere deuoluantur.

Quod si, non extantibus masculis, femina in eisdem regno & terra successerit, illa Regi, vel Imperatori Romanorum, seu in Regem, vel Imperatorem Romanorum electo; vel Regi aut electo in Regem Theutonia, seu domino Lombardie, vel Tuscia; aut maioris partis earum, seu electo ad earum dominium, numquam matrimonialiter copuletur: & si contrarium fecerit, eo ipso cadat a Sicilia regno, & terra predictis, maneatque prorsus ipsorum iure privata, ipsis regno & terra ad eandem Ecclesiam deuolutis. Si autem ego vel aliquis dictorum in regno meorum heredum contra hac venerimus, eo ipso excommunicati, prout secundum conditiones, sub quibus regnum & terra predicta mihi & heredibus meis concessa sunt, per sedem Apostolicam extitit ordinatum, & insuper labe, et reatu periculis reserpsi, et notati existamus. In huiusmodi quoque iuramento addo, & per eosdem in dicto regno heredes addetur expresse, quod nullo unquam tempore regnum seu Imperium Romanum aut regnum Theutonia, vel dominium Lombardie, seu Tuscia, aut maioris earum partis, aut eandem Lombardiam, vel Tusciam, vel maiorem partem ipsarum, per nos, vel alios, seu alium occupabimus, capiemus, vel acquiremus, aut nobis alias quomodolibet vendicabimus: & si secus fecerimus, secundum prescriptam formam penas similes incurramus.

Quod autem dicitur de maiori parte domini Lombardie, vel Tuscia, intelligitur scienter. Si vero ignoranter, eam ad mandatum Ecclesie dimittere tenemur: & si eam Ecclesia mandante dimittamus, non incidamus in penam in isto articulo, & consimilibus constitutam. Si vero moniti non dimittamus, remaneat pena, prout est in hoc articulo. Quod si forte in posterum Regem Sicilia contingat in Imperatorem eligi, postquam regni fuerit possessionem adeptus, non transeat ad Imperium: alioquin in penas incidat in hoc articulo, & alijs consimilibus comprehensas.

41 Quod si regni possessione predicti nondum agnita, seu obtenta in Imperatorem electus transire voluerit ad Imperium; in manu prius Romani Pontificis, vel illius, quem idem Pontifex duxerit destinandū, filium suum successorem in Regno, cuiuscumque fuerit atatis emancipet, & regno renuntiet, nihil iuris in eo retinens clam vel palam, nec cuiuslibet etiam potestatis; nec ipsum filium ad seruitium, vel subsidium aliquod faciendum iuramento vel voto, stipulatione vel pacto sibi vel successoribus suis asringat: sicque factus filius sui iuris ab eodem Romano Pontifice, vel ab alio destinato ab ipso protinus inuestiatur

de regno. Ad cuius regis successorem, si forte decederet sine liberis, nullo unquam tempore pater veniat, Imperator existens: sed si Imperio & omnibus, quae ad Imperium pertinent, idem pater renuntiare voluerit, & regno tantum esse contentus, post renuntiationem huiusmodi ad illius successorem libere admittatur: & tunc ab ipso Romano Pontifice, vel ab alio destinato ab ipso inuestituram recipiat regni eiusdem.

42 Quod si dictus filius sic ad regnum assumptus maior annis decem & octo fuerit, libere administret, sed quamdiu minor extiterit, tam ipse quam regnum ipsius in custodia Romana ecclesia maneat, donec Rex ipse impleuerit supradictam aetatem; fructibus & obventionibus regni, ex quibus sumptus necessarij faciendi pro eiusdem Regni custodia aduecantur, Regi conservandis eidem; & lucro alterius ratione ipsius custodie non cessuris. Quae vero de filio dicuntur, ut ei videlicet regnum possit sub obseruatione, praemissa a patre ad Imperium transeunte dimitti, de filia etiam est concessum.

43 Et si Rex, non habens filios, in Imperatorem electus ad Imperium transire voluerit; & de personis, quae in conditionibus contentis in instrumento, seu literis bonae memoriae Anibaldi basilicae duodecim Apostolorum presbyteri, Richardi sancti Angeli, & venerabilium patrum Ioannis S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobi S. Mariae in Cosmedin diaconorum Cardinalium super concessione predictorum regni & terra mihi facta concessis; dicuntur libertas non extantibus in regno posse succedere, aliqui superstitis fuerint; quae de filio & filia predicta sunt, conseruentur in illis, excepto mancipationis articulo, qui in solis illis procedere poterit, quae capaces emancipationis existant ratione patriae potestatis. Quod si Regi Sicilia sine filio decedenti superstitis sit filia, vel mulier alicui, quae iuxta formam in predictis conditionibus contentam debeat ad huiusmodi successionem admitti; quae Imperatori, dum ipse Rex uiuere, fuerat desponsata, vel nupta; non succedat in regno: & si regno sibi delato Imperatori nupserat, cadat protinus ab eadem: nisi vir eius Imperio prorsus renuntians, regno solummodo sit contentus.

44 In primo autem casu repulsi filia, & alia predicta, ad personas illas, seruatis gradibus, regnum perueniat, quas in regno posse succedere in ipsis conditionibus continetur, si Regi praertuio liberi non superint. In secundo autem casu regnum ipsum ad Romanam ecclesiam deuoluatur. Regnum quoque Sicilia & terra predicta Imperio nullo modo subdantur, nec sibi ullo unquam tempore in eadem persona quomodolibet veniantur; & praecise super hoc articulo tam per penas spirituales, quam alias cautiones cauebo iuxta Ecclesiae voluntatem, quandocumque tu, vel dicti successores tui hoc duxeritis requirendum: cum prorsus intentionis sit Romana ecclesia, ut regnum & terra predicta nullo unquam tempore Imperio uniantur; ut scilicet vnus Romanus Imperator & Sicilia Rex existat. Quod autem circa unionem ipsorum regni & terra cum Imperio dictum est, hoc ipsum circa unionem eorundem regni & terra cum regno Romano, aut regno Theutonia, seu cum Lombardie vel Tuscia, siue cum maiori parte ipsarum Lombardie vel Tuscia, volo. & intelligo esse dictum. Vniuersas & singulas condiciones contentas in predictis instrumento, seu literis predictorum bonae memoriae Anibaldi basilicae duodecim Apostolorum presbyteri, Richardi S. Angeli, ac venerabilium patrum Ioannis S. Nicolai in carcere Tulliano, & Iacobi S. Mariae in Cosmedin diaconorum Cardinalium super ipsorum regni & terra concessione, mi-

Dū filius impubes extiterit, regni procuratio penes sedem Ap. consistat.

De regni successione & gradibus in ea seruandis.

Veteracō uenta cōfirmata.

bi ab eis facta confectis; & omnia singula, qua continentur in eisdem instrumento seu literis, plenarie adimplebo, & inuolubiliter obseruabo; nec ulla unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet, et hæc sancta Dei Euangelia. In huiusmodi autem rei testimonium, perpetuamque memoriam, præsens scriptum exinde confici iussi, et aurea bulla regie maiestatis impressa typario communiti. Actum Viterbij in palatio papali anno Domini MCLXXVI, die VII. mensis octobris quinta indictionis, regni mei anno duodecimo.

45 In eadem Viterbiensi vrbe Ioannes nonnullos veteres Caroli hostes pœnis ecclesiasticis defixos, vt Veronenses ac Papienses, qui adhuc in pertinacia obduruerant, ad frangendam eorum pernicitiam prædecessorum exemplo censuris, illis toties incussis, ob Manfredi, & Conradini partes susceptas, deuinxit a. Deceuisse præterea Ioannem in orientem legationem, ad Palæologum ac Græcos in fide & obsequio Romanæ ecclesiæ continendos confirmandosque, tradit Bernardus b: *Hic misit legatos ad Pariologum, sic ipse vocat Michaellem Græcorum Imperatorem, si uellet obedire mandatis ecclesiæ Romanæ cum gente sua: fueruntque missi duo episcopi, et frater Saluus de Barga cum eis, qui optime recepti sunt ab eodem, et obtulit se ad omnia, qua nuncijs sui in concilio Lugdunensi promiserant, obseruanda.* Eadē Iordanus c & alij. Sed de his anno sequenti. Nunc Terræ sanctæ res, atque ad eas instaurandas principum conatus, & consilia in luce historiarum collocemus. Ornabat Hierosolymitanam expeditionem, suscepto crucis signo, Philippus Francorum Rex, ac magnam bene gerendam rei spem & expectationem explicuerat: ob quam gaudio delibutus Ioannes Galliarum præsulibus censuras ecclesiasticas infligere ijs iussit d, qui crucem acceptam abijcerent, vel traiectionis ineundæ articulo se itineri accingere detrectarent.

Archiepiscopis, episcopis, ac alijs ecclesiarum prælatis per regnum Francia constitutis.

46 Considerantes feruentis charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris deuotionis affectum, quam ad Terram sanctam ipsum habere manifestis inditijs profitetur; quodque mundi huius delitiosis otijs, quibus affluere posset excellentia regia, vilipensis, sponte se ipsum abnegans, viuificæ crucis assumpto signaculo, ipsius terræ negotium contra Christiani nominis æmulos magnanimitèr assumpsit, personaliter in eius subsidium, Deo præuio, profecturus; eo negotium ipsum subuentionis opportuna suffragijs libentius adiuuamus, quo ipsam in manu sua speramus feliciter dirigendum. Eapropter, vt idem Rex tanto negotium ipsum animosius profecturatur, quanto illud curæ nobis, & Apostolicæ sedi fore cognouerit per effectum, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus crucesignatos laicos ciuitatū uestrarum, diocesium, & locorum, qui tempore passagij generalis in subsidium Terræ sanctæ, votum Domino non reddentes, neglexerunt iuxta emissum votum, vel tardauerint transfretare; nisi id de Apostolicæ sedis, vel legati eius in Francia licentia sibi concessa distulerint, aut eos impedimento legitimo contigerit detineri, contra eorum dominos seculares, ab eis pro tempore, a quo crucis signaculum assumpsisse dignoscitur, tallias debitas exigentes, nullatenus defendatis. *Dat. Viterbij v. id. decembris anno 1.*

47 Inflammatum egregie Francorum Regem ad arma sacra Saracenis Asiaticis inferenda, contracta ab ipso cum Alfonso Castellæ & Legionis Rege discordia, ob nepotes ex sorore potiundi sceptri spe deturbatos, retardauit. Cumque ij, pluribus tractatibus pacis tentatis frustra & elusis, rem ferro decernere constituisset; ex quo res Christiana, quæ ipsorum potentia assurgere atque efflorescere sperabatur, affligi admodum necesse erat, adhibuit partes suas Ioannes, vt Francorum Regis iras mitigaret, proposuitque longe maiora ipsum spectare; Syriam eius auxilio e præsentibus calamitatibus erigendam; vtque ad pacem blando aliquo colloquio coniungendam animum flecteret. Apostolicarum literarum exemplum a infra scriptum est.

Regi Francia illustri, &c.

Habet insaufi rumoris assertio, quod humani generis inimicus, pacis hostis, amator litium, zizania seminator, inter te & charissimum in Christo filium nostrum Regem Castellæ ac Legionis illustrè materiam grauis dissensionis ingessit, vsque adeo principes commouens dissidentes, vt inter se non iuribus, sed viribus; non per iustitiæ semitas, quæ inter discordes media esse debet, sed potentia experiri decreuerint; nec uiris pacificis, sed congressibus bellicis exortam dirimere quæstionem. Profecto in auditu rumoris huiusmodi vehementer indoluit Romana mater ecclesiæ, & eius pia viscera turbationis validæ turbo concussit: dum tam fideles filios, tam deuotos, quos optat ardentius solidæ charitatis glutino copulari, sentit in vtero collidentes: dum Reges tam inclytos, quos fidei Christianæ religio semper & promotores habuit, & suorum hostium repressores, in tam graui discordia positos intuetur. Reuera & nos in stuporem deducimur: & non possunt mentes fidelium non mirari, dum tam catholicorum Regum molimina, in blasphemos Christi dirigi consueua, in redemptos Christi sanguine præparantur: dum principes tanta consanguinitate coniuncti, qui deberent se potius mutuis fulcire præsidijs, fauoribus confouere; ac illa, quæ pro temporum diuersitate contingit emergere, quantumcumque graua, quantumcumque difficilia tractatibus ordinare domesticis, & familiaribus collationibus expedire; nec in talibus susurrionum vti consilij, vel adhærere suggestionibus, quæ nequaquam de fonte charitatis emanant, sic noscuntur adinuicem aduersari. Nimirum si diligenti meditatione discuitur, multum hæc Regis vtriusque nomini detrahunt; multum famæ derogant & honori. Quid enim putas non tam loquitur, quam * crucis hostis. Quid orthodoxæ fidei æmulus nefario sermone disseminat? Quid submurmurat infidelis?

48 Attendentes igitur tam dispendiosum mundi periculum, & specialiter Terræ sanctæ, cuius lacrymæ singulariter ad te clamant; cum tuaurum potentia virium ab incumbentibus sibi malis speret, fauente Domino, resurgendum; & cupientes in hac parte opportunum remedium adhibere, serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attente, ac obtestamur per asperionem sanguinis Iesu Christi, quatenus attente recogitans, quod occasione turbationis huiusmodi negotiorum Dei, quæ te principaliter expectant & expetunt promotorem, executio impeditur; & conuertens ad mansuetudinem, quod dispositum videtur ad iram; animum regium ad pacis bonum & vnitatem concordie habiles & disponas: tanto proinde pacis actori & eidem matri Ecclesiæ futurus

Veronenses & Papienses censuris defixi.

Lib. 1.

ep. 153.

Ioannes legatos ad Græcos. Imp. mittit.

b Bern.

chron. Rō.

Pozz.

Pollicetur

Palæologus

de re

ta concil.

Lugd. feruaturum

e Iord. M.

S. Vat. sig.

n. 1960.

d Lib. 1.

ep. 68.

Philippus Francorū Rex cruce indutus.

Pontifex monet antistites, vt crucem gnari ad expeditionem sese ædornent.

turus acceptior, quanto te deuotius ipsorum beneplacitis conformabis. Vt autem quod in hoc desideramus auidius, facilius & celerius valeat prouenire, dilectos filios fratres Ioannem magistrum Prædicatorum & Hieronymum ministrum Minorum fratrum ordinum viros religione conspicuos, probitatis expertæ ac meritis & fama pollentes, & nobis ac fratribus nostris acceptos, laetiores præsentium ad præsentiam regiam destinatos; quorum salutaribus monitis & persuasiõibus in hac parte magnitudinem regiam acquiescere cupimus, & promptis consensibus adharere, vt auctore illo, qui potest, quibuslibet diffidiorum vepribus radicitus amputatis, inter te ac memoratum Regem Castellæ optatæ pacis fœdera reformatur: Cæterum si quod forsitan inter te ac ipsum Regem supererit quæstionis, sedis Apostolicæ sollicitudo non deerit, sed parata se offert suis non parcendo laboribus in ijs & alijs inter te ac dictum Regem pro viribus omnem fomitem dissensionis extinguere, ac vnitatem studijs procurare sollicitis, & fouere. *Dat. Viterbij id. octobris.*

49 Non his deliniri potuit Philippus Francorum Rex, quem sororis iniuria vrebatur; sed ingentem exercitum, vt in Hispaniam duceret, comparauit. Non enim modo Gallos proceres, vt Vvestmonasteriensis ait a, in sui auxilium excitauerat; verum etiam Eduardum ob stipendiarias, quas Francorum Regum beneficio acceperat, prouincias, venire cum exercitu ad inuadendam Regis Castellæ ac Legionis ditionem iusserat. Quo illi nuntio admodum attonitum, atque ancipitem fuisse tradit auctor, cum nec Philippo officia fiduciarij principis negare vellet, nec Alfonso lacessere, cuius sororem Alienoram vxorem duxerat; atque etiam nefas putaret in eum principem ferum stringere, a quo cingulo militari donatus fuisset: cumque alterno cogitationum æstu fluctuaret, sumpsisse consilium significandi Philippo, gerere se in votis amicitiam inter vtrumque reintegrare; ac si pacis leges Alfonso respueret, arma in eum mouere non detrectaturum.

50 Vt tristem hunc annum a luctu sumus aspiciat, ita fœtissima historia, quam affert Ioannes Longinus b, concludemus; ex qua discant improbi ad patranda impune & effrænate scelera non ita sibi de diuina misericordia temere ablandiri: Miles, inquit, quidam Polonus, seuus & impius in proprios subditos & externos, de vita futura nihil pensi gerens, cum assiduis præuaricationibus in Deum, confiteri & pœnitere pro ludibrio ducens, iras in se caelestium coaceruasset, in grauem incidit languorem. Sed nec tum quidem scelerum conscientia actus, quicquam sibi de impetranda propitiacione diuina ratus, se superuicturum & suas transgressiones resumpturum prospexit. Inualecente tandem morbo fratres Prædicatores, per consortem illius pro sananda agra mente acciti, militem ad pœnitendum multifarie per salutifera monita inducebant. Quibus miser homo commotus: Serius, inquit, ad pœnitendum me impellit, serius confessionem iudicatio iam, & damnato suadetis; cum pœnitentia & gratia tempore effluxo, confessionis et pœnitentis spatium mihi subrepto, iussu Dei iudicio in potestatem traditus sum spirituum tenebrarum. Vrgentibus deinde maiori instantia agrum fratribus, ne qua desperatione commissorum facinorum a confitendo et pœnitendo abstraheretur, opem diuinam, si confiteri & pœnitere vellet, pollicentibus, extremam edidit vocem: Frustra, inquit, ingeritis de confitendo monita proprio exu-

to et spoliato arbitrio, etiam in demonum potestate consistenti, a quorum cateruis supereminentibus torquendus et flagellandus iam appetor. Auidæ illico sunt percussiones horrendæ, ietus frequentes, et atrocissima exsonitu, et collisione atque reciprocatione flagellationum verbera; et in agra corpore liuores, plaga vulneraque a fratribus & alijs circumstantibus visibiliter ab inuisibilibus tortoribus illata conspecta, inter qua ille infelix & execrandus homo, nec vocem, nec gemitum edens, miserabiliter expirauit. In quo beatissimi Augustini sermo pro diuino oraculo cuiuslibet peregrinanti retinendus impletus est: Hæc est, inquit, iustissima lex Dei, vt qui viuendo obliuiscatur Dei, moriendo obliuiscatur sui.

IESV CHRISTI

annus 1277.

IOANNES XXI.
PP.RODVLPHI REG. ROM. 5.
MICHAEL. PAL. IMP. OR. 17.

1 **A**nnus a nato Christo millesimus ducentessimus septuagesimus septimus, indictione quinta, inopino Rom. Pontificis casu Christianum orbem terrore perculit: de quo antequam dicere aggrediamur, quæ ipse antea gesserit, oratione sunt percurræda. Exarserat bellum atrox inter Castellæ & Francorum Reges, cum ex nimia Alfonso facilitate atque propensione in Sanctum secundum natu filium, qui Ferdinando fratre maiori natu, relictis duobus ex Philippi Francorum Regis sorore liberis, extincto, regni successionem affectasset; ac mouit ita quæstionem, vt indicto nobilium solemnem conuentum secundum illum pronuntiatum sit, atque Ferdinandi filij spe successionis deiecti.

2 Visa est ea res, vt scribunt Iordanus c, Nangius d, & alij, Philippo iniqua, cum patrum iura transfundantur in filios: tum alia suberat ratio, S. Ludouicum, dum filiam Ferdinando Alfonso primogenito vxorem tradidit, ob iura, quæ in Castellam materno genere se habere contendebat, ita cum Alfonso conuenisse, vt qui ex eo matrimonio suscepti essent liberi, sceptrum Castellæ forent adepturi. Incendisse quoque iracundia Philippum aiunt, sorori dotem redditam non fuisse, eamque, retentis liberis, magno cum salutis ipsorum discrimine, in Gallias dimissam, atque ob ea Francorum Regem bellum Alfonso denuntiasse. At Pontifex, cum eo bello consilia expeditionis Hierosolymitanæ in Lugdunensi synodo agitata dissipari, atque euanescere intueretur; dum arma, quæ vertenda in Saracenum erant, Christiano cruore imbuenda essent; auersatus facinus propter inducias ab eadem sacrosancta synodo vniuersis principibus eo tempore indictas, Simoni Cardinali A. S. L. dedit imperia e, vt Philippum a gerendo in Alfonso bello intentatis censuris deterreret.

Simoni tit. S. Cæciliæ.

3 Molesta nimis & dispendiosa dissensio, quam zizania sator, cunctorumque malorum incentor inter charissimos in Christo filios nostros Francia & Castellæ Reges illustres suscitasse dignoscitur, eo potius intima nostri cordis amaricat, & punctionis aculeo durioris affligit, quo amaras illius circumstantias nobis intentioris considerationis discussio repræsentat: attendimus etenim paternæ sollicitudinis studio incommoda immensa, quæ ingerit; & commoda, pique Dei negotia, quæ si

E e pro-

Bellum inter Franc. & Castell. Reges. Que illius causa. Sanctus ex fratre maiori natu nepotibus regni hereditatem eripit.

c Iord. M. S. Vat. sig. nu. 1960. d Nang: ubi sup. & alij. Dimissa in Gallias Regis Franc.

foror sine dote ac liberis. Alforfo. Regi bellu Phil. de nunciatur.

e Ioan. l. 2 ep 35.

Pontifex deplorat Terræ sanctæ subsidium disturbari.

Annal. Eccl. Tom. XIV.

procedat, impediatur, utinam non extinguatur, præcipue circa Terræ sanctæ subsidium, molestias longe acriores solito, prout mæltus rumor enuntiat modernis temporibus perferentis. Nam si, quod absit, inter Reges eisdem, aut gentes ipsorum (quas in bellis animorum vigor, & corporum efficit virtuosas) locum sibi congressiua collisio, seu collisiua congressio vindicaret, cuius putas æstimatione, quantumlibet studiosa, conciperet quantum illa Christiani sanguinis exhauriret, quas hominum strages ingereret, quæ animarum pericula, quot damna rerum inferret? Reuera non temporis, immo nec temporum, quæ status miserabilis dictæ terræ non sufficit expectare, cursus adijceret, ut resumptis viribus facultatum, quas expensarum abyssi, & quasi profluuium sumptuum, quos bellicus exigit apparatus, absorbent, proficere posset terræ præfata negotium Gallicorum laudanda deuotio, quos viuificæ crucis signaculum insigniuit; ad quorum, post Deum, singulare suffragium terra ipsa expectationis anxietate fatigata suspirat.

4 Cum itaque, sicut quorundam relatione didicimus, dictus Rex Franciæ instaurare conetur exercitum aduersus memoratum Regem Castellæ, ac terras ipsius hostiliter processurus; nos pie volentes tantis obuiare periculis, tantisque discrimibus congruum remedium adhibere; præsertim cum ad prælatos omnes & episcopos maxime spectare noscatur, in diocesis proprijs exhortationibus prius, & tandem suæ iurisdictionis ac potestatis vigore ad concordiam reuocare discordes; multoque magis ad nos, qui licet immeriti, potestatis plenitudine fungimur, nobis ex alto concessæ, singulariter pertineat in vniuersali Ecclesia, cunctaue congregatione fidelium pacem quærere, ac ipsam facere diligentius obseruari; & insuper in Lugdunensi concilio in fauorem negotij terræ prædictæ prouida fuerit deliberatione statutum, ut in toto orbe terrarum, inter principes præcipue, ac alios Christianos pax generaliter obseruetur; ita quod per ecclesiarum prælatos discordantes reducantur ad pacem, vel firmam treguam certi temporis spatio inuolabiliter obseruandam, & acquiescere contemnentem per excommunicationem in personas, & in terras ipsorum interdicti sententias compellantur; tibi, quem non solum originis ratione, quam de regno Franciæ traxisse dignosceris, verum etiam multæ beneuolentiæ, quam inclyta domus ipsius Regis Francorum a longis retro temporibus ad te gessit, prosperi status eorumdem Regis & regni sedulum nouimus zelatorem; & ad conseruationem honoris ipsorum, nec non & ad præfata pericula propulsanda synceris affectibus affici, præsentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus tam præfatum Regem Franciæ, quam omnes alios, cuiuscunque sint conditionis aut status, in præmissis regni adherere præsumentes eidem, ut ab huiusmodi instauracione, ac hostili processu contra præfatum Regem Castellæ seu terras ipsius omnino desistant, si, quando, & prout circumspeditioni tuæ secundum Deum videbitur expedire, per excommunicationis in personas, & interdicti sententias in terras eorum, appellatione remota, compellas: non obstante si Regi Franciæ aut adherentibus supradictis, seu cuius eorum a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, aut terre ipsorum ecclesiastico interdicto supponi non possint per literas sedis eiusdem, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de

indulto huiusmodi mentionem; & qualibet aliã dictæ sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscunque tenoris, vel expressionis existat, per quam effectus præsentium impediri posset, vel quomodolibet retardari. *Dat. Viterbij v. nonas martij anno 1.*]

5 Ad extinguendam ergo erumpentem flammam, dum primos belli impetus Simon Cardinalis frænabat, legationem ad utrosque Reges in concordiam adducendas decreuit, de qua hæc Iordanus a: *Misit, inquit, Ioannes Papa legatos ad Reges Franciæ & Castellæ fratrem Hieronymum generalem Minorum, qui postea fuit Nicolaus IV. & fratrem Ioannem de Vercellis magistrum Prædicatorum, ut eos concordarent.* Data sunt hæc a Ioanne ipsis imperia^b, collataque auctoritas, ut coitiones rescinderent, ac pacis obstacula remouerent.

Ioannes, &c. Volumus quatenus, diligentius aduertentes, quod negotium tam insigne statumque; totius religionis Christianæ contingens, ac propter hoc potissime insidens cordi nostro, vobis committimus confidenter, quodque ad hoc vos specialiter duximus eligendos; prædictorum Regum præsentiam adeuntes, ipsos ad pacem & concordiam, iuxta datam vobis ex alto prudentiam, sollicitis monitis & efficacibus persuasionibus inducatis, ut auxiliante Domino, qui est actor pacis & humanæ salutis amator, vestraque cooperante solertia, tam vtili & necessaria fidei orthodoxæ concordia possit celeriter prouenire. Ut autem in hoc impedimenti vel obstaculi seu turbationis cuiuslibet tollatur occasio, dissoluendi, vacuandi, irritandi & reuocandi omnes pactiones, obligationes, confæderationes, & colligationes iuramento, vel quacumque alia firmitate vallatas; nec non & relaxandi huiusmodi & alia quælibet iuramenta a quibuscumque præfata, per quæ nutriri discordia, & pacis bonum posset quomodolibet impediri, vel etiam retardari, prout ea secundum Deum videritis dissoluenda, vacuanda, irritanda, seu insuper reuocanda, vobis plenam & liberam præsentium auctoritate concedimus potestatem. *Dat. &c.*]

Gravioribus conciliandi vtriusque Regis curis æstuassee Ioannem probant aliæ literæ ad eisdem datæ^c, quibus ipsos in eos Reges, vel in alterum, tum in exercitum vibrandi censuras prouinciam imposuit, si acies in prælium educerent: *Voti, inquit, nostri & sacrosanctæ matris Ecclesiæ ad id feruentis intentio vix potest aliquibus in hoc contenta esse remedijs; vix potest aliqua sufficientia existimare. Ideoque noua solerter excogitat, excogitatis adijcit, & ea in optimum effectum deducere celeri executione festinat.* Et infra: *Si expedire videritis, Reges eisdem, vel eorum vtrumlibet, ac ipsorum exercitus siue gentes, ne alter inuadat alterum, vel quomodo inter se congregiantur hostiliter, per censuram ecclesiasticam compefcatis.*

6 Auxit porro eos tumultus Violantis Regiæ vxoris Alfonso Castellæ discessus, cui hoc anno data a Pontifice nonnulla priuilegia, ut sepultura locum, in quo malit tempore deligeret^d, tum in suppositis ecclesiastico interdicto vrbibus oppidisue sacris interesse possit^e. Illam vero ideo ex Alfonso regno se subduxisse tradit Mariana^f, quod materno affectu in primogeniti filij liberos procliuis, haberi ludibrio eorum ætatem pati non posset, cum quibus, ne quid grauius illis accideret, patrum potentia & regnandi cupiditas suspecta erat, ad Petrum fratrem Regem Aragonum perfugit. Cæterum tanta impotentia animi eam rem tulit Alfonso, ut extremis supplicijs in dis-

Pax vel induciæ imperatæ principibus in concilio Lugdun.

Legato partes iniuncte, ut Francos bellum mouentes censuris compri-

fecit Regina, quos credidit, auctores sauerit: atque adeo illa fororis fuga Petrum exasperat, vt parum ab inferendo Alfonso bello abesset, vt inquit auctor, nisi illum Saracenorum insoliti motus distraxissent: petenti sane vxorem Alfonso, respondit, Aragoniam omnibus per fugium tutum esse, multo magis forori.

7 Irrupisse tunc ex Africa in Aragonum Regis terras Saracenos ex pontificijs literis ad Narbonensem atque Arelatensem archiepiscopos datis perspicuum est, quibus decimas in regno illius principis, & comitatibus colligendas, ac Terræ sanctæ subsidio in Lugdunensi concilio deuotas, in Regis auxilium ad propulsandos Saracenos deriuari Ioannes iubet a.

Ioannes, &c. Charissimus in Christo filius noster Rex Aragonum illustris nobis nuper literis & nuntijs intimauit, quod Agarenorum funesta præsumptio, quos nutrit profana regio Africana contra renatos fonte baptismatis armata diris aculeis regni sui Christicolis sænis perturbans procellis, adeo Agarenicæ potentia conuocatis auxilijs in superbam audaciam est euecta, quod iugiter hostilibus tentat aggressibus regnum ipsum suo nefando, quod absit, subiugare imperio, & in eo demum extinguere lucernam nominis Christiani. Propter quod idem Rex contra impetum tam sæui fulminis, suis & suorum viribus excitatis, tandem astimauit super hoc fore apostolicæ sedis auxilium implorandum: quare nobis humiliter supplicauit, vt regnorum & comitatum suorum ecclesiasticorum prouentuum decimam in Terræ sanctæ subsidium in Lugdunensi concilio deputatam dignaremur sibi concedere in tuitionem regnorum & comitatum eorumdem. Nos autem dum dictæ Terræ sanctæ afflictionem in opprobrium præfati nominis continuatam hucusque in mentis nostræ secretario recensemus, inducimur quidem inuiti ei deputatum subsidium in alterum deriuare: verumtamen quia tam damnatæ præsumptioni, & vicinis perfidorum aggressibus occurrere salutaribus remedijs quamplurimum necessarium comprobatur; ne forte inualescat in proximo, quod in remotis Christiana deuotio proponit prosequi contra perfidiam Agarenicam, Deo propitio, sub vexillo victrici; considerato quoque, quod ex resistentia suffulta viribus, diuina opitulante dextera, Agarenorum ipsorum alis præcis potentiæ, Babylonica Christianorum persecutio horum consueta foueri præsidijs reddetur plurimum imbecillis; dicto Regi in hac parte, immo potius fidei Christianæ volentes fauoribus assistere opportunis, ei super ijs apostolicæ benignitatis fauorabilem assistentiam nequiuimus, sicut nec debuimus, considerata huiusmodi qualitate negotij denegare, &c. Dat. Viterbij 11. id aprilis pontificatus nostri anno 1.]

8 Opraasset quidem Pontifex, in Terræ sanctæ auxilium eas decimas afflictis illius rebus instaurandis consecratas conuertere: sed atrox periculum laboranti Aragonia opulari vrgebat, de quo ad magistrum Benenatum Aragonia collectorem scriptæ literæ b. Verum non exigua eorum vis adornandæ illi expeditioni ex alijs prouincijs regnisque supererat, de qua ad episcopum Cassanensem c in Calabria & Sicilia, Ardicionem primicerium ecclesiæ Mediolanensis d in Anglia, Raynerium e in Coloniensi archiepiscopatu, Rogerium f in Treuirensi, Albertû g in Viennensi cogendis decimis præfectos datæ crebræ literæ. At-

tributæ erant ea decimæ subsidiariæ principibus, qui copias cruce signatas comparabant, atque ita cû Guido Flandria comes idemq; Namurcensis marchio arma Christi obsequio cõsecrasset, decimas in eius ditione cogendas subiectis conditionibus impertiuit a: *Volumus quod tempore assignationis decimæ memoratæ idem comes se obliget, & sufficienter caueat ad ipsius Ecclesiæ voluntatem, quod si, quod absit, contingat eum ab ipsius prosecutione voti casu mortis, aut quouis alio legitimo impedimento subduci, heres vel successor suus prædictum votum cum huiusmodi, nimirum honorifica, comitiua equitum bellatorum in persona propria exequatur. Si vero prædictum heredem, vel successorem ab huiusmodi executione voti quocunque casu, vel modo retrahi, vel cessare contigerit, prædicta decima integrè ad Rom. ecclesiam reuertatur: dielususque comes, ac heredes, vel successor præfati id, quod de prædicta decima forsitan ante ipsius comitis nomine perceptum fuisse contigerit, eidem Rom. ecclesiæ nomine dicta terræ reddere teneantur ad Apostolicæ sedis arbitrium, in terra prælibatâ subsidium conuertendum, &c. Dat. Viterbij xiv. kal. februaryj anno 1.*

9 Nec minus ad tuendam inter fideles pietatem, quam ad eam armis inter Saracenos amplificandam, nauata ab Ioanne opera est: in Gallijs enim nonnulli philosophiæ furo subornatos errores contra fidem Parisijs diffundere, magicisque artibus simplices inficere non perhorruerunt: quos Stephanus episcopus Parisiensis in publico theologorum ornatissimo cœtu damnauit b, vultque asseri nonnulla esse vera secundum philosophum, sed non secundum fidem catholicam, *Quasi, inquit, sint due veritates contrariæ, & quasi contra veritatem sacræ Scripturæ sit veritas in dielitis gentium damnatorum, de quibus scriptum est: Perdam sapientiam sapientum; quia vera sapientia perdet falsam sapientiam.* Extant vero Ioannis literæ c ad eum datæ, quibus deplorat eiusmodi facem ex illa academia emeruisse, e qua ante limpidissimi scientiæ riuu emanabant: ac prouinciam in eos inquirendi, atque ad sedem Apostolicam deferendi imponit.

10 Relatio nimis implacida nostrum nuper turbauit auditum, amaricauit & animum, quod Parisijs, ubi fons viuus sapientiæ salutaris abundanter hucusque scaturijt, suos riuos limpidissimos, fidem præficientes catholicam vsque ad terminos orbis terræ diffundens, quidam errores in præiudicium eiusdem fidei de nouo pullulasse dicuntur. *Volumus itaque, tibi que auctoritate præsentium districte precipiendo mandamus, quatenus diligenter facias inspicere, vel inquirere a quibus personis, & in quibus locis errores huiusmodi dicti sunt siue scripti; & quæ didiceris, siue inueneris conscripta fideliter nobis per tuum nuntium transmittere quam citius non omittas. Dat. Viterbij xv. kal. februaryj anno 1.*

11 Adhibitum est etiam in Italia ad hæreseos venenatas radices, ne latius serperent, amputandas, studium. In quo oppidanorum Sermionenium zelus maxime commendandus visus est, qui cælesti instinctu permoti hæreticos, perfidiæ addictissimos, ad centum septuaginta octo vtriusque sexus correptos, constrictosque vinculis ad Philippum in marchia Tarusina plectendis hæreticis præfectum adduxere: a quo consultus Pontifex præcepit d, vt oppidanos censuris, quas ob hæreticos receptos contraxerant, liberaret, modo populi procurator culpas omnes in eo commissas fateretur: eaque lex imponeretur acerrime in eos tam ob præterita quam futura flagitia, si nouo

Guido Flandriæ comes expeditioni Syriacæ se deuouet. *alb. ep. 102* Pontifex pro instituendo bellico apparatu decimas Flãdriæ illi attribuit.

Errores in Parisiensi academia disseminati.

b Ext. eius sententia in bibliot. patr. to. 4. col. 1319.

c Lib. 2. ep. 31.

Pontifex in auctore inquiri.

Sermionensium zelus in comprehendendis hæreticis.

d lib. ep. 32

Quid in eos statutum sit.

scelere se contaminarent, animaduersum iri: in singulos vero crimine hæreseos infectos ita se gereret, vt diem illis ad confitendas culpas diceret, ac si vere diuino spiritu acti viderentur, pœnam congruam illis infligeret: cæterum contra alios, qui patrata crimina fateri respuerent, seueritatem legum distringeret. Nunc quid in alios perduelles Ecclesiæ, eius gratiam ambientes, decretum sit, inspiciamus.

Imminente cœnæ dominicæ festo die, Guilhelmus marchio Montisferrati, ac Papiensium, Astensium, & Veronensium magistratus a Romano Pontifice oratorum opera in gratiam Ecclesiæ restitui flagitarunt. Quorum causa magnis implicita difficultatibus, cum non ita cito dirimi posset, ex Cardinalium consilio visum est a, ferendam interea sententiam, quo die ciecti fidelium cœtu Ecclesiæ perduelles anathemate defigi solent, vt si ij apostolicis imperijs non parerent, latis omnibus a Clemente IV. & Gregorio X. pœnis obnoxij essent.

12 Nec immunis erat protritæ ecclesiasticæ libertatis crimine Lusitaniæ Rex, quem Ioannes post exhibitas paterni studij ac beneuolentiæ insignes notas monuit b, ne eligendorum præsulum iura pontificia inuaderet: ad Apostolicæ sedis nimirum sollicitudinem incumbere, viros gerendo muneri pares præficere; nec sibi ex eo vllam iniuriæ notam iniuri putaret.

Regi Portugallia illustri.

Iucunditatis & exultationis in Domino multa materia excellentiæ tuæ debuit non indigne succrescere, pridem promotionis nostræ rumoribus intellectis, qui nunciorum & literarum demore præueniunt missiones; tuis in canticum Domini, a cuius largitatis irriguo gratiarum quarumlibet charismata deriuantur, non immerito labijs resolutis. Digna siquidem exultatio Regis erat, & imbre fœcundo conspersa tripudij mens illius; nam quem ipsius terra progenuit, titulos adeptus agnoscitur apostolicæ dignitatis; quique honoris regij semper se zelatorem exhibuit, summi pontificij culmina superna dispositione conscendit, iam tibi factus in patrem, quem hætenus reuercebatur vt dominum; iam in tui superiorem erectus, cui dudum plenis affectibus adhærebat, & adherere non desinit, eius ad id directo proposito, fauoris non immemor Regum, non oblitus amoris, circa te filium prædilectum per effectum operis paternæ dilectionis pandat affectum. Porro ab ipsis præfata promotionis auspicijs mens nostra disposuit catholicos Reges & principes, sed te præcipue sedis Apostolicæ literis visitare: nam etsi cæteros paternæ beneuolentiæ perspiciamus intuitu; ad te tamen natiui etiam soli materia zelum sinceræ charitatis accendit, & ad personam regiam summis fauoribus confouendam virtus originis nos inducit. Sed succedentis temporis qualitas, quæ impedimenta quamplurima intulit, casus graues ingessit, impræmeditatos iniecit euentus, prout tuam latere non credimus, fama reuelante, notitiam, effectum dispositionis huiusmodi retardauit. Ignorare itaque nolumus excellentiam regiam, quod te puro & sincero corde diligimus, tuæ specialiter salutis profectum & honoris incrementa zelamur, tuique regni pacem desideranter appetimus, & quietem, iuribus regijs non intendentes derogationis cuiuslibet irrogare dispendium; sed ea potius conseruare fauorabiliter & tueri, tuasue petitiones, quæ nobis pro tempore porrigentur, fauoribus prosequi gratiosis,

vt Romanam ecclesiam matrem tuam semper tibi sentias adesse propitiam, quam teneris filialis deuotionis affluentia reuereri. Nec ex eo velle nos æstimes in aliquo lædere iura tua, quod nonnullos in tui regni ecclesijs, minus canonice institutos, canonice per apostolicas destitui literas, conscientia nos vrgente, iubemus. Cum enim vinea Domini sabaoth credita sit vigilantia nostræ custodia, possemus de negligentia non indigne redargui, si minus idoneos nostra scienter patientia sustineret in vinea memorata cultores; nisi operarios non acceptos, qui per ostium non habuerint ingressum, ab eiusdem cultura sollicitè pelleremus, ne legitimum dominum illegitimus operator, dum placere putaret, offenderet, ipsumque, dum gratum præstare sibi autumaret obsequium, perturbaret. Grandi namque desiderio ducimur, vt in eodem regno dignus & sedulus impendatur Altissimo famulatus, vt in eo studio vacetur assiduo cultui diuinorum, vt seruetur maxime in clero iustitiæ regula, nullum ambitio locum inueniat, alter in alterius calumniam non erumpat; vt vnoquoque proprio iure contento, pax inibi vigeat, ferueat charitas, modestia salgeat clericalis.

13 Ideo desiderium, quod ad tuam, vt præmittitur, salutem in mente gestamus intensum remedijs, quibus possumus prosequentes, serenitatem regiam rogamus & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus dirigere ac acceptas facere studeas in conspectu Altissimi vias tuas, mores tuos & vitam semper reformans in melius & confirmans: ipsum Creatorem tuum honora in suis ecclesijs, & in suis ministris, non solum ab iniurijs abstinendo ipsorum, sed iura eorum ampliando liberalitate munifica, & regalis potentie brachio protegendo, nec omitendo in alijs regalis iustitiæ semitas, ad cuius executionem, vt populos tibi subiectos iuste regas & dirigas, regium nomen & titulum accepisti. Hæc enim, & ijs similia te ad promerendam diuinam gratiam fulcient, tuum firmabunt imperium, adijcient annos vitæ, famam & gloriam dilatabunt. Vt autem animo tuo promissa efficacius imprimantur, dilectum filium . . . qui de prædicto regno traxit originem, ad tuam præsentiam destinamus, quem familiariter audire poteris, & ei, quæ volueris, reuelare. *Dat. &c.*]

14 Ita Ecclesiæ iuribus tuendis insudabat Ioannes, qui in Ioannem S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Card. optime de Ecclesia meritum, quique postea summum sub Nicolai III. nomine pontificatum est assecutus, beneuolentiam apostolicam effudit. Extant enim pontificiæ literæ a ad eundem Cardinalem, S. Petri basilicæ archipresbyterum, & capitulum datæ, quibus ob actum ab eo ministrorum numerum portionem oblationum aræ maximæ, & confessionis S. Petri ad viginti annos contulit: confirmauitque b apostolica auctoritate statuta egregia, quæ ad deformatos clericorum illius basilicæ mores sanctoris vitæ institutis expoliendos, tum ad bona quæ partim auaritia, partim negligentia dissipabantur, retinenda augendaque edita fuerant. Cæterum præter hæc recensita a nobis Ioannis gesta, multa alia præclara molitum esse, ex Nicolai III. literis constat. Ad conciliandos enim Alfonso Castellæ & Legionis, ac Philippum Galliarum Reges legatos decreuerat. Excitauerat c Rodulphi Romanorum & Caroli Siciliæ Regum oratores, vt controuersias firmissimo fœdere dirimerent, antequam

a Ioan. l. 1
ep. 156. c.
157.

Lusitaniæ
Rex eccle
siasticam
libertatē
lædit.
b Cod. V. all
gen. lit. C.
n. 49. pag.
66.

Ioannis
ad eum li
teræ.

Illius ani
mum pa
træ com
memora
tione sibi
conciat.

Singulare
in illum
studium
exponit.

quam Rodolphus Italiam cum exercitu ingrederetur, ne sopitas Guelforum Gibellinorumque faces accenderet. Abagha Tartarorum Regis oratores, de quibus paulo inferius agemus, susceperat a; ac viros pietate & doctrina insignes ad Euangelium disseminandum mittere, præterea Græcorum ecclesiam validiore nexu astringere, & Palæologum inter & Carolum Philippumque nuncupatum Imperatorem Constantinopolitanum pacem iungere b meditabatur.

15 Accessisse igitur paulo ante ad sedem Apostolicam Tartarorum oratores, inde vero transmissos ad Francorum & Anglorum Reges, ut ipsos ad expeditionem Syriacam conficiendam promissis orientalium auxilij accenderent, refert Nangius subiectis verbis c: *Circa idem tempus, nimirum expugnata a comite Atrebatensi Pompeiopolis, in quadragesima venerunt nuntij Tartarorum in Franciam ad Regem Philippum, dicentes eidem ex parte domini sui Regis Tartarorum, quod si ipse Rex Franciæ, quia crucesignatus erat, proponeret contra Saracenos ad partes Syriæ in Acon transfretare, dominus ipsorum consilium gentis sue & iuuenem totaliter ac fideliter promittebat. Si autem veri nuntij, aut exploratores fuerint, Deus nouit; non enim erant Tartari natione nec moribus, sed de secta Georgianorum Christiani: quæ natio Tartaris totaliter est subiecta. Ipsi vero ex parte Regis ad abbatiam S. Dionysii in Francia ducti solemniter paschæ ibidem celebrauerunt, morem Christianum per omnia ostendentes; & postea, ut dicebatur, causa consimili ad Edoardum Regem Angliæ peruenerunt.* At crebra, proh dolor! Pontificum funera, ac præcipue Gregorij X. sanctissimi Pontificis, qui orientem atque occidentem ad Mahometicam superstitionem excindendam commouerat, intempestiuam, quam superiori anno luximus; tum bellum inter Gallos & Castellanos occasione illius controuersæ, a viuenti auctore ex maioris natu filio relicti nepos, an secundus natu filius successurus esset, accensum, ac regni Nauarræ turbæ, præclara illa orientalis expeditionis consilia dissiparunt.

16 Confudere pariter tristi exitu aduersi casus Caroli Siciliæ Regis consilia: is enim susceptis regni Hierosolymitani iuribus spes ingentes sui concitabat ob præteritas illustres victorias facile illius armis lapsas res restitutum iri. Quæ expectatione permota Ecclesia fauit, ut Maria, ad quam iure hereditario Palæstinæ sceptrum spectabat, in ipsum, ut laceras regni partes redintegraret, iura transfuderit. Rem gestam his verbis describit Sanutus d: *Prædicta domina, nimirum Maria Elisabethæ Reginæ Hierosolymitanæ e Milesanda neptis, MCCCLXXVII. perfecit quod antea tractauerat, & coram pluribus Cardinalibus, & prælatis, & maiori parte curiæ donauit tanquam heres legitimus regni Ierusalem, sicut pluries ostensum & declaratum fuerat per iudices, dominos legum & magistrorum decretorum, aduocatos, & sapientes, omnia quæcumque iura habebat, & habere poterat in regno & de regno prædicto Carolo Regi Siciliæ. Prædictus vero Rex donationem præfatam recepit: & facta sunt instrumenta dictæ donationis per plures publicos notarios, roborata nihilominus sigillis plurimum Cardinalium, ac prælatorum, qui personaliter præfate interfuere negotio. Deinde prædicta domina Rex possessiones & cætera dedit donaria, quibus illa merito contenta fuit: sicque regni Ierusalem ius ad Regem Carolum deuolutum est.* Et infra e:

17 Mittitur itaque ex parte Regis Caroli Roge-

rius comes S. Seuerini baiilius regni Ierusalem, & applicuit Ptolemaidem cum sex galeis MCCCLXXVII. VII. die iunij, Statim autem in aduentu ipsius Balianus de Tbelyn dominus Arsus, euacuato castro, illi cessit. Ille vero cum suis castrum intrat, sumitque terra dominum cum auxilio Templariorum, suorumque complicum. Subdit auctor, ut viri nobiles de fide Carolo obstringenda postulati, cum aliquandiu ob præstitum Hugoni sacramentum rem extraxissent, demum in Carolo Regis verba iurasse. Tum de præfecto Carolo subiungit: *Ipseque comes, nimirum S. Seuerini, similiter iurauit iuxta regni scita, quod debuit: deinde fecit senescalcum, comestabulum, marescalcum, vicecomitem, & cæteros officiales secundum patriam morem. Requisitus etiam princeps Antiochenus, ut faceret homagium, missis idoneis procuratoribus, debitum Regi Carolo fecit homagium.* De tradito Carolo a Maria regno Hierosolymitano, deque misso Rogerio meminere etiam Iordanus a, Andreas Dandulus b in Iacobo Contareno, & alij c. Tulit grauiori animo Rex Cypri Hierosolymitanum regnum, cuius possessionem iam ante iniuerat, sibi eripi: comparatoque ingenti exercitu Tyrum accessit, erectus in spem Ptolemaidis proditione potiunda: sed hæc eius expeditio conatu irrito est dissoluta. Ut vero postea, cum Sicilia a Carolo defecisset, Cyprij Reges Palæstinæ regnum, eiectionis Caroli præfectis, arripuerint, paucisque post annis eo fuerint a Saracenis spoliati, suis locis dicitur. Nunc reliquas Terræ sanctæ res prosequamur.

18 Extinctus est hoc anno immanissimus Christianorum hostis Bendocdar, a quo tot infandas clades dictæ Terræ sanctæ illatas luximus: *Bodem anno, inquit Sanutus, d Bendocdar Soldanus Babylonie, audiens quod Tartari quoddam eius castrum obsederat, vocatum Labiere super Euphraten, natando flumen pertransiit, & reperit sex mille Mugulos, qui illi multam intulerat molestiam: & amissis copijs vulneratus Damascum rediit, & accedente ventris profluuio xv. aprilis extinctus est: super quo Christiani ineffabiliter letati sunt. Successit autem illi filius Melequelsayt. Addit Aytonus e post acceptam a Tartaris cladem veneno potatum Bendocdarem eiusque filium non diu paternum sceptrum sustinisse, sed paulo post a tyranno Erfy solio fuisse depulsum. De filio Bédocdaris regno deiectione ab Erfy meminit etiam Sanutus f, sed Elphy appellat. Exarsisse inde inter Saracenos tantam discordiam, ut cadibus passim se mutuo delerent, refert Nangius g ac Nicolaus Papa III. confirmat h. Ex quo egregia Christianis porrecta erat occasio amissa ob præteritas discordias recuperandi: sed tum ij etiam ferrum in viscera conuertere, ut Sanutus narrat i: *Tunc inter principem Antiochenum & Templarios discordia nimia oritur: nam homines principis familiaribus Templi tadia ingerebant. Et infra: Accidit quoque ut magister Templi, per terram iens Tortosam, ab introitu Tripolitanae urbis prohiberetur, faceretque confici instrumentum de offensa per principem sibi facta; reuersusque est Ptolemaidem, ut bellum ei inferret, dimissis aliquibus de confratribus ad principem offendendum in Gibelet. Ipse quoque dominus Gibelet de Tripoli recesserat turbatus cum principe. Magister itaque Templi septem galeas armat, mittitque ad obsidendum Nephyn, militesque per terram: sed galeæ naufragium passæ sunt, quia ibant contra Domini voluntatem: & qui per terram ibant, Ptolemaidem rediere. Princeps vero & ipse multos equites peditesque congregat, & ad obsi.**

Rogerius comes Caroli nomine Ptolemaidis possessionem inuit

Magistratus creat

a Iord. M. S. biblior. Var. fig. n. 1960. b And. Dæ. c. 9. in Iacobo Contareno. e Bofius l. 10. & alij Rex Cypri in Sidj. Ptolemaidem reciperare molitur.

Verfa tū in ventos illius confidia.

d Loc. cit. cap. 17.

Bédocdar a Tartaris fufus.

Mortem oppetit.

Melequel sayt filius solio deiectionis.

Exorta. inter Saracenos diffidia.

e Ayton. hif. Oriem. cap. 35.

f Sanut. l. 3. p. 1. c. 8.

g Nang. in gest. S. Lud. b Nicol.

Papa. to. 1. l. 3. e. cur. 5.

i Sam. ibid. cap. 17.

Christiani inter se disfidetes reuoluerent occasio nem amittunt.

Concilia-
ta pax Ve-
netos in-
ter ac Ty-
rios.

a Sanut.
ib. cap. 16.
chr. And.
Dand. c. 9
in Iacobo
Contar.

b Ptol. Luc
hist. eccl.
M. S. l. 23.
c. 24.

Ioannis
XXI. in o-
pina mors

Appara-
tus super-
biae inter-
dum sunt
calamita-
tum semi-
na.

c Iord. M.
S. V. ar. fig.
n. 1960.

d Mart.
Poli. l. 4.

e Bern. in
chr. Rom.
Pont.

f Marti-
no Polono
historico.

g Bellar.
de script.
eccl. an.
1250.

h Possen.
in appar. sa-
cro 20. 2.

i Nic. III.
zo. 1. l. 2.
ep. 189.

k M. S.
Vall. fig. lit
C. nu. 49.

l pag. 74.
i Marr. IV
zo. 1. lib. 3.
ap. 50.

m Prol. Luc.
hist. eccl.
M. S. l. 23.
c. 24.

n Virtutes
& vitia
Ioannis
XXI.

o lb. c. 25

obsidendum Gibelet proferat: nihil autem lucratus
plures amisit milites. Ipso vero tempore magister
Templi mortuus est. Hi tristes intestini belli a Tem-
plariorum præfecto per summam imprudentiam
suscepti, exitus fuere. Conciliatam porro inter-
pretibus concordia Templarij veterem contro-
uersiam, quæ diu Venetos Tyriosq; exercuerat, re-
fert memoratus auctor a: *Tunc inter Venetos & Tyri
dominum pax reformata est procuratione dictorum
Templariorum sub bayliuatu Albertini Moresini, in-
choata sub eius præcessore domino Ioanne Dandulo:
& recuperauerunt tunc Veneti ius in tertia parte
Tyri, quæ habebant ratione cõquisitionis ipsius, & diu
posederunt: sed dominus Philippus de Monteforti
ius suum illis abstulerat propter guerram, quam cum
Ianuensibus habuerant.* At de Syriacis rebus hæc-
tenus: nunc de pōtificia morte dicere aggrediamur.

19 Describit eam Ptolemæus Lucensis b
subiectis verbis: [*Digna est exemplo pro incaute
gloriantibus de suo statu & dignitate: tradunt
enim omnes historici, quod dum esset in camera
solus, quam ipse ædificauit præter palatium pon-
tificale Viterbij, cum semel intraret dictam came-
ram, quod tamen sæpius contingebat eidem, respi-
ciebat se ipsum, ac totus soluebatur risu, quasi glo-
rians in se ipso: & tunc subito camera cecidit super
eum, & inter ligna & lapides collisus vi. die post
casum expirat, sua intentione frustratus, quia cre-
debat & sua sapientia confidebat, sicut ipse interdum
dicebat, longo tempore ista posse dignitate
gaudere.*] Eadem Iordanus c, Martinus d Polonus
& Bernardus f tradunt; quorum postremus addit,
Ioannem infra octauas Pentecostes mense maij e
vita sublatum. Tum de dicti Martini elucubra-
tionibus subijcit: *Hucusque chronica fratris Mar-
tini Poloni de Romanis Pontificibus protenditur &
finitur.* Notatur censura a Card. Bellarmino f
atque ex eo a Possuino g, nimia nimirum in vetu-
storum temporum scribenda historia simplicita-
tis, vt qui fabellas nonnullas pro veris afferat.
Caterum illum in temporum suorum pangenda
historia rerum gestarum veritati consentire, ex-
perti sumus. Archiepiscopi Consentini titulo in
libris eius Antuerpiæ typis cufis insignitur: at alij
Gnesnensem archiepiscopum fuisse produnt, id-
que ex Prædicatorum (institutam enim a S.
Dominico religiosæ vitæ formulam fuerat pro-
fessus) annalibus, tum ex inciso marmori sepul-
chrali epitaphio astruunt. Et quidem Martinum
ordinis Prædicatorum archiepiscopatu Gnesnensi
a Nicolao III. ornatum paulo post vita functum,
demonstrant Nicolai h & Martini IV. literæ i: qui
si idem atq; historiarum scriptor extiterit, Siffridus
& Petrus Leocardensis in suis ad chronicon Mar-
tinianum notis aberrant, dum ad Ioannis XXII.
tempora vitam propagasse asserunt; adiunctam-
que illam post Ioannem XXI. appendicem alteri
auctori tribuendam colligitur. Vt vt res fuerit, sine
vlla veritatis iniuria, vt nos voluminum titulis
accommodemus, subiecta appendice Martini Po-
loni nomine in annalibus vtetur.

Ad Ioannem redeo, quem his coloribus de-
pingit Ptolemæus l: *Et quamuis in de-
ficeret, hoc tamen habuit laudabile, quia cum sum-
mus Pontifex, & sua dignitas esset suprema, cum
inferioribus non dedignabatur conuersari, qualif-
cunque esset status, dummodo esset literatus, siue
pauper siue diues esset: & talibus fuit largus benefi-
ciji, & pio amplectebatur affectu pariter & effectiu:
& hoc solum fuit virtutis in ipso. In alijs m autem
pastoralis status multum deformabatur. Quibus*

vero maculis describit a Iordanus: *Parum discre-
tus fuit, præceptis in verba, minus cautus in moribus.*
Pergit Ptolemæus Lucensis: b *Moritur autem Viter-
bij & in ecclesia S. Laurentij sepelitur: & tunc vaca-
uit Ecclesia per sex menses, videlicet ab hebdomada
pentecostes vsque ad festum Catharinæ anno Domini
MCCCLXXVII.* De interpontificij tempore consen-
tienti Iordanus c, Martinus d Polonus, ac Baro-
nius e ac mensibus octo totidemq; diebus f sedisse.
Anniuersario illius mortis die ecclesia Olyssip-
ponensis diuinam rem pro illius anima peragit,
cuius calendario hæc verba adscripta refert An-
tonius Brandanus in Lusitana historia g: *Aera
MCCCXV. XVII. kal. iunij obiit Papa Ioannes XXI.
qui dedit capitulo domus suas ad anniuersarium fa-
ciendum suum.* Exornat auctor eo elogio effusa in
pauperes, qui darent operam literis, liberalitatis
fuisse, vt ecclesiæ a viris doctis administrari posset.

Caterum de mortis genere dictis consen-
sient alij auctores, Nangius h, Ricordanus i,
Ioannes Villanus l, S. Antoninus m, Longinus n,
& alij. Tot itaque scriptorum testimonia, in du-
bium lugubre mortis genus reuocari non sinunt:
quæ a nobis confirmari possint literis, paulo post
hunc tristem casum exaratis, ex peruetusto no-
stro codice Vallicellano o, in quibus auctor, cuius
nomen omittitur, ita Landulphum Caruculum
nepotem suum ob coniunctissimi alicuius obitum
mærore oppressum erigit: *Caterum æstimo te
non solum de subtracta tibi quasi altera parte tui, sed
& noui vt arbitraris casus incurfatione commoti.
Verum si antiqua monumenta reuolueres, & euentus
varios in tua consideratione repeteres, o quot tibi oc-
currerent etiam principes repentinis subtracti fulgo-
ribus, insidiosis occubuisse gladijs, extincti venenis,
inopinatarum ruinarum oppressione subducti! Sed
quid opus est recensere veterum gesta, vel casus anti-
quos? Nunquid non velut in conspectu est patrum
patrum præcipitio sui ædificij recentis oppressum?*

Augent rei stuporem, quæ Ioannes Villanus
de hoc casu historiæ prodidit p: mercatorē quen-
dam Florentinum Bertum nomine, cum in mari
Acconem versus vela faceret, nocte somno obru-
tum, repentinoque perfusum horrore, collegisse
se in pedes, atq; in tristes voces prorupisse: quibus
excitati socij ab eo, adhuc dormiente, sciscitanti, quid
noui esset, subdidisse videre se hominem gigan-
tæa mole, & colore atro, columnam, cui for-
nix innixa erat, claua discicere molientem; ac
paulo post hæc exclamasse: Ipsam euertit, atque
infelix ille moritur. Mox rogatus quis extinctus
esset, subiecisse, Pontificem: tum vectores, notato
die ac tempore, rem in commentarios redegisse;
cumque Acconem postea appulissent, lapsa ali-
quo tempore, mortis Ioannis Papæ rumorem in-
crebuisse, cuius tempus cum altero penitus con-
gruebat. Subdit porro auctor, id se ab ijs mer-
catoribus, qui naui cum Berto vehebantur, eum-
que audierant, quique magna auctoritate ac fide
pollebant, auribus suis hausisse, reique famam
tota Florentia disseminatam. Nec dissimile quid
de cuiusdam Minoritæ Viterbiensis viso nar-
rat Iordanus q: *Quidam, inquit, frater Mino-
rum Viterbij in strato suo quiescens, subito fortiter
exclamauit, & accurrentibus fratribus ait: Niger
vir grandi malleo palatium Papæ percussit: orate ne
corruat. Tertio vero idem cernens exclamauit: Et
palatium corruit. Et ipsa hora corruisse inuentum est.*
At harum rerū fides sit penes suos auctores. Nouit
Deus, cuius iudicia sunt abyssus multa, cur vicariū
suum in terris tristi adeo casu elidi permiserit.

20 Ferendus vero non est Siffrius, qui intolerandam huic Pontifici calumniam imposuit, dum ait librum hæresibus plenum scribentem, concusso subito ac euerso ædificio, oppressum: satis enim Itolorum auctorum silentio hæc rescelluntur, cum nullus hoc crimen ipsi asperferit, quamuis eius famam in alijs carpsent atque obscurarint. Cæterum si lapsus fuisse in eiusmodi scelus contigisset, non detrahendum propterea esset sedis Apostolicæ dignitati, sed diuina prouidentia adoranda, quæ prius Romanum Pontificem ex humanis eripuisset, quam hæresim promulgare pateretur. Nec minus arguendū inepitiarum Colmariensium Dominicanorum chronicon b, quod inter cætera opprobria, quæ in Ioannem iecit, magum fuisse depingit. Quæ calumnia ex eo enasci potuit, quod cū scientijs omnibus, ac maxime mathematicis artibus instructissimus esset, quædam ederet, quæ ignaris & imperitis stuporem iniicerent. Subdit Colmariensis chronici scriptor, eum decreta concilij generalis contempnissse: quam illi notam ob constitutionem Gregorij X. de electione Rom. Pontificis suspensionem asperfit. Illud sane negari non posse videtur, grauiam inde Ecclesiam Dei damna perpessam, ob sex nimirum mensium interpontificium, eo maxime tempore, quo summorum negotiorum, orientalis scilicet ecclesiæ firmandæ coniunctionis, Syriæ recuperandæ, conuertendorum Tartarorum, pacandi occidentis, moles ac prouincia Christi vicario incunbebat. Quod ad Græcos attinebat, refert Ptolemæus Lucensis c missos ab eo Constantinopolim legatos, qui redintegratam in concilio Lugdunensi coniunctionem ecclesiarum confirmarent: *Hic Ioannes legatos mittit ad Paleologum ad ipsum requirendum, si paratus erat obedire Rom. ecclesiæ cum sua gente. Et fuerunt duo episcopi, & alij solemnnes viri religiosi ordinis fratrum Prædicatorum: qui omnes fuerunt ab ipso multum gratiose recepti, offerens se ad omnia obseruanda, qua nuncijs sui in concilio Lugdunensi obseruanda iudicauerint, &c.* His similia traduntur a Iordano d.

21 Peruenere, vacante sede, Michaelis Palæologi oratores, qui imperiales literas e attulere, quibus ille Iacobum Ferentinum, Gaufridum Taurinensem episcopos, & Raynerium ac Saluum et sacro Prædicatorum sodalitate apostolicos legatos a Ioanne XXI. missos peramanter excepisse, atque ad cœptum ecclesiarum coniunctionis opus perficiendum corroborandumque operam nauasse; confirmasse omnia Lugduni gesta, nouas de ijs literas cum filio Andronico confecisse, coactam fuisse patrum orientalium Constantinopoli synodum, eosque adiectis suis nominibus rem firmasse, testabatur.

*Sanctissimo & beatissimo primo, & summo Pontifici Apostolicæ sedis veteris Romæ, vniuersali Papa, communi patri omnium Christianorum, & reuerendissimo patri nostro Imperij domino * .. Michaeli in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comninus, Palæologus, specialis filius magnæ sanctitatis vestræ, conuenientem reuerentiam cum sincera & pura affectione, ac orationum postulationem.*

Summæ supereminentiæ apostolicæ sanctitatis, cui fidelis quilibet in Christo subesse non debet ambigere, spe certa & fide præclara me totum confidenter exponens illius imperio, cui seruire perpetuo est regnare, non sustinui, Deum testor, dies & annos meos in vacuum consummare: sed tanto prouide adieci studia studijs, &

vigilias continuis laboribus addidi, vt acceptabile opus orthodoxæ fidei germinatum in Domino, viuifice progrediens ad optata, beatum finem susciperet, glorioso diuino lumine illustratum, & quanto, vt luminare maius præesset hæsitantibus, & veluti accensa candelabra in toto vniuersalis Ecclesiæ catholicæ corpore radiaret, ac in remissione peccatorum meorum, & laudum obsequio Deo glorioso huiusmodi dignum fieret, & acceptum. O felix atas tanti boni desiderati operis commemoratione dignissima, & per totum alacritate nimia refectiua! in qua, destructo totaliter, & de medio Christianorum abiecto penitus diffensionis schismate, quod inter Ecclesiam orthodoxam & populum, quem sibi Dominus noster Iesus Christus adoptauit, vt suum, Græcum scilicet & Latinum, tot diffusis temporibus vixit suggestionem humani generis inimici (qui de nostra immortalitate condolens, nostri primi parentis seductione dira, æque incauta mortalitatis transgressione peremit, in euidenter Christianorum perniciem & iacturam) nunc, disponente Altissimo, multa solertia & solitudine ipsius veræ fidei totalis identitatis integritas ad matrem catholicam & apostolicam, sacrosanctam Romanam ecclesiam, omnium Christianorum dominam & magistram, & ad patrem verum ipsius Ecclesiæ summum Pontificem, vniuersalem omnium Christianorum rectorem & doctorem catholicæ veritatis, Christi Dei nostri in terris vicarium, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum principum successorem; residet opulenta dignitate, benignitate nominis, virtutis gratia, & honoris gloria coronata.

22 Et licet, pie pater, prædecessoris vestræ tempore sanctitatis, illius videlicet bonæ memoriæ domini Papæ Gregorij, reuerendissimi patris mei, quem propterea specialiter præ alijs bonis in Domino firmiter viuere credo, tantus eum zelus reuiniendæ Dei Ecclesiæ, ac Christianorum pacis continue comedebat, huiusmodi operis laudanda primordia fuissent indulta in generali concilio apud Lugdunum prospere hætenus celebrato; tamen gloriosa solemnitas totalis perfectionis ipsius vestræ sanctitatis pio patrocínio extitit diuinitus conseruata in posterum moderamine vestri gloriosi apostolatus, qui præ cæteris præ excellit indissolubili charitatis vinculo in perpetuum roborandæ. Cuius gratia singulare commodum, quod incomparabile proinde adiacet, ad omnium beneficia diffunditur, sine diffidentia qualibet, cum sint dulcissima, quæ per gratiam sancti Spiritus, cuius res agitur, benigne largiuntur. Digne itaque ad me pridem Apostolicæ sanctitatis nuncijs viri religiosissimi, virtute morum & gratiarum scientia decorati, videlicet dominus Iacobus Ferentinus & dominus Gaufridus Taurinensis episcopi, & de sacro ordine Prædicatorum frater Raynonus prior conuentus Viterbij, & frater Saluus lector Lucanus, magis quam potest exprimi, alacriter peruenerunt, vestris pijs orationibus prosperatis; eo potissime, quia mensam dominici conuiuij, & festiuam mundis paratibus, refectiuus ferulis satiatam, & amœnis odoribus reperientes ornata, nihil omittis de contingentibus in ijs, quæ fore vtilia videbantur, prout creator omnium Deus benigne dispensauerat ab excelso; qui finem malis imponens, seruos quos inuenit in charitate manere, inuitat & præparat eis cibum, non solum angelorum panem, sed seipsum, qui ait: *Qui manducat me, ipse viuunt propter*

Primiti
Rom. eccle-
siæ pro-
fiteretur.

Gratula-
tur sibi de
sublato
schismate.

Qui a Io-
anne XXI. le-
gati missi.

Deplorat
Impera
tor imma
tura Pon
tificum su
nera.

pter me; affectatas satis quondam magnificæ, ac reuerendissimæ summæ Apostolicæ sanctitatis prædecessoris vestri literas meis proprijs manibus assignauerunt. Quibus filiali reuerentia receptis, & deuotissime oscularis, ac diligentissime intellectis quæ ordo narrationis ipsorum detexerat, ac ijs, quæ ipsorum nuntiorum grata insinuatio continebat; in illo magno salutis gaudio meus animus fuit repletus: gratias dedi illi, qui pro nobis & salute nostra veram carnem humanitatis assumpsit genitus Deus homo de vtero virginali: & inde multiplicium congaudiorum genere hilaratus, nomen Domini benedixi, qui meam indigentiam, multis circumuentam afflictionibus & suspirijs (quia videbatur quoad sacrosanctam Romanam ecclesiam, pro dolor! ex subito defectu pastorum, vnitatis ecclesiarum Dei opus refrigescere quomodo) diuina gratia subito me satiauit, & refecit; suspiria & mærores ad gaudia infinita conuertit, intellecto per ipsos veracius qualiter sanctitas prædecessoris vestri disponente Domino conscenderat ad pontificalis speculam dignitatis. Nec minus synceros affectus, quos ad sæpeditum opus Dei de bono in melius promouendum eiusdem sanctitas corde & animo pure gerebat, quam de benignitate sanctitatis vestræ in Domino suscipere confidimus & speramus, dum effecti estis Dei vicarij & Apostolorum principum successores.

23 Ego autem tantis Christi donarijs vbereditatus, exhilaranter in opere spem firmavi, in quâ iam multa inquisitione ac studio prophetarum, Apostolorum, & sanctorum patrum manifestissima documenta solerter apposueram fundamentum, quod nemo potest ponere aliud, nisi dominus Iesus Christus, qui patriæ supernæ Ierusalem est via, veritas, & vita, vt inhabitantes in ea cohabitent in eodem, quorum efficitur causa mercedis, qui per hanc viam ingressi sunt in veritate, quibus vita viuere promittitur sine fine: nimirum ergo, si allectus tã dulcissimis repromissionibus ad ipsorum consortium reuocem partem meam beatorum exëplo, qui pro æterna patria commutarunt terrena. Super quod quid aliud existimare oportet nisi resurrectionem Christi a mortuis? vt vitalis intellectus, qui latebat, prodiret, & remotis odijs, fratrum contentionibus, & animarum pressuris, pax vigeret, amor cresceret, & quasi cuiusdam floris species, Scripturæ monumento prodeuntes, ouile Domini cum impleteret in vera fidei vnitatē, ac vna columba scilicet catholica & apostolica Ecclesia: rota prima, quæ maior apparuit super terram; & vnus agnus, qui peccata mundi absoluit, eius in terris vicarium, pastorem gregis vniuersaliter venerentur; propter quod quam bonum est, & quam iucundum habitare fratres in vnum, satis os propheticum repræsentat.

24 Vt autem immutatio huiusmodi Excelsi dexteræ, sanctitatis vestræ pijs intercessionibus super angularem lapidem, qui æternæ legis dominio cuncta regit in montibus fundata sanctissimis, claret in æternum; & sancta sanctorum nouæ structuræ Hierusalem, quæ ciuitas æternæ patriæ superaugeatur, & crescat in atrijs eius stantes pedes mei reperiantur ab humanis insultibus & pressuris, me totaliter absoluto; vt quæque grata ipsius diuini operis perficerent, & in ijs fidei meæ sinceritas in charitate vigeret; mens mea in rebus congruis intentior fuit, cura propensior, voluntas pronior, deuotio clarior, & exhibitio operum, efficacior, vt studium perfectæ consolationis meæ in omnibus efficacius haberetur; cum eisdem ve-

nerabilibus nuncijs supereminentis apostolicæ sanctitatis tractatum extitit, & Deo coadiuuante, completum, quicquid negotij executio postulabat, & eisdem a sanctitate apostolica specialiter fuit iniunctum; roborans, & confirmans diuersis literis & scripturis omnia & singula, quæ de catholica fide sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ tenet, docet, & prædicat: quæ simili modo etiam per primum genitum meum Imperatorem Græcorum, & aliarum gentium, quæ subditæ sunt Imperio meo, Constantinum deuotum filium vestræ apostolicæ sanctitatis, qui vna mecum ad hoc opus viriliter laborauit, instructus benedictione vestra secundum quantitatem sui temporis in diuinis operibus & salutaribus animarum, & pacis per venerabilem quidem dominum patriarcham [is erat Ioannes Beccus, editis pro orthodoxa fide confirmanda scriptis clarissimus de quo frequens recurrit mentio: qui exauctorato patriarchæ schismatico fuerat subrogatus, vt testatur Pachymerius] & per ceteros prælatos orientalis ecclesiæ, qui vna nobiscum in vnitatē spiritus conuenerunt, sanctæ Romanæ ecclesiæ ac eiusdem Pontificis recognoscentes primatum, & sibi debitam deberi reuerentiam & honorem, & cetera, quæ in ipsis apertius continentur, sunt vallata, & etiam roborata proprijs subscriptionibus & sigillis, prout misericordia supremi Iudicis, qui cuncta in æquitate disponit, salubriter dispensauit, & obturauit ora obloquentium falsa, inania, & mendacia, quæ odit Dominus & detestatur. Qui non verebantur se timore diuino contra tantum bonum opponere, nec inuestigare iniqua, nec etiam in huiusmodi operis segete, quam Dominus coluit, discordiæ semina spargere in Christianorum contumeliam, & eorum animarum damnationem æternam.

25 Cetera vero tam ipsis venerabilibus nuncijs, de ipsorum religiositate ac probitate confusus, ac meis nuncijs, quos confidenter cum eisdem transmitto ad præsentiam vestræ apostolicæ sanctitatis, videlicet sacratissimo metropolitæ Kificiensi pertino, & ex archo totius Elispõris, Theodoro quartam sedem in cõcilio obtinenti, honorabilissimo scriniario sanctæ ecclesiæ Constantinopolitane, & archidiacono imperialis cleri Constantinopolitani; Melitiniotæ & honorabilissimo archidiacono ceteri imperialis cleri, & epitenesion eiusdem sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ, Georgio Methocitæ, & de secretis familiaribus, & de secretis cameræ nostræ Angelo, Ioãni, & Andronico Masgoda, fidelibus Imperij nostri, verbo suggerenda cõmissi, ac exponenda perspicaciter auribus vestræ magnificæ sanctitatis, instructis de omnibus plenarie, prout ipsi præsentialiter pertractarunt, & oculis inspexerunt vniuersaliter singula, & singulariter vniuersa. Quibus in his fidem plenariam dignetur Dei intuitu vestra pia sanctitas adhibere; ac inde, Deo auctore, illa perficere, & ad luculentam diuini operis publicationem complere, per quæ non sub modio eiusdem luminis claritas; suggerentibus forsitan supradictis iniquitatis filijs, qui in vnione tantæ prosperitatis, quam diuina potentia salutari præsidio misericorditer introduxit, in contemptum aliquatenus reponatur; sed tanto maiora luminaria vestræ sanctitatis studio ad vniuersalem notitiam consurgant in mundo, quanto inde maior crescit lætitia in corda fidelium, qui pura conscientia Deū vident, quæ attendēda sunt, pater sanctissime, a vestra pia benignitate omnino, cui oues Christi pascere ab ipso Domino sunt com-

missa, vices beati Petri Apostoli, cuius vicem geritis, cui ter præcepit Dominus: *Pasce oves meas.*

26 Reddatur igitur in his Creatori omnium ab hymnicis angelorum choris gloria in excelsis, & ab vniuersis orthodoxis de terra actio gratiarum; quoniam qui retroactis temporibus multa meroris vulnera pertulerunt, nunc vniuersalis consolationis inuenerunt fometa. Vnde necesse est omnipotentis Dei misericordiam exorare obnixius, vt cor vestrae sanctitatis & vestrorum fratrum sua semper dextera teneat, vestrasque cogitationes, & actus ad firmitatem diuini operis suprascripti celestis gratia ope dispenset, quatenus tranquillitas vestra tanto rectius valeat Deo seruientes protegere, quanto dominatori omnium nouerit verius deservire; ac in amore catholicae fidei defensores suos faciat, quos fecit ex benigno opere imperare: zelum simul & mansuetudinem in mentibus eorum infundat, vt pio semper feruore valeatis quicquid in Deo excedit, emendare. Omnipotentis Dei misericordia largior sanctitati vestrae concedat, vt quo longius vita vestrae sanctitatis extenditur, ipsa orthodoxia fidei, & meorum laborum consolatio validius in Domino roborentur. Caterum me diuina potentia Imperatorem, & eundem charissimum primogenitum meum Dei gratia Imperatorem, omnes nostros filios, & alios nobis propinquos specialis affinitate, necnon & omnem sortem nobis largitam a Deo vestris sanctis orationibus recomendo; supplicans humiliter, quatenus semper mei & ipsorum memores existentes in vestris ad Deum persuasionibus, & deprecationibus, me ac ipsos paternali gratia protegetis.]

27 Alias etiam literas ad Ioannem dedit, quæ nonnisi ipso e viuis sublato peruenere, in quibus primum eas inseruit, quas Gregorio X. miserat vbi orthodoxæ fidei formam a Pontifice descriptam se firmissime tenere professus est: quæ cum nos suo loco attulerimus a, hic repetere superuacaneum videretur. Quæ vero adiecta, adducere ex M.S. codice Vallicellano b opera pretium erit: *Cum sic de verbo ad verbum continens iuramentum iurauerit dictus magnus Logotheta in presentia dicti illius sanctissimi & beatissimi vniuersalis Papa domini Gregorij X. dicti, apud Lugdunense sacrosanctum concilium; & nunc sanctissimus & beatissimus vniuersalis Papa & venerabilis * patris nostri Imperij dominus Ioannes XXI. petijt per venerabiles nuncios suos, videlicet Iacobum Ferentinum, episcopum & Gaufridum episcopum Taurinensem, & fratres, hoc est Ranonum priorem conuentus Viatoriensis, & Saluum lectorem Lucanum fratres ordinis Prædicatorum, vt affirmet, ratificet per corporale sacramentum Imperium nostrum ea, qua dictus magnus Logotheta iurauit, vt sapius dictum est; Imperium nostrum, perficiens petitionem sanctissimi vniuersalis Papa, & venerabilis patris Imperij nostri domini Ioannis XXI. consequenter suprascriptus iurat sic.*

28 Ego Michaelis in Christo Deo fidelis Imperator, & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comminus, Palæologus omne schisma prorsus abiuro, & suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est, & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco. Eam accepto, & corde & ore profiteor: ipsamque, prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, nec ab ea vlla vnquam tempore recessurum, vel quoquo

modo deziaturum, vel discrepaturum, promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, & ipsius ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio & omnia præmissa, tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem Ecclesiæ primatum, & ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, obseruantiam, ac perseverantiam seruaturum, præstito in anima mea corporaliter iuramento: & promitto, & confirmo, prædictum iuramentum prædicti Logothetæ nostri approbo & ratifico. Sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Hæc autem omnia suprascripta facit Imperium nostrum, ad sanctissimum & beatissimum summum Pontificem, & venerabilem patrem nostri Imperij vniuersalem Papam dominum Ioannem XXI. & per ipsum ad omnes successores suos, roborans ipsa per propria manus, Dei gratia, Imperialem subscriptionem suam, & per sigillum potentis sue, mense aprilis quintæ indictionis sexto millesimo, septimo cetero octuagesimo quinto anno. Is est annus Christi MCLXXVII. Actum est hoc in vrbe Constantinopolitana in sacro nostro palatio Blachernarum.

29 Celeberrimæ huiusce rei meminit Cardinalis Baronius a in notis manuscriptis ad annum MCLXXVIII. his verbis: *Imperator Græcorum iurat per omnia seruare fidem catholicam & symbolum Latinorum; & quod ipsa Romana ecclesia est mater, caput & magistra omnium ecclesiarum: confessionem fidei orthodoxæ in literis inseruit, quas subscripsit propria manu. Habetur libro priuilegiorum Romana ecclesiæ. Hactenus Baronius. Incubuisse etiam ad eadem ecclesiarum coniunctionem conglutinandam Andronicum, omniaque corroborasse Constantinopoli; quo feliciter gesto in Turcos bello aduolarat, demissis ipse literis, ac pietatis notis illustribus asserit b, quas ad illius inconstantiam & perfidiam, dum in catholicos concitata persecutione, Græcos in vetus schisma & hæresim præcipites coniecit, coarguendam in luce duximus collocandas.*

*Sanctissimo & beatissimo primo & summo Pontifici Apostolica sedis veteris Romæ, communi patri omnium Christianorum, & reuerendissimo patri domino * . . Andronicus in Christo Deo fidelis Imperator et moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comminus, Palæologus deuotus filius vestrae sanctitatis, conuenientem reuerentiam eum sincera, & pura affectione, ac orationum postulationem.*

30 Quæ fides, quæ deuotionis integritas ob honorem & obedientiam sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ matris meæ, ac eiusdem Pontificis summæ apostolicæ sanctitatis, me sollicitauerit hætenus excellentissimo genitori, & dominatori meo, Dei gratia, Imperatori Romanorum adesse continue ad exequendum opus diuinum, vnitatis scilicet ecclesiarum & Christianorum pacis reformationis ardentibus desiderijs & studijs curiosis, iam diuina misericordia operante, patent ex opere. Nec minus effectus ipsorum meam deuotionem, & sollicitudinem debitam repræsentat, non sub medio sed omnibus, qui habitant in domo Domini, manifeste. Delectabatur in his, nouit Altissimus, qui est huius operis stabilitatis perpetuæ fundamentum, sine quo nihil proficiunt operarij, & sine ipso factum est nihil; vltra quam potest exprimi, meæ iuuentutis affectus, prætermisiss omnibus sollicitationibus, ad quas multotiens atatis meæ conuersatio applausiua conabatur attrahere: sed zelus domus Domini me adeo comedebat, quod ad eor non descendebat alicuius voluptatis affe-

a Baron. in schedis M.S.

Andronicus in ita coniunctionem raturam habet.

b Apud Nic. col. III. 10. I. l. 1. pag. 64. n. 2. & l. priu. R. eccl. 10. 2. pag. 141. M. S. Vall. sig. B. n. 12 pag. 89 & 105. & M. S. sign. D. pag. 154. * Ioanni

Eius ad Pontificem literæ.

Sua studia in schisma reabolen do exprimit.

ctus, quam senilis dispositionis prouidentia, & prameditatione matura suppeditans, ad ipsum opus totaliter aspirabam, & factus sollicitudinis zelator continuus, studendo, inquirendo, vigilando, & audiendo sanctorum Patrum volumina, Dei presidio, & necessitate virtutem assumpsi, nunc suadens supradictum dominatorem & genitorem meum, nunc ostendens secundum cognitionem, & gratiam mihi concessam a Deo, a quo cognoui operis complementum, quod bona, quæ de perfectione ipsa proueniebant, erant sibi principaliter, mihi, & cæteris genitis eius inexpugnabilis exercitus, gloriosum præconium, vita perpetua, preciosa hereditas, & gloriosa memoria super terram requies; consanguineis & cæteris fidelibus Imperij sui pacem & vbertatis tempus, quæ sunt regnantis excellentia nominis & preciosa commoditas, dum propterea ciues, & populos habet laudantes; præter illa mansura præmia, quæ a Creatore omnium æternaliter pollicentur.

31 Et si quandoque, quod anxie dicimus, oportebat me necessario ab opere præsentialiter diuidere, ipsum opus protectioni Altissimi, studijs exquisitoribus continujs mei excellentissimi dominatoris & genitoris prædicti, qui ad hæc Dei beneplacito suam immolauerat corpus & animam, nec ad alia ex aliquarum varietatum incursum temporalium, quantumcumque sua præsentia indigeret, suum animum conuertebat; tamen ferebar ad arma cõsurgere, turmas belli instruere, ac armata manu pro defensione Christiani generis, ad cuius seruitium misericordia diuina concessit me benigniter imperare, potenter insistere, pugnare pro patria, quæ, proh dolor! continujs insultibus ab ipsis lacessitur, & ad reprimendum Turcorum impetum, & multimodam præsumptionem, ipsorum Christianorum acies dirigere, ac ipsos Dei presidio in propria expugnare, ac de eorum confinijis eijcere, quibus Christianorum Imperio vicinatur; & infra terras ipsorum victorioso glorificans nomen Christi, vbi prædicti scelerati fatua doctrina blasphemant, & vestris pijs orationibus prosperatus, refecta nostra præsentia, gente vt cumque perterrita, insultibus paganorum, curam gerebam prouinciarum.

32 Non sic, pater sanctissime, quod a diuini operis me aliquatenus diuisissem, sed in ipsum fundatus anima & corpore meum excellentissimum genitorem, & dominatorem sedulis literis, & nuntiorum frequentia de statu prospero prouinciarum suam resciebat affectum, quem ad opus propterea feruentius accendebam, a quo grataviciissitudine mea totaliter anima resciebat, delectabatur spiritus, & mea viscera congaudebant. Super quibus, diuina prouidentia dispensante, quæ, quæ procurat, non deserit, me ad urbem feliciter redeunte ad mei dominatoris & genitoris præsentiam, in qua post paucos dies sanctissimi prædecessoris vestri nuncijs emeritissimis & discretis salubriter peruenientibus & inuenientibus Dei gratia omnia negotij merita præparata, prosperum assumptibus tractatum, inuocato Christi nomine, finaliter ipsi perfecerunt negocium, prout eis redeuntibus ad arcam, vnde vt columba exiuerant, ferentibus ramum viridantis oliuæ, ramum vnitatis & pacis, poterit vestra sanctitas informari; & eis a sede Apostolica fuit inunctum, cuius successores vos, Dei gratia & misericordia, constituti ad speculam dignitatis, confido in Deo, quod illa restitutionis gratia vestra sanctitas assumere poterit, per quæ vestro patrocipio vniuersalis consolatio benigniter oriatur, & amplificatio negotij perducatur ad

perpetuam firmitatem: contra quod o in quantum laborauerit, & laborare non cessat ille humani generis inimicus, qui tot diffusis temporibus super diuisione præterita gloriabatur inique; non dimittens seducere debiles & inermes, & illaqueare infcios & indoctos, & ostendens eis sophisticare charitatem operis, & operari opus aranæ, cuius telam facilius aura dissoluit! Attamen opus tantæ vnitatis, ex quo ad gremium suæ matris, Deo faciente, constituitur, sicut iam ipse diuisio multa mæoris vulnere pertulit, sic cura & vigilantia, veltri dignissimi Apostolatus, cuius interest, non fraudabitur eius operis identitas, sed conseruabitur in integra in æterno, de quo erit nomen benignitatis in secula benedictum, & in cælis ab Angelis æterne glorificatum.

33 Ego autem, ex supradictis omnibus assumens materiam, de benedictione vestra confisus, quam pie cunctis fidelibus exhibetis, quodammodo tentavi scribere vestræ apostolicæ sanctitati: quod in præsumptione non imputetur mihi aliquatenus impertiri: sed acceptum ducatur, quod filiali deuotione præsumpsi, & oblata ab offerente ac offerens ab oblationibus placeant; nam respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: & quamquam tantam gratiam consequi sim indignus, tamen non frustretur spe, qui in vestra deuotione persistit, quoniam sanctitatis vestræ supereminens apostolatus, qui habet recompenfare merita singulorum, & in cælo & in terra absoluere, ac ligare, benedictionibus, orationibus, & persuasionibus potest, vt ad charitatis gloriam, & deuotis filijs sacrosanctæ Romanæ ecclesie aggregare, perducere, ac in eis protegere, ac fouere. Quæ peto mihi benigniter impertiri a vestra pijsissima sanctitate, ac requiri ad omnia, quæ vestra sanctissima paternitas mihi suo deuoto filio placuerit committere, ac mandare: quæ deuote recipiam, & alacriter perimplebo. Me nunc & semper vestris sacris orationibus recomendo, ac nuncios, qui ad vestræ sanctitatis præsentiam transmittuntur in signum deuotionis innatæ, quibus dignemini credere, quæ pro parte mea sanctitatis vestræ audientie oretenus reserabunt. Viuat sanctitas vestra salutaris & perpetua vita in Domino. Amen.] Violasse Andronicum insigni scelere fidem visuri sumus, cum is sublato parente liberis Imperij habenas nactus Græcos ad vetus schisma, impiorum subornatus consilij, reuocauit; & iam senio grauis Turcos sceleris ultores sensit. At de his postea: nunc quid patriarcha gesserit, afferamus.

34 Non suo defuit officio Ioannes Beccus patriarcha Constantinopolitanus: celebrata enim Constantinopoli synodo Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem & fidei orthodoxæ magistratam, Romanumque Pontificem summum omnium Christianorum pastorem agnouit: professus est processionem Spiritus sancti ex Patre & Filio: sacramentum eucharistiæ in azymo posse officium: tum alia fidei orthodoxæ dogmata vna cum orientalibus episcopis est amplexus, ac vetus schisma damnauit. Transmissum est ad sedem apostolicam volumen, in quo concilij acta descripta, tum synodales literæ adiectæ a, quæ hac verborum formæ conceptæ sunt.

Litteræ patriarchæ Constantinopolitani & concilij cum professione fidei & recognitione primatus. Sanctissimo & beatissimo summo Pontifici, Apostolicæ sedis veteris Romæ & vniuersali Pape domino Ioanni, Ioannes miseratione diuina patriarcha Constantinopolitanus Romæ noua cum omni nostris

Quanto
munimen
to foret ea
coniun-
ctio.

De bello
a se cum
Turcis ge-
sto.

*sacrosancta synodo debitam reuerentiam nostræ obedi-
entia; ac inclinationem & orationum postulatio-
nem.*

principij boni optimum esse finem omnibus
absque dubio clare patet. Et quare non, cum
omne donum perfectum defursum sit descendens
a Patre luminum? Hoc enim concessio, consequens
est credi omne principium cuiuscumque rei opti-
me inchoata a diuino pendere consilio, & pro-
pter hoc necessario tale principium in finem desi-
nere gloriosum. Quod enim a Deo bene inchoa-
tum est, quomodo non optime terminabitur au-
xilante Deo quale quid factum est, & super ijs,
de quibus nunc propositum est nobis dicere, o
diuinum & sacrum caput. Nam ecclesiastica vnio-
ne feliciter incepta tempore felicitis memoria; bea-
tissimi illius viri, si tamen virum & non angelum
vocari oportet felicem illum, sanctissimum Papam
decimum dicimus Gregorium ad gloriosorem finem,
quam ad ipsam videlicet vnionem summus
Dominus consummauit in diebus, in quibus ad de-
corem Apostolicæ sedis, & illuminationem perspi-
ciam firmamenti vniuersalis Ecclesiæ vos, nomine
gratiæ nominatum, Deus eligendo constituit.
Quod quidem Apostolicæ sedis nunciij, reuerendis-
simi scilicet fratres nostri & coepiscopi Iacobus
Ferentinus & Gaufridus Taurinensis, & de Deo
accepto ordine Prædicatorum religiosissimi nostri
fratres Raynonus prior Viterbiensis & Saluus le-
ctor Lucanus, vestra sanctitatis orationibus pro-
sperati, peruenerunt ad sanctos & potentissimos
nostros moderatores, & ad nostram humilitatem,
& ad eam, quæ apud nos inuenta est sacram & san-
ctam synodum relictam ab vniuersitate magnæ sy-
nodi, quæ apud nos paulo ante fuerat celebrata:
dictæ ecclesiasticæ vnionis inchoatio, auctore Deo,
absque defectu sine prospero consummata est.

35 Et quomodo quidem potens & sanctus
moderator nolter cum diuinitus germinato ramo
radicis, sacro, potenti, & sancto nostro modera-
tore confirmationem ecclesiasticæ vnionis in fide,
perfecta & diligenti certitudine fecerunt, pote-
rit noscere maxima sanctitas vestra; & ab ipsis, qui
ad ipsam mittuntur, literis potentia; suæ, & ab in-
strumento iuramentorum factorum per ipsos, &
ab ijs, quæ Apostolicæ sedis nunciij ore tenus di-
uinitis auribus vestra; insonuerunt sanctitatis. Quo-
modo quoque nos robor præstamus & finem ap-
ponimus glorioso principio huiusmodi operis
vnionis, poterit scire vestra a Deo magnifica san-
ctitas, & a volumine synodicali, quod sibi ostende-
tur, quod humilitas nostra cum toto sacro ipsius
conuentu firmanit & roborauit subscriptionibus
manualibus, quæ apud nos vigorem obtinent iu-
ramenti. Habet insuper noscere, & ab ijs quæ in
præsentis scripto specialius nos dicemus omnimo-
de, præbentes vestræ apostolicæ sanctitati certitu-
dinem nostræ ad Apostolicam sedem puræ perfe-
ctæque obedientia;. Dicimus enim, sub testibus
Deo & angelis verba facientes, quod omne schis-
ma inter ecclesias Dei, veteris Romæ scilicet & no-
uæ nostræ, male introductum in læsionem Christia-
nitatis aspernimus & abijcimus; & præcordiali af-
fectu, & ex tota anima prius ipsum deponentes,
per linguam, & labia, & prolatium nostrum ser-
monem etiam in præsentis scripto ipsum abnega-
mus: & ecclesiasticam pacem & vnitatem, & pri-
matum Apostolicæ sedis confitemur, recognoscimus,
acceptamus, & sponte suscipimus: & ad
ipsius obedientiam spontanei venientes, ratum
habere, & conseruare immutabile promittimus

& asserimus, & eas prærogatiuas, quæ a præfati-
cio ante schisma præstabantur Apostolicæ sedi ab
illis, qui pro tempore pontificio in Constantino-
poli fungebantur, integra & inuolabilia promit-
timus conseruare. Schisma enim, quod in medio
intercessit, intimo cordis affectu & tota animi
voluntate aspernentes, compaginamus & coopra-
mus nosmetipsos lineæ Pontificum illorum, qui
ante schisma Apostolicæ sedi veteris Romæ suam
obedientiam canonicè & legitime conseruabant:
& nihil omnino imperfectum omittere pollice-
mur de ijs, quæ antè schisma illi diuini & sancti Im-
peratores Apostolicæ sedi præstando roborauerunt,
& asseruerunt; insuper etiam & de ijs quæ in sacris
concilijs patres nostri ad ipsius obedientiam
demonstrabant se conseruare. Rursus ad Apo-
stolicam sedem confirmamus inuolabiliter, & in-
tegre omnes prærogatiuas & priuilegia, quæ an-
te schisma reuerendi & beati Imperatores, & dei-
feri patres nostri doctores ad primatum Apostoli-
cæ sedis in obedientiam ostendebant, videlicet,
quia ipsa sacrosancta Romana ecclesia summum &
perfectum primatum & principatum super vniuer-
sam catholicam Ecclesiam obrinet, quæ in se ipsa ab
ipso Domino in beato Petro Apostolorum princi-
pe seu vertice, cuius Romanus Pontifex est succes-
sor, cum plenitudine potestatis recepisse, vere ac
humiliter recognoscimus: & quemadmodum præ-
alijs tenetur fidei veritatem defendere, sic & si
quæ de fide suborta fuerint quæstiones, suo de-
biti iudicio definiri. Ad hanc potestatem quilibet
grauatus in negotijs ad forum ecclesiasticum per-
tinentibus appellare, & in omnibus causis, ad
examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius po-
testatem recurri iudicium: & eidem omnes ecclesiæ
sunt subiectæ, ipsarumque prælati obedientiam &
reuerentiam sibi debent. Apud hanc autem ple-
nitudine potestatis consistit, quod ea, quæ cæteræ
ecclesiæ, & patriarchales specialiter, diuersis tem-
poribus priuilegia obtinuerunt, sanctionibus bea-
torum sanctorum Imperatorum illorum, & cano-
nicis sanctionibus & reformationibus sacrorum &
diuinorum conciliorum, eadem Romana ecclesia
confirmavit & roborauit: & non aliter obtinuerunt
confirmationem ecclesiarum huiusmodi præ-
rogatiua;, nisi eadem ecclesia Romana suum su-
per ijs iudicium & sententiam protulisset, sua ta-
men prærogatiua; tam in generalibus concilijs,
quam in quibuscumque alijs semper salua. Et de
abnegatione quidem schismatis, & recognitione
primatus Apostolicæ sedis tanta sint dicta.

36 Quoniam autem multum schismatis tem-
pus opinionem quibusdam vanam & falsam tri-
buit, quod sit aliqua differentia dogmatum inter
vtramque ecclesiam, Græcæ videlicet & Latinae,
propter in symbolo factam additionem per
Romanam ecclesiam, oportet utique nos libellum
fidei exponere, ex quo vestra adeo magnifica al-
titude, & tota Romana ecclesia cognoscet, quod
nulla differentia fidei est ijs, qui symbolum primi
Nicæni concilij legunt, & qui symbolum Constanti-
nopolitani secundæ concilij prædicant, & ijs, qui
hoc symbolum, quod a Romana ecclesia legitur
cum additione, venerantur.

Credimus enim in vnum Deum ingenitum,
Patrem omnipotentem, immortalem, inuisibilem,
impalpabilem, vniuersum implentem, & su-
per omnia existentem, conditorem totius crea-
turæ visibilis & inuisibilis, corporalis & spiritalis.
Et in vnum Dominum Iesum Christum, ver-
bum, vngentum Filium, æternum ab æterno

Vetus
schisma
damnant.

Datum a
Christo P
tifici pri-
matum
agnoscit.

Suum de
Deo trino
& vno si-
dem ex-
ponunt.

Patre, principium de principio, lumen de lumine, Deum de Deo, omnipotentem de omnipotente, æqualem incommutabiliter generanti Patri, prout ipse Dominus in Euangelio asserit dicens: *Qui videt me, videt & Patrem*; qui ante omnia secula natus ineffabilem & intellectu incomprehensibilem habet natiuitatem: *Generationem eius quis enarrabit?* sacra fatentur eloquia, hoc est nullus. In consummatione seculorum descendit inseparabiliter ex paterno sinu* intemeratâ & semper virginem Mariam, & nostram ex ipsa assumpsit naturam, carnem videlicet humanam cum anima rationali, non secundum fantasiam, sed secundum veritatem; neque supernam & intemporealem natiuitatem adoptatus, neque secundum inferiorem temporalem: naturalis enim existens & verus Filius Dei, naturalis & verus & semper virginis Mariæ ipse idem filius existit, qui carnem accepit ex ipsa, visibilem inuisibilis, mortalem immortalis, passibilem impassibilis, palpabilem impalpabilis: in qua carne & pro nobis sponte suscepit passionem vera carnis passione: mortuus & sepultus & descendens ad inferos, & tertia die, secundum scripturam, resurgens a mortuis vera carnis resurrectione. Post quadraginta a resurrectione sua a mortuis ascendit ad cælos, cum eadem, qua resurrexit, carne & anima: & sedet ad dexteram Dei Patris, introitum in cæleste regnum nobis elargiens. Qui venturus est iterum index viuorum & mortuorum, redditurus unicuique secundum opera sua.

37. Credimus eodem modo & in Spiritum sanctum, omnia scrutantem, & profunda Dei, qui naturaliter inest Deo & Patri & essentialiter in situs est, vt ita dicamus, & indiuisibiliter ex ipso procedens; naturaliter inest & Filio, & essentialiter illi in situs est, & indiuisibiliter ex ipso procedit: profunditur quod enim idem procedit quemadmodum a fonte Deo & Patre: profunditur autem & ab ipso Filio, quemadmodum a fonte, velut utique & ex ipso Deo & Patre: sed licet Pater fons Spiritus sit, & Filius fons Spiritus sit, non tamen duo fontes Spiritus sunt Pater & Filius: vnum enim fontem Spiritus Patrem & Filium fidelis & pia intelligentia tenet: & propter hoc communè Patris, & Filij Spiritum S. Ecclesiæ luminaria & doctores theologizarunt: sicut enim de substantia Patris naturaliter Spiritus est; sic & ex substantia Filij naturaliter Spiritus est: & sicut secundum substantiam existit Dei & Patris, ita & secundum substantiam Filij existit: & vt proprius est essentiæ Patris, & nō extra hanc procedens in esse, ita & essentiæ Filij proprius est, & non extra hanc procedens in esse: naturalium enim bonorum Dei & Patris essentialiter existens Filius communicator, habet Spiritum, sicut vnusquisque nostrum proprium in seipso continens spiritum & ex intimis visceribus ad extra profundit ipsum: propter quod & corporaliter ipsum discipulis insufflauit, quia inspiratione Filij Spiritum nouimus, & sensum Christi Spiritū esse ab Apostolo edocti sumus: vnde vnā esse catholicam & sanctam apostolicam Ecclesiam confitemur, in qua vnum datur baptisma, & vere remissio omnium peccatorum, tribus personis, scilicet Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in quibus & ad quas personas baptizamur, gloriam referimus, sicut vni Deo: & ipsas tres esse cognoscentes personas, vnum Deum omnipotentē coessentialē, coæternam, & coomnipotentem; vnus dignitatis, vnus potentia, vnus voluntatis, vnus operationis; singulā sanctæ Trinitatis perso-

nam Deum plenū & perfectum prædicantes, & confitemur. Et ita credentes gloriam offerimus Patri, gloriam offerimus Filio, gloriam offerimus Spiritui sancto. Credimus verā resurrectionem nostræ carnis, quam in præsentī vita gestamus, & futuram vitam æternam perpetuam expectamus. Credimus etiam ipsum & vnum Deum actorem esse & dominum omnipotentem, veteris & noui testamenti, prophetarum & Apostolorum: in Trinitate vnum cognitum Deum benedicentes nunc & in secula. Amen. Et hoc quidem vsque in tantum.

38. Ex quo autem sancta Romana ecclesia propter diuersos errores a quibusdam ex ignorantia, ab alijs ex malitia introductos, dicit & prædicat eos, qui post baptismū in peccata labuntur, non rebaptizandos, sed per veram pœnitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum; & si vere pœnitentes in charitate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint & omisissis, eorū animas in igne purgatorij post mortē purgari; & ad pœnas huiusmodi releuandas procedere ijs fidelium viuorū suffragia, missarum scilicet sacrificia, orationes, eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundum Ecclesiæ instituta; & illorum quidem animas, quæ post sacrum baptismum susceptū nullam omnino peccati maculam incurrerint, illas etiam, quæ post baptismum maculam peccati contraxerunt, vel in suis manentes corporibus velle idem exuta, sicut superius dictum est, sunt purgata, mox in cæleste regnum recipi; illorum autem animas, qui cum mortali peccato, vel cū solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis disparibus puniendas; & quod nihilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem; quoniam quidem sancta ecclesia Romana sic dicit & prædicat, recipimus hæc & confitemur, quoniam sanctorum patrum diuinæ scripturæ ipsa continent.

39. Cum autem iterum cum superscriptis sancta apostolica ecclesia Romana dicit, & prædicat, quod septem sunt ecclesiastica sacramenta, baptismus, de quo dictum est supra; sacramentum confirmationis, quod per manus impositionem episcopi conferunt chrismando renatos; pœnitentia, eucharistia, sacramentum ordinis, matrimonium & extrema vnctio, quæ secundum doctrinam B. Iacobi infirmantibus exhibetur; dicimus & de ijs hæc baptismum hoc recipimus: & confitemur sicut secundum confirmationis sacramentum, licet apud ecclesiam Romanam per impositionem manū soli episcopi conferant chrismando renatos, apud nos autem indifferenter prælati & presbyteri hoc faciunt; tamen nos eam, quæ hæcenus apud nos obtenta fuit consuetudo, in ipsa ordinatione seruantes, quod a Romana ecclesia super ipsa fit, sanctificationum & perfectium esse confitemur. Pœnitentiam & ipsam amplectentes confitemur & recipimus. Eucharistiam & ipsum sacramentum Eucharistiæ, per sanctam ecclesiam Romanam ex azymo pane confectum, secundum ipsius antiquam consuetudinem per ipsam hæcenus veneratam; similiter illud, quod per nos conficitur Sacramentum dicimus esse indistincter, credentes & nos ipsum azymum panem in ipso sacro officio Eucharistiæ vere transubstantiari in corpus domini nostri Iesu Christi, & vinum in sanguinem eius per suam sanctissimi Spiritus virtutem & operationem: a nobis iterum ex fermentato confectum pane, Sacramentum etiam illud cognoscimus,

De verbo incarnato.

* in

De redemptionis nostre mysterijs.

De processione Spiritus sancti a Patre & Filio.

Non duo, sed vnum Spiritus sancti esse principium.

De Baptismo.

mus, quod & conseruantes sicut a principio nobis traditum. Credimus similiter ipsum panem vere transubstantiari in corpus, & vinum in sanguinem domini nostri Iesu Christi per sanctissimi Spiritus, vt dictum est, virtutem & operationem. Sacramentum ordinis & ipsum amplectanter confitemur & recipimus. Matrimonium, de quo tenet ipsa ecclesia Romana, quod nec vnus vir plures vxores simul, nec vna mulier simul habere permittitur plures viros; soluta vero lege matrimonij per mortem alterius coniugum, secundas, & tertias, & deinde nuptias legitime factas successiue licitas esse dicit, si impedimentum canonicum, & causa alia non obstat; recipimus eodem modo, & de ipso idem dicimus nos. Extremam vñtionem etiam ipsam recipimus. Similiter cum alijs, quæ & a nobis celebrata eptapapadum nominatur. Vnum summatum dicamus: cum hæc omnia sic veneretur, & prædicet dicta sancta ecclesia Romana, credimus & dicimus, quod vere, fideliter, & orthodoxe docet & prædicat ipsa sancta ecclesia Romana; tamen & sic debemus nos permanere incommutabiliter in ritibus, qui a principio obtentisunt in ecclesia nostra. Hæc omnia suprascripta ad confirmationem plenissimam, exponentes abnegationis schismatis & pura ac vera nostra obedientiæ ad primatum ecclesiæ Romanæ, & representationem & demonstrationem, quod concors sit plenissime & sine defectu nostra ecclesia, secundum fidei orthodoxe intellectum sanctæ apostolicæ matris omnium ecclesiarum ecclesiæ Romanæ, nostra bulla consueta roborauimus, *mensis aprilis, quintæ indictionis, sexti millenni septimi centeni octuagesimi quinti anni*, secundo anno pontificatus nostri.* Licet hæc synodi Constantinopolitana literæ sedi Apostolicæ gratissimæ acciderint, nonnulla tamen postea a Nicolao III. cui porrecte fuerunt, desiderata visuri sumus: flagitauit enim prædecessorum more, vt Græci præfules præscriptam primum a Clemente IV. ac deinde a Gregorio X. fidei formam suis conceptam verbis profiterentur, nec nouam cuderent: tum non modo orthodoxæ fidei in scriptis expositæ subscriberent veteri instituto, sed etiam sacramento atq; eam semper profitendam se deuincirent: Spiritus sancti processione e Patre Filioque inter diuina mysteria in simbolo decantarent; censuris, quibus ob schisma fuerant irretiti, exolui supplices ab sede Apostolica deprecarent; nonnullaque alia exegit, de quibus inferius agendum erit.

40 In superiori præterea Constantinopolitana synodo Ioannes Beccus eorum, qui orientali ecclesiæ ad Romanæ obsequium reuocandæ repugnabant, perfidiam constanter infregit: subortum enim tum inter Græcos nouum schisma deplorat Pachymerius b auctor schismaticæ, cum recurrente sacro Apostolorum principi die coram Imperatore & Latinis oratoribus, Nicolao Chalcedonensi sacris operante, Euangelium Latine & Græce perlectum esset; atque a diacono Papæ Gregorij summi apostolicæ, & œcumenicæ Ecclesiæ Põtificis mëtio inter diuina celebrata esset: tum enim plures fe ab ecclesiæ Constantinopolitana coniunctione diuulsisse, atque a sacra synaxi refugisse, præteritumq; Arsenianum schisma auctum. Deinde in sacra coniunctionis auctores inuehitur, satiusq; longe fuisse, Græcos a Latinis discissos, quam post initum cum ijs sædus mutuo inter se dissidere, remere assere. At qui a sanctissimo opere abhorruere, non sapientes ac sacrarum periti literarum, sed pernices hypocritæ, vel nouarum reru cupiditate.

41 Aduersatos enim acerrime ecclesiarum coniunctioni, cui clarissimi quique viri atque antistites Asiæ, & Europæ, vt vidimus, assenserant, menduculos impostores, qui vt theologia expertes erant, ita muliercularum instar conceptæ veteri sententiæ additissimi, vt refert Nicephorus Gregoras, qui ita eos describit: *Maxima pars veri iudicij expers sex plebis, & circumforanea turba asperis, velut in scena, pallijs induti, vbique sparsim & passim vagati sunt, ubi Christianos esse audierunt, in Peloponneso, inquam, & Achaia, & Thesalia, & Colcbide, vbique denique gentium extraditionem Imperatoris, neque vniuersalem pacem conseruare volentes, neque inter sese; sed alij alijs nominibus ascitis, partim Arsenij aut Iosephi patriarchæ sectam profitendo, partim alia iactitando, tempus tederant, plerique decipientes & decepti: nec enim deerant qui oracula in vicis & vrbibus quasi modo a Dei conspectu reuersi cantarent, lucri vtrique causa & ad implendos saccos.* Arripere tum etiam nouandarum rerum occasionem Nicephorus despotæ, & Ioannes dux Patræ, in quorum ditione centum sordidi pseudomonachi cum paucis episcopis conciliabulum contra rem catholicam coegerunt b. Dum vero Palæologus aduersus perduelles parabat arma, Ioannes Beccus in Constantinopolitano concilio anathema, subiectis conceptum verbis, in eos iaculatus est.

Ioannes miseratione diuina Constantinopolitanus patriarcha vniuersis, ad quos presentes literæ peruenerint, rei gesta memoriam cum salute.

42 Charitati vestræ notum fieri volumus per presentes, quod nobis existentibus in concilio Constantinopolitano, congregato pro discutienda scissura dudum facta inter ecclesiam Latinam & Græcam per illum, qui vnitati inuidet, & vna cum ipso sacrosancto concilio deliberatione habita, omnes schismaticos, ac vnionis ecclesiasticæ turbatores, qui prope & longe sub pertinaciæ suæ vbiçumque existant; qui non recipiunt sanctam Romanam ecclesiam esse matrem, & caput omnium aliarum ecclesiarum, & fidelitatis orthodoxæ magistræ, & ipsius summum Pontificem primum & pastorem omnium Christianorum, quocumq; fungantur officio vel ordine, pontificali dignitate seu sacerdotali, diaconali; ac omnes alios vniuersaliter schismaticos perturbatores, cuiuscumque conditionis aut status existant, siue de imperiali, siue de senatus consilio, aut alicuius alterius conditionis; cum quibus & ipsum Nichisorum Ducam, qui nominatur despotas, & Ioannem Ducam de Patræ, qui nominatur syntocrator, sicut schismaticos & perturbatores huiusmodi ecclesiæ vnionis, & susceutores schismaticorum, & persecutores ipsorum, qui conuenerunt ad huiusmodi ecclesiasticam vnionem; & sicut illos, qui diuidantur de populitate nostra, & de nostra societate fugiunt propter obedientiam, quam fecimus ad Apostolicam sedem; excommunicauimus, anathematizauimus, ipsosque damnatos pronuntauimus, & penitus reprobatos. In cuius rei testimonium bullam nostram cum nostra subscriptione solita presentibus duximus apponendam. *Datum Constantinopoli apud sanctam Sophiam anno Domini mcccxxxvii. die veneris, sextodecimo intrante iulio, indictione quinta.* Incessa d etiam iisdem fuere a nuntijs apostolicis, qui versabantur Constantinopoli, ecclesiasticæ censuræ. At non his repressa est schismaticorum perfidia: auctores enim magis Nicephori et Ducæ e Patræ ex Latinorum sædere, questus est; Palæologus apud sedem

a Nicoph. Greg. hisp. Rom. lib. 5. inis. Pseudo-monachorum insignis improbitas.

Nicephorus despotæ & dux Patræ deficiunt a Palæologo b Apud Nicol. 11. 10. 1. lib. 1. pag. 102. n. 159. e Extra. eius lib. 1. lib. priuileg. Rom. eccl. 10. 3. pag. 279. & M. S. v. all. bibl. sig. lit. B. n. 12. pag. 297

Coacta aduersus perduelles schism. Constantinopoli synodus. Larum in eos alo. Becco anathema.

d Nic. 11. 10. 2. 1. 1. ep. cur. 152. Et a nuntijs Apostolicis.

Apo.

a Apud
Nic. III. ro
I. l. i. pag.
102. n. 159
Ingentes
a morte
Ioannis tū
multus
exorti.
Veneti An
conam
uari oppu
gnant.
b Andr.
Dand. l. 17
c. 9. in la
cob. Cont
rena.

c Exant
eor. lit. in
cod. Vallie
fig. lit. C. n.
49. pag. 97
Cardina
les literis
nituntur a
ceptis ip
sos abdu
ce.

Exponunt
initio egre
gium ma
torum in
Ecclesiam
studium.

Querun
tur ab eo
deficere.

Aequitate
non armis
controuer
siam, quæ
ipsis cum
Anconit.
intercedit
dimmen
dam.

Apostolicam, a vrsitque, vt Latini atq; eorum socij cēsuris percellerentur. Sed de his iterum inferius: nunc alia, quæ excurrente interpontificio acciderunt, coniungamus.

43 Increbuerunt post mortē Ioannis Papæ in Italia noui tumultus, ditionemque pontificiam lacerauerunt. Nonnulli enim Romanæ ecclesiæ subditi mutuis inter se odijs conflixerunt: atque etiam Veneti Iacobo Conrarenō dūce, comparata classe, Anconam, vrbem sedis Apostolicæ dominio obnoxiam, oppugnarunt. Adducit huius belli causas Andreas Dandulus Venetus auctor b his verbis: *Contra Anconam bellum inchoatur, quia Anconitani contra Venetorum edicta victualia per ostia fluminum riparia australis præsumperunt deferre, nec admoniti respicere voluerunt. Igitur Ioannes Teupulo cum tredecim galeis capitaneis & subsequēter Marcus Michael cum totidem contra eos missi sunt, decretumque est vt facta instantis belli per ducem, consiliarios, & viginti nobiles & sapientes viros debeant agitari, de quorum iudicio sex naues machinis & alijs instrumentis bellicis præparata ad exercitum transmittuntur; & Reugerius Mauroceno & Petrus Iustiniano, vt Firmanos Venetis fauorabiles exhiberēt, delegati sunt.* Abducere Venetos cæptis enisi sunt Cardinales, & in memoriā reuocatis egregijs maiorum erga Romanā ecclesiam studijs monuere c, si quid iniuriarum ab Anconitanis accepissent, id æquitate non ferro dirimendum, atque ab sede Apostolica ius flagitare debuisse, ne relictam sibi a maioribus gloriam tātō facinore labefactarent. Abscederent ab illius vrbis expugnatione: ni facerēt, sui esse officij Anconitanorum causam non deferere, atque in eorum auxilium studiosos Ecclesiæ concitare.

Miseratione diuina, &c. Dilectis filijs nobilibus viris duci, consilio, & communi Venetorum salutem in Domino.

Insignis Venetiarum ciuitas, & nobilis vniuersitas Venetorum, euidens ab olim ad Romanam ecclesiam protulerunt deuotionis insignem, laudabilem operum euidencia insignitum: talibus eidem Ecclesiæ astiterunt in prosperis, nec ei defuerunt etiam in aduersis. Hæc in vos a vestris sunt deriuata parentibus: hæc a vobis laudabiliter hæcenus obseruata, vt lætari eadem Ecclesia hucusque potuerit pro deuotis patribus deuotiores sibi natos. Quanto itaque in ijs est fama vestra præclarior, tanto vobis accuratius fuerat vitanda, contrarij qualicumque suspicio, ne indeuotionis signa cuiuslibet eo vobis notam grauiorem ingererent, quo solent inuicem sibi collata contraria clarius apparere. Ideoque non sine causa grandis admirationis audiuius, quod vos, quasi solita circumspectione seposita, hæc facientes a vestra considerationis intuitu aliena, nec attendentes præsentem ipsius matris Ecclesiæ statum, viduitatis eius compassi non estis incommodis; sed super vulnere suorum dolore addentes, ipsam in terra sua, in ciuitate videlicet Anconitana, sibi non indigne charissima, vt pote quæ ipsi Ecclesiæ aduersitatis suæ tempore constanter adhæsit; molestijs acerbis impetitis, semel & iterum contra eam nauali exercitu destinato, qui adhuc ipsam, sicut intelleximus, persecutionibus continuatis impugnat.

44 Nunquid, si vobis contra ciuitatem eandem querelæ aliquid competeat, sedes Apostolica deerat, vt ad illam haberi non possit recursus? Nunquid dubitandum forsitan vobis erat, quod tam charis filijs apud matrem satisfactionis vltro-

neæ, si pateret iniuria, vel si foret in dubio, plenæ iustitiæ promptitudo deesset? Quid igitur viros tantæ discretionis, tanti consilij sic a semitis rationis abduxit, vt in aggressura ciuitatis eiusdem vel sequeremini voluntatis impetum, vel si iustitia suberat, ius vobis in causa dicendo propria eam in iniustitiam verteretis? Porro quid tanto excessui deberetur, aduertimus: sed quanta nobis offertur exinde turbationis occasio, ignoramus. Sed quia nescit a charis charitas, etiam læsa, recedere, nos deuotionis & obsequiorum vestrorum nequaquam immemores; quamquam ciuitati prædictæ, quam speciali affectione prosequimur, & dignam nouimus multo fauore, in sui defensione deesse nec velimus, nec etiam debeamus; tamen excessum eundem, non acerbitate debita persequendum ad præsens fore censuimus, sed paternis apud vos ad ipsius reuocationem monitionibus insistendum, vniuersitatem vestram monentes, rogantes, & hortantes in Domino Iesu Christo, ac nihilominus præsentium vobis auctoritate mandantes, quatenus dictum exercitum, & omnes ac singulos, quos contra ciuitatem eandem destinasse dicimini, absque mora & difficultate qualibet ad propria reuocantes, ab omni ciuitatis ipsius molestatione cesseris. Si quid autem aduersus eam putatis forsitan vos quæstionis habere, sedem eandem promptam & paratam habebitis ad illam, vel pacis compendio vel vigore iudicij, si forte malueritis, celeriter dirimendam. Alioquin ciuitati eidem protectionem sedis eiusdem nec valentes subtrahere nec volentes, necesse habebimus validioribus vt remedijs, quibus per nos & quoslibet ipsius deuotos Ecclesiæ tantam iniuriam compefcamus &c.]

45 Hæc Venetis Cardinales: qui per alias literas a H. dicto Rubeo marchia Anconitanæ præfecto, in illius vrbis auxilium confurgere, ac Venetis, qui eam conflata classe infestabant, vt a cæptis desisterent, censuras ecclesiasticas incutere, iusserunt. Tum Picenatibus, intentatis grauissimis pœnis, vetant b, ne Venetis ad oppugnandam vrbem opem vllam porrigerent. Suscepit Ecclesiæ sponsæ suæ causam Deus: armasse enim in Venetos procellas Andrea Dandulo c colligitur: *Ceterum, inquit, capitaneus, nempe Marcus Michael, secus portum Anconæ anchoras figunt & vrbem acriter impugnant. Tandem circa exitum mensis ianuarij tempestas valida turbauit, & exercitus in mare secessit. Tunc galea Clugientis rumpitur, & alia quinque in plagijs Senogallia impulsæ confractæ sunt: tres quoque in Firmo, & cætera in Dalmatia pericula euaserunt. Naues quoque, quæ ad exercitum nauigabant, accedentes solum inuenere secus Anconam suum iter prosequuntur. Tunc Anconitani, pluribus paratis galeis, cum insignijs Venetorum ad naues veniunt, & duas ex improviso capiunt, & reliquæ in Dalmatiam redierunt. Dum autem hæc Venetijs patefacta sunt, decretum est vt capitanei cum ignominia redire debeant, & sicut offensores reipublica in centum marchis argenti pro quolibet * contemnerent. Denuo tunc reparato stolo Pangratijs Maripetro, successor creatus obsidionem orbis Anconæ innouat, & durius solito eā impugnat. Irritos fuisse hos conatus, ex eodem auctore intelligitur, dum subdit: *Dux autem et Veneti turbati post reditum Pangratijs Maripetro, qui Anconitanis multa damna intulerat, Bocasium Aurio cum octo galeis pro offensione hostium, & nauigantium tutela, & Iacobum Molino ad obsidendum Anconam cum exercitu mandauerunt.* Con-*

senit hoc bellum, iterumque Iacobus Contarenius dux quarto ducatus anno Marinum Daurum viginti quatuor triribus inuectum, ac dein quinto Marcum Cornarium ingenti subnixu classe immisit: sed omnes ij impetus Iacobi Contareni, quam Ioannis Dandali, qui, cedente ducatu Contareno, Venetæ reipublicæ habenas capeffinit, ab Anconitanis excepti strenue, propulsati- que fuere: quæ licet distincta temporibus hoc loco congerere visum est.

Nec Veneti modo vacante sede Picenum ad- duxere in periculum, sed etiam Æsculani grauissi- me afflixere. Vacantis namque sedis occasionem aucupati senissimos motus concitarunt: oppidum enim, cui Furcis nomen est, præfidiario milite ab Anconitanæ marchia præfecto munitionu impetu cepere: ac nullo sexus ætatis discrimine maiori- ciuium parte ferro casis, alios in vincula abduxerunt. Tum hostiles impetus in ditionis pontificiæ alia oppida Castellanu & Scallele conuertere. De qua coniuratione certiores facti Cardinales, Æscu- lanis præcepere, vt captum oppidum restitue- rent, vincos in libertatem vindicarent, ac furo- ri frænum injicerent: ni parerent, censurarum mi- nas intorserunt. At sacri purpuratorum patrum collegij grauissimas voces audiamus: *Quæ, inquit, vos ducit, immo potius seducit intentio? Quis vos hac malitia imbuit? Quis vos tanta compleuit astu- tia, vt vacationis Ecclesie tempora captaretis? Nun- quid velut escam panis subditos ipsius vorabitis, con- tra quos sic astute, sic ardentem malitiam exercetis? An abbreviatam creditis manum eius, ipsiusque debilitatum brachium, vt in suorum defensionem sua virtutis dexteram non possit extendere, aut ad con- fringendum vstra superbia cornua fortitudinis sua brachium exaltare? Caterum licet eadem mater Ec- clesie nequaquam verberibus domina careat; quia- tamen erga subditos libentius matris vberibus vit- tur, ideoque ipsorum conuersionem appetit, & auer- sionem ac dispendium salutis abhorret; vniuersita- tem vestram monemus & hortamur attente, vobis districtius auctoritate presentium iniungentes, qua- tenus ab obsidione dicti castri Scallele sine mora qua- libet recedentes, omnino ab ipsius & aliorum castro- rum & terrarum eidem Ecclesie subiectarum, nec non & ab omnium subiectorum eiusdem infestatione quauis & molestia desistatis, &c.*

46 Tumultuati etiam Parmenses, qui mon- tem S. Angeli, quem sui iuris contendere, inuale- runt, ac firmissimo opere munierunt: quibus cum Raymundus e Nogerijs patrimonio S. Petri in Etruria præfectus obiecto censurarum metu denunciasset, vt ab extruenda arce absterent: spectare ratione Mirandæ oppidi ad sedis Aposto- licæ ditionem eum locum, in quem nullum ius obtinerent; ipsi, spretis illius imperijs, institere operi maiorique celeritate perduxere. Quod vbi accepit sacer Cardinalium senatus, Parmenses audaciæ perstrinxit: si quod ipsi ius contende- rent, eo facto iam violatis césuris corrupisse, quod vero extruxerant propugnaculum, euertere im- peravit. Grauiissima porro Cardinalium moni- ta dignissima quæ annalibus inserantur nobis visa sunt: *Est ne, inquit, hic honor, qui matri debetur? Est ne hic timor domina a subditis exhibendus? Num sic fidelitas ad dominos obseruatur, quorum tenen- tur vaßalli corpora & iura tueri? Num vos excu- sat fictio illa, quam sine veritate confingitis, mon- tem, de quo agitur, nimirum S. Angeli, ob castrum Mirandæ ad Rom. ecclesiam spectantem c, ve- strum esse? Cum etiamsi veritas huiusmodi fictionis*

subesset, prohibitione tamen & denunciatione præ- missis factis non solum auctoritate prætoris, immo ab ipso prætore adeo pareri nihilominus debuisset, quod opus postmodum taliter acceptatum demolitioni subiaceret sine iure, sine iniuria opus fiat, &c. Sub- dunt vt excitatam turrim deiciant, ac loco fa- cessant: si de suo iure confidant, illud coram Apostolica sede disceptent: breui nouum Ponti- ficem creatum iri, qui totam controuersiam æqui- tate sit dirempturus.

47 Extendere etiam extra Italiam curas Car- dinales. Cum enim Ioannes Prædicatorum & Hieronymus Minoritarum summi præfecti a Ioan- ne XXI. ad sopiendas Castellæ & Galliarum Re- gum discordias legati fuissent; ipsique, strenue sus- cepta ea provincia, magnos adijissent labores, con- sectaque in ea re instrumenta vacante sede trans- misissent; Cardinalium collegium, collaudata ip- sorum opera, rescripsit, vt ad cæptum opus, e quo rei Christianæ salus penderet, incumberent, donec alia ab Apostolica sede imperia accepissent. Hæc erant Cardinalium senatus studia, vt eccle- siastica ditioni ac rei Christianæ consulerent: qui ad auertendam imminens Italiae alterius belli procellam conatus suos adhibuerunt. Appara- bat enim transilire in Italiam Rodolphus, vt Im- perij iura, quæ diuturno interregno perijsse vel consensuisse videbantur, reuocaret. Non parum vero a Carolo, qui vicarium Imperij agebat in Etruria, animo erat abalienatus, ac res in apertum bellum eruptura timebatur. Et licet a Romanis Pontificibus Gregorio X. Innocentio V. Adria- no V. Ioanne XXI. pertractata res fuisset, vt ijdem principes mutuo concordia fœdere controuersias deciderent; eiusmodi tamen consilia ob immatu- ram tot Pontificum mortem perducta in opus nõ fuerant, quamuis Siciliae Regis oratores sub Ioan- ne ad prosequendum perficiendumque tracta- tum paratos se obtulissent. Tridentinus enim episcopus, qui eam provinciam Rodulphi no- mine gerebat, re infecta abscessit, ac tum Car- dinales, qui pontificiorum consiliorum partici- pes extiterant, Rodolphum rogauere, ne exer- citum in Italiam transmitteret; neue ipse de- scenderet, antequam cæptus ineundi fœderis tractatus perfectus esset, qui secus retardandus abruptendusue timeretur. Præterea flagitarunt vt Pentapolim atque exarchatum Rauennæ Ec- clesie restitueret. Ad quæ obtinenda Martinum Cusanum e sacra Dominicana familia Rodolphum in Germania adire iusserunt. b

Miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi sacrosanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, excellenti & magnifico principi domino Rodulpho Regi Romanorum illustri, charissimo ipsius Ecclesie filio, salutem in Domino.

48 Quamquam de vacatione sacrosanctæ Ro- manæ ecclesie matris nostræ multipliciter auxi- mur; quamquam illius consideratio corda nostra incessanter affligat, & filialis noster affectus ad eam ad illius prouisionem vtilem, quam totis præcordijs a Domino instanter exposcimus, sic nos vrgeat, sic vniuersos conatus nostros vinculis solidæ charitatis astringat, vt nimirum a consi- derandis alijs quasi penitus abducamur; quia tamè totius orbis, & vester præcipue, ac aliorum Chri- stianorū principum status pacificus nostris admo- dū insidet animis, continere non possumus quin ad illum nostræ conuertamus considerationis intui- tum, & ad procurandum & conseruandum eun- dem studiosæ sollicitudinis efficacem operam im- pen-

Illam solo equare iussi.

Ad concliamdam inter Gall. & Castellæ Reges pacem incumbunt Cardd. a Esq. pag. 98.

Et redin- tegrandū inter Rodulphum & Carolū Reges fec- dus.

Parat in Italiam expeditionem Rodulphus.

b Ibid. pag. 67.

Cardina- les illius voris cõ- trarij.

pendamus: præsertim cum ad id nostrorum patrum Romanorum Pontificum recentia exempla nos excitent, in quorum prosecutione cum de nostro consilio & deliberatione processerint, non solum eorundem Pontificum factum prosequimur, sed & nostrum, sicut in scriptorum series manifeste declarat.

Nonit siquidem excellentia regia, quanta felicis recordationis Gregorij Papæ X. tempore fuerit sollicitudine ac instantia laboratum, ut vestris gressibus in via pacifica positis, vestra promotionis negotium quietius procederet, & securius duceretur; ad quod, sicut nostis, varios idem Pontifex perutiles tractatus assumpsit, quos finaliter consummari eius, prout Domino placuit, de hoc mundo vocatio non permisit.

Quare venerandæ memoriæ Innocentius Papa quintus, eiusdem Gregorij in papali dignitate successor, consulte considerans, quod tranquillitati status publici, & vestris præcipue commodis, quibus in hoc providere paterno intendebat affectu, expediebat, ut tractatus huiusmodi ante vestra serenitatis aduentum in Italiam firmiter debita vallarentur, magnitudinem regiam duxit per apostolicas literas rogandam in Domino & hortandam, vobis nihilominus persuadens, ut quanto possentis celerius aliquos viros idoneos, pacem & concordiam gerentes in votis, & a vobis plenum habentes ad præmissa mandatum, ad eadem vestro firmanda nomine curaretis ad suam præsentiam destinare; cum expediret omnino, & suæ propterea voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam non assumeretis; & si assumpseratis, nequaquam assumptum prosequeremini, antequam præmissa forent soliditate congrua roborata, venerabili fratre Bernardo episcopo, tunc electo Albiensi, ad vestram propter hoc præsentiam destinato, qui causas utiles & necessarias, non immerito Pontificem ipsum Innocentium ad ista mouebant, & voluntatem suam super illis, quanquam in prædictis literis patenter expressam, manifestius aperiret, quam ex affectu sincero consuluerit, & cum fratribus suis consulta deliberatione præhabita voluerit adimpleri. Tandem venerabili fratre Basiliensi episcopo, vestro tunc nuncio, ad sedem Apostolicam accedente; ac eccellente principe domino Carolo illustri Rege Sicilia, charissimo ipsius Ecclesiæ filio, apud sedem existentem prædictam; præfatus Pontifex Innocentius laboravit solcite, ac diligenter interposuit partes suas, ut tractatus huiusmodi optatum exitum sortirentur.

Sed eodem Pontifice Innocentio, sicut de dispositione processit Altissimi, eum incurrente infirmitatis articulum, in quo temporalis cursus vitæ finiuit, tractatus ipsi desiderata consummationis effectum consequi minime poterunt.

49 Insuper piæ recordationis Adrianus Papa V. eidem Pontifici Innocentio in apostolatus succedens officio, voluit ut idem Rex se conferret Viterbium pro memoratis tractatibus prosequendis, ubi venerabiles fratres . . . Sabiniensem episcopum Ioannem S. Nicolai in carcere Tulliano, & Jacobum S. Mariæ in Cosmedin diaconos Cardinales super prosecutione huiusmodi deputavit. [Horum duo postremi postea summi Pontifices renunciati, quorum prior, ut dictum est, Nicolai III. alter Honorij IV. nomen accepit.] Sed quia prædictus Pontifex Adrianus post promotionem suam brevissimo tempore superiit, as-

sumpta prosecutio ad id, quod prosequentium intendebat instantia, non peruenit.

Demum felicis recordationis Ioannes Papa vigesimus primus ad apicem apostolicæ dignitatis assumptus, licet libenter super huiusmodi tractatibus fuisset eorundem prædecessorum suorum studia prosecutus; quia tamen nec præfatus Basiliensis episcopus, nec quivis alius ad hæc transmissus, vel a vobis habens ad præmissa mandatum, vestro firmanda nomine, in Romana curia, præfens erat; ipse desiderans præmissum negotium scandalis & impedimentis quibuscumque submotis, ad pacificum & desideratum exitum devenire, ut processus vester quietior esse posset; & propter hoc laudabiles in ijs eorundem prædecessorum suorum semitas prosequens, magnificentiam vestram per suas literas attente rogavit, & hortatus est in Domino Iesu Christo, ut cum omni festinantia, qua possentis, aliquos viros idoneos pacis & concordia zelatores, plenum a vestra celsitudine ad præmissa mandatum habentes, ad eadem vestro firmanda nomine ad ipsius præsentiam mitteretis: cum expediret admodum, & propterea suæ voluntatis existeret, ut iter ad veniendum in Italiam non assumeretis; & si assumpseratis, nequaquam assumptum prosequeremini, donec eorundem tractatum exitu cognito, vobis ab eo super aduentu vestro ipsius & Apostolicæ sedis beneplacitum per literas speciales & nuncios certitudinaliter panderetur.

50 Voluit quoque idem Pontifex Ioannes, ut prænunciaretis eidem, quando viros eos venturos ad suam præsentiam verisimiliter crederetis, ut interim procuraret, quod & præfatus Rex de suis provideret propter hoc nuntijs destinandis, qui cum viris eisdem in curia Romana concurrerent, quo magis utrisque præsentibus in eorundem prosecutione tractatum processus efficax haberet; & nihilominus dilectum filium fratrem Bartholomæum de Amelia de ordine Minorum ad vestram celsitudinem destinavit, causas utiles & necessarias, quæ ipsum non immerito ad præmissa efficaciter inducebant, & voluntatem suam super illis apertius expressurum, quam ex affectu puro consuluit, & nobiscum consulta deliberatione præhabita voluit adimpleri.

Profecto intendebat huiusmodi præmissorum Pontificum Romanorum, & specialiter Innocentij & Ioannis paterna provisio quieti status publici, & vestris, sicut in literis eorundem exprimitur, singulariter volens providere profectibus, ut omni diligentia caueretur, ne per vestrum aut vestra militiæ, siue gentis aduentum in Italiam ad seditiosorum susurra, quibus, plusquam expedit, refertus est orbis, vel eorundem immisiones malevolas aliquid turbationis insurgeret, quod dictorum consummationi tractatum impedimenti obicem ministraret. Verum licet & vos, memorato Pontifice Ioanne adhuc vivente, venerabilem fratrem nostrum Tridentinum episcopum propter hoc ad eandem sedem duxeritis destinandum, qui eodem Pontifice Ioanne, prout ille, qui aufert spiritum principum, permisit, de hac luce subducto, a curia præfata recessit; & nuntij præfati Regis, propter hoc eandem sedem evestigio adeuntes, se pro parte ipsius Regis paratos obtulerint ad eisdem tractatus prosequendos, & prout esset expediens, consummandos; ita men propter memorati obitum Pontificis Ioannis, & ipsius episcopi Tridentini recessum, nullus in eisdem tractatibus potuit haberi processus, nec est

Significat priusquam in Italiam veniat firmandam cum Carolo concordiam Gregorij censuisse.

Es Innocentium V.

* quæ Missum ea de causa Albiense episcopum.

Ob illius mortem abruptum pacis tractatum.

Adrianum V. illum redintegrare motum.

est de ipsis, prout desideramus, communibus utilitatibus satisfactum.

51 O vtinam princeps in clyte, toti orbi nobis & vobis fuisset ex alto concessum, vt aliquo predictorum Pontificum longiori vita donato, tractatus ipsi consummationem votiuam & mundo perutilem recepissent! O vtinam vel nunc nostris desiderijs & totius Christianitatis commodis annuat diuina clementia & celeriter, vt optamus, idoneum Ecclesiæ suæ pastorem indulgeat, cuius circumspccta prouidentia, & prouida circumspcctio cunctis Christianitatis occurrat incommodis, & in ijs & alijs opportunum antidotum suæ prouisionis apponat! Sed ne interim quæ per eosdem Pontifices, præcipue Innocentium & Ioannem de nostro consilio processerunt, non sine verisimili grandis coniectura discriminis, negligere videamur, eorundem Pontificum prouisionem laudabilem de nostro consilio inchoatam imitatione, commodis publici status accommoda, prosequentes; serenitatem regiam affectuose rogamus & hortamur in Domino Iesu Christo, celsitudini vestræ attentius suadentes, quatenus aliquem, vel aliquos viros idoneos, zelatores tranquillitatis & pacis, plenum a vestra magnificentia mandatum habentes, ad tractatus eosdem prosequendos nomine vestro, Deo auspice, consummandos ad sedem ipsam, quanto celerius poteritis, destinetis, vestræ magnificentiæ literas præmissuri, per quas eidem sedi de aduentus nuntiorum ipsorum tempore innotescat, vt & memorati Regis nuncios eodem tempore cum ipsis in eadem curia concurrere procuremus.

52 Speramus enim in Domino & in omnipotentia virtutis ipsius, quod ipso, in cuius ditioe cuncta sunt posita, cui est in facili cuncta perficere sine cuiusquam molimine tarditatis, misericorditer faciente, interim erit eidem Ecclesiæ de pastore prouisum, qui vestris & sæpessati Regis nuntijs & præsentibus eisdem tractatibus solerter, prout expedire videbitur, intendet; & eos feliciter, auctore Domino, consummabit. Quæsumus autem & instanter exposcimus, vt quod de vestro aduentu in Italiam, per eosdem præcipue Pontifices Innocentium & Ioannem, de nostro, vt præmittitur, consilio sunt prouisa, diligentius obseruantes, nullam contra præmissam prouidentium intentionem in Italiam militiam, siue gentem medio tempore destinetis; facturi, quod huiusmodi militia siue gens iter non prosequatur assumptum, si forsam iam iter arripuisset in Italiam veniendi; consultius attendendo, quod ex hoc contra votum & beneplacitum ipsius sedis ac nostrum præmissis tractatibus non leuis impedimenti parari posset occasio, & ijdem tractatus quam periculosissime impediri.

Cæterum quæ circa eisdem Ecclesiæ terras, & specialiter exarchatum Rauennæ ac Pentapolim ijdem Pontifices Innocentius & Ioannes a vestra magnificentia per predictos suos nuncios & literas petierunt, nos cum precum instantia repetentes; affectuose deposcimus & rogamus, nunc saltem celeri executione compleri. Aduertat itaque regalis circumspcctionis industria præsentem ipsius matris Ecclesiæ statum, & beneficiorum eius non immemor suæ viduitatis incommodis, quibus ad præsens premitur; ab illis auxiliante diuina potentia celeriter liberanda, filiali compatiatur affectu. Et ecce, dilectæ fili, religiosum virum fratrem Martinum de Tuscan. ordinis Prædicatorum, quem fide dignum perhibet religionis ipsa profes-

sio, ad vestram præsentiam destinamus, vt præsentibus vobis nostras literas representans, quæ continentur in eis oraculo viuæ vocis exponat. *Dat. Viterbij Apostolica sede vacante anno, &c.*] Paruit a Rodolphus & Conradum Minoritam misit, qui significaret se oratores ad conciliandam cum Rege Carolo controuersiam ad futurum Pontificem missurum. Vt vero repetita hæc iterum, a Nicolao III. imperia fuerint, paulo inferius diceretur. Quod ad Carolum attinet; extat in nostro Vallicellano codice Cardinalium senatus syngraphum, b quo receptum ab eo pro Sicilia regno octo millium vnciarum auri censum professi sunt. Vtque similia coniungamus, tum etiam Eduardum Anglorum Regem debitum octennij retro euoluti censum persoluisse testatur c Martini IV. syngraphum, postea ipsi datum, cum de eo accepto regijs rationibus cautum non fuisset: *De annuo censu mille marcharum argenti, in quo ecclesia Romana teneri pro o.ennio iam transacto in fisco B. Michaelis de mense septembris tunc currente, anno Domini MCLXXVII. terminato ipsi Romana ecclesia fuit pro parte tua per diuersas solutiones integre satisfactum, &c. Datum III. non. februar. anno 1.*

53 Suspensi interim erant expectatione noui Pontificis omnium animi, ac toto orbe ad Deum preces fundebant Christi fideles, vt citius fluctuanti Ecclesiæ suæ rectorem præficeret: singulari tamen iure obstricti erant Romani, quos sacer Cardinalium senatus, dum contrarijs acti studijs sententijsque in eligendo Pontifice discreparent, virgidos censuit, vt diuino numini ardentibus porrigerent preces, ad tantum beneficium ab ipsius effusa clementia eliciendum; solemnique pompa religiosum sacerdotum certo die agmen instrui, ac supplicationes fieri præcepit. c

Miseratione diuina &c. Dilectis filijs rectoribus Romanæ fraternitatis salutem in Domino.

Successor Apostolorum Principis Christi vicarius, licet humano sit eligendus ministerio, a diuina tamen est implorandus prouidentia, vt ille sibi vicarium eligat, ad cuius vices gerendas eligitur, ad cuius gregem regendum & dirigendum in salutis semita sibi deputatur. In tanto itaque ab ea munere perutilem ac necessariam prouisionem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ obtinendo laboribus multis exactis, nec adhuc nostris desiderijs optato impletis effectu, nostram circa hoc desideramus instantiam deuotarum orationum opitulatione fulciri: sed præcipue cleri & populi Romani vtriusque sexus, quorum est ad eandem ecclesiam nota deuotio, quorum ad id singularis concurrat affectio, quos ad hæc, tanquam peculiarem ipsius ecclesiæ populam specialius interesse sollicitat, & singularius tanquam ipsius filios specialiter inuitat. Ideoque discretioni vestræ præsentium tenore mandamus, quatenus per vos & alios, quos ad hoc idoneos esse videritis, homines religiosos, & eosdem clerum & populum Urbis (in qua ipsius Apostolorum Principis, cuius deuote petimus successorem, & coapostoli eius Pauli aliorumque Apostolorum sanctorum venerandæ reliquæ promptiore orantibus exauditionis gratiam repromittunt) ex parte nostra rogetis & sollicitetis, monitionibus ac exhortationibus inducatis, vt ex totis præcordijs humiliato spiritu & corde contrito deuotas orationes & sedulas fundentes ad Dominum, processionem nihilominus ad id die congruo propter hoc factu-

Cardinalium senatus Pontificum... ceptis incumbere.

Contentent ab... oratores mittat ad re... Cam... transigendam.

Omnem... id... operam... adhibent... pollicentur.

Rauennâ... Pentapolim Innocentij... ab eo... resoluere.

AM. S. cod. Vallic. fig. lit. C. n. 49 pag. 66.

b Eod. cod. Vallic. pag. 67.

Carolus censum... Cardinalibus soluit, Mart. IV ro. 2. pag. 20.

Vacante sede imperatoræ fidelibus habenda apud Deum preces.

c Cod. Vall fig. lit. C. n. 49. pag. 99.

Solemnes supplicationes pro obtinendo proboput celebrati iussu.

ri solemnem, suppliciter ab ipsius clementia flagitent, & instanter implorent, ut ipse, cuius omnipotentia nihil resistit, cui cuncta sunt facilia, celeriter per nostræ humilitatis ministerium de pastore idoneo ecclesiæ præfata provideat: cuius opera & coram hominibus luceant, & in conspectu Altissimi placeant; cuius zelus sic in exequendis mandatis Domini ferueat, quod nunquam illorum prosecutione torpescat. *Dat. Viterbij VII. kal. octobris anno Domini MCLXXVII. Apostolica sede vacante.*]

NICOLAUS III.

Elapsis postea integris duobus mensibus, post varias controuersias inter Cardinales Gallicæ atque Italicæ nationis, cum sui generis Pontificem creare contenderent, ac discordiam auget nimia patrum libertas ob solutam Gregorij X. constitutionem Viterbieneses tantæ impatientes moræ, Cardinales, qui tunc octo numero erant, prætorio ciuitatis inclusere; ac desolato orbi patrem dare coegerunt: a *Nicolaus*, inquit Iordanus, b *natione Romanus de Vrsinis*: & infra, *electus est in festo B. Catharinae Viterbij*. Et infra: *Proprium illi nomen fuit Ioannes Caietan. Fuit diaconus Cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliano, moribus valde compositus & discretus*. Prædixisse olim illi puero pontificiam dignitatem S. Franciscum refert idem auctor: *Cum esset puer, inquit c, pater eius, qui erat de tertio ordine, eum B. Franciscus obtulit: & B. Franciscus ait, quod non esset frater habitu, sed futurus defensor ordinis sui, & tandem dominus mundi*. Commendasse enixe ipsi infantulo suam familiam eundem sanctum diuino collustratum lumine addunt Franciscani annales d: nec viri expectationem exitus fecellit. Etate adiutor in Eboracensi, Sueffionensi, & Laudunensi ecclesijs sacerdotia gessit, atque in Vrbe SS. Laurentij & Damasi, & S. Chryfogni ecclesias admistravit; tum ab Innocentio IV. diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano creatus Minoritarum familiæ patrociniū & procurationem sustinuit g. Ab Adriano vna cum episcopo Sabinensi & Iacobo S. Mariæ in Cosmedin diacono Card. missus h Viterbium, vt cum Carolo Rege Siciliae controuersias grauissimas illum inter & Rodolphum Regem Romanorum conciliaret: deinde a Ioanne XXI. archipresbyteratu in basilica principis Apostolorum donatus est. Emicabant in eo iam futura magnitudinis atque ingentium virtutum signa, ob quæ his elogijs idem Ioannes illum in diplomate pontificio i exornauit: *Attendentes nobilem non incognita mundo tua magnitudinem bonitatis, quæ a teneris annis de virtutum crescentium meritis continua fama incrementa suscepit; quodque dator bonorum omnium te illius circumspeditionis eminentia insigniuit, quod noueris recensere præterita, presentia prudenter disponere, ac futura consultius providere; & propter hæc confidenter onus curæ ipsius basilicæ, quæ tuo noscitur indigere regimine, cum omnibus iurisdictionibus, iuribus & pertinentijs suis, qui nuper in eadem basilica per obitum bonæ memoriæ S. Angeli diaconi Cardinalis vacauit, tibi conferimus & providemus, &c. Dat. Viterbij xv. kal. nouemb.*

Bo munere affectus ad redintegrandum in ea basilica rei sacræ splendorem, ac perpoliendos sanctioribus institutis canonicorum mores nonnullas leges edidit l, quas postea suscepto pontificatu auxit m. Excitatus igitur ad apostolicū solium Nicolaus Carolum Siciliae Regem de sua electione fecit certiore n, atque ob morbum, quo tentari eum audierat, so-

latus est. E quibus amoris notis insignibus literis colligitur non eum mox, vt nonnulli propter Gallorum Cardinalium ambitum tradunt, abalienatum animo fuisse, sed ob aliam potius rationem, quam ex S. Antonino a & alijs anno sequenti referemus subinfensum extitisse.

Nicolaus electus Episcopus, &c. Regi Sicilia illustri.

In census sincerae charitatis affectus nec legifacile potest subijci, nec consuetudinis cuiusquam regula coartari. Quis autem sic incenditur, vt paternum excedat? Hic proculdubio, fili charissime, a nobis exegit, vt ecclesiæ Romanæ, quæ solet ex more seruare, quod literæ, nouam promotionem Romani Pontificis nunciantes, alios ipsius præsertim ad principes literatorum præcedant visitationis affatus, obseruantia non seruata, excellentiæ tuæ prius scriberemus vt pater, quam nos, prout est ex alto permissum, in tuum & vniuersalem patrem nunciarem assumptum. Ad nos siquidem perlato rumore de febrili dyscrasia, quæ te diebus aliquibus dicitur molestasse, simul & multæ sollicitudinis se ingessit instantia, vt de votiuâ incolumitate tam chari filij patris votis indubia satisfaceret certitudo. Propter quod dilectum filium magistrum S. celsitudinis tuæ nuncium, ad tuam præsentiam cum celeritate, quam nouitas huiusmodi nostræ assumptionis, nec occupationibus vacua, nec a concurrentium tumultibus aliena permittit, duximus remittendum, &c. *Dat. Viterbij.*] Confirmant etiam superiora alia literæ b, quibus monet, ne receptam valetudinem nimis curis obruat. Cum vero Carolus Salerni princeps Nicolao literis significasset, incredibili se illius adeundis salutandique cupiditate teneri, rescripsit Pontifex c, ne Sicilia discederet, dū ipsius pater aduersa valetudine tentabatur: expectandam occasionem, qua votis obsequi posset.

Non diu hæsit Viterbij Nicolaus, sed Romam se contulit, vt solempni ritu pontificalibus ornamentis cingeretur. Vbi antequam ea celebraretur pompa, literas pridie id. decembris ad Rodolphum Regem Romanorum misit, vt trepidanti Italiae consuleret.

54 Imminabat enim tum temporis, vt paulo superius insinuatum est, grauis discriminis metus, ne Rodolphus nimirum ad repetenda reuocandaque iura Imperij in Italiam veniret, bellumque Carolo ob Etruriæ gestam præfecturam moueret: cum maxime veterum partium odio plures imbuti graue aliquid molituri timerentur. Et quidem ad ea discutienda pericula Romani Pontifices Gregorius, Innocentius, Adrianus, & Ioannes, ac vacante sede nuper Cardinalium senatus, pluribus legationibus missis, cum Romanorum Rege egerant, vt prius cum Carolo foedus firmaret & controuersias dirimeret, quam exercitum in Italiam transmitteret: & licet conficiendæ rei prouincia ab utroque principe nonnullis oratoribus tradita esset, repentina tamen Pontificum morte cepti tractatus consenuerant, quos Nicolaus redintegrare studuit, hisque literis Rodolphum hortatus est, vt viros pacis amantes mitteret: atque Innocentij, Ioannis & Cardinalium collegij exemplo exarchatum Rauennæ ac Pentapolim Ecclesiæ restitui postulauit. d

Nicolaus &c. Regi Romanorum illustri.

Solet, nota principum vnio, vt pauca saltem exprimamus e multis, obstruere ora iniqua loquentium, querentium inter ipsos suis furoris diffeminare discordias, dissensionum accendere in-

Cardinales inter se de creâdo Pontifice dissentiant. Extra clauem liberius exeunt

Includuntur a Viterbienesibus.

a Nicol. 10. 1. l. 1. ep. 1. b Iord. M. S. V. 1. 1. 1960. Ioannes Caietan. Visin. eligunt Pontifex. c Iord. ib.

d V. v. ad. in Annal. 10. 1. ann. 1222. n. 3. e 10. 2. ann. 1277. n. 2. f Nicol. 10. 1. lib. 1. ep. 50. g reg. post eand. ep. f Cod. M. S. Vallic. sig. lit. C. n. 49. pag. 95. h Iord. ubi sup. v. ad. in anal. hoc an. n. 2. i alijs. k M. S. Vallic. sig. lit. C. n. 49. pag. 63. l ibid. pag. 95.

l Extant apud Io. XXI. l. 1. ep. 152. m To. 1. 1. ep. 110. Suam promotionem Regi Carolo significat. n Cod. Vallic. sig. lit. C. n. 49. pag. 91.

centiua. Solet guerris indicere terminum, pacem inducere subditis, quietem & securitatem publicam præparare. Hinc itaque inter te ac charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem primo felicis recordationis Gregorij PP. X. studijs initam, ac postmodum successorum ipsius Romanorum Pontificum nequam prosecutione sollicita desitutam, tanto seruentiori desiderio cupimus perfecta consummatione donare, quanto illam vtiliorem aduertimus, quantoue ad eam studio peruigili procurandam eorundem Pontificum prædecessorum, nostrorum imitandis inuitamur exemplis. Huius quippe nostri seruentis desiderij nos sic vrget instantia, vt nec nobis nec fratribus nostris (quos prouisioni Ecclesiæ cum sollicitudine multa vacantes, clausura diutina non leuiter molesta vexarat) quietem aliquam satis necessariam indulgere permiserit, nec obseruantias ecclesiæ Romanæ solitas obseruare. Hinc præter ipsius Ecclesiæ morem, secundum quem solent literæ apostolicæ, promotionem Romani Pontificis nunciantes, præsertim ad principes, quascumque alias ipsius Pontificis præuenire, nos celsitudini regia patrem prius paternis exhibemus affectibus, quam literatorijs ad hoc conceptis affatibus nunciemus. Vocati siquidem, licet impares meritis, ad apostolatus officium, in crastinum vocationis huiusmodi, fratribus nostris conuenientibus vna nobiscum, post consuetum charitatis alloquium ad eosdem, consideratione nostram confestim ad præmissa conuertimus, & deliberatione præhabita, communi voto prosecutioni cæptorū de huiusmodi vnione inter te & memoratum Regem consummanda tractatū deliberauimus instanter & celeriter insitendum.

Et licet eorum, quæ circa tractatus eosdem & aduentum tuum, gentis tue in Italiam per prædecessores ipsos, dictorum quoque fratrum nostrorum collegium, de quorum numero tunc eramus, regali magnificentia fuere suggesta, sit forsitan repetitio audientibus onerosa; nos tamen ideo illa repetenda censuimus, vt ex ipsis eorundem Pontificum, fratrum, nostrique manifestius te inducat assumenda votorum identitas, ad eadem liberaliter prosequenda instantius te inducat, cum tantorum tam concors, exacta deliberatione præmissa, tuæ celsitudini toties repetita suggestio euidentius arguat, quam ad eam Dei beneplacitum & zelus ad tranquillitatem publicam rectus ac debitus exhortantium & suggerentium animos coegerant. [Pluribusque interiectis, quibus exponit quanto studio Romani Pontifices contenderint a Rodulpho, vt antequam in Italiam traduceret exercitum, firmissimo federe cum Carolo Rege Sicilia inito controuersias componeret; vt que Gregorium huic rei nauantem operam mors occuparit; miserit eam ob causam Innocentius V. Bernardum designatum episcopum Albiensem, legauerit Adrianus ipsum met Nicolaum tum diaconum Cardinalem vna cum Sabinensi episcopo, & Iacobo S. Mariæ in Cosmedin Viterbium, vt cum Rege Carolo de conciliandis controuersijs agerent; intermissum ob Adriani mortem tractatum Ioannes XXI. misso ad Rodulphum Bartholomæo de Amelia Minora redintegrarit, vseritque, ne vlla in Italiam copia, quæ tumultus concitatura essent, traderentur; Tridentinus vero episcopus, extincto Ioanne, abscesserit, nec Caroli oratores cæpta promouere potuerint; ac tum Cardinales instituerint cæptis, missoque in Germaniam Marino

ordinis Prædicatorum religioso viro exarchatum Rauennæ & Pentapolim repetierint; promissumque sit a Rodulpho oratores ad rem omnem componendam legatum iri; tum subiungit Nicolaus.]

55 Cum igitur humilitatem nostram ad gerendum in eadem Ecclesia pastoris ministerium, prouiso, seu forsitan potius permisso diuina vocarit; nosque, vt tractata inter te ac memoratum Regem vnionis, orbi tam vtilis, & Christianitati, ad ipsius exaltationem, Deo auspice, promptiorem per necessaria sædera consummentur, semper gesserimus hæcenus, eoque nunc plenius geramus in votis, quo id singularius ad nostrum nouimus, officium pertinere; serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attente in Domino Iesu Christo, sincero tibi suadentes consilio & salubri, quatenus tot & tantorum in idem cum discussione ac deliberatione perpensa conuenientium preces, monitiones, exhortationes, suasiones, & consilia prudenter attendens; & ea proinde vtilia, & salubria non indigne supponens, illisque consultius acquiescens; aliquos solemnes nuncios, iuxta præmissam dicti tui notarij assertionem, eorundem literarum tuarum adminiculatione sustulit, quos ad huiusmodi consummationem tractatum Dei timor, & publicæ vtilitatis, ac tranquillitatis amor afficiat; cum pleno mandato ad tractatus eosdem tuo nomine prosequendos, consummandos pariter & firmandos ad sedem eandem, sublata qualibet, prout opportunitas curiose captanda permiserit, dilatione transmittas, tuis prænuntiaturus literis, quando eos ad ipsam sedem æstimes verisimiliter peruenturos, vt procuretur qualiter vno eodemque tempore inibi concurrant sæpessati Regis nuntij cum eisdem; interim tamen contra præmissam prouisionem & intentionem prouidentium, in Italiam non venturus, nec missurus aliquam militiam siue gentem. *Et infra*: Petitionem autem super eiusdem Ecclesiæ terris, ac specialiter exarchatu Rauennæ ac Pentapoli, regali excellentiæ toties inculcatam, absque vltiori procrastinatione rogamus & petimus efficacis executionis promptitudinem adimpleri. Cæterum ad præmissa, licet præsentium serie satis expressa, verbo serioius exprimenda, tuisque pressius imprimenda præcedijs; nec non & causas quæ nos, dictos prædecessores, & fratres nostros ad eadem non immerito induxerunt; prædictorum, Albinensis episcopi & fratris Bartholomæi iam tibi ministerio reuelatas denuo repetendâs, eundem fratrem regali excellentiæ non ignotum consulto deliberauimus destinare, & repetita eius missio nobis, & eisdem fratribus nostris ipsum acceptum perhibens & habita de ipso notitia, sibi apud te audientiam benigniorem obtineant, & certio rem fidem haberi eius reatibus in præmissis, &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum 11. id. decembris &c.*] Confectam ijs legibus inter Carolum & Rodulphum pacem, vt Carolus Erruria cederet; ac pariter Rodulphum repetenti Pontifici exarchatum ac plures alias vrbes restituisse, sequenti anno videbimus: nunc de alijs pontificijs curis pro sopiendis inter Reges bellis dicere pergamus. Cum instructū a Philippo Gallorum Rege in Alfonso Castellani belli apparatus rum ore nuntio accepisset, concepto ingenti dolore mala imminencia consilio infringere decreuit Nicolaus, Regemque Philippum a monuit, ne Gallorum arma expugnandis Saracenis consecrata in catholicum principem conuerteret:

Monetur a Nicolao Rodul. vt oratores tranfmittat.

Inbetur Italicam expeditionem retar dare.

Restituere exarchatum Rauennæ & Pentapolim.

Quis rei exitus exiterit.

a Lib 1. ep cur 3. & cod. Vallie sign. lit. C. n. 49. pag. 51.

Legatum pro pace conficienda Philippum inter & Reg. Castell. mittit.

fese totius rei componenda prouinciam legatis imposuisse.

Nicolaus, &c. Regi Francia illustri.

56 Quanto ex potestate, Apostolorum Principis eiusque successoribus a Domino tradita, humilitati nostræ ad promouenda commoda regia dispendiaque vitanda liberior concessa est ex celesti permissione facultas, tanto noster affectus ad claræ memoriæ patrem tuum, Regem, regnumque Franciæ in nobis radicatus ab olim, ad tuam regalem excellentiam & eiusdem regni statum prouehendos ad prospera, & a quouis dignimine præseruandos feruentior inardescit: adeo ut sui feruoris instantia nec nobis, nec fratribus nostris, quos prouisioni Ecclesiæ cum sollicitudine multa vacantes clausura diutina non leuiter molesta vexarat, quietem aliquam, quamquam satis necessariam, indulgere permittit, nec obseruantias Ecclesiæ Romanæ solitas obseruare. Hinc præter ipsius Ecclesiæ morem, secundum quem solent literæ apostolicæ promotionem Romani Pontificis nuntiantes, præsertim ad principes quoscumque, alias ipsius Pontificis præuenire, nos celsitudini regiæ patrem prius paternis exhibemus affectibus, quam literarijs ad hoc conceptis affectibus nuntiamus. Vocati siquidem, licet impares meritis, ad apostolatus officium, in crastinum vocationis huiusmodi fratribus ipsis conuenientibus vna nobiscum, post consuetum charitatis alloquium ad eosdem, amaram nobis & eis discordiam, quam inter te, ac charissimum in Christo filium nostrum Regem Castellæ ac Legionis illustrè pacis æmulus tuis & illius, immo potius Christianitatis per te potissime ac ipsum cõtra hostes fidei ampliandis profectibus inuidens, excitauit; ante omnia obtutibus nostræ considerationis expandimus animarum pericula, strages corporum, damna rerum, impedimenta negotiorum Domini, tuam singulariter expectantium potentiam promotricem, quæ nisi eam virtus præcedat Altissimi, proculdubio eadem discordia comminatur, in multa mentis amaritudine recensentes: specialiter autem tuam eiusdemque tui regni ob præmissam, vt intelleximus, excitata discordiam considerata commotio eo grauius nos anxiat, & conturbat, quo eam periculosiorem aduertimus & si veritati non parcitur, multorum iudicio a laudabilibus progenitorum tuorum semitis alienam.

57 Nunquid enim Gallicanæ potentia gladius in catholica fidei professores vel limari consueuerat, vt terreret; vel acui, vt feriret? aut Christianum strere, vel effundere sanguinem, seu catholica regna subuertere, vel etiam conculcare in Christi blasphemos ad ipsius exaltationem fidei & dilatationem Christiani cultus limatus hucusque potius & acutus? Hæc, fili charissime quæsumus, tecum ipse considera, consultius tecum pensa, & salubribus nostris monitis & consilijs ex singularitate charitatis ad te filium prædilectum procedentibus acquiesce, &c. *Dat. Viterbij xv. non. decembris anno 1.*] Prouocauit simillimis literis a Alfonso nouus Pontifex, vt ad pacem cum Philippo contrahendam facilem se præberet: alijque b ipsi inculcauit, vt belli causam remoueret; eo enim expeditionem in Saracenos Africa, qui Babylonij armorum fœdere ad opprimendos Christianos Syros coniuncti erant, auerti questus est; tum maxime cum Terra sancta magnam de illius bellica virtute auxilij spem concepisset. Eodem argumento ad Simonem tituli S. Cæcilie presbyterum Cardinalem Apostolicæ sedis in Gallijs

legatum a, atque Hieronymum & Ioannem summos Prædicatorum & Minoritarum præfectos b litera datæ sunt.

58 Gesta a Nicolao fuere superiora, antequam pontificales infulas solèni ritu acciperet: que pompa, exeunte anno die S. Stephano sacra, celebrata vt refert Bernardus c: *Nicolaus III. natione Romanus de domo Vrsinorum electus fuit in Papam in Viterbio infesto S. Catharina, fuitque Rome in basilica S. Petri, infesto S. Stephani in die dominica coronatus anno Domini MCLXXVII.* Consentit Bernardo Ptolemæus d Lucensis, qui plura de Cardinalibus a Nicolao creatis addit, cuius verba afferenda visa sunt: *Anno, inquit, Domini MCLXXVII, infesto S. Catharina Nicolaus III, in cathedra Petri sedit. Hic de genere Vrsinorum urbis Roma dictus est primo dominus Ioannes Gaytani, & diaconus Cardinalis tit. S. Nicolai in carcere Tulliani. Hic statim vadens Romam, ibique sacerdos factus, in basilica S. Petri, infesto B. Stephani, in die dominica, eodem anno coronatus est.* Et infra: *Hic fuit multum cõpositus in moribus; unde apud multos El composito appellabatur de pulchrioribus clericis mundi. Commendabatur etiam de magna prudentia & matura responsione. Religiosos multum dilexit & fouit, & specialiter fratres Minores & Prædicatorum, sed in promotione Cardinalatus æqualiter se habuit. Minores & Prædicatorum: quia duos Cardinales fecit de ordine Prædicatorum, videlicet fratrum Latinum nepotem suum, filium sororis, qui fuit vir excellentis vita & egregius prædicator, & factus est episcopus Ostiensis. Alius fuit frater Kupertus de Bilibi magister in philosophia, & magister in theologia, & super utramque doctrinam fecit optima scripta, sed præcipue super totam logicam notiam. Hic prior prouincialis in ordine suo, deinde factus est archiepiscopus Cantuariensis, & postea factus est episcopus Portuensis. Fecit & duos fratres Minores, vnus fuit frater Bentiuenga de Tuderto, quem habebat familiarem in domo sua, & confessorem & inde factus est pœnitentiarius maior, & episcopus Albanensis. Alius fuit Ioannes*, qui postea fuit Nicolaus IV. Cum istis autem fuerunt alij quinque, inter quos vnus fuit dominus Iordanus germanus suus, vir magna excellentia & innocentia, & dominus Iacobus de Columna vir magna maturitatis & innocentia, & religionem amplexans. Hanc autem ordinationem celebrauit primo anno pontificatus sui, qui in sequentem incidit, Christi nimirum MCLXXVII.*

Susceptis porro Ecclesiæ gubernaculis Nicolaus pontificæ bullæ hanc sententiam pro apostolico symbolo adscripsit e: *Miserere mei Deus, miserere mei;* ac prædecessorum more atque instituto, ineunte sequenti anno, encyclicas literas ad Christiani orbis præfules scripsit quæ in hunc annum quo tiara apostolica est redimitus, conferenda visa sunt, ne eadem repetere cogamur: quæ quidem in M. S. nostro Vallicellano Turonensi archiepiscopo, in Vaticano g vero Senouensi & suffraganeis sunt inscriptæ.

Nicolaus &c. Nuper felicitis recordationis Ioanne Papa prædecessore nostro apud Viterbijs, vbi tunc cum sua curia residebat, ab hac luce subtracto, & ipsius corpore in Viterbiensi ecclesia cum exequiarum solemnitate debita tumulato, tandem nos & fratres nostri, quibus nos tunc officij quo ad hoc annumerabat æqualitas, in palatio episcopali conuenimus, propensioem diligentiam considerata prouisioni Ecclesiæ impensuri.

a To. 1. l. 1
ap. cur. 4.
Cod. Val.
lic. sig. lit.
C. nn. 49.
pag. 51.
b Eod. cod.
pag. 51.

Et quamquam ille, qui cælesti dat concentui harmoniam, nos sub claufura eadem habitantes in unum ad vtilem promissionem ipsius Ecclesiæ obriendam, prout singulorum habebat assertio, vnam fore sua pietate concesserit; ad consummationem tamen prouisionis eiusdem alto suo, & secreto consilio, dare aliquandiu distulit spiritum vnitatis: sed demum in die B. Catharinæ missarum solemnij cum inuocatione sancti Spiritus celebraris, iidem fratres in humilitatem nostram, vtinam non exorbitante iudicio, per viam scrutinij concordantes, nos tunc S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem ad conscendam apostolicæ dignitatis speculam vnanimiter elegerunt; nobis vestem ponderis vniuersum orbis ambitum continentem non offerentes tantummodo; sed etiam cum importuna instantia ingerentes. Verum vt rei gestæ seriem succinctus sermo pertranseat, ne dum defectus eosdem ad humiliationem nostram gestimus exprimere, sub humilitatis specie notam elationis, seu qualicumque iactantiæ ingerat seriosa repetitio veritatis; nos gradus altitudinem, & oneris imminenti tantæ altitudinis, ascensori molem nobis in Cardinalatus officio experientiæ longæ participio non ignoram, attenta meditatione pensantes, eligentium, & offerentium instantiæ insufficientiæ nostræ imparitatem obicimus debilitatem nostram, dictante conscientia, oblati imparem, cum repetita multoties relaxationis supplicatione humiliter allegantes.

59 Cumque nec sic cessaret instans fratrum importunitas eorundem, sed vim inferens nostro proposito vehementius collegij iussus vrgeret; nosque violentiam patientes clamaremus lacrymis, nec esset qui auditu exauditionis audiret; vociferaremur gemitu, nec foret, qui remissionem iniuncti oneris benigno iudicio indulgeret; ad illum oculos mentis ereximus, qui, sicut præmittitur, Ecclesiam, quam per se fundauit, non negligit regere per se ipsum: sed quam pie condidit, pie regit. Et quamquam de insufficientia nostratimentis, de superabundantia tamen omnipotentis suæ confisi, humeros summo superhumerali subiecimus, & humiliter iugum subiimus apostolicæ seruitutis; sperantes quod ipse, qui Petri pedibus marinos vortices inclinauit, vt iter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequium; nobis, quos, licet indignos, illi sua constituit dignatio successorem, in nostri executione ministerij humiliabit per suæ virtutis potentiam, colla tumentia superborum, & lapsus in delicta labentium cohibendo, eos in bonorum stabilitate operum solidabit. Ad quod efficaciter obtinendum attente orationum vestrarum suffragia imploramus, vniuersitatem vestram mouentes, rogantes, & obsecrantes in Domino Iesu Christo quatenus diligentius attendentes, quod ad tanti ponderis sarcinam supportandam peruiigiles cooperatores esse vos exigit, vobis in vestris creobibus sollicitudo commissæ in huiusmodi cooperationis ministerio exequendo super greges eosdem solcite vigilantes, debilitati nostræ de aotarum orationum, & placationum vberum frequentibus oblationibus assistatis: ab eo, qui nobis sarcinam eandem imposuit, seu potius forsitan imponi permisit, supplicationibus deuotis, & sedatis implorantes, vt qui ex eisdem nostris defectibus sub illius onere premimur, ipsius munere subleuemur; nobisque ipse bonorum largitor omnium sic illam ad sui nominis laudem & gloriam, nostram po-

ulique sui salutem, portare sua pietate concedat, quod eadem pia mater Ecclesia filios suos numero & merito nostris multiplicari temporibus gloriatur. Caterum fratres & filij affectum vobis charitatis benignitatis expandimus, & sinum charitatis solidæ aperimus proponentes in quibus cum Deo poterimus honori vestro deferre, ac vestra & ecclesiarum vestrarum cōmoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, in promptitudine benevolentis promouere, &c. Datum Romæ apud S. Petrum xviii. kalend. february an- no 1.]

60 Transmissa sunt, immutatis nonnullis sententijs, eadem literæ ad Reges ac principes, a quibus ijs humanissime officia pontificia detulit, hortatusque est, vt operam ad pietatem propagandam coniungerent. Inter ceteros vero Michaeli Palæologo Græcorum Imperatori porrectæ fuere sequenti anno: quibus ille acceptis, vt paribus cum Nicolao certaret officijs, has humanitatis & obseruantis singularis notis illustres nouo Pontifici dedit; vtque sibi apostolicam opem ad Imperium egessie moderandum suppeditaret, est deprecatus.

Sanctissimo & beatissimo primo & summo Pontifici Apostolicæ sedis sacrosanctæ Ecclesiæ veteris Romæ vniuersali Papæ, in Christo Deo reuerendissimo & specialissimo patri nostri Imperij domino Nicolao Michael in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Communis, Palæologus filialem obedientiam Apostolicæ benedictionis, & orationum postulationem.

Si mihi, o diuinum & sacrum caput, dignum & æquale totius anglicæ chori honore per omnia, exprimere non est leue, quanta lætitia corporis, & exultatione animæ sui repletus ex infuuatione literarum vestre apostolicæ sanctitatis, deprimentium ad Apostolicam sedem vestre sanctitatis gloriosum ascensum, quem pridem famæ volatilis satis iucunde conspexerat ad vniuersalem notitiam & audientiam deuorum, vestre paternitatis benignitas non miretur. Non enim erat huiusmodi annuntiatio extranea spei meæ: immo certissima, dum huiusmodi omnes communiter faterentur & concorditer asserbant. Si vero secundum Deum est sententia, vtique & secundum Deum hæc existit, & non oportet de hac opinione aliquid aliud cogitare, nisi Deum existere attributorem & causam. Huiusmodi igitur gratia confidenter habebam, & vos fore commode veraciter expectabam, quem superna prudentia eligeret, & vt lumen splendidum egressum de vero lumine ostenderet orbi terræ, quibus medianibus me ipsum beatificabam in Domino. Congaudentem habeo sane illum in operibus præuium, de quo ante nullatenus dubitabam, suscipiens fines infallibiles spei meæ, quibus etiam ante finem, vt iam recepisse ultra modum delectabar, nec in aliquo contristabar. Sed agnoscens vos fore in diuinis sapientes, & secundum Christum, Dei & hominum mediatorem, nihilominus in humanis & omne quod extra spem admiratur, & omne quod spe accidit, & ante factum diligitur, & in fine beatificatur, & amplius diligitur affectanter ad se attrahens experientiam, dans & recipiens ad inuicem primæ affectionis effectum. Extendimus præterea, beatissime pater, animæ speciale affectum: nunc autem totam me ipsam sanctitati vestre humiliter recomendo, & etiam represento, & inclino intellectualiter caput meum: & incumbens in sinu vestre apostolicæ benedictionis, oratio-

Hortatur ad partem cum ipso onera

a Ib. ep. 2. & post ead Formul. Mar. Ebul pag. 22. n. 138. cod. Vall. c. 49. pag. 66. Imperatores & Reges ad populos pro be regendos sollicitati. b Exant apud Nicol. c. 1. l. 1. pag. 101. n. 157.

Imperatoris Græcorum responsio.

tiones postulo; & osculans manus sacras apostolicam vestram sacram benedictionem assumo. Latrores siquidem vestræ sanctissimæ paternitatis prout decuit, expediti ad vestram affectatam presentiam, vtinam prospere, reuertuntur, quibus quædam de plurimis, quæ in meis intimis resident, de ipsorum probitate confisus, attentæ conuersatione, quam hæcenus contraxerunt, commisi fideliter vestræ sanctitatis audientia referenda cum alijs, quæ viderunt oculis & auribus audierunt. Super quibus benigniter obsecro, ipsis a vestra pijsissima sanctitate beneuolam audientiam imperitari. Et quia Dei nostri sunt opera, vos, qui vere in terris, quæ Dei sunt, Deo redditis, & in celo non præmittatis huiusmodi, pie pater: sed cognita veritate mihi deuoto filio vestræ apostolicæ sanctitatis, quæ sunt terreni Cæsaris vt excelso Cæsari persoluam cum fœnore, assistatis ope, benedictionibus, consilio, & fauore, vt reprobantium opera nostro subsidio irriterentur. Cælestis omnipotens Deus sanctitatis vestræ processibus præbeat misericordiæ largitatem, vt per cuncta, quæ agitis, æternæ gloriæ seruiatis.]

61 Insignes etiam sunt Ioannis Becci patriarchæ Græcorum catholici literæ a, quibus Nicolao sedis Apostolicæ fastigium conscendisse est gratulatus.

Sanctissimo & beatissimo summo Pontifici Apostolicæ sedis veteris Romæ vniuersali Papæ domino Nicolao, Ioannes miseratione diuina patriarcha Constantinopolitanus noua Romæ, & quod sub nobis est concilium sanctum salutem in Domino, & debitam inclinationem, & orationum postulationem.

Recepimus literas vestras, o diuissime domine pastorum pastor, omniumque præsul supereminens prælatorum. Nec est dicendum, quanta lætitia repleti simus: cognouimus namque, quod Deus bonorum omnium elargitor non magnificentia vestræ sedem, sed sedi sanctitatē vestram potius condonauit, vt ipsa siquidem per eos decoraretur amplius, & ornaretur. Et quamquam prius sanctitas vestra omnibus esset nota, præuenit enim fama pēnas extendens, & volans vbique, quæ nō cognoscentibus ea, quæ sunt vestræ maximæ sanctitatis, manifesta & cognita demonstrauit; magis cognosceret tamen amodo ac diligentius quilibet vsus materia ampliori, & melius quam ante vos beneficientem, vnicuique specialiter ac communiter omnibus ex operibus festinantem maximum, & primum Pontificem Dominum nostrum Iesum Christum propensius imitari. Confidit proculdubio nostra humilitas, quod hoc procedit ad perfectissimum complementum: nec minus putamus, quod in hoc concordat quicumque sapientes ex præcedentibus futura imaginantur. Si enim antequam ascendissetis ad superexcellentem altitudinem omnium dignitatum, in vobis tanta aderat præ omnibus excellentia bonitatis, vt vobis quis non posset fere in aliquo comparari, quanto magis decet vos nunc indutos magnitudine tali, vt iustiora operari & meliora? Qui vero, nondum ad gradum perfectionis perueniens, tanto bonorum operum lumine resurgebat, vt persuaderet in ipso videntes patrem gloriari cælestem, hic idem ad superlatium ascendens quomodo non apparebit lucidus ac apertius, relucebit omnes a longe attrahens ad se, quemadmodum candelabrum in alto positum ijs, qui longe sunt, respundet, & ipsos ad se conuocat ex fulgore? Non enim idem candelabrum tantum ex infimis vel de terra reful-

get, quantum si super modum, vel in altissimis producat. Vnde & propheta super candelabrum aureum videns candelam, duo ostendit, ignem videlicet descendere gratiæ a Patre luminum, & quod est natura ignis suprafrantis nobis ex supernis lucidius relucere. Quis ergo ea, quæ diximus, in mente habens, non replebitur lætitia spirituali, vt promptissime ad Deum tamquam huiusmodi largitore gratiarum referat actiones, ac sibi postulet, vt qui tale bonum condonauit, conseruet ipsum æternum, & sicut ipsam perfecit ita conseruet illud ad communem utilitatem? Quis non super huiusmodi iubilet? Et quis poterit de istis non gaudere? Humilitas vero nostram nunquam alias iucundius Deum magnificauit, sibi ascribens omnia, & glorificans procuracionem suam maxime ac prouisionem, per quem semper vtile suis dispensans in huiusmodi nuper factis, opportunum nullatenus præterire dimisit, venientique ad totam Ecclesiæ constitutionem ad ea, quæ damni essent, aliquatenus extenderentur ipsi viri Dei. Quomodo enim viris tam egregijs in vnum congregatis, inter quos Deum fuisse nullus dubitat, opportunum lateret? Non oportuit hoc fieri, & ideo non est factum.

62 Et licet vestra maxima sanctitas in sacris literis ad nos missis vos indignos voluerit nominare, nosque ad orationem prouocaueritis, & supplicationem, vt Deus vos tanquam dignos efficiat; nos tamen diligenter cognoscimus, quod nil aliud sunt huiusmodi nisi verba mansuetudinis & humilitatis: imitami namque omnium dominum ac Deum Iesum, a quo vobis tanta gratia est largita, & amplectium; modestiam & mansuetudinem, & commune exemplum humilitatis vos proponitis: cum non sit alius dignus ad administrationem gubernationis Ecclesiæ, quam vestra sapiens a Deo sanctitas, quam digne estis ad hoc & vere dicere possimus, superdigni. Quomodo ergo vnquam orationem talem fundemus pro vestra apostolica honorabilitate, cum magis vestris sacris orationibus indigentes affectemus quotidie ipsas habere tamquam bonum viaticum ad salutem? Deus itaque per suos speciales ministros eligit quem vult, & vincens cum quanta quis dicit virtute, quæ multorum sunt omnis consilij, suam perficit voluntatem. Sicque constituit in Ecclesia illum, quem elegit: & fait hoc donum perfectum & gratiam omnibus donans ac utilitatem. Vnde nos vestras paternas literas intelligentes, de hoc intimantes, filialiter recepimus ipsas tamquam omne bonum annuntiantes; supplicantes propensius vestræ sanctissimæ paternitati, quatenus de nobis cum alijs, qui inter vestros filios reputantur, memoriam facere velitis in sacris ad Deum supplicationibus vestris, vt ipsis adiuantibus ac fœuentibus bene gubernare possimus populum nobis a Deo creditum; immo ipsum conducere in operibus Deo placentibus & salutaribus, atque cætera in pace secundum Deum, & firmam patientiam ac quietitudinem ipsi populo acquiramus, negotiantes ipsum ad manus pastoris omnium domini Dei salubriter peruenire; qui dignetur nos recipere mediante orationibus sublimissima vestra supereminetia, vestram in multis temporibus conseruans diuinitatem.]

63 Absoluamus hunc annum rebus Gothicis. Retulit Valdemarus Rex Gothorum & Sueonum iustam scelerum suorum vindictam: qui enim Iutham vxoris sororem stuprarat, implacabilemque cum Magno fratre inimicitias exercere-

a Extant. ib. n. 158.

Synodales Græc. ad Nicol. gratulatoz lit.

fat, ab eo Danicis auxilijs, quæ ab Erico Rege elicerat, suffulto in Vvesgothia deletus est ob bellandi imperitiam in villa Houa, inquit Magnus a archiepiscopus Vpsalensis, anno Domini MCLXXVII. Cumque restituendi exercitus parum sollicitus fugam arripuisset, in Vermelandia missio ab aduersarijs expeditissimo equitatu, est comprehensus. At cum a virore supplex vitam posceret, Magnus fraterni amoris memor in eum humanitatem explicuit. Adductus, inquit memoratus auctor, Vvaldemarus primum supplex effectus misericorditer secum agi rogabat. Deinde regnum ad manus fratris reponens, asseruit se priuatæ vitæ sorte contentum, dumodo sibi saltem medietas ex paterna hereditate permitteretur. Tum dux Magnus, sua innata bonitatis rationem habens, respondit: Scio quia fratres sumus, & nimis inhumanum esse fraternam necessitudinem violare: quocirca, si me in meo iure libere permisisses, nec meam graui odio ad tuæ coniugis suggestionem persecutus fuisses, nequaquam hoc bellum in te suscepissem. Agam tamen tecum ea, ad quæ me deducit humanitas, vt omnes agnoscant me maximis beneficijs maximas iniurias compensasse. Statimque conuocatis proceribus & regni consiliarijs, assignauit ei totum regnum Gotthorum, contentus in regno Swoeonium, sopitis illius domesticæ discordiæ fomentis, regnare. Itaque restituta fratrum concordia, tota patria cumulatifimo gaudio affecta exultauit. Regio itaque Magnus diademate a Folchone archiepiscopo Vpsalensi die sacro Pentecostes est insignita: nec diu pax tenuit, cum Vvaldemarus postea Erico Regi Daniæ in Magnum se coniunxerit. Cæterum in his Ioanni Magno fides potius adhibenda videtur quam Crantzio c, qui tradit Magnum Regem dolo fratri Vvaldemaro regnum eripuisse, dum is pietatis studio sacram professionem ad lustranda ecclesiarum limina peregre suscepisset. De Magno vero vt egregijs virtutibus exornato principe sermo nobis occurret inferius.

IESV CHRISTI

annus 1278.

NICOLAI III. PP. RODVLPHI ROM. REG. 6.
annus I. MICHAELIS PAL. IMP. ORIEN. 18.

EXoritur ab ortu Christi annus millesimus ducentessimus septuagesimus octauus indictione sexta, crebris Tartarorum, Græcorum, & Romanorum Imperatorum, aliorumque Regum legationibus apud sedem Apostolicam obitis illustris. Hinc enim Rodulphus solemnem pompa ornamentis Imperij redimiri oratorum suorum opera exposcebat: hinc Græcorum Imperator omnia Christiani principis officia deferebat: hinc Tartari fœdera cum Christianis ad excindendos Saracenos coire flagitabant. Vtque ab omnium ob rerum, quæ in ea tractatæ sunt, maiestatem nobilissima exordiamur, excitus superiori legatione Palæologus quæ, vt vidimus, celebrata synodo œcumenica Lugdunensi, decreta ad ipsum fuerat, vt gesta in ea admitteret confirmaretque; pontificijs iussis morem gesserat, ac sacramento rata semper habiturum fidem constrinxerat: atque oratores & literas ad Ioannem XXI. miserat, quo inopina ruina eliso, successor ipsius Nicolao III. reddita fuerunt. In ijs Græcus Imperator, vt ex pontificijs gratula-

torijs datis constat, Romani episcopi supremam in omnes ecclesias auctoritatem agnoscebat, procumbebat in eius obsequium, ac schisma ex tradita sibi illius abiurandi forma proscripsisse asserbat, omnemque operam in reuocandis a perfidia Græcis collocabat, cui ob tantos illustri adeo fide ac religione partos de schismate triumphos gratulandum Nicolaum rescribentem audiamus.

Charissimo in Christo filio Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum illustri salutem, & apostolicam benedictionem.

2 Sicut ex literarum tuarum magnitudinis, sedi Apostolicæ nouissime directarum, grata lectione collegimus, illud ad laudem tui nominis magis elaret, immo clarius syderis instar irradiat, quod ad catholicæ fidei veritatem, quam sedes eadem tenet, docet, & prædicat, zelo deuotionis affecris, ipsam deuotus amplecteris, ad eius vnitatem cunctos tibi subditos adducere satagis, & debitam ei reuerentiam inuariabili proposito conseruare promittis. Quid enim puriore luce relucet in principe, quam fidei rectæ sinceritas, & vera religio, quæ cum in luminis & vitæ dirigantur auctore, tenebras respuunt, subiaccere defectui nesciunt, nec verentur occasum. Probant autem laudabilem tuam in ijs sinceritatis affectum eiusdem veræ catholicæque fidei tua fidelis, clara, & aperta professio; primatus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ deuota recognitio, spontaneaque susceptio debita sibi obedientiæ, prompta & humilis sponsio corporaliter a te præstito iuramento firmata; schismatis abiuratio per te publice facta, ac in earumdem literarum serie, iuxta formam per eandem sedem traditam, plenius seriatim expressæ: quas ipsi sedi per tuos apocryphos præsentatas, non solum ad veritatis testimonium, sed & ad memorabilem tuam laudis præconium tam præsentibus, quam posteris memorandum, in archiuis eiusdem Ecclesiæ facimus conseruari.

3 Sane, fili, dum ardorem desiderij, quo ad Latinos & Græcos antiquo schismate separatos, in charitatis mutue vinculo & vnitatem fidei vnien- dos per sanctos patres Romanos Pontifices prædecessores nostros est suspiratum ardentius; & labores immensos, quibus est hinc inde diutius laboratum, memoria recensemus; quod in præmissis actum ab excellentia tua comperimus, tanto votis nostris cedet acceptius, quanto solet haberi gratius, & reputari præcharius, quod anxie quaeritur, & laboriosius obtinetur.

Et quidem cunctis, Christianæ religionis cõmunionem habentibus, in ijs de redintegratione religionis eiusdem cõmunis præstantur excitatiua lætitiæ; sed nobis eo maioris incõditatis & gaudij specialior causa succrescit, quo magis, dum minoriungebamur officio, eorumdem fumus laborum participes, & desiderij non expertes; quo singularis hæc a nobis ad apostolatus culmen assumptis, diligentiam promotionis exposcunt, quæ prius cooperationis tantummodo commune nobis & alijs ministerium exigebat. Sed & tu, princeps magnifice, te lætante in ijs considera præducem, & lætare per alios etiam tuum imitaturus exemplum, tibi retributionis præmium, alijs concurrentibus meritis, adaugendum. Considera, quod fortes animo nec debiles viribus, qui prudenter sui operis afficiuntur ad exitum, quo plus fini propinquant, diligentius operantur. Sic & ij, qui in agone contendunt, quo minus restat decursus instantia, eo currere nituntur instantius;

To. I. l. I.
ep. cur. 143
cod. V. al. l. c.
fig. lit. C. n.
49. pag. 70

Nicolai
III. ca. de
re ad eum
literæ.

tius; & q̄o de victoria magis sperant, ad brauium plus aspirant.

Solicita- tur ad e- gregie co- pta corro- boranda.

4 Eia igitur & tu, fili, qui tantum in te ac alijs, ac præcipue in dilecto filio nobili viro Andronico nato tuo sic desideratis dedisti principium, tantum in sic accepto vnionis perutilis opere processisti; cum præsto tibi fatearis potentiam viriū, nec promptum diffitearis, aut diffiteri deceat animum; insta opportune, immo si opus fuerit, etiam importunius insiste: insta, vt quæ in te ipso cœpisti feliciter, in prælatis & alijs etiam ore & opere compleantur; suppleantur omnino, quæ defunt; nec vltius prætermittantur, aut differantur omiſſa. Cum igitur, sicut nō solum famæ, verum etiã missorum dudum ad te nunciorum ipsius Ecclesiæ relatio perhibet, & veritas, & tua nihilominus assertio habeat, quod totaliter a te hu- iusmodi negotij, eiusque dependet consummata perfectio; tuæ decet esse sollicitudinis, tuæ curæ, vt idem negotij celerem desideratæ, sed proculdubio nimium prorogata * consequatur effectum.

* consum- mationis

Qui nun- tij in eam rem missi.

Ideoque nos, qui ad hoc summo desiderio suspiramus, tibi singulariter innitentes, ad id apud tuam excellentiam; & cum ea, quin potius & per eam, apud cæteros scilicet prælatos & alios exacta diligentia procurandum, venerabilem fratrem nostrum Bartholomæum episcopum Grossetanum, & dilectos filios fratres Bartholomæum de Senis ministrum Syriæ, Philippum Perusinum, & Angelum Vrbeuetanum lectores ordinis Minorum, viros catholicæ fidei zelatores, scientia præditos, obseruatores voluntariæ paupertatis, & veræ humilitatis amicos, ad tuam præsentiam destinamus; celsitudinem tuam rogantes, & obsecrantes in Domino Iesu Christo, quatenus ipsos ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram ea, quæ tantum decet principem, benignitate recipiens, illa quæ ad pleniorum eiusdem negotij consummationem, soliditatem, roborque solidius tam per te ipsum, quam per alios facienda suaserint, clementer audias: & vt efficaciter impleantur, ad augendum retributionis tuæ præmium, & ampliandum laudis titulum operosus intendas.

Cæterum moram apocrisariorum tuorum apud sedem eandem, quam ipsius sedis vacatio tibi, vt credimus, non ignota, & nostræ promotionis nouitas induxerunt, habeat tuæ mansuetudinis circumspèctio excusatam. Ad petitiones autem per eos coram felicis recordationis Gregorio & Innocentio quinto Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, nomine tuo propositas, & nouissime in nostra & fratrum nostrorum præsentia repetitas, scimus per speciales literas eiusdem prædecessoris Innocentij plene, prout suavitati facti qualitas, fuisse responsum: quam, quia nulla postmodum nouitas immutauit, nec nos ad eas responsum putauimus immutandum. Datum Viterbij non. octobris anno 1.]

Androni- cum hor- tatur Pöt. ad eccle- siarū con- iunctionē stabilien- dam. a Eod. l. ep. cur. 145

5 Alijs etiam literis Nicolaus Andronico maiori natu Palæologi filio operam in concilianda Romana Græcorum ecclesia nauasse gratulatus sollicitauit a, vt studium ad ea, quæ deerant, sup- plenda conuerteret.

Dilecto filio nobili viro Andronico, primogenito charissimi in Christo filij nostri Michaelis Palæologi Imperatoris Græcorum illustris salutem, &c.

Age, fili, prudenter & humiliter immensa beneficia tui Creatoris attende. Attende quan- ta tuæ iuuentutis auspicia suæ dilectionis benedi- ctione præuenit, ipse quidem (vt suæ circa te lar-

gitatis abundantiam in temporalibus taceamus) in te oculos interioris hominis suo lumine illu- strauit: immisit in tuæ mentis habitaculum lucem suam: dedit intelligere catholicæ fidei veritatem, vt in montem sanctum suum, in communionem videlicet & vnitatem sacrosanctæ Romanæ eccle- siæ, per professionem ipsius fidei, recognitionem & susceptionem primatus eiusdem Ecclesiæ, spon- sionem debitæ sibi obedientiæ, abiurationem schis- matis (quæ omnia tuæ testantur literæ, quas no- ueris per sedem apostolicam granter & benigne receptas) suo ducatu deductus tandem in dilecta eius tabernacula, per continuationem bonorum operum feliciter adducaris. Ipse sic erga charissi- mū in Christo filium nostrum Michaelē Palæolo- gum Imperatorem Græcorum illustrē genitorem tuum, & te ipsum piūm direxit eiusdem matris Ecclesiæ studium, vt non solum per hæc ei & tibi spiritualiter consuluerit ad salutem; sed & salu- bribus multiplicatis persuasionibus, quæ in alijs eidem genitori tuo, tam a felicis recordationis Ioanne Papa prædecessore nostro, quam a nobis directis literis exprimuntur, temporaliter ad secu- ritatem status satagat providere. Decet igitur vt & tu, ne periculose de tantis gratijs comperia- ris ingratus, eidem Creatori tuo pro omnibus, quæ tibi tribuit, aliquid gratitudinis pro tuæ pos- sibilitatis viribus recompenses, &c. [Certiorum facit de missis oratoribus atque ad perseuerantiæ palmam in redintegrandam orientalis ecclesiæ con- iunctione colligendam adhortatur.] Datum, vt supra.

6 Tum patriarchæ Græco, cæterisque præsi- libus significauit a, Apostolicam sedem ipsorum li- teras ingenti gaudio accepisse, quibus primatum Romanæ ecclesiæ agnoscere ac suscipere, sponde- re illi humillima obsequia, atque in concilio œcu- menico gesta admittere exponebant: verum ad stabiliendam cœptam coniunctionem habere se in votis, quam Palæologus & Andronicus fidei pro- fessionem a Romana ecclesia propositam edi- derant, ipsi coram legatis apostolicis nuncuparent.

Venerabilibus fratribus patriarcha, archie- piscopis, episcopis, ac dilectis filijs abbatibus, cæteris- que prælatis Græcorum.

Fraternitatis tuæ literas, frater patriarcha, professionem veræ catholicæque fidei, quam Ro- mana ecclesia docet & prædicat, a spernationem & abnegationem antiqui schismatis, vt earum- dem literarum verbis vtamur, recognitionem & susceptionem primatus ipsius Ecclesiæ, ac spon- sionem obedientiæ spontaneam ad eandem per te nomine tuo & totius synodi, apud vos antea ce- lebratæ, certo modo factas, inter alia continen- tes, sedes Apostolica benigne recepit; & eas di- ligenter inspiciens, vestrum ad negotij vnionis inter Latinos & Græcos, diuino beneplacito in- choatum, & charissimi in Christo filij nostri Mi- chaelis Palæologi Græcorum Imperatoris illu- stris, dilecti filij nobilis viri Andronici nati eius, & vestra solerti cooperatione promotum; quem eadem literæ prætendebant, notauit affectum, probat multipliciter & commendat. Super quo illi sacrificium laudis offerimus, & iubilationis hostiam immolamus, qui eorundem Imperatoris, Nobilis, & vestros oculos mentis aperuit, intel- lectum tribuens, & vos ad agnitionem veritatis adducens.

Et quidem, fratres & filij, lætanter atten- dimus, & granter accepimus multa in eisdem lit-

lit-

literis contineri, professioni eiusdem verae fidei consona, recognitioni dicti primatus accommodata, obedientiae sponsoni congrua, & abiurationi praefati schismatis opportuna. Verum cum in praedictis perpenso consilio, & discussione sollicita eiusdem Ecclesiae certa, quam esse decet in omnibus vniformem, forma sit prodita, per memoratos Imperatorem & Nobilem acceptata, iam dudum per eorum nuncios in generali Lugdunensi publicata concilio, & ab ipsis nuper in personis proprijs publice ac solemniter iterata, illam censuimus omnimodis obseruandam; praesertim cum expediat in ijs vniformiter ab omnibus, per huiusmodi vnionem vniondis, in fidei vnitate procedi: & vos velut iam factos obedientiae filios deceat ipsius Ecclesiae, vestrae omniumque matris fidelium & magistrarum, fideli magisterio per obseruationis promptitudinem humiliter adherere, ac iuxta eius beneplacitum & dispositionem circa huiusmodi negotium adimplere sollicitè omnia; & maxime illa, quae ad ipsum consummandum plenus & solidius roborandum per nuncios nouissime ad hoc missos, ex eiusdem Ecclesiae parte requisita nec adimpleta fuerunt [Subdit se ad ea perficienda Grossetanum episcopum, ac nonnullos Minoritas religione conspicuos misisse; atque has preces & imperia adiungit:] Vniuersitatem vestram rogamus & hortamur, obsecrantes in domino Iesu Christo, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus iuxta requisitionem ipsorum omnes & singuli singulariter praemissa veram fidem profiteamini; recognoscatis & suscipiatis primatum, abiuretis schisma, obedientiam promittatis, in his supra dictam formam, vobis per eodem nostros nuntios praesentandam, sic studiosè per omnia obseruando, & in ceteris, vt praedicitur, non impletis ac alijs, quae eidem nuntij ad perfectam consummationem eiusdem negotij duxerint requirenda, ipsis acquiescendo humiliter, & cooperando efficaciter, quod idem negotium celeriter absque vltioris morae dispendio, studio vestro perfectius consummatum; nos, qui anxio & immenso id desiderio affectamur; ac vniuersalem Ecclesiam sanctam Dei laetificet ciuitatem, &c. Dat. Viterbij viii. id. octob. ann. i.]

7. Commendata inter cetera Apostolicae sedis nuntijs ea res, vt a Graecis praesulibus sacramentum de abiurato schismate, ac Romani Pontificis primatu agnoscendo exigent, ac publicis tabulis id mandari curarent; vt videre est inter monita pontificia, quibus ad rem gerendam instructi sunt a. In ijs vero obseruatione dignissimum Palaeologus flagitanti, vt vox: *Filioque*, in Graecorum symbolo non adderet, nec permutarentur ritus, neue ex ea nouitate Graeci tumultus concitarent non assensisse, sed praecipisse adijci, quo fideles inter se fide discrepare non viderentur. De ritibus vero iussit eos tantum, qui Ecclesiae puritatem inquinarent, deleri.

In commissi vobis executione negotij, venerabilis frater Bartholomaeus episcopus Grossetane et dilecti filij frater Bartholomaeus de Senis minister Syriae, Philippus Perusinus, & Angelus Vrbenetanus lectores ordinis Minorum talis videtur processus habendus. Et infra: Petenda est ab Imperatore praedicto multiplicatio litterarum super fidei professione, primatus recognitione ac susceptione, & obedientiae sponsoni missarum ab ipso per nuntios, qui nouissime redierunt. Hoc tamen mutato, vt non scribatur felicitis recordationis praedecessori nostro Gregorio, sed nobis. Ad huiusmodi autem mutationem non est importuna instans

dum; sed ita si de plano possit haberi. Et infra:

Item suadeatur diligenter eidem Imperatori, vt cum patriarcha & alij praelati nondum fecerint professionem fidei, recognitionem & susceptionem primatus eiusdem ecclesiae Romanae; abiurationem schismatis, & obedientiae sponsonem, iuxta formam ab eadem Ecclesia traditam; cui debent ipsi obedientia filij, maxime in ijs, quae consummationem, & firmitatem vnionis tractatae respiciunt, tanquam omnium ecclesiarum capiti sua matri & magistra deuote parere; ipse Imperator, qui fatetur & asserit, a se totum dependere negotium, suamque fore in ijs omnibus liberam potestatem, det operam officicem, vt & praemissa fiant a praelatis eisdem, & cetera omnia, quae ad solidationem vnionis eiusdem per vos, vt inferius exprimitur, sunt petenda plenarie, per omnia compleantur.

8. Item super eo, quod dictus Imperator in praefatis literis petijt, vt ecclesia Graecorum dicat sanctum symbolum, sicut dicebat hoc ante schisma, & ipsi Graeci maneant in ritibus suis; respondendum est, quod vnitas fidei non patitur diuersitatem in professionibus suis, siue in professione, siue in decantatione, vel alia ipsius fidei publicatione; & maxime in decantatione symboli, quod quanto magis in Ecclesia frequentatur, tanto apparere debet amplius vniforme. Et ideo deliberauit eadem Romana ecclesia, & vult ipsum cum adiectione illa, *Filioque*, tam a Latinis quam a Graecis vniformiter decantari: & quia de additione illa specialiter actum est & recognitio verae fidei occultari non debet; sed reuelari potius, & publice predicari.

De ceteris autem Graecorum ritibus sic respondendum est: scilicet, quod eadem ecclesia Romana intendit Graecos, quantum cum Deo poterit, fauorabiliter prosequi, & ipsos in illis eorum ritibus, de quibus sedi Apostolica visum fuerit, quod per eos catholicae fidei non ladatur integritas; nec sacrorum statutus canonum derogetur, &c. Subdit Pontifex, quid legati a patriarcha & praesulibus alijs exposcere debeant, vt nimirum conceptis verbis sacramento se obstringant, primatum Romanae ecclesiae agnitueros, nec vlla excusatione vel consuetudine ad non illud nuncupandum se tueantur: quam iurifurandi formam in illis nobilioribus locis, ad quae se conferent, a praesulibus eliciant, ac plura illius exempla rite faciant.

9. Haec autem sunt illa, quae petenda sunt a patriarcha, ceterisque praelatis, & clero ciuitatis cuiuslibet, castri, vici, seu loci: scilicet quod ipsi omnes & singuli singulariter fidei veritatem, & eiusdem ecclesiae Romanae primatum, iuxta seriem in literis eiusdem praedecessoris Gregorij, quarum tenorem vobiscum desertis ad praesens, plene ac seriose lectam & expositam fideliter, explicite, ac aperte infra scripto modo, absque vlla conditione, vel adiectione occasione praeteriti temporis apponenda, seu etiam facienda; sed simpliciter & pure, sicut petitur, recognoscant, acceptent, & profiteantur praestito iuramento.

Ego . . . praelatus fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse recognosco: eam accepto, & corde & ore profiteor; ipsamque, prout veraciter eam tenet, fideliter docet, & praedicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuolubiliter seruaturum, & in ea omni tempore perseueraturum; nec ab ea villo vnquam tempore recessurum, quoquo modo deuaturum, vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctae Rom. ecclesiae; prout in praemissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiae obedientiam spontaneus veniens, fateor, recognosco, ac-

Iussi Graeci addere in Symbolo, Filioque.

Tolerati ritibus, quibus fidei puritas non contaminatur.

Flagitanti a praesulibus, vt primatum agnoscat.

Praesandi sacramenti forma.

cepto, & sponte suscipio; & me omnia premissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesie Rom. primatum; & ipsorum recognitionem; acceptionem, susceptionem, obseruantiam, ac perseuerantiam seruaturum promitto. Manualem insuper obedientiam, & reuerentiam vobis * sanctissimi patris domini Nicolai tertij diuina * summi Pontificis, & ipsius ecclesie Romanae, ex nunc exhibeo, & me ab illis nullo vnquam tempore recessurum, corporaliter prestito iuramento, promitto & confirmo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

10 In premissis autem nullam decet patriarcham, pralatos, aut clericum consuetudinem, quod iurare non consueuerint, allegare; cum numquam similis casus acciderit, cuius possit consuetudo pratendi: nec huiusmodi consuetudines per usurpationem aduersus superiores, & iura ipsorum; & maxime aduersus Rom. ecclesiam contra canones usurpata, sunt aliquatenus obseruande: nec dicende tam consuetudines, quam abusus.

Volumus præterea, vt in eorumdem pralatorum & clericorum promissione veniat, quod nec contra suam professionem aliquid publice predicare, vel occulte suadere præsumant; quinimmo illi qui officium prædicationis exercent, publice prædicent, & exponant fideliter suis populis eandem fidei veritatem, & cantent etiam Symbolum cum additione illa, sicut præmittitur, videlicet, Filioque. Ad iocatis nihilominus vestra sollicitudinis studio in omnibus prædictis professionibus & recognitionibus, quas fieri contigerit, alias idoneas scilicet curitates & cautelas, quas vobis circumstantiæ suggerent exigendas.

Cæterum ad faciliorem & pleniorẽ consummationem prædictorum expedire putamus, vt ad singula loca insignia illarum partium, ad quæ accedere poteritis, & de quibus videbitis expedire, vos personaliter conferatis, coniunctim vel diuisim promissiones similes in eisdem locis cum solemnitate, ac obseruatione simili recepturi. De huiusmodi autem professionibus & recognitionibus fiant publica instrumenta.

11 Iussi etiam insinuare Græcis, mirari Romanam ecclesiam, cur ipsi, ob schisma sententijs pluribus censarisque inuoluti, nondum ab ijs absoluti flagitarint, atque etiam post deuotum illi suum obsequium, in adepta dignitate confirmari non poposcerint: inde occasionem aucupari imperati, vt Palæologum ad petendam Cardinalem legatum summa auctoritate ad perficiendam illam coniunctionem cumulatissimum exposcat, de cuius iuribus excipiendique illius ratione inquirant: Item memorandum, quod post expeditum tractatum premissorum, vel dum premissa tractantur, & executioni mandantur, prout oportunitas obtulerit, & videbitur expedire negotio, tangendum est, quomodo ecclesia Romana miratur, quod pralati, & alij non curauerunt adhuc statui suo ex consideratione præteriti temporis prouidere. Cum enim ratione scismatis, in quo erant, multotiens lata sint sententia contra eos, mirandum occurrit, quod ipsi quoad relaxationem sententiarum ipsarum, & tam pralati quam alij clerici, & persona ecclesiastica super irregularitate, quam ex consequentia incurrerunt, se immiscendo diutius, nullum adhuc petierunt remedium adhiberi.

Item miratur Ecclesia quod patriarcha, & alij pralati post professionem fidei factam, recognitionem & susceptum primatum ecclesie Romanae, ac obedientiam promissam eidem super confirmatione status sui nullam prouisionem petere curauerunt.

12 Monet legatos ijs literis, quibus excipiendarum in Græcia confessionum, reconciliandi Ecclesie in nonnullis casibus anathemate ob iniectas clericis manus irretitos, irregularitatis amouendæ, Imperatoris ac præsulum oratoribus dandi diplomatæ, quo ipsis de tuto itinere caueatur, atque etiam anathematis in illos pronuntiandi apostolica auctoritate, qui eam coniunctionem disturbare molirentur, prouincia demandata est: ita extrema intelligenda, vt in Græcos p̄ncipes, qui ad Philippum & Carolum desciuere, censuras, vt vrgebat Palæologus, ob eam defectionem non ferant, ni certissime constiterit, eos in ita cum Romana ecclesia coniunctioni aduersari, ob quod tantum facinus censuris percellendi viderentur.

Item attendendum quod in quibusdam literis, qua vobis nuntijs diriguntur & incipiunt, Desiderantes vt ea quæ ad vniõnis &c. datur vobis sub certa forma potestas excommunicandi auctoritate apostolica eos de partibus illis, quos negotij vniõnis eiusdem fore vobis constiterit turbatores, cuiuscunque præminentie, conditionis, aut status existant, & in terras ipsorum interdicti sententias proferendi, nec non & procedendi alias spiritualiter & temporaliter contra ipsos & terras easdem, prout utilitati negotij, consideratis eius circumstantijs, videritis expedire: quodque cum similis potestas data fuerit per sedem eandem duobus episcopis, videlicet Ferentinati & Taurinensi, qui vna cum alijs nouissime per sedem ipsam ad idem negotium destinati fuerunt; dictus Palæologus ipsos instantissime requisit, & apud eos multotiens, & multipliciter institit, vt contra quosdam magnates & nobiles Græcos partium illarum, qui prædictis Imperatori Constantinopolitano & Regi Sicilia adhaerunt, & ipsis se confederauerunt, ipsumque Palæologum impugnare dicuntur, tamquam contra turbatores prædicta vniõnis procederent, eos excommunicando, & excommunicatos nuntiando; ac ipsorum terras supponendo ecclesiastico interdicto.

Ipsi tamen episcopi, post inquisitionem super hoc factam non processerunt in aliquo contra eos; consultius attendentes, quod nec prædicti prædecessores Gregorius & Innocentius huiusmodi Palæologi eiusdem instantia ipsis generaliter contra omnes recedentes, & recessuros a fidelitate sua porrectæ annuere voluerunt, sicut apparet in literis eiusdem Innocentij, que missa fuerunt eidem Palæologo, quæ incipiunt: Innocentij Episcopus &c. charissimo in Christo filio Michaeli Palæologo &c. Dudum a sede Apostolica, &c. Quaru tenorem vobiscum portatis. Et ad illas remittunt in fine suo prædicta nostra litera, quas modo portatis Palæologo, quæ incipiunt: Sicut ex literarum, &c. Vnde & vos, si forsitan idem peteretur a vobis, multum habetis attendere tam ipsius prædecessoris Innocentij processum, quam dictorum episcoporum in hac parte constantiam, & maturitatem; vt & vos non faciles, nec præcipientes in hoc inueniamini; sed diligentes, solliciti, & maturi: & ita demum contra illos procedatis, si manifeste vobis constiterit eos esse turbatores vniõnis eiusdem; non eo ipso quod a fidelitate, seu subiectione dicti Palæologi se subtraxisse, præfatis Imperatori Constantinopolitano, & Regi Sicilia adhaerisse, eisque se confederasse, ac eundem Palæologum impugnare dicuntur: sed si directe veniunt contra ipsam vniõnem, & directe impediunt, ne Græci & Latini in charitate mutua, vniõne fidei, ecclesie Romanae primatu recognito & suscepto sub ipsius obedientia vniantur.

13 Ad afferendam historiae lucem nonnulla

* nuntijs
* prouident
216

Cõtrarias
in ea re
Græcorũ
consuetu-
dines refel-
endas. est
se.

Seruanda
in corrupte
fidei
dogmata.

Iussi nun-
tij præsu-
les addu-
cere, vt cõ-
furi ab-
folui po-
stulent.

Flagitent
in succe-
pto mu-
nere con-
firmari.

ex Ogerij interpretis Latinæ linguæ, protonotarij Imperatoris Palæologi literis, ad Marcum, & Marchetum nuntios datis, videntur decerpenda: quibus iussi sunt referre Pontifici, post agnitum a Palæologo atque Andronico Romanæ ecclesiæ primatum, a nonnullis tumultus grauiores concitatos, ac Michalitij ducis Patræ filios, alterum legitimum nomine Nichiforum, alterum notum, factioni duces se præbuisse, atque in tantam efferatos superbiam, vt proflirent in arma, atque Imperatorem, patriarcham, & alios ad Romanæ ecclesiæ sinum reuersos, hæreseos nota aspergerent.

Honorabilibus viris dom. Marco & Marcheto lateribus literarum sanctissimi & beatissimi summi Pontificis Apostolica sedis veteris Romæ & vniuersalis Papæ, & in Christo Deo specialissimi & reuerentissimi Patris potentis & sancti domini mei Imperatoris.

Postquam locutus est dominus meus sanctus Imperator vobiscum, & retulit quæ oportet vos tamquam fide dignos habere in memoria, & denunciare ipsa apostolicæ magnitudinis summi Pontificis, fore necessarium existimaui huiusmodi præsentibus literis exarare, ne forte, prout consuevit accidere hominibus tum propter spatium itineris, tum propter prolixitatem temporis, aliqua occurrat obliuio aliquorum, de quibus vobis commissa fuerunt. Ergo illa, quæ locutus est vobiscum dominus meus sanctus Imperator, referenda sanctissimo domino summo Pontifici, sic se habent.

Decet omnes Christianos ad patrem spiritualem dicere veritatem, tanquam verum filium, ad verum patrem; & si filius est Imperator gratia Christi, & pater, sed pater patrum, sicut sanctissimus Papa Christi vicarius, iustum est equidem, vt cognoscere debeat dominus summus Pontifex illud, quod est verum de suo filio Imperatore. Propter hoc ergo dominus meus Imperator reuelat & enucleat, quæ reuera ita sunt, sanctissimo domino Papæ. Sunt autem quæ vult cognita fore magnitudini summæ apostolicæ sanctitati hæc.

Verum est, & iam patet, quod non potest dominus meus sanctus Imperator complere ad præsens negotia sua, quemadmodum erat in antea, consuetus complere, cuius causa talis est. Nam cum vidissent illi, qui sunt in terra sua, scilicet parentes sui & alij, quod iurauit idem dominus meus sanctus Imperator Andronicus ratam tenere, ac firmiter conseruare obedientiam, honorem, deuotionem, & filialem affectum, quæ constituerunt habere ad sanctissimam ecclesiam Romanam, & per tempora ad sanctissimos Papas; & certificati, quod amodo est impossibile, vt fiat aliquid aliud in diminutione tantæ obedientiæ ipsius sanctæ Ecclesiæ; alij, tanquam non habentes scientiam sufficientem intelligendi magnitudinem operationis huiusmodi vnionis ecclesiarum, alij vero propter malitiam & infidelitatem resisterunt, & conturbati cœperunt; vnus, quorum est filius naturalis domini Michalitij, qui a Latinis dux Patræ vocatur; similiter & alius filius eius legitimus dominus Nichiforus, qui vt subditi, serui & submanuales Imperij sacramentum domino meo sancto Imperatori fidelitatis, & ligij homagij multoties præstiterunt de parendo præceptis & mandatis suis, a quo dignitates & officia, quibus nominati sunt hætenus, acceperunt.

Videntes itaque isti obedientiam domini mei

sancti Imperatoris ad sacrosanctam apostolicam Ecclesiam taliter ratam persistere, insurrexerunt ex aduerso inopinate, ac ostenderunt manifeste infidelitatem ipsorum, vocantes hæreticos, cum ipsi vere infideles & hæretici sint, sanctissimum dominum Papam, quod perniciosum est tantummodo cogitare; ac dominum meum Imperatorem, & dominum patriarcham Constantinopolitanum, & omnes alios, qui subditi sunt sanctissimo. Quare dominus meus Imperator misit ad eos nuntios, & monuit & persuasit remoueri a vana institutione eorum, & simul sapere cum eodem sancto Imperatore domino meo, & existere ad obedientiam sanctæ Romanæ ecclesiæ. Cumque obedire penitus recusassent, & resisterent omnimode, idem dominus meus Imperator misit expositam excommunicationem a nuntijs sanctæ & Apostolicæ sedis, similiter & excommunicationem, quam exposuit sancta Constantinopolitana ecclesia contra illos, qui nolunt conuenire ad obedientiam domini summi Pontificis. Et cum adhuc conuenire penitus recusassent, misit dominus meus sanctus Imperator exercitum contra ipsos cum capitaneis de magnatibus Imperij, magnum videlicet marescalcum orientis dominum Andronicum Palæologum consobrimum domini mei sancti Imperatoris, & pincernam consanguineum eiusdem, qui habet in vxorem filiam primi consanguinei domini mei sancti Imperatoris. Fuerunt similiter & cum eis transmissi Cominus Caracufinus, & Palæologus dominus Ioannes, ambo nepotes domini mei sancti Imperatoris: qui, euntes ad expugnationem dicti infidelis ducis Patræ, non solum non studuerunt contra ipsum procedere, sed intimarunt ei, & retulerunt infidelitatem eorum talibus verbis: Nos tales cognoscentes, quod Imperator vnitus est cum Papa, habemus & ipsum hæreticum: & ideo a nobis contrarietatem aliquam non habetis, sed quid vultis facere contra terram Imperatoris nunc habetis tempus.

Ad quorum suggestionem exiuit dictus bastardus, & occupauit quædam castra de terra domini mei sancti Imperatoris. Cum autem cognouisset dominus meus Imperator infidelitatem ipsorum capitaneorum, destinauit incontinenti, & remouit ipsos de capitania, & vinculatos deduxerunt ipsos ad Imperium suum: & præcepit & fuerunt carceri deputati. Contra illum quidem constituti fuerunt noui capitanei, & iniunctum fuit illis, vt solummodo custodirent locum & terram, & non irent ad contrarietatem ac expugnationem ipsius bastardi. Illi vero non conseruantes se iuxta præceptum domini mei sancti Imperatoris, sed assumentes vanam virilitatem, vt iuuenes æmulati fuerunt, & contra dictum bastardum impetum fecerunt, & intrarunt quandam clausuram & locum vix accessibilem & arctum: & ipse apostata inueniens in sui adiutorium duritiam loci & difficultates, nocuit eis. Equidẽ supradicti marescalcus, pincerna, capitanei, & qui cum eis erant, tales apparuerunt, quales erant ad contrarietatem ipsius bastardi. Item ad alias terras & ad alias capitania fuerunt commissi alij magni viri, & propinqui domini mei sancti Imperatoris, scilicet nepos suus filius sororis suæ Palæologus, dominus Ioannes Trachaniotus, Caloioannes Lascari primus consobrinus domini mei Imperatoris, & dominus Isachius Raulus Cominus consobrinus domini mei Imperatoris. Vnusquisque igitur istorum commouit, & conturbauit, ad quam erat capitaneus expositi omnes ipsi ad ipsam contra-

Affines Palæologi eum ijs sentit.

Proditio conflata in eundem.

Defectores alij schismatici.

rieratem propter ipsum opus obedientie sancte Romanae ecclesiae: quare detenti fuerunt & ipsi similiter alligati: ac interrogati cum supradictis inuerecunde dixerunt, & egerunt palam erga dominum meum Imperatorem, quod propter unionem Papae fecimus quidquid egimus, & debemus adhuc manere ad ipsam nostrum consilium.

14 Est autem & ad partes orientis terra, quae nominatur Trapezunda: quam terram in captione facta de Constantinopoli a Latinis tenuit quidam de capitaneis, qui vocabatur Cominus dominus Alexius: & intimarunt praedicti infideles ad illum, qui nunc est princeps ipsius terrae Trapezundae, existentem abnepotem illius quondam Alexij, quod Imperator factus est haereticus, & subiectus est Papae, & uniuert ecclesias, scilicet Graecorum & Latinorum, & si vocaberis Imperator, adharebimus vobis, & constituemus quidquid uoluerimus. Ille quidem, ductus inani consilio vocari se fecit Imperatorem, & coronatus est, & induit se vestimentis decentibus Imperio, & fecit officiales, & tamquam Imperatorem honorari praecipit. Apparuit autem, quod sicut dispensarunt & miserunt ipsi infideles ad eundem principem Trapezundae homines cum ipsis intimationibus, erant & Latini simul cum eisdem transmissis cooperantes ipsam legationem ipsorum. Non solum autem ipsi conturbarunt opus ecclesiasticae unionis, talem eorum malitiam ostendentes; verum etiam multae mulieres baronissae, & speciales propinquae domini mei sancti Imperatoris in ipsam malitiam inciderunt, scilicet soror domini mei Imperatoris, & neptis sua filia eiusdem similiter, & alia sua neptis filia alterius suae sororis, similiter & cognata sua uxor quondam despote fratris domini Imperatoris, & mater eiusdem uxor Seuastratoris quondam foci despote. Ideo detentae sunt & ipsae, ac positae sunt in carceribus, & bona earum mulierum & praedictorum baronum ablata sunt, & intronata ad Imperiale vestiarium: similiter & ablatae sunt possessiones, quas habebant, & feuda. Hi vero omnes supradicti barones qualia magnaalia & dignitates habebant ab Imperio, & ad quot capitaniae & castra conuersabantur; quot etiam possessiones & terras habebant, & quantam substantiam, & bona ipsi & supradictae mulieres, & his nunc omnibus caruerunt in carceribus positi, ab alijs potest scire sanctissimus summus Pontifex.

Isti vero supradicti, qui detenti fuerunt in carcere, quantam deuastationem intulerunt, eo quod habent parentes multos & magnos viros, & fere omnes, qui sunt in palatio, quosdam fratres, quosdam consobrinos, quosdam generos, quosdam auunculos, & nepotes, & aham affinitatem, hoc manifestum est omnibus. Ideo postquam inuenti sunt ipsi tot & tanti viri ad infidelitatem & incredulitatem, si uoluerit secundum consuetudinem suam dominus meus Imperator mittere exercitum ad debellandum, & contrariandum inimicos suos, suspicatur ne forte qui debent transmitti capitanei exercitus magni viri & nobiles habeant & ipsi consilia cum praedictis infidelibus tamquam propinqui eorum, & cogitur ut cum cautela & provisione diligenter perficiat sua negotia propter ipsam incredulitatem: quare reuelat sanctissimo domino summo Pontifici consilium suum, & dicit quod non potest ad praesens facere sua negotia, quemadmodum extiterat primitus consuetum: ad quos autem habebat certitudinem a baronibus & fidelibus hominibus suis cogitur

mittere ex ipsis capitaneos ad terras & castra, quae habet. Manifestum autem est, quod sicut eiectus fuisset quidam a domino meo sancto Imperatore conturbator, ubicumque erat & contrarius uoluntati huiusmodi operis ecclesiasticae unionis, confugientes plurimi tales ad terram ipsius bastardi, diligenter recepit eosdem, & congregauit de ipsis contrarijs fere monachos centum, cum quibusdam abbatibus, & episcopis octo, & fecit concilium: & sederunt & locuti fuerunt quot uoluerunt blasphemias contra Romanam sanctam ecclesiam, & contra dominum sanctum Imperatorem, & sanctissimum patriarcham & ecclesiam Constantinopolitanam, & anathematizarunt sanctissimum summum Pontificem, dominum meum Imperatorem, & patriarcham Constantinopolitanum, & omnes subiectos simul sapientes, & eos tamquam haereticos.

Quidam autem episcopus, Tricalensis uocatus, quia desitit & surrexit contra eos, & dixit quod male facitis, & non conuenit; cum eisdem ad ipsam malignissimam operationem illorum detinuit ipsum, & posuit in carcere per menses decem & octo: postea uero uix euasit de carcere ipso, & inuenit lignum nauigans, et intrauit in ipsum, & transfretauit de gulpho Neopanti, & se contulit in Moream ad quoddam castrum domini mei Imperatoris: & exinde receperunt eum homines domini mei Imperatoris, & portauerunt & conduxerunt ipsum in Constantinopolim.

Item alium episcopum uocatum Patrensem tenuit, & ipsum cogeat ut simul saperet cum eodem; & quia non obediit, sed dixit quod ego habeo primum praelatum Thesalonicensem, & ab ipso sum ordinatus, & ad concilium in Constantinopolim cum meo praelato, & dedi meam subscriptionem, quod debeam manere cum alijs ad obedientiam sanctae Romanae ecclesiae, & est impossibile quod hoc debeam pratermittere & reuocare subscriptionem meam; & expoliavit eum & reliquit eum cum sola camisia, & statuit eum sub caelo discooperto; & stabat die noctuque afflictus ab hyeme & glacie in mense decembri: & hoc fit manifestum & certum sanctissimo summo Pontifici, & poterit super hoc cognoscere sua sanctitas malitiam ipsius apostatae bastardi, & quomodo a se ipso diuisus est, & non timet Dei iudicium & non uerecundatur de hominibus.

Latini uero, qui sunt ad partes Thebarum, & Athenarum, & Nigripontis, & Morearum non cessarunt adiuuare, & sibi ministrare auxilia omnimodo contra partem domini mei Imperatoris, scilicet ipsis apostatis Nichiphoro & bastardo. Misit autem dominus meus particularia ligna & particularem gentem in ipsos, & iuerunt ad partes Nigripontis, & inuenerunt Latinos, & debellarunt eos, & protexit Deus & uicerunt ipsos. Dominus autem meus Imperator aduocat super hoc Deum testem, quia hoc opus non uidetur sibi quod factum fuisset de uirtute illorum, quos misit Imperium suum sanctum: sed quantum uidetur sibi illi Latini debellati fuerunt a diuina uirtute, eo quod auxiliabantur talibus excommunicatis, & inobedientibus, & blasphemantibus sanctam matrem Ecclesiam: nam & populi quantitas, quae debellauit ipsos Latinos, fuit ad comparationem illorum quasi modica; & nullo modo erat digna uersus quantitatem & potentiam Latinorum. Haec sunt quae locutus est uobiscum dominus meus sanctus Imperator, quae debetis, sicut tenenimi summae apostolicae sanctitati significare. Et sub signa-

Alexius
Trapezi
princeps
ab ijs so-
licitatus.

Imperia-
lia infi-
gnia cor-
ripit.

Latini vo-
cati in cri-
mationis cu
schismati-
cis.

Palaeologus
in magna
de suorum
fide suspi-
cionem ad-
ductus.

ui hec ego protonotarius interpretum Latinorum curia domini mei sanctissimi Imperatoris Romanæ ad cautelam.

Ego Ogerius protonotarius quæ supra manu propria scripsi & meo signo signavi.]

15 De parta a Palæologo de Caroli Sicilia Regis, qui Philippum generum Constantinopolitano Imperio restituere moliebatur, insigni victoria meminit Nicephorus a Gregoras. Nullas vero apostolicæ sollicitudinis partes prætermisit Nicolaus, ut Carolum Regem eiusque generum Philippum Imperatorem cum Palæologo conciliaret: grauis enim metus impendebat, ne illud bellum Græcos a Romana ecclesia abalienaret: cui rei etiam operam dederat Ioannes XXI. ac Palæologo Philippi & Caroli iura exposuerat, utque ad ineundam ad discrimina imminenta depellendam concordiam animum conuerteret. Sed hæc Palæologus dissimularat silentio, quem Nicolaus datis literis b, ut ob fidei edita exempla pulcherrima erat gratulatus, ita ob sperata de tractanda pace monita perstrinxit, iussitque de eare cum pontificijs legatis agere, vias omnes perficiendæ illius scrutari, atque oratores, excurrentem quinque mensium spatium, ad sedem Apostolicam transmittere.

Charissimo in Christo filio Michaeli Palæologo Imperatori Græcorum illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Ex more quem nis opificem conseruatio sui operis afficit, & ad vitanda solicite quæcumque contrarij etiam suspitionem inducerent, instinctu quasi naturalis inducit. Porro circa negotium vnionis inter Latinos & Græcos, non sine multo & multo hinc inde labore promotum, eminet euidenter sanctæ Romanæ ecclesiæ nec sollicitudo dissimilis, nec dispar affectus. Siquidem felicitis recordationis Ioannis Papæ prædecessoris nostri tempore, apostolicis directis magnificentia tue literis, ne vnio eadem ex diffensione, quam inter te ex parte vna, & charissimos in Christo filios nostros Imperatorem Constantinopolitanum & Carolum Sicilia Regem illustres ex altera, temporalium subministrat occasio, dispendium sentiret in aliquo; facti circumstantias non sub inuolucro verborum inuoluerit nec sub aliquo velamine velari studuit; sed reuelata veritate dictorum principum querelas aperuit, detexit instantiam, & propositum non celauit. Nec omisit, sed ad communem cautelam, suæque puritatem conscientie conseruandam, pia denuntiavit intentione, pericula, quæ dissensio eadem comminatur.

Ad quæ vitanda consultius, prædictis principibus exhortatis ad pacem, magnificentiam tuam monuit, & rogauit attentius, paterno affectu nihilominus persuadens, ut proinde dubijs guerrarum consideratis, & vitatis euentibus, quo solent innumera dispendia præuenire, animum tuum ad concordiam præparans & disponens ad pacem; ac vias & modos, per quos inter te ac principes memoratos pax & concordia possent prouenire facilius, diligenter excogitans; illos, sedis Apostolicæ nuntijs tunc ad tuam præsentiam destinatis communicare ac ipsos super eis informare curares; sed & nihilominus apocrifarios tuos animum, & plenum ad prosequendum eosdem modos & vias, & etiam consummandum, mandatum habentes, infra certum terminum in literis ipsis expressum, ad sedem destinare eandem. Sed & ne medio tempore per molestias vel iniurias aliquas inter te ac sæpèfatos principes pos-

set exasperari negotium, ut ab illis abstinereetur omnino, treguas aliquas, ad quas memoratos principes varijs inductionibus inclinarat, prout prædicti nuntij sui suggererent, persuasit iniri. Super ijs autem nullo a magnitudine tua recepto responso, ex eo nobis & fratribus nostris datur admirationis non iniustæ materia, quod cum prædiceris vir esse consilij, vir magnæ prudentiæ, tantum ac tale spiritualis tui patris consilium, contempnissè dicaris, taliter præterijsti, nec ipsum facto prosequens, nec ad illud scripto seu verbo respondens; præsertim cum habuerit hæctenus tua instans & repetita petitio, quod ad Latinos & Græcos in charitate mutua solidanda tractatus erat temporalium præmittendus: licet eiusdem Ecclesiæ circumspecta prouiso non indigne a spiritualibus elegerit initium assumendum.

16 Quia vero per hæc monitioni charorum, insititur, ad quorum vtilitatem stimulis charitatis vrgemur; quamquam ex parte tua non fuerit efficaciter præmissa, ut decuit, admissa monitio; nos tamen propterea nequaquam desistendum a cæptis, sed ad conseruationem vnionis ipsius, & vitandum peruigili studio quæcumque possent occasionem turbationis eius inducere, præmissum affectum eiusdem Ecclesiæ prosequendum potius æstimantes; excellentiam tuam attente rogamus & affectuose monemus, exhortantes in Domino Iesu Christo, quatenus prudenter attendens, quanta ex huiusmodi sedatione discordiæ detur, non solum vtrique parti, sed etiam toti quasi Christianitati tranquillitas; quanta vitentur ex ea pericula, quam sit eadem animarum saluti congrua & soliditati tui tuorumque status accommodata, iuxta præmissas exhortationes & persuasiones eiusdem tuæ matris Ecclesiæ, sine cunctatione aliqua pacis semitas profectuaris, & in excogitandis prædictis vijs & modis, venerabili fratre nostro Bartholomæo episcopo Grossetano, & dilectis filijs fratribus Bartholomæo de Senis ministro Syriæ, Philippo Perasino, & Angelo Vrbeuetano lectoribus ordinis Minorum, nuntijs nostris, circa illos, prout vtilius fore putaueris, informandis, nullam ulterius negligentiam habiturus; apocrifarios tuos, viros quidem idoneos, viros pacificos, ad pacem & concordiam, ut præmittitur animum & madatum habentes, infra quinque menses post receptionem præsentium destinare ad eiusdem sedis præsentiam non omittas.

Sed & ad compescendum hinc inde molestias & iniurias, quæ possent partium animos irritare, circa treguas certi temporis, cum dictis principibus ineundas, eorundem nuntiorum nostrorum persuasionibus acquiescas, pensans consultius, quod cum treguarum conuentio ex vtriusque partium sensu dependeat, non expedit alterutram partium certam formam eligere, sed ad communem & æqualem decet eas animos inclinare; nec aliquid petere, quod vel absurditatem sapiat, vel a iustitia & ratione discordet. Dat. Viterbij non. octob. anno 1.] Dedit inter cætera nuntijs apostolicis de ea re imperia Pontifex a, ut Palæologum ad ineundas cum Philippo Imperatore & Carolo Rege inducias; tum ad controuersiam totam sedi Apostolicæ permittendam adducerent: pariterque hortatus est Philippum b & Carolum c Pontifex, ut inducias armorum coirent cum Palæologo, oratores ad sedem Apostolicam summa ad controuersiam dirimendam instructos auctoritate, ut cum Palæologi oratoribus pacis agerent consilia, mitterent; nec Græcis apocrifarijs vllam in-

Prætermis-
sum a
Palæolo-
go illius
consilium.

Vrget Ni-
colaus Pa-
leologum,
ut rem cū
nuncijs
pertractet

Hortatur
ad indu-
cias cum
Carolo
ineundas.

176. ep. 152.
Ad per-
mittendā
sedi Apost.
controuer-
siam.
b 16. ep. 28
& 35.
c Ep. 36. &
153. & 111.
cod. V. illie
pag. 34.
Carolus
& Phil. vt
mittant
ad Pontif.
oratores
incauti.

fer-

ferrent iniuriam; ac regio syngrapho per eorum terras libere commeari concederent. At de his hætenus: nunc quæ ad collustrandos Euangelij luce gentiles consilia agitarit, afferamus.

17 Accesserant antea ad Ioannem (quem cum vulgo XXI. appellare consueuimus, cum tamen XX. in Pontificæ eius nominis numero extiterit) Abagha orientalem Tartarorum Regis oratores, qui in Cardinalium cœtu exposuere, Abagham arma in Saracenos conuersurum, si Christianus exercitus in Syriam transfretaret: atque illum comeatu & rebus necessarijs instructurum: præterea magnum Caamum Quobley omnium Tartarorum Imperatorem, Christianis sacris iam initiatum, traducendorum ad Christum filiorum desiderio teneri, atque in votis gerere, vt sedes Apostolica nonnullos viros rerum diuinarum cognitione exultos mitteret, qui Tartaros docere ac baptismo abluere possent. Et quidem Ioannes aliquibus eam prouinciam iniunxerat, cum mors ipsius eiusmodi consilia discussit: euectus vero ad Pontificatum Nicolaus, ex Minoritarum familia, lectissimos viros inferendi Tartaris Euangelij muneris præfecit hoc anno, subiectasque literas ad Abagham magni Chami nepotem scripsit. ^b

Excellenti & magnifico principi Abagha Regi orientalium Tartarorum illustri viam agnoscere veritatis.

18 Exultauit & exultat in Domino Romana mater ecclesiæ in ijs, quæ grata felicis recordationis Ioanni Papæ prædecessori nostro & eius fratribus accepta quamplurimum, Ioânes Vassalli miles, & Iacobus Vassalli, magnificentia tuæ nuncijs, eisdem prædecessori & fratribus ex parte tua quædam contenta literis, & quædam expressa viuæ vocis oraculo portauerunt. Sub tuo namque nomine præsentatæ per eosdem nuntios eidem prædecessori literæ, sicut asseritur, continebant, quod si Christianum exercitum in Terram sanctam transfretare contigerit; tu terram tuam & prouisionem victualium ipsius exercitus Christiani; nec non & personam tuam, ac potentiam tui exercitus contra inimicos Christianæ fidei, videlicet Saracenos, deuota promptitudine offerebas.

In fine vero continebatur earum, quod eisdem nuntijs in omnibus, quæ pro parte tua dicerent, crederetur: sub qua credulitate, rem Deo placidam, eisdem prædecessori & fratribus, inter quos nos tunc officium Cardinalatus habebat, amabilem retulerunt. Est quidem res ipsa digna lætitia, plena iubilo tora, diuinæ laudis extollenda præconijs, quæ si factis dicta frequentibus confirmetur, salutem tantarum continet animarum, videlicet, quod charissimi in Christo filij nostri Quobley magni Imperatoris & moderato-
ris on niu Tartarorum illustris auunculi tui (qui iæ dudum fuisse asseritur baptizatus) & tuis inhæret affectibus; personas aliquas ad vos per Romanam ecclesiam destinari, per quas in Christiana fide, vos, filij, populique vestri instrui valeatis; & ab eisdem prædicti filij vestri, & alij de vtriusque populo seu exercitu baptizari. Latetur ergo mater Ecclesiæ, si sponso suo Iesu Christo, sua misericordii operante clementia, tot possit filios per baptismi lauacrum generare. Latetur & pastor Ecclesiæ, si Christiana plebs suis temporibus tanti populi quasi infinito numero augeatur. Quid miri si cœtus exultet angelicus in tantarum perditarum ouium obtenta salute, cui secundum euangelicam veritatem, vnus peccatoris penitentia super nonaginta nouem iustis prædicatur acce-

ptior? O nostra beata tempora, si diebus nostris tale, ac tantum gaudium possemus illi cælesti curia præsentare!

19 Sane, quæ per easdem literas tua obtulit prompta deuotio, grater eorundem prædecessoris, & fratrum non immerito sensibus adhererunt. Grandia enim sunt, immo maxima reputamus, quæ sic deuote porrigit, & sic promptè promittit tuæ celsitudinis magnitudo. Nec est verisimile, quin digitus Dei circa hoc operetur in te, quod tantus zelus ad negotium Christi cor tuum videtur accendere, vt te ipsum, populi tui robur, terram, ac victualia contra inimicos Christi deliberaueris exponenda. [Gessisse Abagham Cobila, siue Quobley Imperatoris nepotem bellum cum Sultano Ægyptio, refert Sanutus a ac Sultatum cum Tartaris Cumania fœdus inijsse, vt se mutuo tuerentur; vnde argumento est Abagham, alijs fœderibus, nimirum Christianorum aduersus Saracenos partes suas augere meditatam, fuisse, vero insigni prudentia, parique in rebus gerendis felicitate.]

Super eo vero, quod de præfatis personis, per eandem Ecclesiam transmittendis, prædicti nuncijs sub prædicta credentia retulerunt, dictus prædecessor grata sibi quamplurimum tua per eosdem nuncios facta requisitione commotus, certos nuncios propter hoc ad partes illas decreuerat destinare; quos ad id diligenter accinctos superueniens obitus prædecessoris eiusdem ab imposito eis itinere non indigne retraxit. Vnde nos post alicuius decursum temporis ipsius Christi vicarius & beati Petri, disponente Domino, licet immeriti, successor effecti; super omnia, quæ nobis ex iniuncto incumbunt apostolatus officio ad tuam omniumque salutem, nostræ intentionis dirigimus aciem; ad hanc præcipue mentis nostræ firmamus affectam, circa eam diligenti studio, & studiosa diligentia vigilantes, vt errantes ad viam veritatis reducere, omnesque Deo lucrifacere sua nobis cooperante gratia valeamus. Vnde tibi de oblato succursu actiones referimus gratiarum, & quod super præmissis expediat, cum tempus ad fuerit, prout rerum & temporum exegerit qualitas, salubriter, dante Domino, disponemus.

Pro tua quoque prædicti Caani, filiorum, populique sui, tua, populique tui procuranda salute seruitutis nostræ debitum exoluentes, fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Ioannem de S. Agatha, Andream de Florentia, & Mathæum de Aretio ordinis Minorum, latores præsentium, viros religione conspicuos, honestate vitæ pudicos, morum claritate decoros, & sacra Scripturæ scientia præditos; vt tu, filij, populique tui, ipsum Dominum Iesum Christum Saluatorem nostrum salutaribus eorum eruditionibus agnoscendo, ac ab eis illi ex vobis, qui nullum baptismum hætenus, vel non in forma debita receperunt, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; auctoritate nostra secundum ritum, quem in hoc eadem seruat Ecclesia Christi, baptismate baptizati nomen suum gloriosum, quod est super omne nomen, Christianæ fidei obseruatione colatis; de fratrum nostrorum consilio duximus destinandos. Quibus etiam per nostras literas, & oraculo viuæ vocis iniuximus, vt opportuno tempore iuxta prudentia tuæ motum, ad præfatum Caam se personaliter conferant, vt & ibi circa salutem animarum procurent iuxta datam ipsis diuinitus gratiam, ac Deo miserante perficiant, quod eorundem asseruit relatio nuntiorum; &

Chri-

a Ep. 153.
cod. Vallic.
pag. 34.
Religio in
ter Tartar-
os propa-
gata.

Abagha
Regis ad
Rom. eccl.
legatio.

17. ep. 13

17. ep. 13

Nicolaus
ad Abagha
scribit.

Pollicetur
coniuctum
arma
aduersus
Saracenos

Significa-
uit auun-
culu Quo
libey Imp.
Christia-
nis sacris
initiatum.

Pontificis
de felici
nuncio gra
tulatio.

Christi operante clementia, deuota mente cupimus, & speramus. Ideoque magnificentiam tuam monemus, &c. Preces addit, vt ipsis in ijs, quæ de baptisimi sacris ac religione Christiana retulerint, fidem adhibeat, liberum comitatum ad Imperatorem tribuat, regioque eos fauore prosequatur; fauste demum illi precatur his verbis: *Nos & fratres nostri diuinam clementiam exoramus, vt sic tibi & filijs eiusdem dies prosperitatis adaugeat, & actus vestros dirigat ad salutem, quod vobis, populo, exercituique prædictis cum catholicis in lucis ambulantes claritate in felicitibus vestris successibus æterni patris oculi delectentur.* Dat. Romæ apud S. Petrum kal. aprilis anno 1.

20 Resquit Abagha saluberrima de suscipiendis baptismalibus sacris Pontificis monita, quem idolorum cultui mancipatum fuisse refert Sanutus a. Longe felicitior ipso Quobley, quem auctor Cobilam vocat, cui Nicolaus apostolicis literis ob susceptam fidem gratulatus, atque ad eam in subditos populos diffundendam est cohortatus. b

Charissimo in Christo filio Quobley magno Cæno Imperatori & moderatori omnium Tartarorum salutem & apostolicam benedictionem.

Plasmator hominis Deus, de parentis protoplasti fraude facta generi humano patienti compatiens, vt hominem redimeret peccati labe collapsum; quem ad imaginem suam, similitudinemque formauerat, quemadmodum legis ænigmata figurabant, & sanctis patribus promissum fuerat in prophetis; ex nimia charitate misit in mundum Filium suum vngentium Dominum Iesum Christum, sibi cœternum & maiestate potestatis æqualem, factum ex muliere, in cuius sacro utero, non ex virili semine, sed sancti Spiritus operatione conceptus; inde, pariendi completo tempore, permanente gloria maternæ virginitatis, egressus, cunctis visibilem se ostendit: & tandem illos, pro quorum salute de excelso folio, ad solium infimum mundi descenderat, salutaribus institutis informans, & viam vitæ ipsis indice perfectæ doctrinæ demonstrans; post sanctæ conuersationis exempla, post euangelicæ instructionis eloquia, postquam se verum hominem, verum Deum, ac Dei Filium sacris scripturis, signis & virtutibus comprobauit; licet esset impassibilis diuinitate, vera tamen, quam assumpserat, humanitate passibilis, dignatus est sub diræ crucis supplicio mortem pati, vt pœnali præsentis vitæ sine pœnam, mortis perpetuæ, quam protoplasti posteritas ipsius incurrerat transgressione, finiret, & de amaro calice suæ mortis temporalis hauriret homo vitæ dulcedinem sempiternæ.

Pro humani ergo redemptione generis se hostiam exhibens, illud suæ salutis hoste prostrato, de opprobrio seruitutis eripuit ad gloriam libertatis cælestis, sibi patriæ ostium referando: & deinde, licet passus, mortuus, & sepultus vt homo; die tertia tamen a mortuis diuina virescente resurgens, ac testibus præordinatis a Deo suam veram resurrectionem, per quam & nostram firmiter speramus & credimus, manifestans, ipsos ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, ac baptizandum omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti in vniuersum mundum, tamquam salutis humani generis angelos, destinauit. Et demum eiusdem videntibus, vt eisdem ascensionis, qui & resurrectionis testes existerent, in cælum euatus ascendens, vicarium sibi beatum Petrum reliquit in terris, cui animarum curam, vt earum

saluti prospiceret, amoris eius constantia triuæ professionis argumento probata, commisit, tradens sibi clauis regnæ cælorum, per quas ipse, siue post eum successores potestatem aperiendi omnibus, & claudendi eiusdem regni ianuam obtinent; ac in eis in dispensatione cælestis gratiæ summæ potestatis auctoritas resideret. Hæc ergo ipsum imminet ex apostolatus officio cura præcipua, salutem quaerere singulorum. Hanc exemplo saluatoris pendens in cruce sitit Christi vicarius: hanc piscando perquirat piscatoris Petri successor. Hæc ciuitatem Dei obtenta lætificat: hæc etiam in vmbra mortis regione degentibus per vias gradientibus tenebrarum, aliquibus sperata prælagijs, mentem summi pastoris exhilarat, officium excitat cura promouere sollicita, quatenus ambulantes in tenebris videant lucem magnam.

21 Porro ab olim in eo Romana mater exultauit ecclesia, & felicitis recordationis Ioannes Papa prædecessor noster latitiæ incrementa suscepit, quod de te per Abagua Regem orientalium Tartarorum illustrem, nepotem tuum, suis exitit auribus intimatum; videlicet quod dudum te gratia diuina præueniens mentem tuam sua misericordii virtute commouit, vt semitas erroris abiciens, vias incederes veritatis, recipiendo Christi baptismum; vt sic regeneratus in Christo, populo fidelium iungereris. Ex hoc tua fertur accensa deuotio, vt sacrosanctam Romanam reuereris ecclesiam, cultum diligas Christianum, & ipsos Christianos, sub ditionis tuæ degentes imperio, charitatiue foueas, fauoribus munias, benigne pertractes, ac ipsos in libertate conserues; & in tantum, prout asseritur, gratia te diuina prosequitur, quod natos tuos ad agnitionem Christi, & eius quam prædicauit & docuit veram fidem, peruenire desiderans, eos de auctoritate Romanæ ecclesiæ appetas baptizari; vt ab ipso Christo dici valeant veraciter Christiani, & veteribus erroribus derelictis, per viam veritatis euntes, per bona opera suas animas possint reddere Creatori. Nec hoc tantum in filijs, quinimo in toto tuo exercitu affectas, sicut fertur, impleri.

O si ita sit, laudanda paternitas, quæ suos filios, ne pereant, dirigit ad salutem! O ducatus fidi ducis errantis exercitus, dignis laudum præconijs attollendus, qui ductos in deuium reducere conatur ad viam; exercet suis studijs, vt errans exercitus a noxijs retrahatur exercitijs; & ad salutaria dirigatur! O summi Dei laudanda clemetia, quæ tantum populum, tantis erroribus, tanto tempore excæcatum, oculis suæ pietatis aspiciens, semitas aperit, vt perducatur ad lucem! Confirmet autem Deus, quod operatus est in te: tuque a Deo tibi factam gratiam deuota mente conserua, vt & ipse quam cœpit, adaugeat, quousque hæc scintilla tenui sua, quæ præuenit, sequente gratia, in ardorem transeat salutaris charitatis.

22 Cum autem idem Abagua dicto prædecessori suis literis & nuncijs, sicut asseritur, intimarit, quod tuis, vt dictum est, inheret affectibus, personas aliquas ad te per eandem Ecclesiam destinari, per quas in Christiana fide plenarie instrui, & ab eisdem dicti filij tui, & alij de tuo exercitu baptizari possint; prædictus prædecessor, eiusdem Abagua grata requisitione commouitus, certos nuncios propter hoc ad partes illas decreuerat destinandos, quos ad id diligenter accinctos, superueniens obitus prædecessoris eiusdem ab imposito eis itinere non indigne retraxit. Vnde nos, qui tuque Cardinalatus officium gerebamus, post

Traducendarum ad Christum gentium de fideriū explicat Pontifex.

Gratulatur baptismalia sacra suscepisse.

Ad propagandam religionem excitat.

Commendat in conuersione Tartarorum diuinam prouidentiam.

Significat ob Ioannis Pontificis obitum recordandam sacerdotum iter.

alicuius decursum temporis ipsius Christi vicarius, & Petri, licet immeriti, disponente Domino, successor effecti, super omnia, quæ nobis ex iniuncto incumbunt apostolatus officio, ad tuam omniumque salutem nostræ intentionis dirigimus aciem: ad hanc præcipue mentis nostræ destinamus affectum: circa eam diligenti studio, & studiosa diligentia vigilantes, vt errantes ad viam veritatis inducere, omnesque Deo lucrificare sua nobis cooperante gratia valeamus.

Verum quia, humanæ conditionis renitente natura, vno eodemque tempore diuersis locis præsentialiter adesse nequimus, ne vllatenus negligere videamur absentes, ad eos viros discretos & prouidos transmittimus vice nostra; ipsorum ministerio circa illos apostolicæ seruitutis debitum exoluentes. Hinc est, quod in ipsis nostræ promotionis auspicijs, quæ præmissa sunt cum fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus recensentes, pro tua, filiorum, populiq; prædictorum procuranda salute dilectos filios fratres Gerardum de Prato, Antonium de Parma, Ioannem de S. Agatha, Andream de Florentia, & Matthæum de Aretio ordinis Minorum, latores præsentium, viros religione conspicuos, honestatis vita pudicos, morum claritate decoros, & sacra scripturæ scientia præditos; vt tu, filij, populusque prædicti, ipsum Dominum Iesum Christum Saluatorem nostrum, salutaribus eorum eruditionibus agnoscendo, ac iisdem filij, & alij de populo tuo, qui nullum baptismum hætenus, vel non in forma debita receperunt, ab eis in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti auctoritate nostra secundum ritum, quæ in hoc eadem seruat Ecclesia, Christi baptisate baptizati nomen suum gloriosum, quod est super omne nomen, Christianæ fidei obseruatione colatis; de ipsorum fratrum nostrorum consilio duximus destinandos.

Ideoque celsitudinem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus eosdem fratres Minores, seu illos ex eis, quos ad te peruenire contigerit, si forsan ipsorum aliquem mors vel casus aliquis a prosecutione iniuncti eis per nos itineris impediret, immo potius nos in ipsis pro diuina & nostra reuerentia benigne recipiens, ac honeste pertractans, super ijs, quæ tibi ex parte nostra de susceptione baptismi & instructione Christianæ fidei, ac ipsius obseruantia, & alijs, quæ salutem contineant ammarum, dixerint, fidem indubitata adhibere procures: & nihilominus cum nos propter viarum pericula, longitudinem itineris, & incertitudinem temporis, per quod eisdem in partibus illis oporteat immorari, nequimus eisdem in determinata & certa necessariorum sufficientia providere, quamdiu ipsos in partibus eisdem morari contigerit, provideas diligenter ac sufficienter eisdem in eundo, morando, & redeundo ad nos de securo conductu & necessarijs opportunis; vt ipsi ad præsentiam nostram, & prædictorum nostrorum, cum optato fructu tanti populi speratæ salutis læti de suis laboriosis operibus tute valeant remeare. Tu vero Christianos omnes ad tuum confluentes Imperium, seu morantes in ipso favorabiliter prosequens, ipsos dextra tuæ protectione munias & defendas, vt per hoc & alia quæ, vt speramus, exercebis opera charitatis, & gloriam in præsentem & æternæ retributionis præmium recipias in futuro. *Datum Roma apud S. Petrum 11. non. aprilis anno 1.*

Perfuncti igitur amplissima ea legatione insignes diuinæ gloriæ propagandæ zelo, ac doctrina

viri, e sacra B. Francisci familia Gerardus, Antonius, Ioannes, Andreas, Matthæus ingentibus priuilegijs a Pontifice exornati sunt a, vt impostam prouinciam maiori auctoritate gererent. Nonnulli vero alij ex eadem familia diuini verbi semen inter Tartaros Scythas feliciter sparserant, ac plures gentilitijs erroribus inuolutos, ad Christi cultum traxerant: cumque nullus episcopus in ijs regionibus ageret, & ciuitas, quæ in Tartarorum limite sita erat, iamdiu deleta esset; vnde Minoritæ ad sacros ordines non poterant promoueri, qui iisdem Minoritis in ijs regionibus præerat, exposuit Pontifici, episcopum in ijs partibus magnas utilitates rei Christianæ allaturum. Quibus per motus Nicolaus Philippum episcopum Firmatum A. S. L. instituere episcopum iussit b, ac si qui prouentus ad sedem Apostolicam spectarent, eos ad sustinendam dignitatem episcopo attribuire. Cumque Cumani ad excipiendos diuini verbi satus egregie comparati viderentur, præfecto Franciscanorū in Vngaria præcepit c, vt aliquos e suis ad fidem propagandam submitteret.

23 Quod ad res Vngariæ, e qua viri apostolici in Cumanos & Tartaros ad lucem Euangelij inferendam excurrerant, attinet; aduersis populorum in Regem factionibus afflicta admodum ac lacerata erant: ad quas restituendas Nicolaus Philippum episcopum Firmanum, quem paulo ante memorauimus, Apostolicæ sedis legatum creauit d, contulitque, vt in Pannonia ea dignitatis insignia gestaret, quibus legati apostolici in transmarinis partibus decorarentur. Ea vero ornamenta in Polonia, Rama, Dalmatia, Seruia, Cumania, Galatia, Lodomeria ferre omnino vetuit, ad quas regiones illius legationem exporrexit. Decretam vero eam fuisse ad Vngariæ ciuiles motus, qui sub Rege Ladislao in effusam libidinem soluto exorti erant, indicat Pontifex in literis ad Philippum legatum datis.

*Nicolaus &c. Philippo episcopo Firmato
Apostolicæ sedis legato.*

Nobilis regni Vngariæ necessitates, Apostolicæ sedi frequenter expositas, præcordialiter intuemur, auditas recolimus, & non sine cordis amaritudine sæpius contemplantur. Condolemus enim tumultuosis motibus, & seditiosis tumultibus illius, qui vel per dissidia simultatum alterutrum dissident, vel congressus mutuos, & bella plusquam ciuilia immaniter colliduntur. Ex quibus inter alia, dono pacis mortalibus cunctis accommodo libello dato repudij, grauitur solum regale deprimitur, eiusque depresso regimine, non solum in regno ipso vastantur bona fidelium; sed iura ecclesiarum & aliorum piorum locorum in direptionem veniunt, & libertas ecclesiastica damnabiliter conculcatur: animarum quoque subsequuntur deploranda pericula, nefanda personarum excidia, & alia fere innumera detrimenta, &c. [Interiectis nonnullis, quibus Firmano episcopo gerendæ legationis prouinciam demandat, hac illum prærogatiua exornat.]

Nos itaque tam ingenti & periculosa necessitate præmissorum attente pensata, te, de cuius claris meritis & probata industria plenam in Domino fiduciam obtinemus, ad regnum ipsum, tibi legationis officio plene commisso, in eodem regno, ac Polonia, Dalmatiæ, Croatia, Rama, Seruia, Lodomeriæ, Galatiæ, & Cumania partibus illi conterminis; vt in eis euellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes in nomine Domini, sicut videris expedire; de fratribus nostro-

Missi ad
excolendam
Tartariam
Minoritæ.

Qui extiterint ijs.

* fratrum

nam consilio, velut pacis angelum destinamus: iniuncto tibi nihilominus, vt in regno ipso inter eundem Regem & regni personas; necnon tam ibidem, quam in prouincijs memoratis inter ecclesiasticos & mundanos viros, & vniuersos alios cuiuscumque conditionis, præminentia, sine status agere studeas, & tractare, quæ ad cultum Dei, Apostolicæ sedis honorem, obseruantiam canonicæ sanctionis, redintegrationem ecclesiasticæ libertatis, robor status regij, honestatis cultum, reformationem pacis, releuationem pauperum, ac animarum salutem, & tranquillitatem corporum pertinebunt. Et vt circa legationis officium, quod in eodem regno Vngariæ tibi duximus committendum, eo possis prosperari facilius, quo solitis legatorum, qui missi de latere mare transeunt, adornatus insignijs personam nostram quodammodo præsentabis, de speciali gratia apostolica tibi auctoritate concedimus, quod eisdem insignijs, infra prædictum Vngariæ regnum dumtaxat, & terras dominio eiusdem Regis subiectas, vtiliter valeas, prædictæ legationis officium prosequendo, &c. *Dat. Viterbij x. kal. octobris anno 1.*

Nec leue damnum Vngariæ ecclesiasticorum dissensiones inferebant, quæ maxime in Strigoniensi clero in archiepiscopi electionis causa exarsere diutius: ad quas extinguendas Nicolaus præficiendi archiepiscopi munus sedi Apostolicæ reseruauit, tunc Vvaradiensem episcopum ad sedem Strigoniensem tradidit: quo argumento datis ad Regem Vngariæ literis b, hortatus est, vt eum susciperet, atque ad episcopum, vt egregias virtutes, quas præ se tulerat, in tam præclaro munere explicaret.

24 Exercere præterea Nicolaum aliæ graues curæ in sedandis alijs Christianorum principum bellis ciuilibus. Excitati erant gentiles Tartari ad Saracenicam superstitionem excindendam, fidemque Christianam amplectendam, vt vidimus, egregie animati, cum Europæi Reges cruce signati, in funestas discordias abrepti, in mutua funera arma distrinxere. Ardebat atrox bellum inter Philippum Francorum, qui fororis viduæ & pupillorum causam susceperat, & Alfonso in suos e Ferdinando filio maiori natu nepotes iniquiorem, propensioioremque in Sanctium; ad quod sopiendam iam ante transmiserat Ioannes XXI. Hieronymum Minoritarum, & Ioannem Prædicatorum summos præfectos ad Franciæ & Castellæ Reges conciliandos: cuius consilia Nicolaus successor prosequi instituit, cum nondum belli inter illos motus detumuisset. Eisdem ergo ob perspectam ipsorum prudentiam iam dignitatibus auctos, Ioannes enim patriarcha Hierosolymitanus electus fuerat, Hieronymus numero Cardinalium a Nicolao ipsius pontificatus initio vna cum alijs octo aggregatus, vt refert Ptolemæus e Lucensis; ac postea sub Nicolai IV. nomine summum pontificatum adeptus est; ad susceptam legationem ac præclare hætenus gestam iussit incumbere d; coniunxitq; ijs Gerardum basilicæ duodecim Apostolorum presbyterum Cardinalem, cui præcepit, vt Tolosam, quam urbem vt locum Regibus accommodum delegerat, se conferret, quo cum vtriusq; Regis oratoribus pacis tractatum agitaret. Tum Philippum e Francorum, Alfonso Castellæ f Reges, ac Sanctium illius filium eiusmodi belli fontem, si pater grauiori morbo implicitus foret, oratores auctoritate ad conciliandam controuersiam munitos transmittere iussit.

Annal. Eccl. Tom. XIV.

25 Obsecutus est pontificis votis Philippus Francorum Rex, atque oratores dignitate & prudentia spectabiles Tolosam misit; sed Alfonso leues & manes rationes causatus, oratores legare detrectauit, questus inter cætera, eam urbem Gallicæ ditionis esse, nec parum detrahi Castellæ dignitati, si in ea tractatus huiusmodi haberetur. Pupugit ea res admodum Nicolaum, ac de Alfonso in literis ad Philippum est conquestus: quem etiam, ne ob id in Alfonso ipsum grauius commoueretur, mollibus verbis delinire est conatus: ac ne ceptus pacis tractatus ea de causa abrumperetur, iussit vt in Vasconiæ, tunc Anglo obnoxia, vrbe iniretur: eoque vt oratores suos mitteret, Philippum sollicitauit. a

Nicolaus &c. Regi Francorum illustri.

Quam amare, quam moleste tulerimus negotij considerato dispendio, contumaciam & contemptum contra nos & Romanam ecclesiam a charissimo in Christo filio nostro Rege Castellæ ac Legionis illustri; non sine tua, quod grauius ferimus, & dilectorum filiorum nostrorum Gerardi basilicæ XII. Apostolorum, Hieronymi S.R.E. presbyterorum Cardinalium, ac Ioannis Hierosolymitani electi, quantum in eo fuit illusione commissos, per nostras sibi directas literas; non sub verborum inuolucro, sed explicito sermone detegimus, & manifestis affatibus reuelamus. *Et infra.*

26 Cæterum, princeps inclyte, deuotionem & humiliationem tuam meritis laudibus & debitis gratiarum actionibus prosequentes, illud te tanquam filium prædilectum, volumus ante oculos tuæ mentis habere, quod nullius apud te tanti debet esse malitia, vt perdas tuam innocentiam propter eam, vel maculam in gloria tua ponas. Quid autem gloriosius in potente, quam quæ suos professores exultat humilitas; quam ille qui ait. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus*; maiorem esse persuadet in magnis. Non deseras itaque, fili charissime, vias tuas in te a tuis etiam progenitoribus deriuatas. Deuient qui voluerint, tu semper rectitudinis semitas prosequaris, pacem amplectere, & quantum in te fuerit, cum omnibus eam habe. Contemne aliorum arrogantiam & contemptum, cum in sublimi positus, non sit vnde contemni ab aliquo verearis.

Ideoque cum memorari Cardinales & electus tanquam viri virtutis, fortes animo, suam patienter ferentes iniuriam; immo contemnes omnino, Deique ac nostrum beneplacitum prosequi cupientes disposuerint in kalendis martij venturi proximo in Vasconia in loco congruo eidem tractando negotio conuenire; te ac sapefatam Regem suis literis exhortantes, vt ad locum eundem solemnes nuntios plene in negotio ipso instructos, cum sufficienti mandato in eodem termino destinetis; serenitatem regiam rogamus, hortamur, & obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus ad vtilitatem publicam & Dei negotia, quorum tibi promotio imminet, considerationis intuitum, debita pietate conuertens, nullius malitia te abduci patiaris ab illis. Sed vt liberius exequi valeas, ob reuerentiam Apostolicæ sedis, & nostram, eorumdem Cardinalium & electi, quin potius nostras exhortationes adimpleas, statutis & statuendis per eos loco & tempore, ad eorum præsentiam huiusmodi nuntios cum pleno mandato & instructione transmittas, vt quanto constantius iniuria non prouocatus, altius in tuæ humilitatis prosecutione persistas, tanto id maioris

Philippus oratores eo trafinit

a Eod. l. 1.

ep. cur.

161. &

cod. Vall.

pag. 36.

Alfonfus.

Apostolica respuit

imperia.

Mulcere

Philippum

studet, ne

iras in Alfonso

concipiat.

Hortatur

vt oratores

ad locum designandum

mittat.

meriti maioris appareat & virtutis. *Dat. Roma apud S. Petrum III. kal. decembris.*]

Obiurgatus Alfonso obspreta Pontificia imperia. *albid. ep. 162. M.S. Vall. sig. lit. C. n. 49. pag. 35*

27 Perstrinxit alijs literis Nicolaus Alfonso Castellæ Regem, mittendis oratoribus defuisse; cum tamen antea Benvenuto Minoritæ episcopatu Eugubino tunc præfecto futurum se in sedis Apostolicæ potestate spondidisset: confutavit ad eludenda pontificia iussa allata argumenta; demumque addidit stimulos, vt ad superbiam & contumaciam, quam susceperat notam, abolendam oratores in Vasconiam legaret.

Nicolaus, &c. Regi Castellæ ac Legionis illustri.

Scire tuam excellentiam volumus, nos civitatem prædictam non negligenter, non inconsulte, sed præmissis cum fratribus nostris exacto deliberationis examine, tuis etiam nuntijs præsentibus in curia nostra non inscijs, consultius elegerit. Consideravimus enim cum quibus, & de quibus erat ibi tractatus habendus. Consideravimus, quod non exigebatur principalium personarum ea vice præsentia, non de negotij consummatione spes erat, sed de præparatorijs agebatur, vt cum vtriusque partis nuncijs, negotio ad exitum optatum disposito & ad concordiam præparato, in loco cum ipsis nuntijs eligendo mutua conuentio, siue iusta ipsius Regis & tua, necessaria eidem vt dicitur consummando negotio, sequeretur; & quanto esset negotij expeditio promptior, tanto mora iustæ breuior & partium gravamina pauciora; quodque cum etiam pro isto eodem negotio alias tam tui longe maiores nuntij Regem eundem in terra sua, quam te in tua sui hætenus adijissent, ratio non suberat præsumendi, quod moleste ferre deberes, nuntijs tuis prædictam civitatem pro loco ad prædicta idoneo deputari.

Qua maturitate consilij delegerit Tolosam, exponit Pont.

28 Quæ igitur causa præmissis exhortationibus nostris & precibus non parendi, minus sufficientes, vt dicitur, mittendo nuntios, & eos prohibendo ire Tolosam? Quæ admirationis ratio de assignatione civitatis ipsius, prædicto Regi subiectæ, in quo per hoc curiæ Castellæ detrahi poterat? Numquid ipse Rex tibi assignavit eandem, vel eius consilio, siue ad ipsius instantiam, aut eo etiam consilio exitit assignata? Nunquid non erat tuis nuncijs nostra diligentia plene de securitate prouisum? Quæ iterum admirationis ratio ex civitatis prædictæ distantia, pro eo quod te forsan consilio oporteret super aliquibus consummandis; cum non de consummatione, sed de præparatione ibi, vt præmittitur, esset agendum? Nunquid propterea dicti Cardinales & electus, te abeunte in frontariam contra Mauros sequi debebant, aut fines excedendo mandati, iuxta tuæ petitionis ineptitudinem, locum tibi viciniorem adire, vt nunciorum tuorum, & non ipsorum laboribus parceretur? Nonne ineptum exitit, & proculdubio incivile, te locum tibi vicinum petere: cum quanto tibi viciniore & ad eum tuis nuncijs aditus aptior, tanto eisdem Cardinalibus & electo remotior & laboriosior peteretur; quasi non plus tantis personis, quam tuis esset nuncijs deferendum? quasi non sufficeret, quod saltem præfati Cardinales Hieronymus & electus, vsque Tolosam, non propter dictum Regem, cuius in Francia, vbi tunc erat, copiam poterant habere, facilius & exquirere voluntatem; nec propter suos nuncios, sed propter tuos tantummodo laborarent?

Non detrahitur ea re Castellæ dignitati.

Suis eodem modo adeo seruire non debuisse.

29 Sed & de termini tarda notitia querela.

prudenter substitisset, cum eam confuter aperte, quod sicut dictus tuus nuncius Ioannes post terminum tibi cognitum a te missus peruenit insufficienter ad eorundem Cardinalium & electi præsentiam infra illum, sic etiam potuissent cum sufficienti mandato alij peruenire. Artende itaque si decuit propter hoc a tam instanti, tam affectuose per nos petita nuntiorum missione cessare, si operibus exhibere tenentiam, quam in præmissis admirationis tuæ rationibus verbis te habere prætentendis, ne huiusmodi negotio dilatio ingeratur cui tu tantam pro nihilo ingessisti sine causa, eadem nostras contemnendo exhortationes & preces, nec tantis deferendo personis, sed ipsarum tam leuiter euacuando labores. Estne ista oblatio, quam nobis per venerabilem fratrem nostrum Beneuentum, ordinis Minorum, nunc episcopum Eugubinum, a tua præsentia redeuntem, ex parte tua meminimus præsentatam, per quam deuote ac liberaliter offerebas, te paratum in eodem negotio nostris acquiescere monitis, & parere mandatis?

30 Vtinam, princeps magnifice, oblationem eandem, quam taliter hucusque seruare probaris in minimis, melius in futurum obserues in magnis. Vtinam vt ab ijs & ijs similibus cautius in futurum caueas, consideret circumscriptio regia, quod prædicti Regis humilitas tuam inobedientiam arguit, suæque obedientiæ promptitudo notabiliores tuos perhibet contumaciam & contemptum. Profecto si tuum solum verteretur periculum in prædictis, possent, nec immerito, nos ista mouere, ad te ipsum tuo in ijs relinquendum arbitrio, & huiusmodi negotium totaliter deserendum. Sed quia memorati Regis & tua dissenso multis est onusta periculis, magnis est plena dispendijs, multorum discrimina secum trahit, vtilia Dei seruitia impedit; animarum exitia, excidia corporum, vastitates rerum, & alia horrenda, quæ auertat Dominus, comminatur; cogit charitas, hortatur pietas, vt propterea non desistamus a cæptis, sed illis solertius insistamus.

Cum itaque memorati Cardinales & electus, tanquam viri virtutis, fortes animo, nec tuo moti contemptu, nec contumacia prouocati, sed Dei & nostrum beneplacitum prosequi cupientes, dispossuerint in kalendis martij venturi proximo, in Vasconia, in loco congruo prosecutioni eiusdem negotij conuenire; te ac sæpessatum Regem suis literis exhortantes, vt ad eundem locum solemnes nuncios plene in negotio ipso instructos, cum sufficienti mandato in eodem termino destinetis; serenitatem regiam eo instantius, quo frequentius rogamus, hortamur, & obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus prudenter attendens quod talia saluti tuæ non congruunt, sed & famæ detrahunt & honori; animumque tuum super concordia inter te ac memoratum Regem, Deo auspice, reformanda, votis nostris in omni puritate conformans; iuxta præmissam exhortationem eorundem Cardinalium & electi nuntios statutus & statuendis per eos loco & tempore ad ipsorum præsentiam sic solemnes, sic instructos, sic ad pacem beneuolos destinare procures, quod contractam contemptus & contumaciæ notam aboleas; nec tibi amplius impedimentum tam vtilis, tam fructuosæ, tam communiter desideratæ concordia, a Deo vel hominibus valeat imputari. *Dat. Roma apud S. Petrum III. kal. decembris anno I.]*

31 Inuictus est in a eundem Regem Nicolauis alijs literis, ecclesiam Compostellanam oppressisse. Potiebatur ecclesia illa, S. Iacobi reliquis nobilitata, prerogatiuis maximis, atque amplissima non diuini modo, sed humani etiam diuini iuris auctoritate pollebat: qua re dignitatem suam infringi Alfonso arbitratus, dominium illud civile adimere decreuit; repugnanteque archiepiscopo, filium cum exercitu aduersus eos, qui ecclesiam Compostellanam iura tuebantur, immisit. Querelam mox sedi Apostolicæ delata, ac Nicolaus grauissime Alfonso monuit, turpissimum videri egregium religionis in Hispania defensionem arma in nobilissimam ecclesiam vertisse, quæ etiam exteris summam venerationi esset; agnosceret veram principum gloriam in ecclesiis augenda, non obtinenda dignitate sitam, aliaque grauissima hoc argumento attulit, quæ a Nicolao ipso audiamus.

Nicolaus, &c. Regi Castellæ ac Legionis illustri.

32 Sensibus tuis, fili charissime, verba patris adhareant, mulceant intrinseca filij, modestiam regalem alliciant, aspera quæque leniant, & resultent in iubilum sumpta cum pondere, ne inutili volatu pertranseant, aut torporem forsan inducant grauius intellecta. Te quidem, veluti Christi pugilem inclytum, in pectore charitatis astringimus, & inter alios orbis terrarum catholicos principes intra præcordia retinemus, & cupimus tua gesta magnifica laudibus extolli felicibus, & in regis posteritatis claram memoriam adaugeri, non obnubilari caligine tuæ radios claritatis. Nil enim in quouis principe melius, nil decentius, nilque putamus honestius quam recognoscere Patrem altissimum, sanctos Apostolos reuereri, & ecclesiarum honorare ministros: cum ex talibus actibus Reges & regna fructificent, dirigantur agmina principum, & populi præseruentur. Nil quoque facilius in Omnipotentis consergere possit iniuriam, quam oppressio prælatorum: cum in illis venerari voluerit in terris, qui est in gentibus collaudandus.

Digne itaque nos affecit anxietas, dum nuper venerabili fratre nostro archiepiscopo Compostellano significante, apud sedem Apostolicam rumor inualuit, quod ipsum, & eius ecclesiam ad honorem reuerendi corporis sancti Iacobi per vniuersam mundi climata venerandam, non fauore prosequeris, sed persequeris potius, læsis iniurijs, molestijs opprimis, & eorum iurisdictiones & iura præripere satagis, ac hostilibus incurfibus conculcare. Nec indigne more patris perpungimur, dum te Regem eximium sic prolixisse percipimus, & obduci flame labiorum. Quid dicitur, dum auditur, quod Hispaniarum athleta præcipuus, regni sui ecclesiam tam nobilem, eiusque præfulentem persequatur? Quid excusatio potest adimere, si motus regius minus licite concitatus in iram, sic in actum exercuerit quod, sicut asseritur, natus tuus, & exercitus validus contra dictos archiepiscopum & ecclesiam processerunt? Sunt hæc munera, fili, quæ per te rependuntur ecclesijs? Sunt exempla danda minoribus, vt in illas defauiant, & in earum deuotione tepescant? Certe non videmus competere, quod præter contumeliam Creatoris beatorum Iacobum, decorem Hispaniæ, lumine collidas iniuriæ, ipsius offendendo ministrum: cum illum confouere præsidij summo petere tenearis.

Profecto eisdem archiepiscopo & ecclesiæ,

ac tibi compatimur, quod vos tali diffidio videmus allisos, quos nobis adiunxit in filios commissa nobis a Domino cura ministerij pastoralis. Nam iidem archiepiscopus & ecclesia, recurrentes ad sedem eandem, securitatis tuas literas, quod dictum natus & exercitus reuocentur; restitutionem quoque bonorum, libertatis etiam, & status quo ad iurisdictionem temporalem, quibus de mandato tuo spoliati fuisse dicuntur; instanter petere sunt coacti. Et ideo celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus ad Deum, & ad eandem ecclesiam, quam beatus Iacobus propter merita sui venerandi corporis illustrauit, & diuersarum nationum concursibus voluit ad laudem diuini nominis visitari, regis mansuetudinis animum diuinæ gratiæ infusione conuertens, ipsam matrem tibi placidam recognoscas; & eandem, ac dictum archiepiscopum, eorum exclusis oppressionibus, & molestijs, hinc inde quoque rancoribus eneruatis, tuis synceris affectibus glutino charitatis adiungas, præmissa seu alia grauamina, si qua forsan archiepiscopum & ecclesiam presserunt, eosdem maturitate prouida reuocando; ita quod nos in hac parte lætifices, & a talium amaritudinum degustatione præserues, tibi que ac regno tuo quietem pacis adicias, vt semper læteris felicium prosperitate successuum, & extolli digne laudis præconio apud Deum, & homines merearis; &c. *Datum Romæ apud sanctum Petrum idibus februarij anno 1.*

33 Vt Compostellanum archiepiscopum Nicolaus aduersus Alfonso Regis potentiam defendit, ita Petrus episcopum Baiocensem, posthabita Philippi Galliarum regis gratia, tuendum suscepit. Erat is episcopus consanguineus vxoris Petri de Brocia, qui ex infima conditione ad florentissimum statum ab Rege excitatus infelici postmodum exitu, magno inconstantia rerum humanarum exemplo, perijt: rem gestam narrat subiectis verbis Nangius: *Petrus de Brocia captus, primo Parisijs incarceratus, & post apud Ianuillam in Belsia ductus, fuit ibidem in turri fortissima collocatus. Quo audito & intellecto, episcopus Baiocensis Petrus consanguineus vxoris dicti Petri de Brocia incarcerati, statim de regno Francia recedens, ad curiam Romanam se transfudit: ubi tanquam exulem sub protectione summi Pontificis & Ecclesie ipsum oportuit longo tempore permanere. Non de longe postea Petrus de Brocia Parisijs redactus, & in carcere positus, fuit ibidem, presentibus ducibus Burgundiæ & Brabantia, ac Roberto Atrabatenfi comite, communi latronum patibulo suspensus. Cuius mortis causa, apud vulgus incognita, magnam cunctis, qui audierunt, admirationem, & murmurationis materiam ministravit.*

Peperisse sane ipsi perniciem literas eius sigillo consignatas, quæ a tabellario casu extincto relicte, vt Regi deferrentur, enixe fuerant commendate, insinuat paulo ante laudatus auctor, qui subiicit: *In hoc etiam facto possumus patenter aduertere, quam stultissimus est homo pauper de humili plebe natus, Regis alicuius aut principis in seruitio positus, cum ipsum ad altum statum fortuna prouenerit, si par nobilibus, aut magnatibus voluerit effici, vel videri. Nec enim unquam tam alte fortuna prouexit aliquem, vt non tantumdem sibi quantum permiserat, minaretur. Petrus autem de Brocia, sicut cedrus Libani in regno Francia fortunaliter exaltatus, & in altiori loco volubilis fortuna positus, dum ibidem permanere credidit, reuolutione vnicæ rotæ fortuna plus decidit, quam fuerat*

Compostell. ecclesiam S. Iacobi reliquis nobilitatam.

a Nang in Philip. Rego Franc. Petri de Brocia triftis exitus

Exitij illius occasio.

in duplo centies eleuatus . Et non solum ipse cecidit, sed & omnes, qui eius ope promoti fuerant, seruitia perdiderunt. Hactenus Nangius. Inuoluto igitur eadem procella Petro episcopo Baiocensi, utque episcopatu a Pontifice depelleretur, Philippo Francorum Rege contendente, Nicolaus, cum scelus manifestum non esset, nec regius orator illud probaret, vel aduersarij partes suscipere respiceret, ut res in iudicio discuteretur; datis ad Regem ipsum literis a, negauit leges pati posse, ut in eum aduerneretur.

• To. 1. 11
ep. cur. 164
& cod. Val
lic. signat.
lit. C. n. 49
pag. 38.

Baiocensis
episc. apud
Pontif. ac-
curatur.

34 Quanto ex quarimonia per literas a celsitudine tua directas, & relationem dilecti filij fratris Arnulphi de Vrsamala ordinis militiae templi nuntij tui ad hoc specialiter destinati, nobis nupter exposita, de infidelitate, ut eadem litera continebant, venerabilis fratris nostri Petri episcopi Baiocensis, acerbis te dolere cognouimus, tanto doloris tui paterna compassione participes tibi amplius condolemus: cum enim te singulariter habeamus in vis. eribus charitatis, tua queuis nos non possit angustia, quā misericors Dominus a tuis auertat euentibus, præterire. Hinc, princeps inclyte, potes & debes non indigne supponere, quod cum doloris commotio commune inducere soleat desiderium ad vindictam, si nobis de infidelitate huiusmodi pœnam exigens innotuisset veritas, vel ut innotesceret, pariter via legitima, prosecutio iustitie, immo & prompta executio non deesset.

Verum scire tuam excellentiam volumus, quod dictus frater in nostra, & fratrum nostrorum presentia constitutus (ut omittamus, quid sibi circa hoc iura permitterent) de tuo beneplacito, ut asseruit, est protestatus apertius, quod nullo modo in ijs onus partis assumere, vel se partem tuo aut suo nomine constituere intendebat; Cum igitur contra memoratum episcopum non processerit, apud nos super præmissis infamia, nec clamosa insinuatio sit secuta, qua ad inquisitionem mouere potuerit contra eum, nec ad id facti circumstantie, conscientiam nostram inducant, nec aliquis appareat accusator, legitimus, vel delator, seu etiam nunciator, qui sua delationis seu nuntiationis instantiam prosequatur; & expresse iure sit cautum, quod nuntiatores, etiam qui per notoria indicia produnt, iubentur assistere votis suis; nulla iuris ratio pateretur facti plectibili, nec probationibus in iudicio, nec euidencia facti de cetero nos vel alium quemcumque, maxime non suum iudicem, eundem episcopum plectere, vel propter ipsius delictum bona commissæ sibi ecclesie occupare, inordinate nimis executione præueniente sententiam, nec probationem vel cognitionem expectante vindicta. Idcirco mirantes audiimus, quod de priuando, seu mulctando eodem episcopo temporalibus episcopatus Baiocensis earundem literarum tenor habebat: præsertim cum non liceat ad res Ecclesie manus extendere ob personæ delictum, quod iuxta scita canonum non est in damnum Ecclesie conuertendum, etiam pro tempore delinquentis, licet aliud eadem tua litera sapere viderentur. Ceterum, excellentia regia veritate iuris exposita, exhortationes, & preces ex abundantia charitatis adijcimus, & consilium non æstimamus subtrahendum.

Vellemus itaque, sicut alias proxime tibi scripsisse meminimus, circumspeditionem regiam prudenter aduertere, quod talium non est commemoratio frequentanda; quia immunda quo amplius deducuntur, & latius & longius sua immunditia diffundunt horrorem; quia non est datum omnibus ex personarum qualitate, alijsque circumstantijs recte diiudicare qua audiunt: quia id habet mundi corruptio,

ut homines ad mala, que siue sub assertionis, siue sub cuiusquam repetitionis specie referuntur, facile inclinent auditum. Propter quod licet fuisset cautius a principio nec ad horum processisse indaginem, sed ut eorum citius extingueretur memoria, ea sub dissimulatione transisse; tamen ex quo ad id procedi placuit, sufficere debuit, & proculdubio sufficit, charissima in Christo filia nostra Marie Regina Francie illustri consortis tua innocentiam, cuius contrarium de tanta domina, de tali producta genere, & ad tale vinculo matrimoniali ducta, nunquam a discreto aliquo etiam autumandum credimus fuisse manifestius; sicut præmissa tua litera continent reuelatam, ut non amplius talia vel vindictæ libidine, vel quacumque occasione alia renouentur.

Quocirca serenitatem regiam rogamus, & hortamur in Domino Iesu Christo, tibi affectu intimo, & sincero consilio suadentes, quatenus ut honori tuo & dictæ Regine in hoc plenius consulatur, a prædictorum prosecutione de cetero consultata meditatione omnino desistens, contra memoratum episcopum ad eorundem temporalium occupationem, qua potius in dispendium eiusdem ecclesie verteretur, cum tanta iuris iniuria, & lesione iustitie, diuina maiestatis obtentu, & ob reuerentiam Apostolica sedis ac nostram nullo modo procedas: scicurus quod si nobis de præmissis ipsius episcopi, vel alio etiam contra te commisso excessu patuerit, sic ipsum debite ultionis acerbitate castigare proponimus, quod propter ipsius grauamen, ecclesie pœna suum tenebit actorem, cuius seueritas alijs familia præsumendi audaciam interdicit. Datum Roma apud S. Petrum III. non. decembris anno 1.]

35 Expetenda itaque de Baiocensi episc. ultionis audis Philippus, Baiocensis episcopatus vengalia inuaserat: at Pötifex, licet atrox episcopo lese Regine famæ crimen obijceretur; cum tamen illius conuinci non posset, ipsius causam, ne innocentia opprimeretur, defendendam ratus, Simoni Card. S. Cæcilie Apostolica sedis legato prouinciam dedit, ut Baiocensi ecclesie præsidio esset. Tum Regem alijs literis monuit b, ne maiestatem regiam, magna rerum mole occupandam, inanibus rumulculis implicaret, neve in diuexanda Baiocensi ecclesia nominis gloriam obscuraret. Attende itaque quod non decet magnificentiam regiam exercendam in arduis, implicandam in magnis, occupari minimis, vacare cuiuslibet detractionis examini, persequi quemlibet detrabentem, nutrire detrabentium murmura per examinationes & persecutiones huiusmodi; per quas illis repetendis datur occasio, que per contemptum neglecti tradita facilius cecidissent. Sic namque latratum canis, qui latrantem dissimulando præterit, cohibet: qui vero persequitur, & comminando cohibere conatur, irritat.

Attende insuper, quod quanto genus tuum inclytum plenius fouit & exaltauit ecclesias, personas ecclesiasticas manuteneret, ac illibatam conseruaret, studuit ecclesiasticam libertatem, tanto in te amplius notaretur, si tu ecclesias vel ecclesiasticas personas opprimeres, aut libertatem ecclesiasticam violares. Attende quomodo non solum in regno tuo, sed & in vicinis prælatorum corda turbares; quomodo in uersalem scandalizares Ecclesiam, quantus aduersus te clamor ascenderet, si tu in ecclesiastica bona manus inijceres, si bona quæuis Baiocensis ecclesie occupares. Attende quod ijs non leue pondus adijceret eminentia tui status, cum excessus in sublimioribus, eo ipso conspectior, tanto damnabilior habetur, quanto facilius quantoque periculosus deriuatur in

Negat
Pont. nisi
conuictū
de crimi-
ne damna-
ri posse.

alios per exemplum: & ideo minus esset ab Ecclesia tolerandus, minusque posset urgente conscientia tolerari. &c.

36 Que vero atrox illa calamnia Reginae Mariae imposita fuerit, scribit Nangius a. Extincto (veneno vt a nonnullis credebatur) Ludouico Philippo maiori natu filio, Petrum Brociam clam sceleris suspicione Reginam perfudisse, eamque priuignos alios eadem arte sublaturam: cumque rei indaganda cupidus Rex Baiocensem episcopum, & abbatem S. Dionysij ad consulendam beguinam Niuellensem, quae propheticæ dono pradita ferebatur, siue ementitæ sanctitatis specie ad se venientes deludebat, episcopus abbatem anteuertens cum femina colloquutus est, quam cum postea adisset abbas, nil aliud retulit, quam episcopo quid rei foret, patefactum. Reuersus vero episcopus exposuit ingentia quidem arcana sibi dicta, sed quae effari per religionem ob sacramenti sigillum non posset. Ex eo non parum exarsit Rex, qui anxius admodum sinistra de vxore suspicione concepta, alios ad mulierculam nuncios misit, qui eam sciscitarentur: quos illa Regi denunciare iussit, Reginam omni criminis labe purissimam: ac si quis de ea detraxisset, nullam fidem adhibendam. Inde Regina in Baiocensem episcopum vt proditoris auctorem grauiore iras effudisset, nisi ille, vt dictum est, fuga sibi consulisset; quem cum a Pontifice poena affici iustaret, ardentis ira animum delinire ita Nicolaus est conatus: *Non miramur, charissima in Christo filia, non miramur, si horrendam infamiam tibi falso impositi criminis (quam licet plenius missa nobis litera tua serenitatis expresserint; nos tamen velut omni verisimilitudine destitutam indignam repetitione censuimus) tua conscientia puritas borruit, & ad primum ipsius auditum riguit caro, mens hebit, tantique sceleris imposturam fragilitas seminei sexus expauit; si contra eos, quos astimas eiusdem sceleris impostores, animus irritatus incanduit, & ipsum ad vindictam feruor subiti doloris accendit.*

Sed illud considerationis nostrae discussio non sine admiratione recenset, quod dato deliberandi spatio, de confidentia propria innocentie concepta securitas, resumpto fortitudinis spiritu, talia non contempsit. Nunquid enim tantis orta natalibus, tantis trabeata parentibus, talibus educata studijs, talibus ab annis teneris imbuta moribus, vel notam, vel suspensionem quamlibet in ijs vereri debueras? Nunquid hoc admittere tui claritas generis, aut illius, quod te in suum participium matrimoniali vniione receptam, regio insigniens titulo, clariorem effecit, veluti etiam maritalibus radijs coruscantem? Nunquid non id tua fama laudabilis, & innocens conuersatio confutabat? An non & quoad familiares tuas, quas honestas, & prouidas, vitæque probata ipsa earum ad tui custodiam manifestat electio, euidentis ratio excluderat? Quid namque te, vel eas ad tam crudelem insontis mortem, cuius nec etas ad huc odium parere poterat, prouocasset? Quis successionis ambitus, futurae soboli procuranda, ad tanti atrocitatem facinoris molles irritasset animos, aut manus armaisset imbelles, quasi quocumque Regis Francie filijs de diuitiarum abundantia dubitandum, aut de defectu status eximij sit timendum? &c. Dat. iv. non. decembris. Fuisse porro Mariam Reginam pietati deditam, e quibusdam pontificijs priuilegijs colligitur: flagitanti enim ipsi Nicolaus concessit e, vt facilius diuinis rebus transfunderet animum, bis nimirum in anno sacrarum Deo virginum ades ingrederetur.

37 Nec ab simile aliud, quo ipsi ac viro Regi concessum est a, vt quo tempore iactum interdictum esset, cui vibrando occasionem non dedissent, diuinis mysterijs interesse possent. Quam porro tum temporis sub Philippo ecclesiastica auctoritas in Gallijs vigeret, ex insigni liquet pontificio diplomate, in quo Nicolaus permittit Regi b, vt clericos grauissimorum criminum nota inustus in carcerem detrudere posset; non vt ius aliquod in eos exerceret, sed praesulibus traderet, ne in effrenatam licentiam, impunitatis spe prorumperent, ob quod factum anathematis sententiam non subiturum decreuit; cui subiungenda alia, quae Philippi pietatem redolent, concessa prerogatiua, vt ne quis sine Apostolica sedis imperio Gallias interdicto affligere posset c, & quem optaret sacerdotem, vt sibi a sacris confessionibus esset, eligeret d. Cuius etiam precibus adductus Nicolaus praemia indulgentiarum aduentibus certis diebus facellum ab S. Ludouico eleganti cultu intra regie septa ad sacram Coronam spineam, dominicae Crucis partem, aliasque angustissimas reliquias religiose seruandas excitatum, ab Innocentio quarto concessa confirmavit e.

38 Cum S. Ludouici felix mentio inciderit, omittere non possumus, efflorescente indies miraculorum gloria, quae Numen, inplorata a Christifidelibus illius ope, patrabat; Philippum filium oratorum opera a Nicolao expetisse, vt de eiusdem S. Ludouici miraculis apostolica auctoritate actionem sacram instrui iuberet, quo in calitum numero collocaretur. At Nicolaus summa in tanta re prudentia progrediendum ratus, Simoni Cardinali A. S. L. prouinciam imposuit f, vt ea edita miracula caute indagaret, antequam ad publicum & religiosum examen reuocarentur.

Simoni tit. S. Caeciliae presbytero Card. A. S. L.

Sicut nolti, felix recordationis Gregorius Papa praedecessor noster consulta deliberatione decreuit, de meritis claræ memoriae Ludouici Regis Franciae per te diligenti, secreta, & prouida indagatione perquiri, antequam talis indagatio ad examen publicum deueniret. Cum itaque nuper ex parte charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris per venerabilem fratrem nostrum G. Ambianensem episcopum, & dilectum filium Guillelmum decanum Abrincensem, ac nobilem virum Rodolphum de Stratis marscalcum regium nuncios suos peteretur a nobis, vt procedi ad publicam inquisitionem meritorum huiusmodi faceremus; nos praedecessoris eiusdem in hac parte prouidis vestigijs inherentes, & attendentes, quod licet tu generaliter & succincte nobis scripseris de praedictis, quia tamen per literas tuas, vel aliam instructionem nunciorum tuorum, quos super ijs diligenter & caute interrogari fecimus, ad nos huiusmodi indaginis, prout tanti processus qualitas exigit, plena & idonea non peruenerat certitudo; discretionis tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus quicquid de praemissis, & eorum circumstantijs, ac alijs quae pro ipso Rege Deus miraculose fuisse dicitur operatus in plena veritate perceperis, clare ac distincte per omnia seriosius scribas nobis, vt tuis relationibus, vt praemittitur, clare, distincte, & seriose perceptis, lucidius appareat quid in ijs prouidendum extiterit, & in posterum respondendum. Ea quidem intentione potissime, sicut eidem Regi Philippo per alias nostras literas intimamus, tuam huiusmodi sic discussa prouisam

Ibid. ep. 147.

Ibid. ep. 149.

Data a Nicolao auctoritas Philippo vt clericos maleficos carceribus tradat.

Ep. 139.

Ibid. ep. 142.

Alia sacra priuilegia concessa.

Sacellum Parisien. regie adiutoris proposita indulg.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

To. 1. l. 1. ep. cur. 169.

Data lega to imperia de re digendis in acta publica illius gestis.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

S. Ludouici gloria miraculis illustrata.

Ep. 141.

continuare prouidimus, in hoc ei, & dicto patri, ac domui regie specialiter deferentes, vt in ijs eis honestius & salubrius, dante Domino, consularur. *Dat. 11. kal. decembris.*] Quo etiam argumento ad Philip pum Regem scripsit a. Præterea certiore ipsum fecit, se ad componendam controuersiam, quæ inter Carolum Sicilia Regem ac Reginam Margaretam vertebatur, Apostolicam auctoritatem interpositurum.

a *Ibid.* ep. 168.
Contro- uersia de Prouinciæ comitatu.

39 Quam vero ab inuadendis alienis Philip- pus abhorreret, eximum ipsius virtutis exem- plum enituit, cum parentis sui S. Ludouici vestigia in itatus, ac nonnulla religione per- fusus, ne maiores ipsius aliqua ad eum bona, vel alios iniquius erepta transfudissent, a Nicolao pe- tiijt, vt elemosynæ, quas in egenos profunderet, faciendi illati damni loco essent: quod Nicolaus, vt ex illius animo stimulum omnem eximeret, pro- bauit maxime b; ea tamen conditione, vt si com- pertum esset, ad quos res spectaret, ablata restitui operam daret. Eadem religione ductus cum Eduardo Anglorum Rege de Normania, ab atauo Philippo Anglis bello erepta, transgisse sequen- ti anno visus est. Sed de Philippo satis: iam ad Eduardum orationem traducamus.

b *To. I. I.* ep. 138.

Eduardus censum pro clien- tela Angliæ & Hiber. Pon- tifici sol- uir.

Cod. Val- lic. signat. lit. C. nu. 49. pag. 66

b *Eod. l. i.* ep. 110 & *Cod. Vallic. signat. lit. C. n. 49. pag. 84.*

V. uet. Flor. hist. hoc anno. Iudæi in Anglia in vincula coniecti.

d Eberard apud Can- nis. antiq. l. 1. to. 1. pag. 314. Dubraui. hist. Boë. lib. 17.

Bellum Rodul- phum inter & Othocharum Reges.
De Aus- tria inter eos controuersia accensa. e *Prot. Luc in annal. hoc ann. f Dubraui. hist. Boë. lib. 17.* Pacta affi- nitate so- pita fuc- tat.

40 Intulisse Eduardum fisco pontificio regno- rum Angliæ & Hiberniæ sedis Apostolicæ clietelæ addictorum nomine intermissum ab ipso partim; partim ab Henrico Rege excurrentibus octo annis censum; nimirum octo millia marcharum singulis millibus in singulos annos pendendis, docet Ni- colai syngraphum, quo Eduardo cavit.

Flagitauit a Nicolao Eduardus, vt census, qui pro regno Angliæ, vt sedis Apostolicæ vestigali, soluebatur, in posterum a quibusdam abbatijs ac monasterijs penderetur, quæ amplissimis bonis redditibusque ipse augeter, vt ea ratione integre ac summa fide in Romanæ ecclesiæ ærarium infer- retur. Reiecit petita Nicolaus c, in eo detrahi Ecclesiæ dignitati arbitratus, nec aliquid nouari passus est. His addenda quæ Westmonasteriensis e tradit, reuocasse Eduardum (verum ea in re repre- hensione dignum) priuilegia pluribus abbatijs Angliæ a maioribus cōcessa, ad regiam auctoritatem, amplificandam; eumque vno die Iudæos toto regno in carcerem compingi ob erasam monetam, atque supplicium de fontibus sumi iussisse.

41 Commissum hoc anno atrox prælium in Austria d, cum Othocharus Austriam, Styriam, & Carinthiam sibi ereptas dolens, violato inito fœdere, collectoque potentissimo exercitu in Au- striam excurrit: illam enim prouinciam donatio- nis iure a Margarita Austriæ ducis filia debitam, contendeat e: e contra Rodolphus negabat eam vt Imperij stipendiariam abalienari iure po- tuisse. Describit Dubrauius tanti belli causas his verbis f: *Rodolphus, quod cum animo suo cumque ipsi principibus statutum atque deliberatum habuit, in primis uidelicet vt arrogantiam Othogari infringeret, dein vt Austriam illi adimeret, speciosissimis illum blandissimisque inuitat verbis, vt si palam pudeat, saltem secreto intra tentorium paucis coram arbitris debito per fidem Casari præstandam funge- retur officio: aliter namque stabilem inter ipsos per- petuamque amicitiam coire non posse, nisi exhibitio fideliprius obsequio. Abominantem rursus Othoga- rum dignitatem suam Rodulpho submittere, persua- dent proceres, non minus Casarem ob veterem fami- liaritatem, quam Regem suum respicientes, vt se fidei Casaris committat: quod cum ille facit, atque, vt mos habet, quinque vexilla Casari de manu sua of-*

fert, restituit duo ille dumtaxat, ac sibi tria, Austriæ uidelicet, Carinthiæque, & Styriæ nomine retinet, quasi tutela interim titulo possideret, dum matrimo- nium recens conciliatum ad effectum perduceretur: deinde illas quoque regiones Venceslao Othogari- liopro dote accessuras. Addit auctor de tentorio machinoso ruente in partes, dum Othocharus fle- xo genu, fidem Rodulpho deuinciret, indeque concepto furore, quem auxit vxoris impotentia, ultionem expetere de Rodulpho decreuisse, irru- pisseque in Austriam.

42 Cum eo Rodulphus Rex aduolasset, stra- gem futuram horrens a, nuncios ad Othocha- rum misit, qui monerent vt prælio abstineret, cum proditoribus vndique septus esset. Ac reue- ra plures in ipsius exercitu erant eius criminis rei, quorum odia Boemus in se concitaret, vt ait Eberardus b, cum in eos nullo dignitatis habito discrimine, vim legum exerceret, ac ne grassaren- tur in populos, vt consueuerant, refrenaret. Ita vero præmonitus a Romanorum Rege præfectos castrorum, tribunos, aliosque proceres in suum tentorium excitos ita compellauit: egregiæ qui- dem ac probatæ ipsorum fidei certissimum semper extitisse; at si quis in eum coniurationem inijisset, vel nefaria suscepisset consilia, inermem ipsum iam occideret, id enim longe satius futu- rum, quam si vna cum eo multa hominum millia funestæ fragi exponerentur: tum vero omnes vno ore fidissimos illi semper futuros, atque omnia di- scrimina penetraturos polliciti sunt.

Concurrentibus die insequenti aduersis exercitibus, Othocharus, suis illum deserentibus, dum strenue inter medios hostium globos dimicabat, oppressus numero, captus est, mox- que exutus armis: cum miles, cuius fratrem Otho- charus peremerat, furens irruit e, atque ad frater- nam necem viciscendam gladio in fronte cecidit, ex quo vulnere infelix Rex toties a Romanis Pon- tificibus admonitus, vt ab armis desisteret, occu- buit, ac diutius illius corpus iacuit insepultum, quod fidelium confortio, e quo eiectus fuerat ante mortem, vt ait Siffridus d, restitutus non fuisset: in- currebat enim, ob illatum Rodulpho bellum con- tra imperia apostolica, vibratas censuras, qui- bus suppositi fuerant, qui Romanorum Regem la- cesserent.

43 Nec leue vitæ discrimen in prælio Rodul- phus adijt: tradit enim Eberardus f, Boemiæ Regem ante pugnam ingentia præmia strenuo mili- titi pollicitum, si Rodulphum in prælio caderet, aut equum suffoderet, eumque præmij spe accen- sum, quæsito in acie Rodulpho inuentoque, toto impetu in eum inuectum, diro ictu ex equo deie- cisse, tumque hasta equum peremisse: mox vero concurrentibus in auxilium Casaris Germanis cap- tum; ac Rodulphum, qui se clypeo, ne equo- rum pedibus allideretur, texerat g, in aliū equum sublatum persequenda victoriæ instituisse, eaque magna Boemorum strage, adeo vt castrorum nu- merus ad quatuordecim millia ascenderet, parta, egregium clementiæ exemplum explicuisse h. Mi- litem enim, qui in vitæ discrimen ipsum adduxe- rat, sibi oblatum, illæsum abire iussit, dicitans non exiguum damnum fore, si adeo generosus ac fortis miles perimeretur.

Præmium porro tantæ victoriæ non Austria- modo fuit, quæ secundo natu filio a Rodulpho attributa i, eoque extincto, in maiorem natu Albertum transfusa; verum magna etiam Boe- miæ pars, quam in suam potestatem redegit i

quamque postea, petente Vvenceslao Othochari filio suppliciter pacem reddidit; ad quam firmandam arcto necessitudinis vinculo filiam suam Gutham vxorem concessit a. De quibus hæc Ptolemæus Lucensis b: Circa autem ista tempora Rex Rodulphus iam radicatus est in regno Alemannia ab omni parte, sed præcipue versus Regem Boemia: unde exercitum congregat contra ipsum pro iure Imperij, quia occupauerat Austriam, Styriam, & Carinthiam, quæ de iure debebantur eidem sue ratione regni Alemannia, siue ratione Imperij; pugnat cum ipso, & occidit eum in bello, facta magna strage de suis. Tunc subiugata Austria, ipsam tradidit filio suo Alberto, quia ducatus erat sine vasallo, & ideo ad Regem Alemannia pertinebat providere: partem Carinthia tradidit comiti de Tirolla. Tunc procedit contra filium Regis Boemia, cõminans eidem de regno, quia venisset contra dominum suum: sed mediantibus amicis restitutus est in gratia, accepta filia Rodulphi in vxorem & ipsa dotata de bonis regni, si Rex ex ea sine filijs moreretur: qui casus non accidit, quia duæ filia nata sunt ex eis, & vnus filius.

44 De parta ea victoria meminit Pontifex in literis inclinante hoc anno ad Rodulphum datis, e quibus rogauit, vt vetera ab Imperatoribus cõcessa Romanæ ecclesiæ priuilegia, a principibus electoribus confirmanda curaret: Vt, inquit, affectus tua deuotionis, quem sic gratanter inueneris sensibus nostris inspicimus, in effectum perfecta soliditatis appareat, & residere in omni puritate probetur, & vt prosperitas tuorum successuum, videlicet de hostium tuorum depressione victoria, quos diebus istis in manibus tuis diuini iudicij virga conclusit, in mansuetudinis gratia, quæ post triumphum regales actus adornat, te nobis gratum, & alijs representet acceptum, ac de regia gratitudine post felicitatem maiorem nobis & Ecclesiæ mansueta præsentia re-promittat, & successus nos reddat de tua sinceritate maiori perfectione securos, &c. Addit preces, vt quæ constabiliendis Romanæ ecclesiæ iuribus deerant, compleat. Dat. Romæ xv. kal. decembris anno 1.

45 Quod ad institutam de confirmatis a Rodulpho Rege Romanorum ad Nicolai III. Pontificis, id exigentis, gratiam iuribus Romanæ ecclesiæ historiam spectat; ineunte anno idẽ Rodulphus, cum insignia imperialia a Nicolao deposceret, de principatus pontificij iuribus corroborandis appellatus, publicis literis d. professus est, se omnia Romanæ ecclesiæ priuilegia concessa ab Imperatoribus, ne pietate & studio in sedem Apostolicam ab ijs descisceret, corroborasse; atque assentiri, vt Ecclesia vniuersa illius ditionis, quæ ex huiusmodi diplomatibus ad eam spectare constaret, possessionem sibi vendicaret, mittereque ea de causa ad curiam apostolicam Conradum, qui in Cardinalium senatu regiam fidem ad hæc perficienda obstringeret.

Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniuersis presentes literas inspecturis gratiam suam, & omne bonum.

Notum esse volumus per presentes literas vniuersis, quod nos deuotus ecclesiæ Romanæ filius, recognoscentes beneficia, quæ nobis sunt ab ipso Deo & eiusdem vicario Papa Romano concessa, ratificamus, approbamus, innouamus, concedimus, & nihilominus de nouo donamus sanctissimo patri domino nostro domino Nicolao Papæ III. & ipsi Romanæ ecclesiæ matri nostræ distincte, libere, plenarie, & expresse confirmationes,

concessionem, priuilegia, & cetera omnia, quæ nos hæcenus fecimus, & nostri prædecessores Reges Romanorũ seu Imperatores confirmasse, concessisse, & fecisse noscuntur, seu inueniuntur. Et ad maiorem prædictorũ omnium firmitatem conlittimus religiosum virum fratrem Conradum, ministrum fratrum Minorum superioris Alemannia, nostrum nuntium & specialem procuratorem, dantes ei expressum & speciale mandatum pro nobis, & nostro nomine recognoscendi, ratificandi, approbandi, innouandi, concedendi, & nihilominus de nouo donandi omnia & singula distincte, libere, & expresse, quæ facta, acta, promissa, dicta, confirmata, donata, siue concessa, recognita, seu etiam iurata fuerunt hæcenus per bonæ memoriæ Othonem præpositum sancti Guidonis Spirensis regalis aulae nostræ cancellarium, seu per quoscunque alios, & per nos ipsos postmodum felicis recordationis domino Gregorio Papæ X. siue ipsi domino Papæ, siue alij, seu alijs eius nomine & Romanæ ecclesiæ recipienti vel recipientibus: & nos ipsi nihilominus ea omnia, & singula recognoscimus, ratificamus, approbamus, confirmamus, innouamus, concedimus, & de nouo donamus; & etiam ad nostram conscientiam serenandam reuocamus, cassamus, annullamus, irritamus, & omnibus viribus vacuumus quidquid contra prædicta, vel aliqua prædictorum per nos, seu per alios nostros nuncios, vel officiales mandato nostro, vel nomine, seu quemcumque alium, vel alios quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, siue iuratum; volentes & consentientes expresse, quod per hoc nullum ius nobis accrescat, vel in aliquo ecclesiæ Romanæ deperat tam circa possessionem, quam circa proprietatem.

46 Concedimus insuper & consentimus, quod ecclesia Romana per se & per alios accipiat, nanciscatur, intret & apprehendat absque vlla nostra vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis siue petitis possessionibus, & quasi, omnium contentorum in prædictis priuilegijs, confirmationibus, concessionibus, innouationibus, recognitionibus, donationibus, & iuramentis; & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta: & promittimus, quod nos per nos, vel per alium, seu alios non impedimus ipsam Ecclesiam, vel nuncios eius in prædictis & quolibet prædictorum; sed eam in omnibus præfatis tam adipiscendis, quam tenendis & habendis nostro posse perpetuo iuuabimus. Damus etiam ipsi procuratori nostro specialem, generalem, & liberam potestatem plenarie stabilendi, solidandi, firmandi, complendi, & perficiendi, ac iurandi omnia & singula prædicta in animam nostram; ita quod plenam omnimodam perfectionem, & solidationem habeant firmitatem; & promittendi, quod nos per ipsos eadem faciemus, promittimus, stabilimus, plene solidabimus, firmabimus, perficiemus, atque iurabimus quancumque per ipsam Ecclesiam literis vel nuncijs fuerimus requisiti; & faciendi omnia, quæ in præmissis, & circa præmissa fuerint ipsi ecclesiæ Romanæ utilia, necessaria, vel etiam opportuna, etiam si mandatum exigant, vel exigerent speciale; promittentes nos ratum habituros, & firmum quidquid per ipsum procuratorem in omnibus & singulis supradictis fuerit recognitum, ratificatum, approbatum, innouatum, concessum, donatum, firmatum, stabilitum, solidatum, completum, perfectum, atque iuratum, actum siue factum. In cuius rei te-

Missus orator ad corroboranda Gregorio X. promissa.

Permissum vt Pontifex que ad ditionem ecclesiasticam spectant sibi vendicat.

stimonium, & prædictorum omnium firmitatem præsentibus literas fieri fecimus, & nostri sigilli munimine roborari. Datum Vienna anno Domini MCCLXXVIII. XIV. kal. febr. regni nostri anno v.]

47 Instructus hac auctoritate Conradus Minorita, Rodulphi Regis Romanorum orator, coram Nicolao in sacro Cardinalium senatu omnia Romanæ ecclesiæ iura, quæ Otho regij sigilli præfatus, cum Lugduni solènes episcoporum conuentus habebantur, Gregorio integra ac illibata fore sponderat, omniaque alia ab ipso gesta confirmavit; ac regio nomine assensit, vt Nicolaus vniuersæ illius ditionis, quæ imperialibus diplomatibus, tum ratis habitis, continebatur, possessionem iniret; vel armis, vel alijs mollioribus vijs ad suum obsequium adduceret; Rodulphumque ea omnia corroboraturum est pollicitus. Publicis demum tabulis, quibus Othonis oratoris coram Gregorio X. acta erant comprehensa, perlectis, tum ea tum alias veterum Imperatorum donationibus constabiliuit: quæ omnia subiecta forma in publicas tabulas, quæ in mōis Adrianæ archiuo sunt reconditæ, atque a Platina iussu Sixti IV. inter monumenta illustria collectæ sunt; tum extant in libro priuilegiorum Rom. ecclesiæ b, & in M.S. codicibus c, quæ Cardinalis Baronius pretiosissimi thesauri instar bibliothecæ nostræ Vallicellanæ reliquit, redacta fuerunt.

In nomine Domini Amen. Ego frater Conradus minister fratrum Minorum superioris Alemanne, gloriosissimi & illustrissimi principis domini mei Rodulphi Dei gratia Regis Romanorum semper Augusti procurator & nuncius, habens ab ipso potestatem, & mandatum in forma subscripta, constitutus in presentia vestra, beatissime pater domine Nicolae Papa III. in consistorio vestro in papali palatio apud S. Petrum in vrbe Romana, assistentibus vobis reuerendo cœtu dominorum Cardinalium, videlicet venerabilibus patribus domino Ordone Tusculanensi, Benteuenga Albanensi, & Latino Ostiensi & Velletrensi episcopis; Ancherō tit. S. Praxedis, Guillelmo tit. S. Marci, & Gerardo tit. Basilica duodecim Apostolorum presbyteris; Iacobo S. Mariæ in Cosmedin, Gotifrido S. Georgij ad velum aureum, Matthæo S. Mariæ in porticu, Iordano S. Eustachij, & Iacobo S. Mariæ in via lata diaconis Cardinalibus, recognosco & confiteor, quondam Othonem præpositum ecclesiæ S. Guidonis Spirensis regie aulæ cancellarium habuisse a prædicto serenissimo principe domino Rodulpho, Dei gratia, Rege Romanorum semper Augusto mandatum, sigilli sui munimine communitum, infra scripti tenoris: cuius auctoritate, nomine eiusdem domini Regis coram piæ memoriæ domino Gregorio Papa X. assistentibus sibi felicis recordationis domino Innocentio V. tunc Petro Ostiensi & Velletrensi episcopo, Adriano V. tunc Othobono S. Adriani diacono Cardinali, & domino Ioanne XXI. tunc Petro episcopo Tusculano Romanis Pontificibus, & bonæ memoriæ Ioanne Portuensi, vicedomino Prænestino, & fratre Bonaventura Albanensi episcopis, Simone tit. S. Martini presbytero, & Vberto S. Eustachij diacono Cardinalibus; ac reuerendis patribus prædictis dominis Ancherō tit. S. Praxedis, Guillelmo tit. S. Marci, Simone tit. S. Cæcilie presbyteris, Iacobo S. Mariæ in Cosmedin, Gotifredo S. Georgij ad velum aureum, & Matthæo S. Mariæ in porticu diaconis Cardinalibus; & presentibus imbi venerabilibus patribus Henrico Treuensi, Guarnerio Maguntino, Engelberto Coloniensi, Conrado Magdeburgensi, & Gilberto Bremensi archiepiscopis; Conrado Argentinensi, Leone Ratisponensi, Brunone Brixinensi,

Othone Mindensi, Ferrico Merseburgensi, & Widegone Misnensi, Ioanne Kimensi, Ildebrando Eistetenensi episcopis; & nobilibus viris, Ferrico Burclauio de Nurembergh, & Gotifrido comite Ieunensi; processit ad omnia infra scripta, quæ in literis inde confectis, & eiusdem cancellarij sigillo signatis, quarum tenor de verbo ad verbum infra subiicitur, seriosius continentur.

Quæ quidem omnia & singula dicta, promissa, recognita, innouata, concessa, acta seu gesta, ratificata, confirmata, siue iurata per eundem cancellarium, prout in eisdem literis & tenore plenius exprimitur, eiusdem domini Regis nomine, & pro ipso distincte, libere & expresse, recognosco, ratifico, approbo, innouo; & nihilominus ea omnia & singula de nouo dono, atque concedo beato Petro calesis regni clauigero, ac vobis, patri sanctissimo eius successori, cæterisque vestris successoribus, & ecclesiæ Romanæ: & ad domini mei Regis conscientiam serenandam, & vt prædicta omnia plenarie solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur, & perficiantur, reuoco, casso, annullo, irrito, & omnibus viribus vacuo quidquid contra prædicta, vel aliqua prædictorum per ipsum dominum Regem, seu per alios eius nuncios, vel officiales suo mandato vel nomine; seu quicumque alium, vel alios quocumque modo, quacumque via factum esset, vel promissum, siue iuratum: ac volo & expresse consentio, quod per hoc nullumius ipsi domino meo Regi accrescat, vel in aliquo ecclesiæ Romanæ depereat, tam circa possessionem, quam circa proprietatem.

48 Consentio in super ac concedo, quod vos, sanctissime pater, & eadem Romana ecclesiæ per vos & per alios nunc & semper accipiatis, nancijcamini, intretis, & apprehendatis absque vlla ipsius domini Regis vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis siue petitis, possessionem & quasi omnium contentorum in prædictis priuilegijs, confirmationibus, concessionibus, innouationibus, recognitionibus, donationibus, seu etiam iuramentis; & omnium eorum, quæ pertinent ad prædicta. Et promitto, quod ipse dominus Rex per se, vel per alium, seu alios non impediet vos, vel nuncios vestros in prædictis, & quolibet prædictorum: sed potius in omnibus præfatis tam adipiscendis, quam tenendis, & habendis suo posse perpetuo adiuuabit. Et vt hec omnia plenam omnimodæ perfectionis & solidationis habeant firmitatem, tactis sacrosanctis Euangelijs, iuro in animam prædicti domini mei Regis, habens ab eo super hoc speciale mandatum, eundem dominum Regem prædicta omnia & singula perpetuo inuiolabiliter obseruaturum: & promitto, quod idem dominus Rex per seipsū omnia & singula faciet, promittet, & stabiliet, plene solidabit, firmabit, perficiet atque iurabit quancumque per vos & prædictam Ecclesiā literis vel nūtij extiterit requisitus. Prædicti autē literarum eiusdem cancellarij & mei procuratorij super his habiti tenores de verbo ad verbum per omnia tales sūt.

49 In nomine Domini Amen. Ego Otho S. Guidonis Spirensis præpositus, regie aulæ cancellarius, gloriosissimi principis domini mei Rodulphi, Dei gratia, Regis Romanorum semper Augusti procurator & nuncius, habens ab ipso mandatum in forma subscripta, presenti scripto confiteor me priuilegia, nec non & iuramenta claræ memoriæ Othonis IV. & quondam Frederici II. Imperatorum, tunc Regum Romanorum, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte vitata; sed in prima sui facie autentice bullis Regum ipsorum regia maiestate impressis typario consignata, diligenter inspexisse, de verbo ad verbum legisse, ac in Teutonico idiomate propter in-

Quid gestū a Conradō oratore.

Editæ hac de re publicæ tabulæ.

a M.S. archiu. Vati. 10. 1. pag. 116. 136. & tom. 2. pag. 478. b Ib. priuileg. Rom. eccl. 10. 3. pag. 212. c Cod. Vallicell. signati. lib. B. n. 12. pag. 254. d Hist. D. n. 1. pag. 83.

Cardinales coram quibus gestares.

frascriptos nobiles exposuisse in consistorio vestro, sanctissime pater & domine, domine Gregori Papa X. assistantibus vobis reuerendis patribus Ioanne Portuensi, Petro Tusculano, Vicedomino Praenestino, fr. B. Albanensi, Petro Ostiensis episcopis; Simone tit. S. Martini in montibus, Anhero tit. S. Praxedis, Guillelmo tit. S. Marci, Simone tit. S. Ceciliae presbyteris; Obobono S. Adriani, Iacobo S. Mariae in Cosmedin, Gottifrido S. Georgii ad velum aureum, Vermedin, Gottifrido S. Mattheo S. Mariae in porticu diato S. Eustachij, & Mattheo S. Mariae in porticu diatonis Cardinalibus: & presentibus inibi venerabilibus patribus Henrico Treuirensi, Guarnero Maliburgensi, Enguerrando Colonienfi, Conrado Magdeburgensi, Giseberto Bremensi archiepiscopis; Conrado Argentinenfi, Leone Ratisponensi, Brunone Brixinenfi, Othone Mindensi, Ferrico Merseburgensi, Vidone Misnensi, Ioanne Kimensi, Ildebrandino Silecensi episcopis; & nobilibus viris Barclauio de Nuremberch ac Gottifrido comite Sennensi. Tenores autē predictorum priuilegiorum, & iuramentorum de verbo ad verbum tales sunt. Subiecta est sacramenti forma a, ex qua Otho IV. Innocentio III. fidem obstrinxit, quæ ab his verbis ducit exordium.

Ego Otho Dei gratia Romanorū Rex semper Augustus. Tibi domino meo Innocentio P.P. tuisque successoribus &c. & definit in hæc verba, fuero coronā adeptus. His adiecta sunt eiusdem Regis literæ anno incarnationis MCCIX. XI. kal. aprilis consignata, b quibus Romanæ ecclesiæ iura confirmata, atque ab his verbis incipiunt: *Recognoscentes ab eo.* His annexæ sunt quatuor Frederici II. literæ, quarum primæ c ab hisce verbis inchoat: *Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus.* Et infra: *Acta sunt hæc anno Domini nostri Iesu Christi MCCXIII. indictione I. regnate domino Frederico Secundo Romanorū Rege glorioso, & Rege Sicilia, anno regni eius Romanorum primo, regni vero eius Sicilia XVI. datum apud Agram per manus Bertholdi de Tus regalis aula protonotarij IV. id. iulij. Secundæ iisdem pene verbis conceptæ sunt, quibus Fredericus promissa Innocentio III. iterum Honorio III. spondit. Varia porro sunt testium nomina, ac dies his verbis adijcitur: *Acta sunt hæc anno incarnationis Domini MCCXVIII. mense septembris indiēt. VIII. regnante domino Frederico II. Romanorum Rege glorioso & Rege Sicilia, anno Romani regni ipsius in Germania VII. & in Sicilia XXII. feliciter Amen. Dat. apud Agnoue &c. Tertiæ literæ incipiunt: Tibi domino meo sanctissimo, & patri charissimo Innocentio Papa III. iisdem pene verbis, quibus primæ Othonianæ conceptæ. Fidei obstrictæ Pontifici tempus ac locum his verbis designant: *Actum in capella in castro Agra anno Domini incarnationis MCCXII. IV. id. iulij indictione I. Quartæ a literæ eadem continent, sed Honorio inscriptæ sunt: adiecta vero testium nomina & tempus discrepant: Actum apud Agnoue anno Domini incarnationis MCCXVIII. mense septembris indiēt. VIII. His ad ductis subiungit memoratus Otho Rodulphi Augusti orator:***

De predictorum itaq; archiepiscoporum, episcoporum, & nobilitatis consilio & expresso consensu ego memoratus cancellarius omnia & singula in eisdem contenta priuilegij eiusdem Regis Rodulphi nomine ratifico, rata & firma habeo, & ab alijs haberi volo, & eadē in nouo atq; de nouo concedo, promittens eodē nomine B. Petro celestis regni clauigero, ac vobis patri sanctissimo eius successoribus, ceterisque vestris successoribus, & ecclesiæ Romanæ, ac iurans in animam ipsius Regis Rodulphi, quod ipse per se vel per alium seu alios non occupabit, nec inuadet in totum vel in partem aliquam terras ipsius

Romanæ ecclesiæ, aut terras vassallorum eius, quas in re feudi vel sub cæsus, aut alterius præstationis titulo, siue alio quocūque modo tenent ab ipsa Ecclesiæ, &c. quæ sequuntur, iisdem verbis sunt concepta, atque ea, quæ præfulam Germanorum nomine attulimus, cum ipsi promissa a Rodulphi oratore in publicas tabulas ledgere, vsque ad hæc verba: *Acta sunt hæc Lugduni in predicto consistorio anno Domini MCCXXIV. mense iunij die martis, VI. mensis eiusdem, pontificatus vestri anno III. Porro ad certitudinem presentium & memoriam futurorum de præmissis presentes literas fieri feci, & mei sigilli munimine roborari.* His adiunctæ sunt superiores Rodulphi literæ, quibus Conrado auctoritas demandata est, vt quæ Gregorio X. ab Othone regij sigilli præfecto sacramentum erant promissa, dum in concilio Lugdunenfi regis Romanorum dignitatis a principibus electoribus sibi delatæ confirmationem deposcebat, Nicolao III. sponderet. Quia instructus auctoritate Conradus ecclesiasticæ ditionis terras suis nominibus designatas, ab Imperatoribus sedi Apostolicæ grati animi, vel pietatis ergo attributas, ecclesiastico imperio iterum solemniter ritu subiecit hisce verbis.

50 *Volo insuper & expresse consentio, quod iisdem tenores inserti presentibus easdem per omnia vires habeant, & obtineant, quas habent & obtinent ipse literæ principales; ita quod si forsan ipsas principales literas contingeret quomodolibet deperire, dicti tenores perinde vim & robur obtineant, vt in omnibus, & per omnia in iudicio, & extra iudicium fidem faciant, sicut ipse principales literæ facerent in sua prima figura & integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante: & promitto, quod predictus Rex idem per omnia sua regali auctoritate statuet & decernet. Porro ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum hæc omnia conscribi, & in publicum instrumentum redigi per magistrum Paulum de Reate apostolica auctoritate tabellionem subscriptum feci, atque rogavi, & sigillo commissa mihi administrationis, quo vtor, ad presens muniui. Volo tamen & consentio, quod si dictum sigillum quouis modo vel casu deperdi, frangi, vel deformari contigerit, nihilominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat, ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset. Actum Romæ apud S. Petrum in predicto papali consistorio, presentibus patribus dominis Bonifacio Rauennate, & Ioanne Barenfi archiepiscopis; Henrico Lunensi, Orlando Narniensi, Paparone Fulginate, Orlando Massano, ac Raymundo Massiliensi episcopis; & honorabilibus viris domino Angelo de Verosis domini Papæ camerario, domino Petro S. R. E. Vicecancellario, magistris Berardo de Neapoli, & Benedicto de Anagnina eiusdem domini Papæ notarijs, magistro Paulo de Interamna clerico, & procuratore in audientia curiæ Romanæ predicti domini Rodulphi Regis; ac nobilibus viris dominis Vrsu curiæ domini Papæ marescalco, Adinolpho Comitibus, & Petro Comitibus, ac Nicolao Comitibus militibus de Vrbe, & quampluribus alijs clericis, & laicis in multitudine numerosa, anno Domini MCCXXVIII. quarto die mensis maij, indictione VI. pontificatus vero domini Nicolai Papæ III. anno I.*

51 *Interea promissa hæc a Conrado, labefacta sunt: Rodolphus enim imperialis scrinij præfectus ad recuperanda Imperij in Italia iura missus, clientes nonnullos Ecclesiæ, vt ex imperialibus diplomatibus constabat, Bononienses nimirum, Imolenses, Fauentinos, Foroliuenses, Foropo-*

a Anno
1274. n. 8.
& c.

Violata a
regijs ad-
ministris
superiora
promissa.

pulientes, Casenates, Rauennates, Ariminenfes, Vrbinates, pluresque alios pontificie ditionis in Regis Romanoru verba sacramento adegerat. At postulatus a Pontifice Rodulphus Aug. regijs iterum literis a iura eiusdem Romanę ecclesie, quę a Ludouici Imperatoris tempore Imperatorum, regumque priuilegijs expressa erant, confirmauit: ac præcipuas pontificie ditionis terras persequens, ne qua de ijs controuersia moueretur. Tum alium oratorem, nimirum Gotifredum, misit, qui non modo Conradi Minoritę promissa corroboraret, verum etiam a Rodulpho imperiali serinij præfecto gesta rescinderet, illaque temere, inconsulta regia maiestate, tentata datis Nicolao literis est professus.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Nicolao, diuina prouidentia, sacrosanctę Romanę ecclesie summo Pontifici, Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus cum filialis obediētia reuerentia deuotissima pedum oscula beatorum.

Ad munificentiam munerum, & gratiarum quodammodo ineffabilem largitatem, quę Imperatores Romani, & prædecessores nostri Reges Romanorum de Romanę matris ecclesie vberibus susceperunt, ipsi velut deuoti filij faciem gratitudinis conuertentes; nec minus attendentes, quod eadem Ecclesia ipsos in dulcedinis benedictione præueniens, transferendo de Grecis Imperium in Germanos, eisdem dederant id quod erant, vt grati prædicarentur filij laudabilis recognitionis effectu, inter cetera, quę ipsi Ecclesie confirmarunt, dimiserunt, seu etiam concesserunt totam terram, quę est a Radicophano vsque Ceperanum, marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, terram comitissę Mathildis, comitatum Bertenorij, exarchatum Rauennę, Pentapolim, Massam Trabariam, cum adiacentibus terris, & omnia alia bona, terras, possessiones, & iura ad dictam Ecclesiam pertinentia in multis priuilegijs Imperatorum a tempore Ludouici expressa siue contenta, ipsi beato Petro celestis regni clauigero, eiusque successoribus, & eidem Ecclesie dimiserunt, renunciauerunt, restituerunt, & confirmarunt, & ad omnem scrupulum remouendum, prout melius valeret, & efficacius posset intelligi, contulerunt, concesserunt, & etiam donauerunt, sicut in eorum priuilegijs seu literis continetur, nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentię culmen assumpti prædicta omnia in præsentia recolendę memorię domini Gregorij Papę X. recognouimus, ac ea omnia & singula ipsi pro prædicta Ecclesia, se, suisque successoribus recipienti confirmauimus, innouauimus, & de nouo concessimus, atque donauimus, ipsa nihilominus præstito corporaliter iuramento firmitantes.

53 Verum quia postmodum absque nostro consensu, conscientia, vel mandato Rodulphus cancellarius noster a ciuibus Bononiensibus, Imolensibus, Fauentinis, Foropopuliensibus, Casenatis, Rauennatis, Ariminenfibus, Vrbinatis, nec non & alijs aliarum ciuitatum atque locorum illarum partium iuramentum fidelitatis nostro nomine dicitur recepisse; nos dilectum familiarem clericum nostrum magistrum Gotifredum præpositum Solienfem, regalis aulae protonotarium, transmittimus ad vestra præsentiam sanctitatis, cui damus præsentibus nostris patentibus literis in mandatis, vt quidquid per eundem cancellarium, seu quemcumque in prædictis ciuitatibus, locis, & terris, seu per homines ipsarum

ciuitatum, terrarum, atque locorum actum, gestum, recognitum extitit, & prædicta iuramenta specialiter reuocet, casset, annullet, irritet; cassa, nulla, & irrita nuntiet, ac omnibus viribus vacuet; volentes, & consentientes expresse, quod per hoc nullum ius nobis accrescat, vel ecclesie Romanę depereat tam circa possessionem, quam circa proprietatem in ciuitatibus, terris, & locis præfatis, ac hominibus, iuribus, & iurisdictionibus eorundem, & vniuersis, & singulis ciuitatibus, communitatibus, locis, & hominibus supradictis ex parte nostra omnia & singula prædicta denuntiet, denuntiando sollicitet & inducat eisdem, quod vestrum, & Ecclesie prædictę dominium recognoscetes, vobis & Ecclesie memoratę tamquam eorum vero domino in omnibus & per omnia, sicut debent, obediant, pareant, & intendat, promittentes nos ratum habituros & firmum quidquid idem magister Gotifredus ordinandum seu faciendum duxerit in præmissis. Datum Viennę kal. iunij ind. vi. anno Domini mcccxxviii regni vero nosri anno v. J Accepti hinc a Rodulpho imperijs, Gotifredus in Cardinalium consistorio coram Nicolao professus est, Rodulphum ab inuadendis Romanę ecclesie iuribus abesse animo, ac regio nomine extorta ab imperiali sigilli præfecto sacramenta conuulsi; sanxitque Bononienses, Rauennates, aliosque memoratos populos ad sedis Apostolicę ditionem reuocandos: de qua re editę subiectę tabulę, quę in arce S. Angeli reconditę sunt.

53 In nomine Domini Amen. Nos Gotifredus præpositus ecclesie Solienfis Salzburgensis diocesis magnifici principis domini Rodulphi Regis Romanorum illustris familiaris clericus, & protonotarius ad futuram rei memoriam notum esse volumus vniuersis, quod excellentissimus princeps dominus Rodulphus Rex Romanorum illustris, sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem & dominam recognoscens ac intendens eia iura non percipere, sed ea potius illesa seruare, nos ad sanctissimum patrem; & vniuersalem dominum, dominum Nicolaum diuina prouidentia summum Pontificem cum specialibus literis destinavit, quarum tenor talis est. J Subiectę sunt superiores Rodulphi Regis Romanorum literę, quibus adijcit: Nos itaque traditi nobis ab eadem domino Rege auctoritate mandati, iuramenta fidelitatis, seu alia, quę Rodulphus cancellarius eiusdem domini Regis a ciuibus Bononiensibus, Imolensibus, Fauentinis, Foropopuliensibus, Casenatis, Rauennatis, Ariminenfibus, & Vrbinatis, Ceruiensibus, Fortuiensibus, ac hominibus castorum Montisfeltri, & Bertenorij, ac alijs communitatibus, vniuersitatibus, & incolis ciuitatum & locorum partium earundem, seu eorum aliquibus pro ipso domino Rege dicitur recepisse; ac quidquid per eundem cancellarium seu quemcumque alium in eisdem ciuitatibus, terris, & locis siue per eius aut alios supradictos actum, gestum, & recognitum extitit, remittentes, reuocantes, cassantes, annullantes, irritantes, cassa, nulla, & irrita nuntiantes, ac omnibus viribus vacuantes; eisdem ciuibus, incolis, & alijs vniuersis, & singulis ex parte ipsius domini Regis omnia & singula prædicta in eisdem contenta literis denunciamus, & denunciando eosdem siue homines, communitates, vniuersitates, & incolas sollicitamus & inducimus, quod eorundem domini Papę, & Ecclesie recognoscetes dominium, dictis domina Papę & Ecclesie tantę quam vero domino in omnibus & per omnia, sicut debent, obediant, pareant, & intendant.

a Extant in arce S. Angeli & in collect. Plat. M.S. Vatis. to. I pag. 178. & lib. priuil. Rom. eccl. 10. 1. pag. 92. cod Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 16. Rescissa ea a Rodulpho Rege, vt in scio ipso gesta.

Præcipue ditionis ecclesie terrę.

A quibus populis exactum contra ius sacramentum.

in arce S. Angeli & in collect. Plat. M.S. Vatis. to. I pag. 178. & lib. priuil. Rom. eccl. 10. 1. pag. 92. cod Vall. sign. lit. B. n. 12 pag. 16. Rescissa ea a Rodulpho Rege, vt in scio ipso gesta.

Porro ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum hæc omnia conscribi, & in publicum instrumentum redigi per magistrum Paulum de Reate apostolica auctoritate tabellionem subscriptum fecimus, atque rogauimus, & proprio sigillo munuimus. Volumus tamen & consentimus, quod si dictum sigillum quouis modo vel casu deperdi, frangi, vel deformari contigerit, nihilominus instrumentum ipsum in suo vigore permaneat ac si de ipso sigillo facta mentio non fuisset. Actum Viterbii in episcopali palatio, in magno consistorio in presentia sanctissimi patris summi Pontificis prædicti domini Nicolai Papa III. & venerabilium patrum cæteris dominorum Cardinalium coram his testibus, scilicet domino B. archiepiscopo Rauennate, domino G. archiepiscopo Corinthiensis, domino H. episcopo Lunensi, domino P. episcopo Firmano, domino... episcopo Viterbiensi, domino R. episcopo Massiliensi, domino... episcopo Burgenfi, domino... episcopo Gallicensi, domino... episcopo Taurinensi, domino... episcopo Famagustano, & domino... episcopo Aurascensi, ac multis alijs clericis, & laicis in multitudine numerosa, anno Domini MCOLXXVIII: 11. kal. iulij indictione VI. pontificatus domini Nicolai Papa III. anno 1.

54 His Gotifredus gestis, datis ad eos populos Romanæ ecclesiæ obnoxios a, quos imperialis cancellarius in verba Rodulphi iurare coegerat, literis præfati sacramenti religione soluit, iussitque in Romanæ ecclesiæ fide, ac potestate persistare; quibus literis præfixus est hic titulus: *Prouidis uiris potestatibus, capitaneis, consilijs, & communibus Bononiensibus, Fauentinis, Foropopuliensibus, Casenatibus, Rauennatibus, Ariminensibus, Urbinatibus, Ceruiensibus, & Forlutenensibus; Montisfriti, & Bertenory, ac alijs communitatibus, vniuersitatibus, & incolis aliorum, ciuitatum, castrorum, terrarum, & locorum partium earundem;* Gotifredus præpositus ecclesiæ Soliensis Salzeburgensis diocesis, magnifici principis domini Rudolphi Regis Romanorum illustris familiaris clericus, & protonotarius salutem in Domino. Excellentissimus princeps, &c. Significat data sibi a Rodulpho Rege Romanorum imperia de ijs ad sedis Apostolicæ obsequium renocandis, atque regias literas inserit, de quibus etiam in Vallicellano b nostro M. S. insigne instrumentum extat, quod cum superioribus consentit. Meminit de Rodulphi literis, ac Flaminia a Nicolao ditioni pontificiæ adiuncta. Iordanus his verbis e: *Ab hoc Rodulpho Nicolaus Papa III. requisit ut Romandiolam resignaret, & exarchatum Rauenna, qui a comitatu distinguebatur, & antiquitus Rauenna erat renator, sicut Roma, & dictas communitates gubernabat, inter quas erat Bononia, ut per Ludouicum I. scribitur Paschali Papa I. hanc regionem per Carolum datam, & recuperatam per Gregorium X. nunc isto repente, mandat Rodulphus omnibus nobilibus terræ, & populis dictæ regionis, ut ecclesiæ Romanæ obediant, & dictum dominium ad Romanam ecclesiam aserit pertinere; & sic Papa possessionem obtinuit. Consentit Ptolemæus Lucensis d in historia ecclesiastica M.S. tradit enim recuperandis pontificijs iuribus intenteum Nicolaum, missio Ioanne Viterbiensi ordinis Prædicatorum religioso viro, tum literis, superiores populos vrbesque ad sedis Apostolicæ obsequium allicere studuisse e: Secundo sui pontificatus anno Nicolaus III. Rodulphum Regem Alemannie requirit super resignatione & exarchatu Rauenna, qui erat principatus super sex ciuitates Romandiolæ, quæ a comitatu distinguebatur. Et infra: Mandat dictus Rex omnibus nobilibus terræ ac po-*

pulis dictæ regionis, ut ecclesiæ Romanæ obediant, atque dictum dominium ad ecclesiam Romanam aserit pertinere. Et sic dictus Papi possessionem obtinet.

55 Egregium quidem Bononiensium studium extitit in admittendo pontificiæ dominatu: publico enim consensu oratores ad Nicolaum miserunt, qui Bononiam ac loca eo spectantia ditioni Apostolicæ subderent: ijsque in sua verba sacramento adactis, Pontifex Giffrido Anagnino, & quem supra diximus, Joanni Viterbiensi prouinciam tradidit, ut coactis præconis voce magistratibus, & ciuibus, ipsos ea omnia, quæ gefissent oratores, rata habere operâ darent. Quos paruissè, literæ b pontificiæ docent. Omnes alias vrbes adijisse, & quæ a procuratoribus acta fuerant, rata haberi a republica harum ciuitatum, sacramentoq; a ciuibus qui a xiv. ad lxx. ætatis annum prouecti erant fidem summo Pontifici Romanæque ecclesiæ obstringi curasse, refert Hieronymus Rubens c: tum alios procuratores ex aduersis factionibus exciuisse, qui, compromisso in Romanum Pontificem facto, coniungendæ concordia rationem illius iudicio permitterent; quæ a Nicolao datis ad Giffridum memoratum literis d confirmata sunt, quem animos ad concordiam comparare atque allicere iussit. e

Ad ineundam vero Æmiliæ possessionem Latinum Ostiensem & Velletrensem episcopum Apostolicæ sedis legatum f, quem Ioannes Villanus g Latinum Cardinalem vocat, atque Brancalonum familia satum Nicolai ex sorore nepotè ait; alterumq; ex fratre nepotè Bertoldum misit h: ac ne discordia aliqua inter ipsos sereretur, Bertoldum Latino subesse iussit, adeo ut nil contra eius imperia auderet, & quæ male gesta rescindi ab illo possent. Communicauit i cum Rege Siciliæ consilia sua Pontifex, præcepitq; ut ad agendas pontificias vires copiæ, quas in Bononiensi agro & Æmilia habebat, operâ legato Cardinali explicarent; cumq; necessitas postularet, ex accepti apostolica beneficentia Siculi regni legibus militarem manum egregie instructâ rogatus submitteret. Impacata quippe erat prouincia l, in quam Guido e Monteferetro exercuerat tyrannidem, ac Geremenses, & Lambertatij contrariarum partium signiferi grauioribus inter se odijs imbuti erant. Ad quos mulcendos regendosque non leui prudentia opus erat: quamobrem legatum Pontifex arcanis literis multis præceptis informauit m, monuitque in neutram partem propenderet. Quæ monita cum a Bertoldo, Guidonis e Monteferetro Lambertatiorum fœderati studioso, seruata non essent, vniuersa Æmilia in grauisimos, vti dicimus tumultus coniecta est.

56 Traditam porro Nicolao Bononiam a Rodulpho Rege Romanorum, scribit Ricordanus Malespina n, ut sacramenti religione, qua ad suscipiendam Asiaticam expeditionem accepto crucis symbolo obstrictus erat, dum ea spe ac lege a Gregorio instaurandæ rei Syriacæ cupidissimo Imperio obtinuit, solueretur: sed longe a Nicolao ea abest calumnia, ut Syriam Saracenis relinquere non curaret, modo Bononia potiretur. Nec minus a rei veritate abhorrent conuitia, quæ ob recuperatam ab Ecclesia Bononiam totamque Flaminiam euomunt Nouatores o. Cæterum historia veritas ea est, Rodulphum prouident se gefsisse, ac restituisse Nicolao iura Ecclesiæ, ut Imperij iura, quæ in Etruria Carolus legari Imperij nomine obtinebat, sine bello recuperaret (quæ de re agendū fufius duximus) ac Nicolaum, Inno-

Bononienses.

ATo. 1. l. 1 ep. cur. 46. b 1b. ep. 47 & 49.

Flaminij.

e Rub. hist. Rauenn. l. 6. Cōtrarijs factionib⁹ concilian⁹ dis data: opera.

d Eod. l. 1. ep. cur. 50. e 1b. ep. 51

Latinus Card. & Bertoldus Vrsin⁹ ad prouinciā recuperā. dā missi. f Ep 120. g 10. Villan. l. 7. c. 54. h To. 2. l. 1. ep 34. i 1b. ep. 70. Expectat a Carolo subsidia: riæ copiæ.

l 1b. ep. 49. 46 & 50. l. 1. ep. cur. 120.

m To. 2. l. 1. ep. 47.

n Ricord. Malesp. hist. Flor. c. 204. 10. Villan. l. 7. c. 54 & a 13.

o Inuidorū in Rom. eccl. ob re cuperata Bonon. d. steria re futata.

o Centur. 13 cap. 7. col 726. Rodulph⁹ restituta Bononia, Etruriam recuperat

centij V. ac Ioannis XXI. exemplo Bononiam a-
liaſque vrbes a Rodulpho iuſſiſſime repetiſſe,
quas Ludouici, Othonis, Henrici, ac Friderici
Imperatorum; atque electorum principum testi-
monio ad ſedem Apoſtolicam antiquo iure ſpe-
ctante conſtabat, quæ Nicolaus ad Rodulphum
transmiſit, vt eorum exemplo eas vrbes iterum
eidem ſedi ad controuerſias omnes tollendas, ſir-
maret, ac ſingularum vrbium nomina exprimeret.
Quæ res ne inſolens videretur, Imperatorum Lu-
douici, Othonis, Henrici priuilegia, ex tabulario
Romanæ eccleſiæ decerpta, atque a Conrado Ro-
dulphi oratore etiam exſcripta miſit.

Speſtabat
antiquo
iure ad Ec-
cleſiam
Bononia.

A To. 2. l. 1
ep 5.
Poſcit a
Rodul-
pho Nico-
laus, vt iu-
ra ab anti-
quis Imp-
tradita cõ-
firmet.

*Nicolaus episcopus ſeruus ſeruorum Dei cha-
riſſimo in Chriſto filio Rodulpho Regi Romanorum
illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.*

57 Ad tuæ deuotionis augmentum, & iurium
Romanæ eccleſiæ claritatem, quod ciuitas Ra-
nenna, & Æmilia, Bobium, Cæſena, Forum-
populi, Forliuium, Fauentia, Imola, Bononia,
Ferrara, Comaclum, Adria, atque Gabellum,
Ariminum, Vrbinum, Montiferetrum, terri-
torium Balneſe cum omnibus iuribus, terri-
torijs atque inſulis in terra marique ad ciuitates
& loca prædicta quoquo modo pertinentibus, ad
nos, & Romanam eccleſiam pleno iure perti-
neant; per alias noſtras literas a te, fili chariſſime,
cum expreſſione nominum prædictorum, ciuita-
tum, caſtrorum, villarum, atque locorum ſub
certa forma petimus declarari; & nihilominus,
vt erga eandem Romanam eccleſiam matrem
tuam ſinceritatis tuæ deuotio amplius cluceſcat,
omnia & ſingula de nouo donari.

Præcipua
locor. ad
eccleſ. ſpe-
ctantium
nomina,

Ne autem per hæc nos aliquod nouum pete-
re, vel a tuis prædeceſſoribus Imperatoribus Ro-
manis inſolitum exiſtames poſtulare, ad tuam con-
ſcientiam plenius ſerenandam, qualiter illa certi
prædeceſſores tui Romani Imperatores expreſſe-
runt, qualiter illa ad Romanam eccleſiam perti-
nere ſub expreſſis terrarum diſtinctionibus decla-
rarunt, tibi de verbo ad verbū tenores priuilegio-
rum ipſorum Imperatorum, ſicut in archiuis Ro-
manæ eccleſiæ reperimus, ſub bulla noſtra tranſ-
mittimus: quorum etiam priuilegiorum aliqua
originalia, in quibus prædictorum, quæ petimus,
habetur plena diſtinctio, dilecto filio fratri Con-
rado nuncio tuo inſpicienda commiſimus, & quoad
hunc articulum exemplanda conceſſimus, quate-
nus ſuper his notæ ſibi veritatis fidelis aſſertor de-
clarationis per eum viſæ relator, omni nube de-
mente tua caliginofa dubitationis excluſa, te poſ-
ſit clarius informare. Tenores autem præfati
eorundem Imperatorum quoad prædicta tales
ſunt.

Contineri
in Ludoui-
ci Imp. do-
natione
oſtendit
Pont.

58 *In nomine Domini Dei omnipotentis Patris,
& Filij, & Spiritus ſancti. Ego Ludouicus Impera-
tor Auguſtus ſtatuo & concedo per hoc pactum con-
firmationis noſtræ tibi beato Petro principi Apoſtolorum,
& per te vicario tuo domino Paſchali ſummo
Pontifici & vniuerſali Papæ & ſucceſſoribus eius
in perpetuum, ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque
nunc in veſtra poteſtate & aitione tenuiſtis & diſ-
poſuiſtis, ciuitatem Romanam, &c. Et infra: Nec
non & exarchatū Rauennatem, ſub integritate cum
vrbibus, ciuitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ pia
recordationis dominus Pipinus Rex, ac bona memo-
ria genitor noſter Carolus Imperator B. Petro Apo-
ſtolo, & prædeceſſoribus veſtris iam dudum per dona-
tionis paginam reſtituerunt: hoc eſt ciuitatem Rauen-
nam, & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forum-
populi, Foruſliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam,*

*Ferrariam, Comaclum, & Adriam, quæ & Ga-
bellum, cum omnibus finibus, territorijs, atque
inſulis in terra marique ad ſupradictas ciuitates per-
tinentibus; ſimul & Pentapolim, videlicet Arimi-
num, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Ancon-
nam, Auſimum, Humanam, Heſim, Forumſem-
pronij, Montemeretri, Vrbinum, & territorium Bal-
neſe, Callem Luciolis, Eugubium cum omnibus
finibus, ac terris ad eaſdem ciuitates pertinentibus.
Item tenor priuilegij Othonis Imperatoris ta-
lis eſt.*

59 *In nomine Domini Dei omnipotentis Patris,
& Filij, & Spiritus ſancti. Ego Otho Dei gratia
Imperator Auguſtus vna cum Othone glorioſo Rege
filio noſtro, diuina ordinante prouidentia, ſponde-
mus atque promittimus per hoc pactum confirma-
tionis noſtræ tibi B. Petro principi Apoſtolorum, &
clauigero regni cælorum; & per te vicario tuo domino
Ioanni ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ duode-
cimo, ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque nunc in
veſtra poteſtate, atque ditione tenuiſtis, & diſpoſui-
ſtis ciuitatem Romanam, &c. Et infra: Nec non
exarchatum Rauennatem, ſub integritate cum vrbibus,
ciuitatibus, oppidis, & caſtellis, quæ pia me-
morie dominus Pipinus, & dominus Carolus excel-
lentiffimi Imperatores * videlicet noſtri B. Petro
Apoſtolo, & prædeceſſoribus veſtris iam dudum per
donationis paginam contulerunt; hoc eſt ciuitatem
Rauennam, & Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forum-
populi, Foruſliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam,
Ferrariam, Comaclum, & Adriam, atque Gabellum
cum omnibus finibus, territorijs, atque inſulis ter-
ra marique ad ſupraſcriptas ciuitates pertinentibus;
ſimul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſau-
rum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Auſimum,
Humanam, Heſim, Forumſempronij, Montemeretri,
Vrbinum, & territorium Balneſe, Callis Lu-
ciolis, & Eugubium cum omnibus finibus & terri-
torijs ad eaſdem ciuitates pertinentibus. Item tenor
priuilegij Henrici Imperatoris talis eſt.*

60 *In nomine domini Dei omnipotentis Patris,
& Filij, & Spiritus ſancti. Ego Henricus Dei gra-
tia Imperator Auguſtus ſpondeo, atque promitto per
hoc pactum confirmationis noſtræ tibi B. Petro prin-
cipi Apoſtolorum, & clauigero regni cælorum; & per
te vicario tuo domino Benedicto ſummo Pontifici, &
vniuerſali Papæ, ſicut a prædeceſſoribus veſtris uſque
nunc in poteſtate veſtra ac ditione tenuiſtis, & diſpo-
ſuiſtis ciuitatem Romanam, &c. Et infra: Nec non
& exarchatū Rauennatem ſub integritate cum vrbibus,
ciuitatibus, oppibus & caſtellis, quæ pia recorda-
tionis domnus Pipinus, & domnus Carolus, et do-
mnus Ludouicus, et Otho, et itidem Otho filius eius,
prædeceſſores videlicet noſtri B. Petro Apoſtolo, et
prædeceſſoribus veſtris iam dudum per donationis pa-
ginam contulerunt: hoc eſt ciuitatem Rauennam, et
Æmiliam, Bobium, Cæſenam, Forumpopuli, Fo-
rumliuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferr-
riam, Comaclum, Adriam, atque Gabellum, cum
omnibus finibus, territorijs, atque inſulis terra mari-
que ad ſupradictas ciuitates pertinentibus; ſimul et
Pentapolim, videlicet Ariminum, Piſaurum, Fa-
num, Senogalliam, Anconam, Auſimum, Huma-
nam, Heſim, Forumſempronij, Montemeretri,
Vrbinum, et territorium Balneſe, Callis, Luciolis,
et Eugubium cum omnibus finibus, et territorijs ad
eaſdem ciuitates pertinentibus.*

Datum Romæ apud S. Petrum non. iunij Ponti-
ficatus noſtri anno 1.

61 Poſtulatam a inſuper a Rodulpho, vt in-
tra octo dies, poſt ſuſcepta e Pontificis manibus
Im-

Imperij ornamenta, omnia illa priuilegia roboraturum polliceretur; operamq; daturum, vt Imperij proceres suam adderent auctoritatem. Præterea ab electoribus principibus Ioanne marchione Brandeburgensi, altero Ioanne Saxonie duce, Ludouico comite Palatino Rheni duce Bauaria, Alberto duce Saxonie, atque archiepiscopis, Treuirenfi, Colonienfi, Maguntinenfi, expetiit a, vt publico diplomate confirmarent, non dictas modo vrbes ac loca ditionis apostolicæ esse, verum Siciliam quoque, Sardiniam & Corsicam supremo, atque integro iure ad eâ spectare. Et conceptas eadem pene verborum forma literas ad Germanos præfules, vt ecclesiæ Romanæ in ea re dignitati studerent, dedit b. Non defuisse principes Germanos iustis pontificijs votis, ac literis publicis superiora promulgasse, videbimus.

62 Præscripsit vero Rodolpho c formam, qua iura Romanæ ecclesiæ confirmaturus esset: quæ cum ferè iisdem omnino concepta sit verbis atque ea, qua Lausanæ Rodolphus coram Gregorio X. fidem astrinxit, atque a nobis suo loco iam ante allata d fuit, illa tantum decerpemus, quæ adiecta sunt a Nicolao in exprimendis ditionis ecclesiasticæ locis, vt Rodolphus ea ad pontificium dominatum spectare profiteretur: *Ad has pertinet tota terra, quæ est a Radicofano vsque Ceperanum, Marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissæ Matildis, ciuitas Rauenna, & Aemilia, Bobium, Cæsena, Forum populi, Forumliuij, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclum, Adriam, atque Gabellum, Ariminum, Monsfeltri, territorium Balnense, Pentapolis, Massa Trabaria cum adiacentibus terris & omnibus alijs ad Romanam ecclesiam pertinentibus, cum omnibus finibus, territorijs, atque insulis in terra marique ad prouincias, ciuitates, territoria & loca prædicta quoquo modo pertinētibus, vt supra scriptas prouincias, ciuitates, loca, & territoria; nec non & omnia supra dicta habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu, & honore suo. Verumtamen, cum ad recipiendum coronam Imperij, vel pro necessitatibus Ecclesiæ ab Apostolica sede vocati venerimus de mandato summi Pontificis, recipimus procuraciones siue fodrum ab ipsis. Omnia igitur supra dicta tam proprijs seu specialibus prouinciarum, terrarum, ciuitatum, atque locorum expressa vocabulis; quam etiam non expressa, & quacumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam, de voluntate & conscientia, consilio & consensu principum Imperij libere illi dimittimus, renuntiamus, & restituimus: nec non ad omnem scrupulum remouendum, prout melius valet & efficacius intelligi, de nouo concedimus, conferimus, & donamus, vt sublata omni contentionis & dissensionis materia, firma pax & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium perseuerent. Ad calcem vero literarum hæc adiecta.*

63 *Vt autem hæc omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Nicolao, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici, vestrisque successoribus per nos & nostros successores Romanos Reges & Imperatores obseruentur, firmaque semper & inconuulsa permaneant, præsens priuilegium conscriptum iussimus aurea bulla typario nostræ maiestatis impressa muniri, ac ipsum ad perpetuam soliditatem & certitudinem vobis & ipsi Romanæ ecclesiæ exhiberi. Promittimus insuper quod postquam Romam ad recipiendam vnctionem, coronationem, & imperiale diadema peruenerimus, ipsaque perceperimus, infra octo dies præmissa omnia & singula innouabimus, & de nouo integre & plenarie faciemus.*

Consultum etiam est a Nicolao Caroli iuribus, dum Rodolphum solemnem sacramento adigit, Carolum Regem bello non lacepsurum, nec Siciliam inuasurum. Ad iungendum vero inter eos Reges fœdus, Conradum Rodulphi oratorem, vt rem toties agitatam perficeret, penes se retinuit. Nec dissensit Romanorum Rex: memoratum enim Conradum & Godefridum scripij regij præfectum auctoritate ad ineundas cum Carolo fœderis pactiones munuit, ac Nicolaum, vt illius interpres & arbiter foret, his literis a rogauit.

Sanctissimo in Christo patri ac domino, domino Nicolao, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ summo Pontifici, Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, cum filialis obedi-tionis reuerentia, deuotissima pedum oscula beatorū.

64 Gerentes tanquam deuotissimus vester & ecclesiæ Romanæ filius, de inobliquabilis sanctitatis vestræ reuerentia, qua cuilibet quod suum est, sine personarum delectu, tribuitis æqua lance; & ex seruire charitatis intrinsecæ, qua inter quoslibet Christianæ religionis, & potissime inter illustres & superillustres, vt Reges & principes, ex quorum dissidentia tanto grauius suboriri posset periculum, quanto maiori præminent dignitate; concordiam, vnionem, & amicitiam tanquam pater pijsimus toto corde diligitis, indubitata fiducia plenitudine. Ecce quod super familiaritate, confederatione, & indissolubilis amicitie vnione inter nos & inclytum Carolum Regem Siciliæ, nomine nostro tractanda, facienda, firmanda, seu solidanda per matrimonia, & quascunque obligationes & modos alios, vestra sanctitas viderit expedire, vestra beatitudini nos ducimus committendum, super hoc concedentes, quantum in nobis est, plenam & liberam, ac omnimodam potestatem; constituentes nihilominus honorabiles viros fratrem Conradum de ordine Minorum ministrum superioris Alemanniæ, & magistrum Godefridum præpositum ecclesiæ Solien-sis, veltrum capellanum, nostrumque protonotarium, procuratores nostros ad informandum nostro nomine vestram paternitatem de facti & negotij circumstantijs, cum necesse fuerit, & a vestra sanctitate fuerint requisiti: ratum habentes & gratum quicquid paternitatis vestræ prouidentia super bono concordie, familiaritatis, & amicitie & ipsius solidatione, sub forma præmissa egerit, fecerit, siue nostro nomine duxerit ordinandum. In cuius testimonium, & euidentiam pleniorẽ præsentem literas sanctitati vestræ transmittimus, maiestatis nostræ sigilli robore communitas. *Dat. in castris apud Dyax non. septembris indictione sexta, anno Domini m c c l x x v i i i. regni vero nostri anno v.]*

65 Tradita Conrado & Godefrido pacificendi cum Carolo fœderis a Rudolpho auctoritate, Nicolaus, admissa pacis arbitri prouincia, Carolum Siciliæ Regem ad regni limitem exciuit, vt res melius perducere, nuntijque hinc inde facilius commẽtare possent: *Celsitudinem, inquit b, regiam requirimus & hortamur attente, quatenus in aliquibus regni tui locis Vrbi vicinis te nobis celeriter appropinques, vt in ijs per literas & nuntios frequentius, & commodius, sicut expediet, requiraris; vt per hoc salubrius ac celerius ipsis tractatibus consulatur, nobis sperata prosperitatis dulcedinem, & eidem Regi, nimirum Rodolpho, & tibi fructus vberes producat. Cæpta concordia est cedete primum Etruria Carolo, ac iuribus Imperij Regi Romanorum resti-*

Concilia-re Rodulphum & Carolum medita-tur Nicol.

Obsequi-tur ei Ro-dulphus.

a Extant to. 1. priuile Rom. eccl. M. S. v. 1111 pag. 91.

Regie ea de re licet.

Conradus & Godefridus ad agrandas pactiones instructi auctoritate.

Carolus Rex a Nicol. rogatus, vt ad regni limitem pro tractanda pace accederet.

To. 2. l. 1. ep. 44.

Cedente Etruria Carolo cæpta pax.

restit-

restitutis, de quo iterum sermo recurret inferius.

Siciliam clientelæ nomine Pontifici addictam proficitur Carolus. a Ext. apud Nicol. 10. l. lib. 1. pag. 85. n. 82. b An. Chr. 1276. nu. 38. &c. c Nicol. ubi sup.

66 Professum porro hoc anno solemnè ritu Carolum Regem, Siciliam clientelæ nomine sedi Apostolicæ addictam; fidemque Nicolao, ut iusto, ac supremo domino Romæ coram sede Apostolica adstrinxisse, ostendunt Caroli ipsius literæ, a quibus inter cætera spondet, nunquã se Imperium cum Sicilia coniuncturum. Cum vero ipsdem omnino verbis concepta sint, atque ea, quibus Ioanni XXI. addixisse obsequium vidimus b, prætereunda visæ sunt. Id modo obseruandum, ipsum cæteris titulis Regis Ierusalem nomen adiecisse ipso literarum exordio, atque diem hæc formã ascripisse: *Actum Romæ apud S. Petrum in papali palatio anno mclclxxviii. mense maij xxiv. eiusdem, vi. indictionis, regnorum meorum Ierusalem anno II. Sicilia vero XIII.* Ad rem gestam securis atatibus transfundendam Nicolaus diploma VIII. kal. iunij edidit c, in quo literas Caroli inseruit, atque assentiente sacro Cardinalium senatu clientis officia Carolo accepisse promulgauit.

e Ric. Maless. c. 204 d 10. Villã l. 7 c. 54. e Anton. 3 par. tit. 10 c. 4. S. 1. f Francie. Sanfouin. l. 2. de fam. mil. Vrsin. Primat. in Carolum irarum cause. g Anton. 3 par. tit. 20 c. 3. S. 4. Sanjon. l. 2. & alij. h Itaem. qui sup. c. Vita Nic. M. S. Vallic. bibliot. s. n. lit. C. n. 25.

67 Deuinctum porro illius sacramenti religione Carolum (in quo sponderat inter cætera, nunquam Etruriam Insubriamue cum Sicilia coniuncturum) Etruria, cui publice pacis seruatoris nomine imperitabar, cedere iussit. Molitum id vindictæ cupiditate Nicolaum accusant Ricordanus e, Ioannes Villanus d, S. Antoninus e, Franciscus Sanfouinus f, qui Vrsinæ familiæ historiam conscripsit, pluresque alij ob repulsam, adiectis nonnullis verborum aculeis, quam erat passus, cû a Siculo, ut neptem Vrsino nepoti uxore traderet, flagitasset. Ferunt enim dixisse Carolum, Pontificis genus ob rabros calceos, quibus insigniebatur, dignum non videri, ut cum regio genere misceretur, atque eius principatum hereditarium non esse: atque inde Nicolaum concepto dolore, Roma atque Etruria Carolum detraxisse, adduntq; g aliam in Nicolao irarum causam, Carolum post mortem Innocentij V. Gallicos patres contra Italicos in Pontificis electione fouisse. Quorum fides sit penes auctores. Petij ergo a Carolo Nicolaus, ut Etruria cederet, causatus, ut aiunt h, cum Rodolpho secus de fœdere agi non posse.

68 At quamuis ea res grauiorem Siculo Regi dolorem afferret, ut eam tamen a Romano Pontifice acceperat dignitatem, ita illi restituit, literisque regijs, quem Etruriæ præfecerat, Raymundum e Ponceolis prouincia abire, reddere obsides, atque arcibus præsidarium militem detrahere iussit. Quo accepto latus Nicolaus Latino Cardinali scripsit i, ut loca munita, atque arces reciperet. Eodemque argumento missis dicto Raymundo Poncellano regio in Etruria vicario literis, Ostiensensem episcopum in arces inducere iussit. l

i To. 1. l. 1. ep. cur. 83. l 1b. ep. 84

Charissimus in Christo filius noster Carolus, Latinum Cardinalem alloquitur, m Sicilia Rex illustri, debitum clara sua deuotionis & facta nobis olim ab ipso promissionis obseruans, a vigesimo quarto die presentis mensis septembris proximo futuro vicariam Tuscia absolute, ac libere dimittendo dilecto filio nobili viro Raymundo de Poncellis suo in Tuscia ipsa vicario. sicut per literas regias nuper accepimus, per alias literas suas iniungit, ut eodem die omnia castra, qua pro parte ipsius Regis facit idem nobilis vbique per dictam Tusciam custodiri, in illius manibus libere ac absolute dimittens etiam & assignans, quem illuc propter hoc duxerimus destinandum, dictus nobilis se de vicaria ipsa per se, vel per alium nullatenus intromittat: mandans nihilominus præ-

m Bf. 83. Carolus infenso Pontifici dimissa Etruria, parat.

dictus Rex vniuersis, & singulis castellanis, quibus quorumcunque castrorum per ipsam Tusciam tam per Regem, quam nobilium eorum, seu quemcunque alium pro dicto Rege custodia est commissa, ut ad requisitionem prædicti nobilis omnia ipsa castra runtio, per nos illuc destinando, libere ac absolute dimittant. Nos igitur necessariam utilitatem illarum partium & incolarum earundem, quos interna mente conspiciamus attendentes, &c. Significat Latino episcopo Cardinali data imperia apostolica Raymundo Poncellano Caroli præfecto, ut Etruriæ arces milite præfidario firmatas teneret, donec Ecclesiæ nomine repetitæ essent, ne magno Regis Romanorum damno a nonnullis inuaderentur: atque ideo præcipit, ut cedente Poncellano ad ipsius imperia earum custodiam suscipiat. *Dat. Viterbij xvi. kal. octobris anno 1.*

69 Nec Etruria modo, verum etiam Urbis imperio, quod senatorio nomine obtinebat, iussus Carolus discedere, illico paruit; sui que admirationem ob singularem in tanta potentia erga Pontificem, aduersantem suis commodis, modestiam concitasse, refert Iordanus a: *Rex, inquit, Carolus priuatur officio senatoris, & eodem anno vicaria Tuscia, per eundem, nimirum Nicolaum. Papa misit unum Cardinalem, qui patientiam Regis tentaret super prædictis sibi ablatis: et audito, quod Cardinalem honorifice recepisset, & modeste respondisset, ait: Felicitatem Carolus habet a domo Francia, ingenij perspicacitatè a regno Hispania, Blanca enim matre Hispana erat natus, discretionem verborum a frequentatione Romana curia. Acceperat illum, ut vidimus, a Clemente IV. in Vrbe magistratum Carolus, cum Henricus Alfonsi Regis Castellæ frater, a Romanis senator creatus, ipsos ad rebellionem, inita cum Ecclesiæ hoste infensissimo Conradino coitione, violatisque & expilatis ecclesiarum sacrarijs, concitauit; atque a Pontifice anathemate deuinctus est. Et licet Carolus, suscepto Sicilia regno se adstrinxisset Urbis magistratum nõ correpturum, ad decennium tamen illi contulerat Clemens, ut Henrici Hispani, quem hostem iudicaret, si in pertinacia perstaret, potentiam frangeret, Urbem ad Pontificis obsequium reuocaret, suaque auctoritate rebelles in officio contineret.*

Cum itaque iam Nicolaus vrgeret Carolum, ut magistratu abiret, is exposuit se a Clemente IV. donatum ea dignitate ad decennium, cuius deponendæ tempus in mensem septembrem incideret: ac Nicolaus æquitati standum ratus, Clementis beneficium infringere noluit; sed Carolo Regi proxima ab eo adactò in sua verba die, diploma concessit, ut ex Clementis priuilegio ad decimam sextam diem septembris magistratum Urbis gerere pergeret, ea lege, ut constituto tempore publicæ rei gubernacula restitueret Ecclesiæ. Accepit conditionem Carolus, eaque ipsa die, quæ proxima a nuncupato Pontifici sacramento effluxit, subiectis literis b Nicolao cauit, se Urbis imperium Ecclesiæ redditurum.

Sanctissimo in Christo patri, & domino speciali, domino Nicolao diuina prouidentia sacrosancta Romana ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici Carolus Dei gratia Rex Ierusalem, Sicilia, ducatus Apulia, et principatus Capuæ, Andegauia, Prouincia Foccalq. & Tornodori comes, cum omni reuerentia, & bonore deuota pedum oscula vestrarum.

70 Sanctæ recordationis dominus Clemens Papa IV. prædecessor vester mihi, ut si nobilis vir dom-

a Iord. S. v. n. 10. Urbis gistrat. nullo. repp. Infig. de col. coliat. etum. Mag. rumi. m. ad d. nium. cept.

Caro. g. Nicol. per. re. Urb. adm. st. re. r. b. E. a. p. p. p.

dominus Henricus magnifici principis illustris Regis Castellæ germanus tunc Urbis senator, ab ipso domino Papa ex iustis causis excommunicationis vinculo innodatus, infra tunc proximum festum ascensionis Domini ad sua, & ecclesiæ Romanæ mandata non rediret, ex tunc eiusdem Urbis regimen de consensu populi Romani a iuramento, quod eidem Domino Henrico præstitit, absoluti infra tunc proximum festum omnium Sanctorum ad continuum decennium recipere possem, sub certa forma concessit. Et cum sextadecima die mensis septembris proximo futuri dictum decennium finiatur, præsentis scripto sponte fateor a sanctitate vestra mihi nuper esse concessum, ut retinendo regimen huiusmodi vsque ad prædictum diem, iuxta formam concessionis prædecessoris eiusdem, pœnas in conventionibus tempore traditi mihi regni Siciliæ, inter sanctam Romanam ecclesiæ & me statutas, non incurram, nec iuramentum super eisdem conventionibus plenarie adimplendis, & inuiolabiliter obseruandis a me præstitum, vel quod imminet nunc præstandum, censeri debeat per retentionem huiusmodi violatum; ita quod adueniente dicto die regimen ipsum, & quodcumque aliud in ipsa Vrbe domini liberum, & expeditum omnino dimittam: nisi aliud interim super hoc mihi concedi contingeret per vestras literas concessionem huiusmodi specialiter exprimentes.

Quod si secus per me, vel de mandato meo factum, vel attentatum extiterit, omnes, & singulas pœnas contentas in conventionibus, & collatione prædictis huic annexas articulo, quibus ex tunc me subiaccere per easdem literas decreuistis; eo ipso me noscerem incurrisse: ac prædictum iuramentum a me præstitum, vel quod imminet nunc præstandum, nihilominus violasse, sicut in apostolicis literis per vos mihi concessis plenius continetur, quarum tenor talis est.

Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Carolo Regi Sicilia illustri ad perpetuam rei memoriam, &c. [Repetitis prolixa oratione superioribus de collata a Clemente IV. ad decennium Carolo Urbis senatoria dignitate ob Henrici Castellæ Regis fratris perduellionem, ac literis ipsius Clementis ea de re exaratis, Nicolaus Carolo permittit, ut decennium compleat in eo magistratu, additque hæc imperia.]

71. Custodiam regie presentium auctoritate concedimus, ut retinendo regimen huiusmodi vsque ad prædictum diem, iuxta formam concessionis huiusmodi, pœnas in eisdem conventionibus expressas huic articulo annexas, vel earum aliquam non incurras, nec iuramentum super eisdem conventionibus plenarie adimplendis & inuiolabiliter obseruandis a te præstitum, vel quod imminet nunc præstandum censeri debeat per retentionem huiusmodi violatum; ita tamen, quod adueniente dicto die regimen prædictum, & quodcumque aliud in ipsa Vrbe dominium liberum, & expeditum omnino dimittas: nisi aliud interim super hoc tibi concedi contingerit per nostras literas concessionem huiusmodi specialiter exprimentes. Quod si secus per te vel alios de mandato tuo quomodolibet factum, vel attentatum extiterit, omnes & singulas pœnas contentas in conventionibus prædictis huic annexas articulo, quibus ex tunc te subiaccere decernimus, eo ipso te nosceris incurrisse; ac prædictum iuramentum a te præstitum, vel quod imminet nunc præstandum, nihilominus violasse. Datum Roma apud S. Petrum VII. kal. iunij pontificatus nostri anno 1. [Admissa sunt obsequenti

animo hæc imperia a Carolo Sicilia Rege, vt is subiecta literarum parte profitetur.]

72. Ego autem eandem Ecclesiam, & vos mihi propitios recognoscens, vobis, & per vos successoribus vestris, & eidem Ecclesiæ, solemniter bona fide promitto, quod adueniente dicto die de ipso regimine me vterius nullatenus introritam: sed illud dimittam penitus absolutum; nisi aliud interim super hoc mihi concedi contingerit per vestras literas concessionem huiusmodi specialiter exprimentes. Quod si, quod absit, contrarium facerem, pœnis omnibus huic annexis articulo in conventionibus prædictis totaliter me astringo, & expresse volo & consentio, quod per hoc, vel horum aliquid conventionibus eisdem in nullo penitus derogetur; sed illæ perpetuo nihilominus in suo perpetuo robore perseuerent. Ad quarum obseruationem ita per omnia me teneri fateor, sicut ante prædictam concessionem tenebar; & perinde promitto in omnibus obseruare. In cuius rei testimonium præsentis literas fieri feci, & aurea bulla tyuario regie maiestatis impressa muniri. Datum Roma apud S. Petrum per magistrum Guillelmum de Farumilla præpositum ecclesiæ sancti Amati Duacensis, regnorum Ierusalem & Sicilia vicecancellarium, capellanum vestrum, anno Domini MCCCLXXVIII. die XXIV. mensis maij VI. indictione, regnorum meorum Ierusalem anno II. Sicilia vero XIII.]

73. Cum senatoris dignitate abiturus esset Carolus, Nicolaus ad pontificiam potentiam in Vrbe asserendam constitutione edita cauit, ne in posterum id munus Regi vlli extero, Regibus etiam, & principibus, aut marchioni deferretur. Quae de re hæc Jordanus b. historię commendauit: Constitutionem fecit de electione & domino Urbis, quocumque nomine censeatur, quod non possit eligi ad maius tempus vnus anni absque auctoritate Apostolica sedis, quia tota ciuitas iuris est Romana ecclesiæ, vt patet per capitulum Constantinus xevi. dist. & di. LXIII. c. Ludouicus, quæ constitutio habetur in sexto de elect. His consentanea a Ptolemeo Lucensi in M.S. historia ecclesiastica traduntur. Quæ porro cause Nicolaum ad eam ferendam, constitutionem impulerint, ipse hris verbis exponit.

Nicolaus &c. ad perpetuam rei memoriam.

74. Fundamenta militantis Ecclesiæ in montibus sanctis propheta rememorans, per montes Apostolos & prædicatores patenter insinuat. Et infra. Nunquid obduxit obliuio, quæ Vrbi, quæ incolis nota dispendia intulerunt hætenus peregrina regimina? Nunquid non hæc destructio mœnium, deformatio proueniens ex ruinis, lucè clarius manifestant? Nunquid non hæc fidelium contrectata deposita? Nunquid non hæc ipsa veneranda Dei templa præsentis manu sacrilega diebus nostris nefarie violata proclamant? Quid plura? Nonne ipsius Urbis retroactis temporibus incorrupta constantia sub regentis & tempore nefando subuersa regimine, ipsam Urbem, speculum fidei, tanta reserpsit infamia, vt a matre sua Romana ecclesiæ filia prædicta deuiare compulsæ, quondam Conradinum; qui de venenosa radice Frederici quondam Romanorum Imperatoris colubri tortuosi iusto ipsius Ecclesiæ iudicio reprobati prodijisse videbatur in regulum, quique ad exterminium Romane matris ecclesiæ manifestis indicijs vna cum suis fautoribus aspirabat; in contemptum Dei, suæ matris, ac ipsius Urbis opprobrium paten-

Carolus Nicolai iussis obsequentem fore spondet.

Vrbis administratione reuocata ad Pontificem. Lib. 2. ep. 76. b. lord. M. S. Vat. sign. n. 1960. c. Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 23. c. 29. e. Pto. l. 2. ep. cur. 76. ext. cap. Fundam. de elec. & electi potesta. de in 6.

Maxima incommoda ab externis magistratibus inuecta.

Permissio Nicolai Carolo, vt decennium impleret.

Obiectio Carolo, pœna si idem violaret.

patenter exciperet, recepto faueret, constituens se per hoc tam patenti hostis suæ matris Ecclesiæ filiam adiutricem. Hæc ipsi Romæ præstitere senatores incogniti. Hæc præsidet improvisi, vt gloriosa ciuitas redderetur ingloria, sua stabilitas vocaretur instabilis, suæque constantiæ antiquata soliditas linguis hominum notaretur infirma. [Nonnullisque interiectis hæc sancit.]

Decernitur, nullū Regē vel principē prepotentem Senatorem Vr̄bis futurum.

75 De fratrum nostrorum consilio hac irrefragabili, & in perpetuum valitura cōstitutione sancimus, vt quodcumq; & quotiescūq; senatoris electio, vel alterius quocūque nomine censeatur, qui quocūque modo, quocumque titulo ipsius Vr̄bis debeat præesse regimini, in posterū imminet, nullus Imperator seu Rex Romanorū, aut alius Imperator, vel Rex, princeps, marchio, dux, comes, aut baro, vel qui alterius notabilis præminentia, potentia, seu potestatis, excellentia, vel dignitatis existat; frater, filius, vel nepos eorū ad tempus, vel in perpetuum; seu quiuis alius vltra annale spatium quouis modo, colore, vel causa, per se, vel per aliam personam quomodolibet submitrendam in senatorē, capitaneum, patricium, aut rectorem; vel ad eiusdem Vr̄bis regimen, seu officium nominetur, eligatur, seu alias etiam assumatur absque licentia sedis Apostolicæ speciali, per ipsius sedis literas concessionem licentiæ huiusmodi specialiter exprimentes.

Magistratus rēpus annuum constituit.

Quod si secus factum fuerit, nominationem, electionem, & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas, ac carere omni robore firmitatis, & non solum nominatores, electores, & assumptores; verum etiam ipsi nominati, electi, aut assumpti, si huiusmodi nominationi, electioni, seu assumptioni consenserint, aut se de ipsis quomodolibet intromiserint, intendentes & obedientes eisdem, & omnes dantes in hoc ipsis nominatoribus, electoribus, assumptoribus, aut nominatis, electis, vel assumptis auxilium, consilium, vel fauorem, publice vel occulte; cuiuscumque dignitatis, præminentia, conditionis, aut status extiterint; eo ipso sententiam excommunicationis incurrant: ac nihilominus ipsos nominatos, electos, seu assumptos, si contra præsentem constitutionem prædictis nominationi, electioni, vel assumptioni consenserint, aut se quoquomodo illis ingesserint, & eorum posteros in perpetuum omnibus feudis, priuilegijs, libertatibus, immunitatibus, gratijs & honoribus, quæ a prædicta, seu alijs tenent ecclesijs, censesse esse priuatos, &c.] Aggerit alias pœnas in eos, qui hæc sancita infregerint, decernitq; ciues Romanos, vel in agro Romano oriundos, publicæ rei gerendæ admotum iri. *Dat. Viterbij xv. kal. augusti anno 1.*

Obiectæ ij, qui decerentur, violant, pœnæ.

Anton. 2. 3. 11. 20. 6. 3. S. 1. 2. 3. Cent. 13. cap. 7. col. 726.

10. 2. ep. 24.

76 Adducit eandem constitutionem S. Antoninus a, atque etiam meminere Nouatores b. Quod vero queratur iniuria Carolo senatum ereptam, nulla querelarum occasio subest, si Romanus Pontifex, quod suum erat, repeterit, Romanæque rei curam suscipere voluerit: quam quidem sibi multis nominibus commendatam eleganter in literis ad Latinum Ostiensem episcopum edisserit c: *Alma, inquit, Vr̄bis gesta magnifica resonant, & acta testantur, quod ipsa Vr̄bis dignitatum immensitate præcellens est, & dicitur caput orbis. Ibi quidem Deus omnipotens Ecclesiam suā iudari voluit, & Romano titulo nominari, vt inter se nullam quasi sentiret vocabuli sectionem, & ibi Apostolorum Principis Christi vicarij sedem constituit, vt vere Apostolica censeretur. Ad ipsam itaque Vr̄bem, quæ naturalem nobis originem præbuit, & Romanum*

*populum prædilectum compage nobis tâta specialitatis adiunctos oculos nostros extendimus, mentem dirigimus, & animum eleuamus; ipsoque affectione speciali conspiciamus, & intra nostra præcordia retinemus: cum ad hæc specialiter ob præmissa nos astringat charitatis integritas, & officium apostolicæ seruitutis. Quid enim dignius, quam oculis intentis inspicere fundamenta diuinitas instituta, & eis cum suo adiuncto titulo refoveri? Quid honestius quam nobis illos adstringere, quos prouiso caelestis vniuersi? Quid decentius, quam diligere quos amauit Altissimus, & tantorum honorum prerogatiua vallauit? Et quid magis debitum quam seruare quod disposuit summi prouidentia Conditoris, &c. Commendat multis verbis, vt Caroli administratos, nequa illis iniuria inferatur exeunte magistratu, tueantur, rationemque afferat: *Quia charissimus in Christo filius noster Carolus Sicilia Rex illustis, quem inter alios orbis terra principes charum inter brachia sedis Apostolicæ retinemus, suis claris exigētibus meritis, est amplius honoribus attollendus, &c. Dat. Viterbij xi. kal. aug. anno 1.**

77 Redeuntibus tum ad Romanæ ecclesiæ obsequium nonnullis principibus ac populis, quos ob secutas Conradini partes censuris toties a Pontificibus exagitados vidimus, Nicolaus Latino Ostiensi episcopo A. S. L. vt Guidonem e Monteferetro & alios, quos superioris ab Ecclesia defectionis pœniteret, sacris restitueret, munus demandauit a, Albanensi episcopo b Astenses ciues, Vercellensi c Guillelmum marchionem Montisferrati, Ambrosio Mediolanensi Papienses d, tum Nouarienses e & Vercellenses f in fidelium consortium reuocare iussit. Veronenses etiam salutis immemores ad gremium Ecclesiæ allicere studuit g. At contumaces acerrimis cēsuris defixit h, & Laurentium e Prædicatorum familia religiosum virum Foroliuenses a bello Rauennatibus inferendo abducere imperauit i. Cœptam vero toties, ac toties discussam inter Florentinos Guelphos ac Gibellinos concordiam perficiendam aggressus, Latini Cardinalis opera, cui extorres vr̄bis cum ciuibus conciliandi, cum iam mutuo in Pontificem compromisso obstricti fuissent, prouinciam imposuit l. Exceptus magnis honoribus Latinus primū Guelphos inter se coniunxit, cuius factionis capitauerant Donati, Tosinghi, & Pacij contra Adimaros, qui potentia & opibus florebant, fœderati: quæ re perfecta Gibellinos Guelphis conciliare aggressus, post multas conciones habitas, ita omnium pectora tot annis in peruicacia obfirmata emolliuit, vt ipsos in mutuos amplexus coram populo, ex incredibili lætitia in festas voces effuso, alliceret. Parem nauauit operam Nicolaus m, vt Genuenses contineret, ne pœnem ipsos inter ab Innocentio V. & comites Lauaniæ initam infringent: cumque conculcato illi pontificio imperio, eam violassent, Foroliuensi episcopo munus iniunxit, n vt magistratus reipublicæ Genuensis anathemate ob id scelus defixos promulgaret. Simile allatum studium o, vt Senenses ac Pistorienses reuocatis exulibus veterem amicitiam redintegrarent.

78 Dum pax, iam diu ex ijs vr̄bibus præteritis bellis depulsa, feliciter reuocaretur, incindenda hæresi, egregie hoc est sequenti anno desudatum est: instituti enim fidei censesores, qui in eos legum seueritatem exercerent, ac Sinibaldus Minorita Viterbium ea labe purgare iussus: p Prout crebra insinuatione audiuius, & interdum experimento didicimus veritatis infra ciuitatem Vi-

verbiensem nondum totaliter exterminati supersunt, licet ad reprimendum errores huiusmodi, dum minori fugebamur officio, & curam generalis inquisitoris prauitatis hæreticæ, per sedem Apostolicam gerebamus, studia nostra, sollicitudines conuerterimus, & labores, &c. Explicabant quoque egregie, quo ardebant, animarum zelum e sacro S. Dominici fodalitio fidei censores, inter quos vitæ sanctitate illustris Conradus Paganus, in Insubria gloriosissimo martyrio anno superiori, vt collocat Bozius noster, occubuit. Intulit eximio Christi seruo cruentam necem scelestus Conradus de Venosta, vir impurus atque hæreseos infamia perfusus, qui ad tantum patrandum scelus nefarios alios sicarios conduxerat, in quem ac socios Nicolaus leges distinxit huiusmodi etiam Pontifex Rodulphi Regis Romanorū opem, tantumq; studium in sicarijs hæc infectandis adhibuit, vt anno insequenti coniecti in vincula Bergomi fuerint, quo sumendæ de ijs pœnæ alios crimine deterrent. Nec ad hæreticos modo ad Ecclesiam reuocandos, plectendosque facinorosos incubuit, verum ad ludæos in veteri pertinacia obfirmatos toto orbe sparsos, si fieri posset, ad Christum adducendos curas adiecit; atque inter cæteros Petro, qui in Insubria Dominicanæ familiæ alumnis præerat, Hebrais Euangelium annuantiandi prouinciam imposuit, iniunxitque; vt præsulibus ludæos conuersos humanissime pertractandos pontificio nomine commendaret: vt vero aduersus pertinaces se gereret hæc præscripsit: *De istis, si tales inueneris, qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas, vt circa pertinaces huiusmodi de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis auidis nostris conceptibus iuxta nostra desideria frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prosperatur.*

79. Angendi præterea diuini cultus studio in Vrbe basilicam principis Apostolorū vectigalibus suis curis, dum archipresbyteratū gerebat, auctiorem redditam, amplioribus instruxit; legesque ad ritus sacros, qua par est pōpa & pietatis sensu obseruandos, tulit: e quibus præcipuas decerpimus. De aucto in primis canonicorum numero, qui antea ad decem tantum redactus erat, hæc præfatur: *Quia sine augmentatione facultatum ministrorum numerus seruientium in dicta basilica non poterat conuenienter augeri, nos tunc archipresbyter præfata basilicæ, clementis apud eundem prædecessorem, nempe Ioannem, studio deuote supplicationis insitimus, vt ad eandem basilicam suæ munificentia dexteram aperiret: sicque prouide, quod lati referimus, compertum est, quod tum ex his, quæ idem prædecessor, nostris precibus annuens, præfata basilicæ clementi liberalitate donauit, præter centum libras prouenientes annis singulis de prouentibus altaris præfata basilicæ Romano Pontifici debitas, quas dictus prædecessor, ex tunc vsq; ad viginti annos eidem basilicæ donauit liberaliter & concessit; tum & ex ijs, quæ nos antehac post promotionem nostram de bonis, quæ Cardinalatus nostri tempore habebamus, pro possessionum & reddituum emptione contulimus; nec non ex eis, quæ aliunde per nostram sollicitudinem ipsi basilicæ obuenerunt, per quatuordecim millibus, & centum octuaginta libris proueniētes et ultra, in emptione huiusmodi collocatis, est eidem de bonorum temporalium augmento prouisum, et redditus, ac prouentus ipsius non modicum sunt aduēti. Subdit vt in inito pontificatu eam basilicam, ueluti decus, vt ait, in orbe, ornare maioribus studijs cōtenderit, ac vectigalibus locupletare, additque.*

Præter alia supradicta & mille libras prouenientium, quæ sunt in camera dictæ basilicæ in presentiarum pro anima nostra, conſanguineorum, benefactorum, & aliorum fideiū defunctorum quinque millia librarū prouenientium de bonis Cardinalatus nostri, ac alijs ex nostra prouisione ac sollicitudine acquisitis, ipsi uenerandæ basilicæ offerimus, concedimus, & donamus; ac quingentas marchas sterlingorum, de quibus obtinendis haberi creditur sufficiens certitudo, deputamus ad possessiones emendas, de quarum prouentibus eidem basilicæ sint excreſcendæ facultates. Hæc quidem non ad humanam excellentiam rememoramus inaniter, sed vt presentibus patere possit & posteris, quibus inijs & qualibus incrementis præsens ordinatio radiceatur. Pluribusque interiectis de vectigalibus inter canonicos & alios sacerdotum partiendis, addit.

Quotidianarum distributionum exhibitio vel distributio ipsis canonicis ita fiet: singulis diebus tam ferialibus quam festiuis in matutinis percipiat tres denarios prouenientes unusquisque, in prima unum, in missa tres, in tertia unum, in sexta unum, in uesperis tres, in completorio unum, quod deinceps in choro immediate post uesperas dicetur, præterquam in quadragesima in qua hora consueta cantetur, & in ipsa quadragesima unus denarius adimatur a uesperis & completorio adiungatur. Multa alia ea de re inserit, de que cultu canonicorum hæc sancit.

Statuimus, quod omnes basilicæ supradictæ canonici in ecclesia & in choro, quando diuina officia celebrantur, ac etiam alijs horis, præsertim in publico, cum est ibi aduenientium multitudo, habitum habeant uniformem: a uigilia scilicet omnium sanctorum usque ad sabbatum sanctum superpelliceas lineas deferant, cappas nigras de segia simplices, vel si uoluerint foderatas a singulo vel circa ex parte anteriori fixas inferius & apertas: deinde uero usque ad festam omnium sanctorum lineis togis superpelliceis, siue cottis absque cappis utantur; quod habent, ut accepimus, fieri consuevit. Siue autem pauci essent, siue multi, numquam appareant in eadem, quin saltem succas habeant; & super eas chlamydes ante pectus vel post collum annexas: licet grauius nobis esset, quod semper in ecclesia in eo, quem gestant in choro habitu apparerent. Beneficiati autem nullo tempore appareant in ecclesia præterquam in habitu chori, quem omnes similem cum canonicis omni tempore habeant, succis & capparum apertis exceptis: ipsi namque super clausa uelimenta clausas cappas habeant non apertas, modica dumtaxat in sine cappe, & ante pectus apertura dimissa, per quam brachiū possit extrahi iuxta morem. De diuinis uero magno pietatis sensu peragendis hæc constituta.

Missæ & omnia diuina officia tam pro uiuis quam pro defunctis, in ipsa decandanda ecclesia uel legenda, non dicantur per syncopam, uel transcarsum; sed a canonicis & beneficiatis, quantum eis Dominus dederit, studiose celebrentur pariter & deuote. Missæ omnes conuentuales, festiue, feriales, & etiam pro defunctis, omnesque horum canonicæ anniuersariæ cum cantu peragantur, & nota: in pasceuen tamen fiat quod consuevit fieri. In omnibus missis conuentualibus diaconus & subdiaconus sacris induti uelibus, prout utriusque ordo requirit, ministrant presbytero celebranti. Omnia quoque fiant solemniter plus uel minus, iuxta quod exigunt festi uel celebratio, diei ac temporis qualitas, solemnitas anniuersarij conditio ex beneficij perceptione maioris. Silentium a canonicis & beneficiatis sic in choro obseruetur, cum diuina officia celebrantur, quod nec strepitus siue uociferatio ibi fiat, nec per uerba inutilia mens a

Distributionum inter canonicos ratio.

Forum ornatu in choro.

De sacris ritibus seruandis.

deuotione officij retrahatur. Si quis tamen de ijs, quæ ad officium vel ministerium pertinent, seu alijs vtilibus socio loqui vellet, breuiter & silenter hoc faciat, vt impediatur seu turbari propterea diuinum officium non contingat. Ad incensandum altare, cum ex more hoc fuerit faciendum, non in cappa lineæ, sed sericæ, quæ pluuiiale dicitur, sacerdos accedat. Et infra de excitato a se facello.

Præterea cum ad honorem B. Nicolai quoddam altare in eadem basilica construi & erigi fecerimus, quod diuina nobis assistente clementia disponimus proprijs manibus consecrandum, ad eiusdem altaris ac ministrorum eius duas rubei, duas paonacij violati, duas albi colorum planetas & alios pannos sericos, ac quinque camisos, duos calices, crucem, duo candelabra, thuribulum, nauiculam, cochleare, duas pialas, & duo bacilia argentea, libros, & nonnulla alia ad prædictum altare duxerimus assignanda, & ornatum ipsum velimus in decenti statu seruari; statuimus & ordinamus, quod si prædicta, vel eorum aliquid vetustate annihilari vel consumi, aut alias deficere, vel perire contigerit, de ipsius basilicæ camera taliter suppleantur & etiam restaurentur, quod ornatus ipse in decenti vigore decenter conseruetur, &c. Denique ad propaganda in seculuras artes pia instituta, anathema ijs incutit, qui ipsa resciderint: ac successores rogat, vt hanc sanctionem dissolui non patiantur, cui demum Cardinalium nomina ad scribenda curauit.

Ego Nicolaus catholica Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Ordonius Tusculanus episc. subsc.

Ego frater Benteuenga Albanensis episc. subsc.

Ego frater Robertus Portuensis episc. subsc.

Ego Guillelmus tit. S. Marci presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Iacobus S. Mariae in Cosmedin diac. Cardinalis subsc.

Ego Gottifredus S. Georgij ad velum aureum diac. Card. subsc.

Ego Mattheus S. Mariae in Porticu diac. Cardinalis subsc.

Ego Iordanus S. Eustachij diac. Card. subsc.

Ego Iacobus S. Mariae in via lata diac. Card. subsc.

Dat. Romæ apud S. Petrum per manum magistri Petri de Mediolano S. R. E. Vicecancellarij III. non. february indict. VII. incarnationis Dominica anno MCCLXXVIII. pont. vero D. Nicolai Papæ III. anno II. Quamuis vero is in sequentem a Virginis partu incidat, superiora hoc potissimum anno perfecta referre placuit; de quibus ad hunc annum.

Card. Baronius in schedis notat: Hic, nimirum Nicolaus, inter alia sua gesta in basilica Apostoli S. Petri xxx. beneficiatos instituit, in eademque sub nomine S. Nicolai altare, quod & dicauit, & donis cumulauit, ipsamque basilicam redditibus auxit. Habetur in appendice ad martyrologium eiusdem basilicæ sub die xxii. augusti.

80 Vocabatur ad Hierosolymitanam sedem. Ioannes Dominicanæ familiæ supremus magister, spectata virtutis vir, vt scribit Bernardus b: Eodem etiam anno, nimirum Pontificatus sui primo, fecit, Nicolaus scilicet, patriarcham Hierosolymitanum fratrem Ioannem de Vercellis, magistrum fratrum ordinis Predicatorum. At cum is oneri numeris supponere recusaret, vt in otio rebus vacaret diuinis, Pontifex ipsius animum ad constantiam, ferendosque pro Christo intrepide labores hinc literis excitauit. c

Dilecto filio Ioanni electo Hierosolymitano, quondam ordinis fratrum Predicatorum magistro.

Literarum tuarum series, quas super prou-

fionis forma de te in Hierosolymitana ecclesia destinasti, responsi tui super ea dilata moram excusans, & deinde renuntiationem iuris, si quod tibi ex eadem prouisione competeret, seu competere posset, præmissis quibusdam excusationibus, in sui calce subinferens; materiam multæ admirationis ingessit. Miramur siquidem te, in obedientia & disciplina nutritum & harum in alijs nutritorè, obedire vocationi diuinæ, licet per hominem, Dei tamen vicarium præcedenti tanto tempore distulisse.

Quomodo obedientia bonum a tuis potes exigere subditis, contra quod tibi præsentis renitentis voluntati? Miramur etenim, te qui sub iugo Domini labores voluntarios subiisti, sub eo locum, quo altioris gradus, eo, quamquam maioris laboris, vberioris tamen meriti declinare. Miramur & tertio, te virum consilij, expertaque prudentia non ignarum, tam ecclesiæ supradictæ quam Terræ sanctæ statum a pastore eiusdem ecclesiæ prouidentia & diligentia maxime in spiritualibus dependere, dictas ecclesiam & terram, tempus non modicum in responsionibus deducendo, tam diu exposuisse discrimini; permittendo illas, spiritualis rectoris sollicitudine destitutas, sub quadam, quantum in te fuit, incertitudine fluctuare. Miramur denique, vt alia, quæ admirationem eandem exaggerant, taceamus, si non in hoc tenentis conscientia tuæ remurmurat, immo reclamat: præsertim cum & ordinis tui prouide gubernatio fluctuat, sub nullo, vel saltem dubio & incerto magistro.

O quam parum affectui, quem ad terram eandem habere crederis, ista conuenire videntur! O quam parum in tantæ religionis & deuotionis viro decere putatur, vt locis illis te recuses exhibere præsentem, quæ Redemptor humani generis sua præsentia decorauit: illorum recuses curam gerere, in quibus ipse languores nostros curando mirabiliter, misericorditer abstulit; & dolorem ineffabili pietate portando, proprium sanguinem in pretium nostræ redemptionis effudit! Attende si hæc fama tuæ congruunt, si saluti. Attende quod forte non desunt, qui de te miffitent; qui etiam dicant apertius: Vbi est zelus eius?

81 Licet igitur laudabile reputemus, te districto iudicio tuum ex humanitate insitum recognoscere imperfectum; quia tamen per hoc illius maiori magisque meritorio vacabis obsequio, qui dat lapso virtutem, renuntiationem tuam prædictis expressam literis de fratrum nostrorum consilio non duximus admittendam. Sed scire te volumus, quod omnino de nostra voluntate procedit vt, sicut alias tibi mandasse meminimus, impositum tibi onus regiminis ecclesiæ sapefata deuote recipiens, & pro electo Hierosolymitano te gerens, ipsum regimen & administrationem eiusdem ecclesiæ prosequaris diligentius ad ipsius & terræ prædictæ vtilitatem, etiam dum te ab illis abesse contigerit, sollicitas quantum patietur absentia, operas impensurus. Dat. Viterbij kal. octobris.]

Ingentium virtutum patriarcha in Syria opus erat ad reprimenda illius regionis vitia, quæ ipsam demum funditus euertere. Detestandum quidem facinus Tripoli patratum, vbi lex impura Machometi e fastigio ecclesiæ militiæ templi grauissimo Christianorum scandalo a Saracenis, qui eam Boamundi Tripolitani principis iussu inuaserant, promulgata est a, eiusque vrbs episcopus ab Anteradeni episcopo crudeliter adeo exagitatus est, vt ob insidias vitæ suæ com-

Sacellum ad S. Nicol. honorè extructum a Pont.

Sacra suppellectili ab eodem instructu.

* Baron. in notis M.S.

Aucta. eiusdem basil. sacerdotis, ac ditata.

Ioannes ord. Præd. magister ad patriar chatum Hierosol. vocatus. b. Bernard. in chron. R. Pontif. c. Tom. I. lib. I. ep. cur. 89. & M. S. Val. lic. sign. n. lit. C. n. 49 pag. 73.

comparatas fugere compulsus fuerit. Quare Nicolaus Sydonis & Beriti episcopis, vt Anteradensem ad Romanam curiam proficisci iuberent edixit, iniunxitque Templarijs a, vt egregium copiarum numerum ad hostium propulsandos impetuis intruerent. Nulla vero comparata expeditio, sed vndique cogeantur decimæ ad conficiendum apparatus; de quo ad Maguntinum b atq; ad collectores Veturam archipresbyterum Clusinu c, Gerardum e Mutina d, B. episcopum Eugubinum e cui etiã declarationes quasdam pro ijs cogendis misit f, tum ad archiepiscopum Coloniensem g, vt Traiectensem electũ incusso anathematis metu ad ereptas decimas restituendas cogeret, scripsit. Quæ porro in Syria hoc anno gesta sint, perstringit Sannutus, h Hospitalarios castra ad Margath promouisse, ac Saracenorum præfecto capto, vastitatem agris intulisse: additque Sangulascar Damascum tentasse at non sine clade propulsatum ad Aquas frigidas fuga se recepisse.

82 Deuouerat Eduardus armorum suorum potentiam reparandis Terræ sanctæ rebus, missisque ad Nicolaum oratoribus, symbolũ crucis accepturum spondit, si sacerdotiorum decimas ad sumptus bellicos tolerandas ascriberet. Cui Pontifex, ne sacræ opes frustra absumerentur, respondit i, ea lege ipsi decimas attributum iri, vt ad ipsas refundendas, si expeditionem non conficeret, se obstringeret.

Nicolaus &c. Regi Anglia illustri.

Dilectus filius frater Ioannes de Derlincon ordinis fratrum Prædicatorum, & magistri Henricus & Guillelmus tuæ serenitatis nuncijs (quos contemplatione mittentis, & sua probitatis obtentu benigne recepimus) laudabilibus ad Terram sanctam regis deuotionis affectu, & proposito ad subuentionem terræ ipsius diligenter ac prudenter expositis, ex parte tuæ celsitudinis petierunt decimam ecclesiasticorum reddituum regni Angliæ ac aliarum terrarum tuarum, prout extitit in Lugdunensi concilio ipsius terræ subsidio deputata, vt huiusmodi affectum euidentius per operis effectum exhibeas, & propositum efficacius prosequi valeas, Apostolica tibi auctoritate concedi. Petierunt insuper collectam iam, & colligendam ex decima ipsa pecuniam; cum paratus sis viuiticæ crucis signum assumere, ac per prælatos regni tui, qui ad hoc de nostra licetia se ac suas ecclesias obligabunt, & etiam per sufficientes mercatores cauere idonee, quod si te non transerere contingat, sine diminutione aliqua pecuniam receptam de decima prædicta restitues; tibi ex nunc, præmissis tamen cruce signatione ac cautione presentibus, assignari. Ad suffragium quoq; præmissarum petitionum iidem nuntij addiderunt, quod ex ijs decima & terra dictæ non solum per renouationem pecuniæ, quam in dicto regno renouare proponis; pro eo quod per modos varios est non modicum solito eius valori detractum; sed etiam ex collectionis diligentia & fauore, quem collectio ipsa de tuo nomine fortietur, auctore Domino, sentient magnæ utilitatis augmentum.

83 Sane, fili charissime, huiusmodi tuũ propositũ, & affectum in illo exultanti animo commendantes, in cuius manu Regum corda consistunt, qui ea pro arbitrio suę voluntatis inclinat, ad præmissam puram petitionem nomine tuo factam, tuæ salutis & negotij utilitate pensata, de fratrum nostrorum consilio respondemus, quod si regali magnificentia placeat ad subuentionem terræ præ-

dictæ absolute absque intendimento aliquo publice ac solemniter, prout tantum decet principem, salutiferæ crucis caractere insigniri, nostri propositi est, et parati sumus excellentiæ tuę, postquam taliter cruce signatus fueris, decimam concedere postulatam colligendam, & in tuto seruandam vsque ad tempus generale passagij, & tunc, seu ante fortitan, prout facti qualitas suadebit, tibi de mandato nostro libere assignandam.

84 Circa secundæ vero petitionis articulum; magnificentiam regiam volumus non latere, quod reddimur admodum, conscientia urgente, solliciti, vt decima ipsa in eiusdem terræ utilitatem efficaciter conuertatur, & subsidio, tantis Ecclesiæ vniuersalis laboribus ac oneribus exquisito, terra eadem non fraudetur: propter quod non facile nobis occurrit, qualiter possumus ad hoc animum inclinare, quod concessio pecuniæ, decima ipsa collectæ, multum prædicti passagij tempus anticipet, aut pecunia eadem præmature vel totaliter, vel etiam pro parte alicui assignetur. Verum quia singularia sperantur de tua presentia, fauente Domino, ipsi terræ commoda prouentura, singulariter inducimur ad specialem tibi super hoc gratiam faciendam. Ideoque, vt ad idem passagium te possis præparare commodius, circa petitionem eandem in eo gratiose tuis votis annuimus, quod post huiusmodi tuam cruce signationem tibi viginti quinq; millia marcharum de præfata collecta iam ex decima ipsa pecunia intendimus facere assignari; dum tamen prius ad quantitatem ipsam sine diminutione ac contradictione aliqua restituendam, siue ad mandatum ipsius sedis tibi quouis tempore faciendum, si ex quacumq; causa non transeratur; siue alias sedes ipsa, quandocumque ante tuum passagium dictam repetierit quantitatem, te ac successores tuos obliges præstito iuramento, & tuis super hoc patentibus literis exhibendis, &c. *Dat. Viterbij kal. augusti anno 1.*

Pecuniæ vis ad instruendũ apparatus promissa

IESV CHRISTI

annus 1279.

NICOLAI III. PP. RODVLPHI ROM. REG. 7.
annus 2. MICHAEL. PAL. IMP. OR. 19.

1 **R**elaturus Deo acceptæ dignitatis gratiam Rodulphus Romanorum Rex, votisque Nicolai Papæ obsecutus, sedis Apostolicæ iura, & ea omnia, quæ a Conrado Minorita imperiali oratore in sacro Cardinalium senatu promissa vidimus, confirmauit anno huius seculi septuagesimo nono, indictione septima. Nec modo veterum Imperatorum donationes ratas habuit, verum iterum contulit, gesta contraria rescidit, nec vnquam repetiturum sacramento spondit; tum etiam obtrinxit fidem superiora omnia se corroboraturum, postquam insignibus imperialibus pontificia manu redimitus esset. Qua de re subiectum diploma promulgatum est. a

In nomine Domini Amen. Nos Rodulphus Dei gratia Rex Romanorum semper Augustus. Ad aeternam rei gesta memoriam recognoscimus, & fateamur religiosum virum fratrem Conradum ministrũ ordinis fratrum Minorum superioris Alemannia habuisse a nobis mandatum, sigilli nostri munimine communitum, infra scripti tenoris. Cuius mandati auctoritate nostro nomine processit coram vobis sanctissimo patre domino Nicolao Papa III. & reuerendo cœtu dominorum Cardinalium, ac prælatorum, &

a *Afferatur in arce S. Aug. & extas apud Nicolaum III. l. 1. ep. 13. & in lib. priuil. Rom. eocl. 10. 3. pag. 199. & collectan. Plat. M. S. Vatic. 10. 2. pag. 138. & 10. 2. pag. 32. & in M. S. Val. ic. sign. lit. B. n. 12. pag. 236. & in alio sign. lit. D. n. 1. pag. 69. Imperiale monumetum, quo iura Romanæ eccles. afferuntur.*

aliorum clericorum, & laicorum multitudine copiosas, ad omnia infra scripta, que in literis inde confectis, quarum tenor infra subijcitur, seriosius continentur. Quae quidem omnia, & singula per eundem fratrem Conradum recognita, ratificata, approbata, innouata, de nouo donata, atque concessa; dicta, promissa, acta seu gesta, confirmata siue iurata, prout in eisdem literis, & tenore plenius exprimitur, recognoscimus, & fatemur nomine nostro, & de voluntate nostra recognita, ratificata, approbata, innouata, de nouo donata, atque concessa; dicta, promissa, acta seu gesta, confirmata atque iurata; eaque omnia, & singula nihilominus acceptamus, ratificamus, rata & firma volumus, & decernimus permanere: ac insuper ea omnia & singula confirmamus, innouamus, & nihilominus ipsa de nouo concedimus atque donamus: & ad nostram conscientiam serenandam, & ut praedicta omnia plenarie solidentur, stabiliantur, firmentur, compleantur, & perficiantur, reuocamus, cassamus, annullamus, irritamus, & omnibus viribus vacuamus, quicquid contra praedicta, vel aliqua praedictorum per nos seu per alios nostros nuntios, vel officiales nostro nomine vel mandato, seu quemcumque alium, vel alios quocumque modo, quacunque via factum esset vel promissum siue iuratum: volentes, & consentientes, expresse, quod per hoc quod contra haec factum esset, nullum ius nobis seu successoribus nostris Regibus, aut Imperatoribus Romanis accrescat, vel in aliquo ecclesiae Romanae depereat, tam circa possessionem, quam circa proprietatem.

Præteritorum Regum donationes confirmatae.

Consentimus insuper atque concedimus, quod vos, sanctissime pater domine Nicolae Papa III. & eadem Romana ecclesia per vos, & per alios nunc & semper accipiatis, nanciscamini, intratis, & apprehendatis absque ulla nostra, successorum nostrorum, vel alterius requisitione, auctoritate, vel mandato obtentis siue petitis, possessionem, & quasi omnium contentorum in nostris & praedecessorum nostrorum priuilegijs, confirmationibus, concessionibus, innouationibus, recognitionibus, donationibus, seu iuramentis, & omnium eorum, quae quoquo modo pertinent ad praedicta: & promittimus, quod nos per nos, vel per alium, vel alios non impeaiemus vos, vel nuntios vestros in praedictis, & quolibet praedictorum; sed potius in omnibus praefatis tam adipiscendis, quam tenendis, & habendis nostro posse perpetuo adiuuabimus. Et ut haec omnia plenam omnimode perfectionis & solidationis habeant firmitatem, tactis sacrosanctis Euangelijs iuramus in animam nostram praedicta omnia & singula nos perpetuo inuolabiliter seruaturos.

Res sacra merito corroborata.

Statuimus praeterea regali auctoritate, atque decernimus, ut idem tenor insertus praesentibus eisdem per omnia vires habeat & obtineat, quas habent, & obtinent ipsa litera principales: ita quod si fors ipsas principales literas contingeret quomodolibet depereire, dictus tenor perinde vim & robur obtineat in iudicio & extra iudicium, & in omnibus & per omnia fidem faciat, sicut ipsa principales litera facerent in sua prima figura & integritate manentes, lege seu constitutione aliqua non obstante. Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam ventionem, coronationem, & imperiale diadema peruenimus, ipsaque perceperimus, infra octo dies praemissa omnia & singula innouabimus, & de nouo integre ac plenarie faciemus.

Accepto insigni imperiali, superiora rata habiturum pollicetur Rodulphus.

2 Tenor autem praedictus de verbo ad verbum per omnia talis est. In nomine Domini Amen. Ego frater Conradus &c. usque in finem. Inserta sunt Conradi acta superiori anno, quae cum suo loco attulerimus, hic repetenda non sunt visa. Ijs vero

recensitis subijcit Rodulphus: Porro ad certitudinem praesentium, & memoriam futurorum; & ut haec omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro Nicolao sacrosanctae Romanae ecclesiae summo Pontifici, vestrisque successoribus per nos, & nostros successores Romanorum Reges & Imperatores perpetuo obseruentur, firmaque semper & inconuulsa permaneat, praesens scriptum aurea bulla typhario nostrae maiestatis impressa munitum fieri fecimus, & vobis ad perpetui roboris memoriam exhiberi. Datum Viennae per manum magistri Gottifridi proto-notarij nostri praedicti. Acta sunt haec XVI. kal. martij indictione VII. anno Domini MCCLXXVIII. regni vero nostri anno VI.

Ego Fredericus Salzbουργensis ecclesiae archiepiscopus interfui & per manum Ioannis Chimensis episcopi subscripsi.

Ego Ioannes Chimensis episcopus interfui & subscripsi.

Ego abbas Henricus interfui & subsc.

Ego Iuernbardus Sororiensis episcopus interfui recognoui & subsc.

Ego Rodulphus imperialis aula cancellarius interfui, recognoui, & subsc.

Ego Nicolaus archidiaconus Tudertinus interfui & subscripsi.

Ego Albertus domini Regis Romanorum primogenitus interfui, & subsc.

Ego Hartmannus domini Regis Romanorum filius interfui, & subscripsi.

Ego Fredericus Burgrauus de Geremberg interfui, & per manum domini R. notarij mei subsc.

Ego Henricus marchio de Hanberg interfui, & per manum Alberti notarij comitis Henrici de Furstemberch subsc.

Ego B. comes de Hohimberch interfui, & per manum notarij mei subsc.

Ego Henricus comes de Furstemberch inecrfui, & per manum Alberti notarij mei subsc.

Ego Conradus de Herwilingen notarius Regis Romanorum interfui, & subsc.

Ego Angelus canonicus ecclesiae S. Valent. de Ferent. interfui, & subsc.

Ego H. de Louemberch interfui, & per manum domini Can. Bettuensis subsc.

Ego Ioannes de Edingen interfui, & subscripsi.

3 Confirmata pariter a Rodulpho fuere, quae ab alio oratore Gotifredo post Conradum fuerant promissa. Cum enim regij sigilli praefectus Aemilius, ut dictum est, in Regis Rom. verba sacramento adegisset, ac iuribus Romanae ecclesiae eare detractum esset; Rodulphi iussu Gotifredus Aemiliae vrbes ad ditionem ecclesiasticam spectare professus est, populosque allicere ad Ecclesiae obsequium studuit: ac monitus Rodulphus, ut ad dissidiorum omnes occasiones tollendas iterum Aemiliam, Bobium, Casenam, Forum populi, Forum liuij, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaculum, Adriam, Gabellum, Ariminum, Vrbinum, Montemferetrum, agrum Balnensem suis expressa nominibus sedi Apostolicae concederet, id amplissimo hoc diplomate a perfecit.

Sanctissimo in Christo patri, & domino, domino Nicolao Papa tertio, Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Ad perpetuam rei memoriam.

Summa reipublicae tuitio, de stirpe duarum rerum Sacerdotij & Imperij diuina institutione proueniens, vimque suam exinde muniens, humanum genus salubriter gubernauit in posterum, & reget, Deo propitio, in aeternum. Haec sunt ditio

duo dona Dei, maxima quidem in omnibus a superna collata clementia; videlicet auctoritas sacra Pontificum, & regalis excellentia potestatis. Hæc duo Saluator noster, mediator Dei & hominum Iesus Christus sic per seipsum actibus proprijs, & dignitatibus distinctis exercuit, vt vtraque ab ipso tanquam ex vno eodemque principio manifeste procedere omnibus indicaret.

Ab eo igitur solo, viuo, & vero Deo, recognoscentes omnia, a quo Reges & regna sumpserunt principia, & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ beneficia erga nos innumera recolectes, plenis excitamur affectibus, ea quæ possumus, illi retribuendo, rependere, a qua nobis, & nostris prædecessoribus Regibus Romanis tam grandia, tam excellentia dona conspicimus esse tributa.

Præfati itaque prædecessores ad magnificentiam munerum, & gratiarum quodammodo inefabilem largitatem, quæ de ipsius matris Ecclesiæ vberibus susceperunt, faciem gratitudinis conuercentes; nec minus attendentes, quod eadem mater Ecclesia ipsos in dulcedinis benedictione præueniens, transferendo de Græcis Imperium in Germanos, eisdem dederat id, quod erant; vt grati prædicarentur filij laudabili recognitionis affectu, inter cætera, quæ ipsi Romanæ ecclesiæ confirmarunt, dimiserunt, seu etiam concesserunt totam terram, quæ est a Radicofano vsque Ceperanum; marchiam Anconitanam, ducatum Spoletanum, terram comitissæ Mathildis, comitatum Brittenorij, exarchatum Rauennæ, Pentapolim, Massam Trabarum cum adiacentibus terris; & omnia alia bona, terras, possessiones, & iura ad Romanam ecclesiam pertinentia, in multis privilegijs Imperatorum a tempore Ludouici expressa siue contenta; ipsi beato Petro cælestis regni clauigero, eiusque successoribus, & Rom. ecclesiæ dimiserunt, renunciauerunt, restituerunt, & confirmarunt; & ad omnem scrupulum remouendam, prout melius valeret, & efficacius posset intelligi, contulerunt, concesserunt, & etiam donauerunt, sicut in eorum privilegijs seu literis continetur: nosque postmodum, prout Domino placuit, ad regalis excellentiæ culmen assumpti, vt de susceptis donis innumeris, quæ de manibus dictæ matris accepimus, non minoris recognitionis debitum solueremus, prædicta omnia in præsentia recolendæ memoriæ domini Gregorij Papæ decimi recognouimus, ac ea omnia & singula ipsi pro Rom. ecclesia, se, suisque successoribus recipienti, confirmauimus, innouauimus, & de nouo concessimus, atque donauimus, ipsa nihilominus proprio præfatio corporaliter iuramento firmantes.

4 Verum quia postmodum, absque nostro consensu, scientia, vel mādato, Rodolphus cancellarius noster a ciuibus Rauennatibus, Bobiensibus, Cefenatibus, Foropoliensibus, Foroliuensibus, Fauentinis, Imolensibus, Bononiensibus, Urbinatibus, ac hominibus montis Feretri, Brittenorij, necnon & alijs aliarum ciuitatum, atque illarum partium, & locorum, quæ ipsius ecclesiæ Rom. iuris existunt, iuramentū fidelitatis nomine nostro dicitur recepisse; nos, conspicientes id in præiudicium iuris dictæ matris Ecclesiæ subsequutum, quidquid per eundem cancellarium, seu quemcumque in prædictis ciuitatibus, locis, & terris; seu per homines ipsarum ciuitatum, terrarum, atque locorum, actum, gestum, recognitum extitit siue iuratum, & specialiter prædicta iuramenta, remittimus, relaxamus, & eis expresse renuntiamus: ac prædicta omnia reuocamus, cassamus, annullamus,

irritamus; cassa, & irrita nuntiamus, ac omnibus viribus vacuumus, volentes, statuentes, & consentientes expresse, quod per id nullum ius nobis & Imperio accrescat, vel ipsi ecclesiæ Rom. debeat tam circa possessionem, quam circa proprietatem in ciuitatibus, terris, & locis præfatis, ac hominibus, iuribus, & iurisdictionibus eorundem.

5 Et quia decet regales actus in omni claritate procedere, vt omnem obscuritatem, quam frequenter generalitas consuevit inducere, nostra tollat regalis expressio; ac iura ipsius matris Ecclesiæ per nostram declarationem, quam decernimus esse perpetuam, plenarie solidentur; recognoscimus, fatemur, & oraculo præsentis edicti ad æternam memoriam declaramus, ciuitatem Rauennatensem, & Aemiliam, Bobium, Cefenam, Forum populi, Forliuum, Fauentiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adriam, atque Gabellum; Ariminum, Vrbinum, montem Feretri, territorium Balnense; supra scriptas prouincias, ciuitates, loca, & territoria; necnon, & omnia supradicta cum omnibus finibus, territorijs, atque insulis in terra, marique ad prouincias, ciuitates, territoria, & loca prædicta quoquo modo pertinentibus; ad beatum Petrum cælestis regni clauigero, & ad vos patrem beatissimum dominum Nicolaum Papam tertium, & ad successores vestros Romanos Pontifices, & ad ipsam ecclesiam Romanam pleno iure, ac integre, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, in solidum pertinere; ac vestri & ipsius Rom. ecclesiæ pleni iuris ditiois, ac principatus existere.

Et ad omnem dubitationis scrupulum in posterum abolendam, & vt nostra deuotio erga ipsam matrem Ecclesiam clarius enitescat; prædicta omnia & singula tam proprijs, seu specialibus prouinciarum, terrarum, ciuitatum, atque locorum expressa uocabulis, quam etiam non expressa, prout melius & efficacius ualet intelligi; ipsi beatissimo Petro & vobis, sanctissime pater domine Nicolæ Papa tertie, & per vos successoribus vestris Romanis Pontificibus, & ipsi Romanæ ecclesiæ de nouo libere, plenarie concedimus, conferimus, & donamus, vt sublata omni contentiois, & dissensionis materia, firma pax, & plena concordia inter Ecclesiam & Imperium perseuerent.

Vt autem hæc omnia vobis memorato sanctissimo patri nostro domino Nicolao, sacrosanctæ Rom. ecclesiæ summo Pontifici, vestrisque successoribus, & ipsi Rom. ecclesiæ per nos, & nostros successores Romanorum reges, & Imperatores in perpetuum obseruentur, firmaque semper, & inconuulsa permaneant; præsens nostre recognitionis, declarationis, concessionis, & donationis privilegium de conscientia nostra & expresso mandato conscriptum, iussimus aurea bulla typario nostre maiestatis impressa muniri; ac ipsum ad perpetuam soliditatem, & certitudinem vobis, & ipsi Romanæ ecclesiæ exhiberi. Promittimus insuper, quod postquam Romam ad recipiendam uocationem, coronationem, & imperiale diadema peruenerimus, ipsaque perceperimus, infra octo dies præmissa omnia & singula innouabimus, & de nouo integre ac plenarie faciemus.] Extat etiam imperiale hoc diploma in libro privilegiorum Rom. ecclesiæ, in quo testes apposti, & literæ sigillo regio anno ac die consignatæ sunt: *Testes autem hi sunt, venerabilis frater archiep. Salzbουργensis, Ioannes Kymensis, & Bernardus Secoungensis eccle-*

Contro-
uerforum
antea loco
rum no-
mina ex-
primis,
quæ pon-
tificij iu-
ris esse
pronuntiat.

Omnitu-
res, si quod
in eum
obtinere,
discedit.

Iterū ad
sopiendā
omnem
discordiā
donat.

a Lib. pri-
u. Rom.
eccl. 10. 1.
pag. 98.

ecclesiarum episcopi. Et pluribus etiam alijs adiectis: Signum domini Rodulphi Romanorum Regis inuisibilissimi. Ego Rodulphus imperialis aula cancellarius vice domini Vernerhi archiepiscopi Maguntini per Germaniam sacri Imperij archicancellarij recognoui. Acta sunt hæc anno Domini MCCLXXIX. ind. VII. regnante domino Rodulpho Romanorum Rege glorioso, anno regni eius sexto. Dat. Vienna per manus magistris Gotifridi prapostiti Soliensis protonotarij nostri XVI. kal. martij.

6 Nec sufficere Nicolao visum erat, vt Rodulphus hæc regia auctoritate stabiliret; verum exegerat, vt principes Imperij suo consensu firmarent: quibus cum anno superiori Pontifex formam nuncupandi sacramenti præscripsisset, hoc anno conceptis iisdem verbis subiecto modo præstituerunt. a

Nos principes Imperij vniuersis presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim sibi Romana mater Ecclesia quadam quasi germana ebaritate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen temporaliter tantum præsidendum super terram; plantans in ea principes tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentie, vt ipsius Ecclesie auctoritate suffulti, velut germen electum per ipsorum electionem, illum, qui frana Romani teneret Imperij, germinaret. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesie per luminare maius Christi vicarij illustratum. Hic est qui materiale gladium ad ipsius nutum ex erit, & conuertit, vt eius præsidio pastorum pastor adiutus oves sibi creditas spirituali gladio protegendo communiat, temporali refrænet & corrigat, ad vindictam malefactorum, laudem vero credentium & bonorum.

7 Vt igitur omnis materia diffensionis & scandali, seu etiam rancoris occasio inter ipsam Ecclesiam, & Imperium auferantur; & ij duo gladij in domo Domini constituti, debito fœdere copulati, seipsos exerceant in vtilem reformationem regiminis vniuersi; & nos in actu voluntatis & operis inueniamur filij deuotionis, & pacis, qui tam Ecclesiam quam Imperium conseruare tenemur; quicquid per dominum nostrum Rodulphum Dei gratia Romanorum Regem semper Augustum sanctissimo patri & domino nostro domino Nicolao Papa III. eiusque successoribus, & ipsi Romana ecclesia recognitum, confirmatum, ratificatum, innouatum, de nouo donatum, declaratum, siue concessum, iuratum, et actum, seu factum est per priuilegia, vel quacunque alia scripta quorumcunque tenorum super recognitionibus, ratificationibus, approbationibus, innouationibus, confirmationibus, donationibus, concessionibus, & factis seu gestis tam aliorum Imperatorum & Regum Romanorum predecessorum Regis eiusdem, quam ipsius Regis; & specialiter super fidelitate, obedientia, bonarificentia, & reuerentia per Romanos Imperatores & Reges Romanis Pontificibus, & ipsi Ecclesia impendendis; ac possessionibus, honoribus, & iuribus eiusdem Ecclesie; & nominatim super tota terra, que est a Radicosano vsque Ceperanum, marchia Anconitana, ducatu Spoletano, terra comitisse Mathildis, ciuitate Rauenna, & Aemilia; Bubio, Casena, Foropopuli, Forliuio, Fauentia, Imola, Bononia, Ferraria, Comaclo, Adria, atque Gabello, Arimino, Urbino, Monte Peretri, territorio Balnensi, comitatu Brethenorij, exarchatu Rauenna, Pentapoli, Massa Trabaria cū adiacentibus terris; & omnibus alijs ad prædictam Ecclesiam pertinentibus; cum omnibus finibus, territorijs, atque insulis, in terra, marique ad prouincias, ciuitates, territoria & loca prædicta quoquo modo

spectantibus; nec non super ciuitate Romana & regno Sicilia, cum omnibus ad ipsam spectantibus, tam citra Farum quam ultra; Corsica quoque; atque Sardinia, & ceteris terris, ac iuribus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus; nos nostri nomine principatus in omnibus & per omnia approbamus, & ratificamus; ac eisdem omnibus, et singulis et quibuscunque alijs super eisdem per eundem Regem quoquo modo factis, & in posterum faciendis, voluntatem nostram, assensum, atque consensum vnanimiter, et concorditer exhibebimus: et promittimus, quod contra præmissa, vel aliquod præmissorum, nullo vnquam tempore veniemus, sed ea omnia et singula pro posse nostro procurabimus inuoluntabiliter obseruari. Et vt hæc nostra voluntas, approbatio, ratificatio, assensus, consensus atque promissio a nobis eisdem Romanis Pontificibus, et Ecclesia in perpetuum obseruentur, hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum. Actum et Dat. anno Dom. MCCLXXIX. indictione VII. regnante domino nostro prædicto domino R. Romanorum Rege glorioso, regni eius anno sexto. Editas præterea a singulis principibus electoribus iisdem conceptas verbis colligitur: extat enim Ludouici a comitis Palatini Bauriæ ducis, tū aliæ b Othonis marchionis Brandenburgensis literæ hisce verbis inscriptæ; Otho Dei gratia marchio Brandeburgensis omnibus presentem paginam inspecturis. Complectens ab olim, etc. vt in superiori. Dat. et actum anno Domini MCCLXXIX. II. id septemb. regnante prædicto domino nostro Rodulpho Romanorum Rege glorioso regni eius anno VI.

8 Asserentibus ita Romanæ ecclesie iuramentis principibus electoribus, & vna cū Rodulpho Rege Romanorum professis, Bononiam, aliasque Aemilia vrbes sedis Apostolicæ obnoxias esse, nauata a Nicolao feliciter est opera ad restituendum in ijs pristinum Ecclesie imperium. Ad sopiendas enim Bononiensium diffensiones Latinum Cardinalem ex sorore nepotem legatum misit b, atque hanc sancienti inter extorres, & ciues fœderis rationem præscripsit c; vt nimirum e qua libet Geremiensium Lambertatorumque factione delecti quinquaginta viri initas rationes confirmarent, bona singulis restituerentur, omniaque in pristinum statum, in quo ante eiectiones Lambertatos erant, reuocentur: exules tamen ad aliquod tempus in patriam redire vetiti: castra denique Bononiensium agri, Francum scilicet & S. Petri communibus Bononiensium sumptibus custodienda, præsidioque pontificio firmanda sanxit. Quo vero ciues in mutua concordia continerentur, neque in diuersas, vt antea, factiones abirent, Bertoldum nepotem Nicolaus præfecit d. Quibus Ptolemæus Lucensis e, ac Hieronymus Rubeus consentanea adducunt: atque ita Bononia nonnullæque aliæ vrbes & pontificia diligentia & Rodulphi Romanorum Regis, ac principum Imperij electorum studijs ad pristinum Romanæ ecclesie obsequium reuocata fuerunt: deque his hæc tenus.

9 Sponderat inter cætera capita, quæ a Rodulpho Nicolaus exegerat, non laceffiturum bello Carolum Regem Sicilia. Grauiores enim inter vtrumque intercedebat controuersia, tum ob Etruriæ principatum Pontificum studijs acceptum, tum ob Prouinciæ & Folkarquerij comitatus, quos Rodulphus veluti Imperij fiduciaros, extincto sine prole mascula Raymundo Berengario Caroli socero, ad Imperium deuolutos contendeat. Cumque ex bellico vtriusque principis congressu Italia & orbi Christiano pernicios immineret, dedit operam Nicolaus componendas fœde-

Principes electores eadem cō firmant.

a Asseruntur ead. in arca S. Angeli, & ext. in lib. priuileg. Rom. eccl. 20. 1. pag. 7. & in collect. Plat. 20. 1. pag. 137. Egregium ea de re monumētum.

Sacerdotij & Imperij clogium.

Insignia pontificie ditionis loca expressa.

fœderis legibus : vtque firmiore vinculo Regum amicitiam adstringeret, Rodolphum sollicitauit, vt consilia conuerteret ad concordiam, eamque affinitatum nexu vinceret.

10 Indefessis, inquit, studijs intendentes, quod inter te & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliae Regem illustrem; quos sibi eadem Ecclesia in filios specialiter adoptauit, & diuina prouisione multorum principes statuit populorum; synceritatis amœnitatis & intima charitatis integritas nutrienda, vt sub potentatus viriisque dominio cessent seculi tempestates, & fluctuationes abeant procellarum; nec indigne infra præcordia nostra gaudio multo reficimur, & exultamus in Domino, dum illam nobis, & tibi, ac eidem Regi sentimus esse propitium, qui gloriosus trinus & vnus vbique seruari præcipit gratiam vnitatis. Nonnullisque interiectis de perditio a se cœpto prædecessorum tractatu, subdit: Et quia indissolubile matrimonij vinculum, diuinitus institutum, ex institutione sui virtutem in se obtinet connectiuam, inter alia non sine multa discussione prouidimus, quod inter te ac regem eundem charitatis vnitas affinitatis linea coniungatur, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 111. non iunij pontificatus nostri anno 11. Perfectum idem matrimonium, Clementiamq; Rodulphi filiam Carolo Martello Regis Siciliae ex filio nepoti nuptui traditam; scribit Ptolemæus Lucensis. b

11 Imposita vero est episcopo Tripolitana prouincia c, vt ad Rodolphum pro cocundo fœdere cum Carolo se conferret, atque a Pontifice hæ fœderis leges a conditæ, vt Rodulphus Carolo ac posteris Prouincia & Forkalquerij comitatus iure fiduciario traderet; proficeretur tamen sui esse consilij Margaritæ Francorum Reginae iuribus non detrahere, nec ad nuncupandum, nisi oratoris opera, fidei sacramentum obstringeret, vocaretur in iudicium: illas præteritis Regibus Romanorum ob negata obsequia iniurias remitteret; nec ob defensionem contra Imperium Siciliam iudicium intenderet: pronuntiaret ardente inter Imperium & Ecclesiam bello, Ecclesia partes a Carolo iure suscipi posse, exortauit inter Siciliae Regem & Imperium controuersia, eam non ferro, sed pontificia sententia dirimendam. Dicta vero Regi Siciliae lex est, ne Imperij terras inuaderet: ac denuntiatum Siculos tum ab illius fide iure discessuros.

12 Ceterum Prouinciam hoc anno pretiosissimo thesauro, qui diutius latuerat, in lucem adducto nobilitatâ, referunt auctores e; Caroli nimirum principis Salernitani Regis Siciliae filij, qui in Prouinciam venerat, pia diligentia sacrum B. Mariae Magdalena corpus in facello, in quo S. Maximinus, vnus ex septuaginta Christi domini discipulis Aqueus episcopus tumulo condiderat, repositis omnibus sepulchris, quæ ibi posita erant, nono mensis decembris repertum, atque referato loculo suauissimum odorem efflasse; ait enim Bernardus Guido f: In villa, qua ab ipso denominata pontificæ sanctus dicitur Maximinus, apertis que omnibus tumulis, qui erant in vitroque latere, hinc & inde; nec non effossa humo, qua erat in medio solo in oratorio memorato, inuentum est corpus sanctum sanctissima Magdalena; non quidem in tumulo de alabastro, in quo primo conditum fuerat, qui ad huc ibi cernitur, cum historijs & sculpturis; sed in alio tumulo marmoreo, ibidem e regione ad dexteram introeuntibus collocato, cum ingenti odoris fragrantia, tamquam si aperta fuisset suauium aromatum apotheca; consequentibus signis, & multis mi-

raculis gloriosis: & ex eius lingua sacratissima, ad huc tunc suo capiti & gutturi inbarente, radix quædam cum ramusculo feniculi exibat, & exterius prominerebat in longum: quam qui præsentem aderrant admirantes, suis oculis clarius conspexerunt, & ab ipsorum aliquibus relatione fidei, & deuota ego ipse, qui hæc scribo, sapius hoc audiui. Quæ radix cum ramusculo diuisa postmodum in particulas ad huc in diuersis locis pro reliquijs conseruatur.

13 In eodem quoque tumulo iuxta sacrum corpus, ad asseuerationem & in testimonium perspicua veritatis, cartellus quidam vetustissimus, conclusus in ligno quodam disposito pro conseruatione a putrefactione, repertus fuit, continens hanc scripturam: Anno natiuitatis dominicæ septingentesimo xvi. die mensis decembris in nocte secretissime, regnante Odoceo piissimo Rege Francorum, tempore infestationis gentis perfidæ Saracenorum, translatum fuit corpus hoc charissima & veneranda B. Mariae Magdalena de sepulchro suo alabastri in hoc marmoreo timore diela gentis perfidæ, & quia secretius est hic.

14 Subdit auctor, se eam chartam perlegisse, ac sequenti anno Carolum conlato ex auro purissimo loculo eleganter elaborato, gemisq; adornato, ingenti pompa coram Narbonensi, Arelateni, & Aqueusi archiepiscopis, magnaque præfulum multitudine, sacrum pignus e marmoreo sepulchro extulisse, atque in ea pretiosissima vna collocasse: Deumque postea ingentia miracula ad illustranda S. Magdalena merita edidisse. Consentit Bernardo Iordanus a his verbis: Carolus ad huc princeps Salerni, postea Rex Sicilia, trãstulisse dicitur corpus B. Mariae Magdalena repertum in tumulo marmoreo ex illo oratorio, in quo S. Maximinus eam tradidit sepultura. Collocatur igitur corpus in capsula pretiosa, caput vero seorsum in quadam pulcherrima theca ex argento & auro ac gemmis fabricata. Traduntur b eadem historia a Ptolemæo Lucensi; qui de instructa solemnibus supplicationibus, qua translata sacra eæ reliquia, pompa addit c: Interfuerunt autem huic translationi archiepiscopus Narbonensis, Arelatenensis, & Aqueus; & multi episcopi sui comitatus, abbates plurimi & religiosi; nec non & multi barones & alij nobiles: in quo loco conuentum fratrum Predicatorum fabricauit, & eis pretiosas reliquias commendauit. At de præclaro pij principis facinore hæc suffecerint: ad Carolum patrem, a quo digressa est oratio, reuertamur.

15 Ad auertenda pericula, qua ex Carolo Siciliae & Hugonis Cyprî Regum controuersijs d, si bello dirimerentur, timebantur nascitura, Nicolaus a Cyprîo, querente sibi a Carolo regnum Hierosolymitanum ereptum, prouocatus, conciliandæ controuersia studio, ne extremum Syriae exitium intestinum bellum afferret, Carolum interpellauit e, vt oratores ad componendam diffensionem instructos auctoritate mitteret. Extracta vero aliquot annis ea controuersia est, donec Caroli potentia Siculorum rebellionem elisa est: mox enim Henricum Cyprî Regem occupata occasione Caroli Regis præfectos Ptolemæide alijsque Syriæ vrbibus eiecisse, inferius visurifumus.

16 Interea Galli, cum Hierosolymitanum regnum ad sui generis principes deuolutum intuerentur, ad amissa præteritis bellis, dum Syria a Germanis Conradini pueri Regis nomine administraretur, recuperanda summo conatu se comparabant. In quo bellico ardore plura hastiludia, vulgo torneamenta nuncupata, in concilio Larentanensi vetita, iniierunt: & quidem tanta pompa-

Ob excurfiones Saracenorû in Prouinciam facrum pignus recõditum fuerat.

Transferretur a Carolo in pretiosissimum loculum.

a Iord. M. S. Vatic. sign. m. 1960.

b Prol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 23. cap. 35. e Eod. lib. cap. 36.

d Sau. 13. p. 12. c. 16. e 17. Cyprî & Siciliae Reges de regno Hierosolym. certant.

e Nic. to. 2. l. 2. ep. 5.

Hastiludia iussu Regis Franc. celebrata.

Ad eam...
Berna...
Prol. Luc...
Hist. eccl...
M.S. l. 23...
cap. 35...
e Eod. lib...
cap. 36...
d Sau. 13...
p. 12. c. 16...
e 17...
Cyprî & Siciliae...
Reges de regno Hierosolym...
certant...
e Nic. to. 2...
l. 2. ep. 5...
Hastiludia iussu Regis Franc. celebrata.

atque apparatu, vt duo millia inuicem conflixerint. Putabant nonnulli rem laudi & glorie, non crimini ducendam: cum in ijs nobiles, velut in quodam belli simulacro, ad propugnandam fidem, regnumque defendendum aptiores fierent: vnde & ter in anno has pugnas confici Rex fanciuerat. Quæ lex etsi speciosa, grauiora mala inuehebat, cum in ijs pugnis non parum sanguinis fundi, ac letitia publica in luctum verti solet; tum magni sumptus profundi, qui in subsidium Hierosolymitanæ rei deriuari debuissent: quocirca ea res adeo seuerè a summis Pontificibus vetita erat, vt qui in huiusmodi certamine mortem oppeteret, sepultura ecclesiastica ex Lateranensis concilij sancitis arceretur. Agente itaque Simone Card. A.S.L. a Philippo Rege de hastiludijs lex rescissa; proximo tamen tempore insigni inconstantia ludicræ pugnæ habitæ, dissimulante Simone tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinale A.S.L. qui seuerè a Nicolao inertie increpitus est, iussusque in eos omnes, qui in congressionem descenderant, solemnè ritu anathematis sententiam promulgare. Nec frustra concitabatur zelo Nicolaus, cum in ludicra huiusmodi pugna tristementum enarret Nangius b, Robertum nimirum comitem Clarimontis malleorum ictibus ab aduersarijs, incalescentibus, vt sit, sensim ex ira animis, contusum adeo capite, ac debilitatum fuisse, vt in perpetuam amentiam, magno ob tanti principis iacturam damno inciderit. Ex quo tristi hastiludiorum exitu pontificij zeli æquitas illustrari potest, quo in censurarum apostolicarum contemptores subiectis literis inuectus est.

*Dilecto filio S. tit. S. Cæciliæ presbytero
Card. A.S.L.*

17 Literarum tuarum series, charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Francorum illustrem edictum suum de torneamentorum exercitio vsque ad passagium generale vitando, cum baronum & aliorum magnatum regni Franciæ consilio editum, nuper ad eorum instantiam reuocasse; ac postmodum torneamenta in tua proclamata præsentia, & demum contra sedis Apostolicæ prohibitionem excommunicatione subnixam, non sine graui contemptu clauium præsumpta, describens; præsumptorum nouam, & in illis partibus, sicut fertur, hætenus inauditam temeritatem arguit, contumaciam & in deuotionem accusat illorum, quibus consulentibus idem edictum processerat, quibusque instantibus est eius reuocatio subsecuta, varietatem & inconstantiam notabilem detegit; tuumque in his damnosum notat silentium, & non sine nota desidia reprehendit; nobis proinde ac fratribus nostris non leuis propinans amaritudinis calicem, & admirationis, ac turbationis materiam subministrans. Nunquid enim amaritudine vacat audire dictum Regem, tanti patris filium, tanti genitoris heredem inclytum, in eo ab illius laudabilibus semitis declinasse, vt censuram ecclesiasticam contemni taliter a suis subditis pateretur?

O quam inuitus claræ memoriæ suus genitor ille piissimus prædictæ reuocationis instantiam admisisset! O quanti hoc redemisset libentius, quam in suæ ditioni subiectis talia tolerasset! Nunquid iterum non amarum patri, considerare filios tam deuotos; comites videlicet, barones, magnates, & alios milites regni eiusdem ab olim titulo præcipue singularis deuotionis insignes, se illius in deuotionis macula insignisse, vt qui consueuerunt cum proprij effusione sanguinis clauium persequi

contemptores, comperiantur in tanta multitudine sic leuiter contempsisse? Nonne admiratione, ac turbatione non vacuum, quod cum, sicut scriptum est, ad dissentendum natura sit hominum facilis, in tam temerariæ nouitatis audaciam cum propriæ salutis dispendio sic facile tam grandis, duorum scilicet millium, vt eadem literæ continent, militum multitudo consensit? Nonne nonnum & nullum vnquam de illorum prædecessoribus habens exemplum, vt crucis pendente negotio, cruce signati maxime se torneamentis, & præcipue contra talem prohibitionem Ecclesiæ immiscerent?

18 Num itaque in his tuum, vt præmittitur, damnosum silentium indigne notatur? Num iniuste tuam in hoc desidiam non absque turbatione miramur? Quis enim credere potuisset, quod sic te pesceret zelus tuus, vt te præsentia factæ præmissæ reuocatio & proclamatio manifestum te obicem non haberent; immo & cum pertinacia in facie resistentem? Nonne debueras in tanto animarum discrimine incalescere, spiritu comminari, ac etiam proferre sententias; adijcere penas, & adiectionis, prout res exigeret, alias inculcare? An sufficere forte putabas ordinationi factæ de torneamentis ter in anno ineundis, vt scribis, non præstitisse consensum, quasi voluntarium præsertim silentium dissensum innueret; & non potius conuientiam dissimulatio præsentaret?

Sane non proficit, sed officit ad prædictam sententiam reuocandam, quod iidem sui persecutores arbitrij, seu multi ex eis propter eam, quin torneamenta incant, non dimittent, dicentes (vt in literis ipsis exprimitur) torneamentorum exercitium armorum fore doctrinam: in quo non peccare se reputant, sed mereri pro eo, quod eos aptiores efficit ad fidem catholicam & præfatum regnum ab hostibus defendenda: cum non sit hæc ratio reuocandi excommunicationis sententiam, quia excommunicatus pertinaciter contumax inuenitur; sed potius aggrauandi, ne reuocationis facilitas contumacibus fiat, & alijs contumaciæ incentiuum: non enim contumacibus vltro est ingerenda remissio, sed humiliter postulantibus indulgenda. Vtrum vero in torneamentorum exercitio mereantur, Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ea prohibentibus, & specialiter Lateranensi concilio, ingerant quæstionem, quod illa sic interdicit aperte, vt decedentibus in eisdem ecclesiasticam denegat sepulturam,

19 Porro qua fronte sibi meriti, vel demeriti iudicium arrogent; & adeo non solum decedentis, sed etiam decretum proprium exequentis partes vsurpent, vt quod in subitatione voluntatis mutata concipiunt, subito præter superioris conscientiam, immo in hoc casu, eius contempta sententia, pro libito exequantur, proculdubio non videmus. Credebamus enim & credimus, immo scimus, quod ad pastorum, & præcipue Romanorum Pontificis, non ad subditorum spectat officium lumen veritatis ostendere, dare salutis conscientiam plebi suæ. Nec ad huiusmodi reuocationem inducit illorum instantia, sed ab ea magis abducit, qui ad eandem sententiam proferendam in regno prædicto, & nouissime his quasi diebus ad ipsam in vicinas partes auctoritate nostra tuo ministerio prorogandam, euidentibus allegatis rationibus institerunt: cum non deceat, vt ecclesiæ Romanæ maturitas inconstantiam sic variantium subsequatur, ipsiusque iudicium adeo de illorum pendere videatur arbitrio, quod ad

a To. 2. l. 2
ep. 13.

b Nang. in
Phil. Eræc
Reg.
Tristis illo
rum exitus
in Roberto
comite Cla-
rimontis.

c Tom. 2.
ead. ep. 13.

Apostolice
aduers.
ea ad
Card. lega-
tum lit.

Philippi
Regis post
reuocata
tam de
ijs legem
inconstan-
tia.

Spretæ sa-
cræ ea in
re censu-
ræ.

Perstringi-
tur Phi-
lip. a S.
Lud. pa-
tris pieta-
te descisu-
isse.

Vt ille
mandatorum
apostolicorum
obseruanti-
ssimus
extiterit.

ipforum nūm sententias proferat, reuocetque prolatas.

20 Caterum quia personam tuam nouimus, nec eius merita ignoramus, processum tuum in premiffis habitu benigno dijudicamus affectu: & supponentes eum secundum conscientiam processisse, circa illa modo subscripto deliberauimus procedendum. Volumus igitur, & discretioni tuæ præsentium auctoritate mandamus, quatenus vniuersos, & singulos comites, barones, milites, ac alios, qui se torneamenti immiscuere prædictis, quos non est dubium præfatam sententiam incurrisse, singulis diebus dominicis & festiuis, pulsatis campanis & candelis accensis, excommunicatos vsque ad satisfactionem condignam in locis, de quibus expedire putaueris, publice nunties, ac ab alijs facias nuntiarī. Et nihilominus ipsos moneas & inducas, vt absolutionis ab eadem sententia beneficium humiliter postulent: tuque ipsis illud taliter postulanti bus benigne, iuxta formam Ecclesiæ, largiaris: impositaque cum misericordia penitentia salutari, ditricte sub iuramenti præstiti debito iniungas eisdem, quod de cætero contra præfatam sententiam nullo modo aliquid attentare præsumant. Quidquid autem in his actum fuerit, nobis, data opportunitate, rescribe. *Dat. apud S. Petrum x. kal. maij pontificatus nostri anno 11.]*

21 Non segnus nauata opera est a Nicolao, ne Galli susceptū in Saracenos bellicum ardorem in Hispanos conuerterent: alebatur enim atrox discordia inter Alfonso Castellæ & Philippum Galliarum Reges ob exclusos, vt suo loco vidimus, in publicis comitijs Ferdinandi primogeniti defuncti a regni successione filios. Et sane cum legati apostolici post susceptos magnos labores, vt Burdegala vtriusque Regis oratores conuenirent, operam dedissent, infecta re, vtrunque exasperatis animis, discessere. Ex quo Pontifex magno dolore ob imminencia eorum Regum inter se bella affectus, Cardinales legatos ad se reuocandos censuit, vt ex ijs præsentibus rem certius cognosceret, maloque consentanea remedia adhiberet: egitque crebris apud Philippum literis; tum apud Castellæ Regem, vt in concordiam eos adduceret, quorum posteriori grauiora Terræ sanctæ pericula ex eo bello enascentia, aliaque mala ingentia, quæ acerbissimis aculeis pontificum pectus conficiebant, proposuit b.

Nicolaus &c. charissimo in Christo filio Regi Castellæ, ac Legionis illustri salutem.

Digne quidem ab olim in horrendorum tuarum, ac charissimi in Christo filij nostri Regis Francorum illustris discordiæ perceptione rumorum Ecclesiæ concitata, felicitis recordationis Ioannes Papa XXI. prædecessor noster tot animarum, corporumque periculis, rerumve dispendijs occurrere cupiens, dilectum filium nostrum Hieronymum tit. S. Potentianæ presbyterum Card. tunc fratrum Minorum generalem ministrum, & fratrem Ioannem magistrum fratrum Prædicatorum ordinum ad hoc elegit idoneos; iniuncto eis, vt tuam & ipsius regis præsentiam adeuntes, te ac ipsum ad pacem & concordiam, iuxta datam eis ex alto prudentiam, sollicitis monitis, & efficacibus exhortationibus inducere procurarent.

Et postmodum nobis, licet insufficientibus meritis, ad apostolatus apicem euocatis, illico periculosa illa dissensio se nostris obtutibus præsentauit, in qua grauibus piorum negotiorum vndique concurrentium, & præcipue Terræ sanctæ periculis recensitis, quæ mentaneis videramus

oculis etiam in minori officio constituti, officij debitum nostra præcordia pupugit, & nostrorum primordia cogitatum ad occurrendum per opportuna remedia tanto & vniuersali discrimini diris aculeis stimulauit, nec indulgit menti nostræ quietem; ita quod sensibus nostris circa hoc cogitatus profundis obtusis ingerebat se nobis adiectio cogitatus, quod pensata diligenter negotij qualitate, ac personis sublimibus, inter quas discordia ipsa vertitur, & alijs horum altis circumstantijs ex impulsu quotidianarum sollicitudinum circumspicis, propter hoc aliquis ex nostris fratribus mitteretur, cuius præsentiam altitudo tanti negotij merito requirere videbatur. Sed quia eorundem fratrum nostrorum tunc paucitas, & aliquorum ex ipsis debilitas, vrgensque molestia deliberationi huiusmodi nostri scrutinijs restiterunt; ne circa idem negotium, quod sic nobis erat, & est cordi, sollicitudo nostra quouis modo torperet, venerabilem fratrem nostrum Benuenutum ipsius Minorum ordinis professorem, nunc episcopum Eugubinum ad te, ac ad Regem præfatum dilectum filium fratrem Ioannem de Viterbio procuratorem ipsius Prædicatorum ordinis, in effectum suasiones, nostraque monita, & consulta in præmissis per ipsum Benuenutum tibi, & per eundem procuratorem dicto Regi plenius exprimenda; & præparanda inter te, ac memoratum Regem pacis, & solidæ concordiæ fœdera, per Cardinalem & magistrum eosdem tunc ad hoc Apostolicæ sedis nuncios reformanda pariter & firmanda; duximus destinandos: eidem fratri Ioanni de Viterbio inter alia in quadam specialitate commisso, ne quicquã omittere videremur, vt apud eundem Regem pro suspensione, seu dilatione saltem cuiuslibet processus hostilis contra te ad tempus insisteret, quo interim facultas adesset plenius eidem negotio prouidendi, & in hac parte de opportuna sollicitudine nil omisso, dilecto filio nostro Simoni tit. S. Cæciliæ presbytero Card. A. S. L. speciales literas nostras sub certa forma direximus, vt ijs, quæ tam Hieronymo Card. & magistro, quam procuratori prædictis eidem legato referenda commisimus, diligenter inspectis, eos in commissione prosecutionis huiusmodi iuxta datam sibi a Deo prudentiam dirigeret, & studiosius informaret.

22 Porro dum inter nos, & prædictum Hieronymum Card. ac magistrum se variæ consultationes & responsiones ingererent, compulsi non euitanda necessitas, qua incessanter circa negotium ipsum impellimur, nobis ipsis non parcere, vel aliorum laboribus indulgere: sicque prouido eorundem fratrum nostrorum communicato consilio, dilectum filium nostrum Gerardum basilicæ XI. Apostolorum presbyterum Card. ad partes illas transmisiimus, vt per eundem, & dictum Hieronymum tunc in Cardinalem, ac magistrum eundem tunc in Hierosolymitanum electum assumptos, tuis & memorati Regis nuncijs conuenientibus inuicem apud ciuitatem Tolosanam (quam locum satis congruum partibus & acceptum eidem negotio existimauimus) certo ad hoc per nos statuto termino, huiusmodi negotium tractaretur; eisdem Cardinali & electo, tibi quoque ac Regi præfato propter hoc, sicut te latere non credimus, speciales literas destinando: & ex præsentia talium personarum, eidem per nos, prout decebat, deputatarum tractatui, sinem Deo placitum sperabamus: vtinam id Altissimus nostris desiderijs ministrasset. Nam, sicut accepimus, tuis nuncijs, seu ipsorum aliquibus occasione loci prædicti certis

De alijs a Nicolao.

Retardati Pont. auctoritate Galli ne exercitū Castellæ inferrent.

Gerardus Card. vrgendæ concordie adhibitus.

Corripit Alfonso Pont. pacis tractatū eū ex-traxisse.

intermissionibus subornatis, negotium ipsum, quod inuite referimus, refugium solaminis non accinxit: sed diffugium tractus longioris indixit, quo per eorundem G. & Hieronymi Cardinalium, ac magistri literas, amare, nec indigne percepto, vt omnibus vias præcluderemus euentibus, eorum consultationi respondimus, quod tibi & sapienti Regi pro alio termino assignando in Vaconia nostras literas, prout ipsi nobis scripserant, miseramus; mandantes eisdem, quod iidem arduitate ipsius negotij attendentes, cum quanta possent diligentia eiusdem negotij prosecutioni vacarent. Verum eodem Card. Hieronymo sui corporis infirmitate detento, & pro arduis negotijs, ac euidenti vtilitate, immo necessitate potius exinde de nostra licentia recedete, dicti Gerardus Cardinalis, & magister, ac tui & dicti Regis nuncij post diuersas discussiones super hoc habitas, in Burdegalensi ciuitate finaliter, vt singulariter omittamus enarrare singula, conuenerunt: & cum ad tractatum pacis reformanda, vel ad treguas ineundas inter alia processissent, prout antea etiam super ijs tractatus extiterat inchoatus, nec pacem, nec treguam hinc & inde, prohdolor! iidem nuntij acceperunt: quinimo, quod acerbius gustare compellimur, tractatibus ipsis omnino succisis, discordes exinde discesserunt.

Burdegalensis ciuitatis re infecta difsoluitur.

23 Profecto nobis ipsis talibus transfixis aculeis, eisdem Gerardo Card. & magistro ruboris post tot labores affectis incendio, & tibi ac Regi prefato ad maiorem forsitan rancorum amaritudinem deductis, & prædictis tractatibus sic succisis, nec minus eidem Terræ sanctæ, cui per hoc multipliciter deperire dignoscitur, animo perplexi compatimur; & cogitatus plurimi nostris sensibus inculcantur. Multa enim mentis turbatione perpungimur, cum tot sollicitudines, & labores, & vigilias inspicimus sic inaniter pertraxisse, quod vnde fauam sperabamus degustare dulcedinis, calix nobis amaritudinis propinatur. Multa, nec mirum, anxiamur angustia, dum in absentia talium personarum incommoda pertulisse sensimus, & ipsos insperato rubore videmus affectos, qui sperabant post labores ad diuinam gloriam exultationis brauium reportare. Et multa nos angit anxietas, dum sic electos principes diffidere conspicimus, quorum dissidio multi principes & populi concitantur, & de grauioribus futuris periculis potest, & merito, dubitari. Multa insuper cordis afflictio præcordiales nostros actus obnubilat, dum per hoc prædictæ Terræ sanctæ negotio sic deperit, quod ipsa terra de sua respirationis remedio grauius hæsitat; compellitur Agarenorum iniurijs laceffita in diuinæ maiestatis offensam, & opprobrium populi Christiani.

Quantum ex eo dolo rem habuerit, exponit Nicolaus.

Ex ea discordia Syriam ad destitutam a Saracenis vastam.

Significat Cardinales ad aulam Ap. reuocari,

Ad hæc confidentes in illo, qui sperantes in se nullatenus derelinquit, in noui casus acerbitate sub spe summi consilij noua consilia perquirere procuramus. Et quia vbi multa consilia, ibi salus, cum fratribus nostris deliberatione præhabita, mature prouidimus legatū, & Gerardum Cardinales prædictos ad nostram præsentiam reuocare, vt eorum, qui de prædictorum tractatum circumstantijs notitiam obtinent plenior, informatione directi, & eorundem Cardinalium aliorumque fratrum nostrorum consilij auxilijsque suffulti, vias vtiliores ad præmissa, dante Domino, perquiramus; per quas nostræ, & tuæ, dictique Regis, & vestrorum regnorum quieti, prædicto quoque Terræ sanctæ negotio de saluari & oppor-

tuno remedio consultaturi: cum nostri sit omnino propositi, sic nos huiusmodi conferre negotijs, sic solertes circa illa curas impendere, ac omni qua poterimus diligentia prouidere, quod extincto discordiæ incetiuo, pacis & concordia, nostris admodum votis accomodæ, mundoque perutilis, & eidem opportunæ negotio redintegratio solida, & Terræ sanctæ remedium prosperum celeriter, Deo auspice, subsequantur, &c. *Et infra*: Serenitatem regiam hortamur, & obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus animi tui decentiam mansuetudine regia muniens, sic ad pacis & vnitatis gaudio te conformes, odiorum fomitibus a te prorsus exclusis, quod Deo & nobis gratificeris, vt gratus tibi & regno tuo de quiete prouideas; & tandem retributionis aternæ præmium merearis. *Dat. Romæ apud S. Petrum v. id. iunij pontificatus nostri anno 11.*

24 Nec huic modo bello præbuerat facem Alfonso, ac se paci difficilem exhibuerat; verum ecclesiasticorum ceruicibus iugum grauius impouerit, eorumque fregerat dignitatem. Quæ iniuria ijs illata septem capitibus distinctæ in regefto pontificio describuntur a his verbis.

Articuli principales, super quibus mittitur venerabilis pater episcopus Reatinus, sunt septem.

Primus est de tertijs ecclesiarum, quas Rex occupauit pluribus iam annis elapsis, & detinet occupatas. De ijs decimarum tertijs addictis templorum fartis reftis rescindendis hæc in episcopi Reatini instructione adduntur. Et si aliquando receperit pater suus ex concessione Apostolica, & ipse idem Rex; concessionis tamen tempora sunt finita iam multis annis elapsis: vnde ipsas irrationabiliter percipit. Nec reuocatur in dubium, quod iniuste percipit, in quorum perceptione nec concessionem, nec consuetudinem, nec præscriptionem allegare potest. Peccat ergo grauius in percipiendo, peccat etiam in modo percipiendi, quia assignantur laicis, & Iudeis etiam in solutionem stipendiorum, vel debitorum, & sic percipiuntur per eos; sed nec de eis congrue que sunt opportuna ecclesijs ministrantur.

Secundus est de custodijs ecclesiarum cathedralium vacantium, & monasteriorum, seu de occupatis in in eis quando vacant. Declarat amplioribus verbis illius rei iniustitiam Pontifex inter cætera quæ eidem nuntio apostolico demandauit: Secundus, inquit, articulus similiter inexcusabilis est, quia nouus, nec attentatus a prædecessoribus suis, sed ab ipso iniuriose præsumptus. Siue ergo recognoscat se facere custodiari bona, vt conseruentur futuro episcopo; siue sibi illa appropriet, siue dicat per modum regalium se intromittere de eisdem, totum nouum est, totum vsurpatum, totum iniuriosum: quia nec a fundatione ecclesiarum, nec ex priuilegio, nec ex longa consuetudine, vel præscriptione hoc habet.

Tertius est de grauaminibus illatis archiepiscopo, & ecclesiæ Compostellanae, terris, & vassallis eorū, sub quo sunt grauamina infra scripta. In primis petitur homagium ab archiepiscopo Compostellano, quod nec ipsi, nec prædecessores sui numquam fecerunt. Item vult habere periticam contra iustitiam. Item grauatur super dominio ciuitatis Compostellanae, & eius exercitio, & super damnis illatis ipsi archiepiscopo occasione discordiæ, quæ fuit inter ipsum archiepiscopum, & ciues Compostellanos. Item grauat archiepiscopum, & ecclesiam Compostellanam in portibus, & vassallis multipliciter, & multa damna, & violentias fecit inferri ecclesijs, & personis ecclesiasticis sibi subiectis.

25 *Quartus articulus est de grauaminibus, & iniurijs*

in iuris illatis per ipsum dominum Regem episcopo, & ecclesie Legionensi.

Quintus articulus est de grauaminibus prelatorum, sub quo rami notabiliores sunt hi: In primis preces minaces & impressiones, quæ fiunt in electionibus & postulationibus ecclesiarum, & magistrorum religionum per Regem & suos, & mala quæ inde contingunt. A prelati et personis ecclesiasticis per varios modos subsidia extorquentur, et sepe exactiones fiunt eis, onera graua imponuntur ipsis, et vassallis eorum. Priuilegia et libertates a iure concessa, et nonnulla a predecessoribus suis indulta et concessa prelati, ecclesiis, et personis ecclesiasticis non seruantur: nec etiam illa, quæ ipse Rex concessit, obseruat. Super rebus immobilibus et violentiis trahuntur clerici ad iudicium seculare, capiuntur, et etiam iudicantur super maleficijs; et in multis libertas ecclesiastica conculcatur. Contra clericos et laicos super crimine usurarum sibi cognitionem usurpans, huiusmodi occasione multos grauat. De spiritalibus processibus et sententijs prelatorum se indebite intromittit, prohibendo eos fieri, inhibendo seruari, vel mandando reuocari, et pigorando interdicta seruantes: et iurisdictionem de testamentarijs causis, et etiam temporalem competentem ecclesijs in nonnullis terris et locis ecclesiarum usurpat. Excommunicationis sententiam fieri prohibet, nisi in certis casibus, scilicet violationis ecclesiarum, iniectiois manuum in clericos, vel decimarum non solutarum; nec exceptio excommunicationis in curia sua admittitur: a paucis annis citra fracti sunt in pluribus locis ecclesiarum thesauri.

26 Liberum non est prelati, & clericis excurrentibus regnum ex causa studij vel peregrinationis, aut alia iusta causa, extrahere pecuniam pro suis necessitatibus extra regnum. Item si ecclesia, vel religiosi acquirunt per donationem possessionem, vel alio iusto titulo vassallos, aut possessiones exemptas ab omni fisco, & regalibus, postquam transeunt ad dominium ecclesie, vel religiosorum, Rex facit possessiones & vassallos ipsos sibi censuales, & tributarios. Item licet ecclesia sit munita legitima prescriptione super aliquibus possessionibus vel vassallis, nisi ad requisitionem Regis ostendant sufficientia munimenta, per quæ ipsos obtinuit, Rex spoliat ecclesias possessionibus, & vassallis huiusmodi, non obstante prescriptione predicta. Item facit prelatos sigillare cedula vacuas, & perhibere per suas literas testimonium de his, quæ non videntur, nec sciunt. Item facit fieri latentes inquisitiones contra clericos, & personas ecclesiasticas, etiã non citatos: & mandat eos capi, interfici, vel puniri per tales inquisitiones; etiam non conuictos, nec confessatos. Item occasione nouæ religionis, instituta ab eo, ecclesie multipliciter aggrauantur. Item priuilegijs sibi ad Apostolica sede concessis ad tempus abutitur, immo magis abutitur transacto tempore; nec eorum etiam originalia ostendit. Item prelati, vel capitulis terra sua non est liberum simul conuenire, & tractare de grauaminibus & iniurijs, quæ inferuntur eis, aut ipsa apostolica sedi referre. Itẽ Iudeos Christianis præponit multipliciter: vnde multa mala proueniunt. Item apostolicas, vel ordinariarum indulgentias publicari per regna sua non patitur, vt ex indulgentijs sibi concessis maius commodum cõsequatur. Sunt & alia multa grauamina, quæ per suam industriam episcopus colligere poterit ex scripturis, quas secum portat & in quibus seriosius grauamina exprimentur, & quæ predictis ramis quinti articuli poterunt applicari, & ad eos reduci.

Sextus articulus est de factio Portugallie; nam cum dicatur Rex Portugallie decessisse, de eo e viuis

sublato hoc anno, dicitur inferius, & credatur regnum ipsum Portugallie ad Dionysium nepotem Regis Castelle filium quondam Regis Portugallie deuenisse, vel deuenire debere; laboret idem Rex Castelle studio efficaci, quod ecclesia libertas & personæ ecclesiasticæ, quæ in ipso Regno inueniuntur notabiliter conculcata, restaurentur.

Septimus articulus est, ultimo & secreto tangendus, videlicet de oppressiõibus & grauaminibus multis illicitis, & iniustitia subditorum.

27 Restituenda pristina ecclesiarum Castellæ libertatis zelo Nicolaus, & crebris præfulum querelis incitatus grauissimis sententijs Alfonsum est adhortatus, vt ministros diuini Numinis, cuius gloria in ijs obscurabatur, pristina restitueret libertati.

Nicolaus, &c. charissimo in Christo filio Regi Castellæ, ac Legionis illustri.

Præpara, quæsumus, in spiritu timoris Domini, & recti consilij mentem tuam, & verba salutaria, quibus te Christi vicarius plenitudine paternæ dilectionis alloquitur, iucunde suscipias, & in præcordiorum tuorum medullis pro conseruanda regia salute dulcescant.

Leua igitur in circuitu oculos tuos, fili charissime, & diligenter aspice. Considera & prudenter, quod ille qui ventis & mari pro libito imperat, te oleo misericordiæ suæ inungens, non sine speciali benedictionis priuilegio, tibi dexteram suæ propitiationis aperuit in magnifica munerum largitate. Nam excelsus ipse super omnes gentes, qui dat affluenter & non improperat; quique absque argento & vlla commutatione sitientes ad aquas euocat refectiois æternæ, in te sensus illuminans lumine suæ virtutis; inter dona multiplicia tibi tradita in diuersis regnis tuo imperio gubernationis commisit habenas, vt cunctis, & maxime colonis in agro Domini constitutis, in operibus iustitiæ fulgeas, & appareas splendore sinceræ deuotionis, & solidæ pietatis amictus.

Verum sicut Rom. ecclesie ac nobis, non sine admiratione, non sine tui compassionē insinuationibus multis antiquis & modernis innotuit, hæc in scrinio tuæ memoriæ otiantur, hæc in tuis manibus non pollent præconijs, quæ potius tuorum actuum nubilo videris gloria vacuare; dum quidem infra regnorum tuorum terminos ancillantur ecclesie, & personæ ac libertas ecclesiasticæ conculcantur, ipsæque ecclesie, prælati, ac personæ præfati exactionibus illicitis, oneribus grauibus, & alias multipliciter aggrauantur; tuque ad bona ecclesiarum ipsarum, & personarum per modos varios & illicitos tuas manus extendens, ac te de personis ecclesiasticis & earum processibus intromittens, in casibus qui iurisdictionem regiam aliquatenus non contingunt, ipsas premis. [nonnullisque interiectis, quibus grauiora ecclesijs imposita onera queritur, subdit:] Hæc siquidem, pensatis, quæ nunc te, ac regna tua fluctuationibus diffidiosis exagitant [propendebant nimirum in Sanctium populorum voluntates, Alfonsusque, vt ex Mariana colligitur, ludibrio haberi cœperat] ad tempus sub silentio transissemus, si conscientia permisisset: sed impendente nos illa ad tui salutem, hæc mouere compellimur, sperantes, quod te ipsum in præmissis ad diuina beneplacita efficaciter dirigendo, tibi & regnis eisdem celerius tranquillitas optata proueniet, & quæ tibi incumbunt, salubrius dirigentur.

28 Præmissa itaque fili, petimus, infra regalis conscientie folium digeras, & tandem cum pe-

a 2b. ep. 6.

Nicolaus
lit. ad Ca-
stell. Regē.
Blandis
illum verā
bis addu-
cere ad of-
ficiū flū-
det Pont.

Euectum
ad ingen-
tem potē-
tiam, vt ec-
clesiasti-
cos tueat-
ur, insi-
nuat.

Quæ ec-
clesiasticis
ab Alfonso
fo illatæ
iniuriæ.

Quæ ec-
clesiasticis
ab Alfonso
fo illatæ
iniuriæ.

a Mariana
de reb.
Hispan. l. 14.
cap. 4.
Ijs emen-
datis, flu-
ctuantire-
gno pacē
facilius
reddidit
iri.

ritis in lege Domini discutias diligenter, an hæc tuae salutis sint obuia, & te coaptent gratiæ Regis Regum: an etiam populis tibi subiectis sint congrua, & quietem regnorum contineant prædictorum: dumque repereris utique super his tuum notabiliter errasse consilium, virgam protinus per teipsum correctionis assumas; & progenitores tuos memorans, ex quorum gestis solemnibus, ut audiimus, colligitur evidenter, quod hi zelatores iustitiæ, ecclesiastici ordinis amatores, & filij deuotionis sinceri multifaria beneficia contulerunt ecclesijs & libertates laudabiles cōcesserunt; regnis quoque & gentibus sibi subiectis, quantum in eis extitit, pacis & prosperitatis commoda procurarunt; præscripta potius forsan negligentia & dolo suo, quam tuæ conscientiæ consensu secuta, sic corrigas studio efficaci, quod diuinam, & Apostolicæ sedis gratiam exinde vberius merearis, & eorundem progenitorum in bonis actibus imitator laudabilis prædiceris &c. *Dat. Roma apud S. Petrum x. kal. aprilis, pontificatus nostri anno 11.*

In eam quoque sententiam Sancio Alfonso filio scripsit a, apud patrem, apud quem plurimum auctoritate poterat, insisteret, ut quæ perperam acta fuerant, emendaret; iussus b etiam Hispalensis archiepiscopus Alfonso ad æquitatem adducere, labemque inultam regio nomini abolere. Quæ vero ratione Petrus episcopus Reatinus in commissio sibi munere gerere se deberet, illum Nicolaus apostolicis pluribus monitis informauit: præcepitque inter cetera, ut caueret strenue, ne Rex inanibus ipsum verbis ac promissis traduceret, sed ut præterita facinora rite expiaret: eliceret ab eo regium diploma, quo nullum ius in terijs decimarum obtinere agnosceret, nec ecclesiasticos fatigaturum in posterum polliceretur: idemque de vacantium ecclesiarum vectigalibus & aliis iuribus præstaret; ac solemnî sacramento ipsius fidem altringere niteretur.

29 Quod ad Alfonso Regem Lusitaniæ superius memoratū spectat, a quo præfules Lusitanos grauioribus affectos iniurijs vidimus, constitutaque a Gregorio X. ad reprimendam illius licentiã acerbiores leges, sublatum e viuis meute martio huius anni, refert Antonius Brandanus d, atque in anceps mortis discrimen adductum ponituisse violati olim iuris ecclesiastici, plura iniuste a se occupata restitui iussisse, filiumque Dionysium Lusitani sceptri heredem ad faciendas iniurias illatas ecclesijs obstrinxisse. Quæ de re testes publicas literas ex Olyssipponensis ecclesiæ archiuo producit, subiectis verbis e conceptas: *Nouerint vniuersi, quod feria tertia, videlicet decimo sexto kal. february, in presentia nostra Durandi episcopi Elborensis, Petri Martini Thesaurarij, &c. & infra, illustris donnus Alfonso Rex Portugallia & Algarbij in mortis articulo constitutus dixit, quod iam dudum intentionis suæ fuerat iurare & stare mandatis ecclesiæ Romanæ, sub conditione videlicet saluo iure regni sui & filiorum & vassallorum suorum; modo vero volebat iurare simpliciter & sine aliqua conditione. Et tunc prædictus Rex in manibus meis prædicti Petri Martini iurauit ad sancta Dei Euangelia, & promisit simpliciter & sine aliqua conditione stare & parere mandatis ecclesiæ Romanæ, & restituere omnia, quæ mandauit occupari, & prælatis omnia bona sua, & de maleficijs satisfacere: & nominauit expresse quadam, quæ ipse occupauerat, quæ statim mandauit restitui, ut Valenzam, Gayam Linbares, Laurianam, Arayolos, Vimearium, et Alcazonas, et fra-*

tribus Templarijs, et alijs religiosis bona sua, facta computatione cum iisdem, presente donno Dionysio primogenito filio eiusdem domini Regis & consentiente: et mandauit prædicto domino Dionysio, quod restitueret omnia alia occupata, quæ sibi in illa hora subuenire non poterant, et maleficia per eundem commissis corrigeret; & quod suum voluit facere testamentum, quod prædictus dominus Dionysius sibi concessit. Acta sunt hæc apud Vlixbonam in domibus dicti domini Regis die supradicta mense ianuarij in æra mcccxxvii. Est annus Christi, in quo oratio nostra versatur, mcccxxix. Qui presentes fuerunt vocati a dicto domino Rege, Donnus Stephanus quondam abbas Alcobatie, qui dictum Regem absoluit in dicto mortis articulo constitutum, &c. Consumptus est eodem morbo paucis post diebus, ut auctor ex obituum S. Crucis libro colligit, e quo hæc verba affert: *xiv. kal. martij obiit donnus Alfonso inelytus III. Rex Portugallia.*

Adducit memoratus auctor eiusdem Regis testamentum, in quo multa pietatis signa explicuit: ad faciendas enim, quas suorum subornatus consilijs intulerat iniurias plurimas, ijs opes legauit. Pontifici vero Romano, quem suæ animæ, & corporis dominum vocat, centum marchas argenti contulit, flagitauitque ab eo, ut apostolica auctoritate extremæ voluntatis tabulas confirmaret.

30 In Vngaria cum Ladislai Regis ignauia res Christiana in maximum periculum a Cumanis gentilibus adducta esset, opesque ecclesiasticæ passim diriperentur, excitatus tandem Rex a Philippo Apostolicæ sedis legato, promulgatis regijs literis se altrinxit, Cumanos, quorum aliqui Christiana sacra susceperant, sed improba vita corruerant, ad baptismum adacturum: e montuosis locis ac solitudinibus, in quibus Scythico more tentorijs fixis viuebant præda & cædibus, in oppida traducturum; si repugnarent, ducturum in eos exercitum: ablata ecclesijs bona restitutum iri: deleturum hæreticos, libertatemque ecclesiasticam contra illius depressores defensurum. Quæ de re Card. Baronius hæc notauit a. *Hoc anno Ladislaus Rex Vngaria coram Philippo Firmano legato apostolico iurauit fidelitatem Romana ecclesiæ: libertatem ecclesiasticam defensurum: quod expelleret quos reperiret hæreticos e regno suo, cogeretque gentem Cumanam ad seruandam fidem catholicam, & ad restituendum bona ablata Christianis. Hæc Buda sub anno Christi mcccxxix. Hactenus Baronius. Sed flagitat tantæ rei dignitas, ut ipsas Ladislai literas b in historiam producamus.*

Ladislaus Dei gratia Vngaria, Dalmatia, Croatia, Rama, Seruia, Galicia, Lodomeria, Cumania, Bulgaria Rex omnibus Christi fidelibus, presentes in specturis, salutem in auctore salutis.

31 Diuinæ visitationis exordium, quo nos Dominus verus oriens visitauit ex alto, quo sanctæ matris Ecclesiæ viscibus aduniamur, lumine catholice fidei illustrati, in progenitore nostro sancto Rege Stephano a sacrosanctæ Romana ecclesiæ recognoscimus, ut debemus. In ipso enim orthodoxæ fidei, diuina afflante clementia, sacri redolentis unguentum: in ipso alluione cælestis gratiæ pullulante vna cum reliquis serenissimis Regibus Vngariæ, claro germine descendentes, ab eadem regni gubernaculum suscipimus, & coronam. Et ut principatum fidei in sacrosanctæ Romana ecclesiæ consistere, eandem Christi thalamum, & Trinitatis hospitium luculentius demonstraret, non a se vel ab alio; sed ab eadem Romana ecclesi-

Tom. 2.

lib. 2. ep. 7.

b 1b. ep. 8.

c 1b. ep. 10.

Petrus episc. Reatinus in Castellam missus.

Monita ei tradita.

Alfonso III. Reg. Lusit. obitus.

d Brandanus mon. march. Lus. sic. l. 15. c. 47. & in append.

e Id. ibid. In anceps mortis discrimine illatas ecclesijs iniurias plangit.

33

Præterea in regno & terris nostro dominio subiectis ab omnibus insolentibus & homicidijs faciendis, ac interfectione Christianorum, & eorundem sanguine effundendo retrahent penitus manus suas: & in antea nullo vniquam tempore, facient, nec patientur fieri huiusmodi aliquatenus per suos famulos & subiectos. Præter hæc iidem procuratores Comanorum eidem domino legato humiliter supplicauerunt, quod ipse dominus legatus procuret ordinare inquisitores aliquos fide dignos, qui per singulas generationes eorum & generationum gradus sibi inuicem quacumque linea attinentes, & per omnes alios subiectos eorum inquirant, & sciant super præmissis omnibus, & singulis veritatem, quam domino legato & nobis referre & exponere teneantur; vt is, qui in aliquo præmissorum transgressor inuentus pœnam ecclesiasticam, quam meretur, ab eodem venerabili patre & Ecclesia ipsam recipiat, & per nos temporalis vindictæ debitam sentiat vltionem. Cæterum sepedicti procuratores Comanorum procuratorio nomine pro se & pro eisdem Comanis renuntiauerunt, & abdicauerunt omnia monasteria, ecclesias, & possessiones monasteriorum, ecclesiarum, & omnium nobilium, ac cæterorum Christianorum, quæ & quas hæcenus iniuste & minus debite occuparunt, & etiam tenuerunt; asserentes eosdem Comanos & se esse paratos ad remittenda & restituenda, iuxta mandatum eiusdem domini legati, omnia & singula supradicta.

Promittimus etiam sub sponsione fidei & præstiti iuramenti ac obligationibus supradictis, quod, vt præmissa omnia & quæcumque alia pro ampliatione fidei Christianæ, & ecclesiasticæ libertatis, ac sublimatione regalis solij & statu pacifico regni nostri idem pater venerandus A. S. L. in conuocatione publica & regni nostri, facienda xx. die post festum B. Ioannis Baptistæ, duxerit ordinanda, acceptabimus, seruabimus; attendi, ac seruari ab omnibus nostræ ditioni subditis firmiter faciemus. Quæ omnia, videlicet tam articulos prænotatos, quam alia, quæ in præfata conuocatione per ipsum dominum legatum fuerint ordinata, & solemniter publicata ad æternam rei memoriam, in nostris scriptis publicis sub bulla aurea seriatim redigi faciemus; ac sic redacta & bullata legato trademus & tradi faciemus præfato. Quod si præfatos Comanos ad prædicta & singula obseruanda & implenda exhortationibus, per suasionibus, rationibus, & precibus forsitan inducere non possemus; recepimus, promissimus, & iurauimus, quod in cōgregatione prædicta contra dictos Comanos indicemus, & faciemus exercitum generalem de regno & terris nobis subiectis; ad quem nostros & regni nostri inuitabimus & inuitari faciemus amicos; ad compellendum eos per dictum exercitum, & alios quoslibet vtilis modis brachio regie potestatis ad recipienda, facienda, ac etiam obseruanda omnia, & singula supradicta. Promittimus sub obligationibus supradictis, quod eos faciemus dare necessarios obsides, custodiendos & tenendos iuxta regnum, & terram nostram ad mandatum & præceptum præfati domini legati in loco seu locis, per illum seu illos, de quo vel quibus eidem domino legato videbitur expedire. In quorum omnium testimonium, memoriam, & notitiam plenior, nec non perpetui roboris firmitatem, præsentibus concessimus literas duplici sigilli nostri appensione, & munimine roboratas. *Dat. Buda. per manus magistri Nicolai aule nostre vicecancellarij, dilecti & fidelis nostri*

De colibenda eorum crudelitate.

Restituendis ecclesijs & monasterijs occupatis a Comanis.

Seruandis legatis decretis.

Si Comani obstant, armis frangendi.

fia, matre omnium & magistra, regni diadema reuelatione diuina meruit obtinere; vt ab ea, quasi quodam capite principali dona sua in omne corpus diffunderet lux diuina, & exortem ministerij se intelligeret esse diuini, qui a Petri soliditate recederet deuinando. Et quia nihil quod lumine clariore præfulgeat, quam in principe recta fides; cupientes toto mentis annisu tentoria fidei dominicæ ampliare, eiusdem sanctissimi Regis Stephani progenitoris nostri vestigijs pro modulo inhærentes; vt in arcam Domini sub vnitatem fidei inter cæteros Comanorum multitudinem, pro parte characteris dominico insignitam, suscepto baptismatis sacramento, quamuis adhuc in via morum errantem, reliquam etiam partem a ritu paganismi ad agnitionem Christianæ fidei, mediante venerabili & sanctissimo patre domino Philippo Dei gratia episcopo Firmano Apost. sedis legato eiusque sancto ministerio, Domini cooperante clemētia, perducamus, quatenus cæleste regnum proficiat per terrenum; solēnter promissimus & iurauimus, quod fidem catholicam, & ecclesiasticam libertatem seruaremus ac teneremus, ac teneri faceremus & seruari in regno nostro & terris nobis subiectis: quodque constitutiones & decreta sanctorum Regum progenitorum nostrorum, & bonas consuetudines eorumdem; nec non omnia alia & singula, quæ nostri progenitores in sua consueuerunt coronatione iurare, inuiolabiliter seruaremus; venerabilique patri domino Philippo A.S.L. & alijs, quibus ex officio competeret, assisteremus debito cum effectu iurisdictionis, & potestatis nostræ brachio, ad comprimendos, & expellendos hæreticos de regno & terris nobis subiectis.

32 Secundo iurauimus in præsentia prædictorum, quod nouem alios articulos, qui fidem catholicam & ecclesiasticam libertatem; nec non Christianorum, & Comanorum statum tangunt, effectualiter impleverimus, & modo simili seruaremus, ac seruari a nostris subditis faceremus. Demum promissimus & iurauimus venerabili patri domino legato præfato, attendere & seruari facere articulos infra scriptos; quos pro cultu iustitiæ & vnitatis fidei obseruanda Vzuc & Tolon principales Comanorum pro se, & vniuersitate Comanorum, quorum vicem & consensum se habere dicebant; in præsentia eiusdem domini legati & nostra solemniter, et publice se facturos, seruatuos, sine refragatione qualibet assumpserunt: & modis omnibus curabimus, & in nostrum suscipimus officium & ministerium regie maiestatis, sub obligatione regni nostri & nostra, eosdem principales Comanorum & vniuersos Comanos articulos infra scriptos fideliter seruatuos, omnem ad hoc, quantum ad nostrum spectat officium, curam & operam impendendo. Qui quidem articuli hoc ordine declarantur; vt scilicet vniuersi Comani & singuli, cuiuscumque ætatis & sexus, qui nondum sunt baptizati, volunt & desiderant recipere baptismatis sacramentum, & suscipere & tenere omnia ecclesiastica sacramenta & quæcumque alia seruanda docet, tenet, & prædicat Romana ecclesia sacrosancta: & idolorum cultura, ac omnibus, & singulis paganorum ritibus dimissis & profus relictis, seruare catholicæ fidei vniōem: & quod descendit, & recedat a tabernaculis suis & domibus filtrinis, & habitare & morari in villis Christiano more in ædificijs & domibus solo fixis, expressius assumpserunt, & conformare se in omnibus moribus & ritibus Christianis promiserunt expresse.

*scri, anno Domini MCCI XXVIII. IX. kal. iulij regni
autem nostri anno VII.]*

Synodus
Budæ ce-
lebrata.
Exstant in
eod. cod.
Vallicell.
pag. 520.

Quæ sint
in ea de-
creta.

34 Celebrati sunt mense septembri ab eodem Apostolicę sedis legato Budæ solemnem episcoporum conuentus ad fidem propagandam, ac pristinum sanctitatis florem in clero populoque reuocandum; in quo editæ sunt plures constitutiones a de corona & tonsura gestandis, ac reliquo præsulum & ecclesiasticorum cultu ad modestiam redigendo; non exercendis indecoris artibus, non circumferendis armis, mulieribus a suo cōmercio ablegandis, fundendis horarijs precibus, gerendis sacerdotijs, non ineundis coitionibus, celebrandis synodis; sacris iniandis ijs, quibus animarum cura demandata est, tuenda in præsulum electionibus ecclesiastica libertate, non adeundo seculari tribunali; de sacrarum reliquiarum cultu, non alienandis ecclesiarum ornamentis, reddenda bonorum ecclesiasticorum administrationis ratione, non profanandis templis, abigendis meretricibus & concubinis, adulteris & incestuosis plectendis; tum multa alia ad mores expoliendos spectantia sancita sunt. Cuius concilij acta nobis ad calcem huius tomi reijcienda visa sunt; quæ quidem ideo videntur imperfecta, cum Ladislaus Vngarię Rex ab impijs subornatus, sacram synodum disturbasset, ac Budensibus dedisset imperia, vt patres vrbe pellerent, nec ad vitam sustentandam commeatu suppeditarent. Cuius facinoris pœnitentem sequenti anno visuri sumus.

Ladislaus violato sacramento Cumanorum mores induit. a To. 1. l. 2 ep. cur. 10. b Reg. post eand. ep. Pontificia pro eo ad officium reuocando opera. c 16. ep. 11 d Ep. 8. e Ep. 9. f Ep. 7.

Is vero adeo in priori suscepto consilio tuenda amplificandæ; Christianæ fidei inconstans exitit, vt mox violato iureiurâdo ad Cumanos gentiles maximo omnium scandalo defecerit. Ad quem e perfidia abducendū, Nicolaus ad Regem Sicilię atque ad Rodolphum Romanorum Regem, vt oratorum suorum opera ad respiscendum adducerent, scripsit b. Reginam etiam Vngarię sollicitauit c vt in tanta re nauaret operã, præterea d episcopos Vngaros ac duces proceresque ceteros, iustissimo zelo pro religionis causa defendenda, confurgerent. Legatum vero suum Philippum Firmanum episcopum non demittere animos, sed constantius ad religionem propugnandam incumbere iussit e, certio remque fecit eo argumento ad Vngarię Regem datas lteras f; quas ad maiorem historie afferendam lucem subijcio.

*Regi Vngarię illustri spiritum consilij
sanioris.*

35 Militantis Ecclesię Pater æternus proprium Filium Iesum Christum, præter quod nemo aliud ponere potest, posuit fundamentum. Ad cuius Ecclesię regimen voluit Christi clementia Romanum Pontificem vice sui deputari ministrum, vt eius fidem, instructionem, atque doctrinam, eloquio veritatis euangelicę traditas, cuncti renati fonte baptismatis teneant, & obseruent. Qui enim sub hac fide laudabiliter cursus vitæ peregerint, Saluatoris gratiam merebuntur; & qui ab ipsa declinauerint, sunt damnationis æternæ sententia feriendi. Hoc itaque ministerium apostolicę seruitutis exposcit, hoc sollicitudo nostra requirit, & ad hoc continuis vigilijs anxiamur potissime, vt fides ipsa vbiliber, seruetur & vigeat, submotis quibuslibet nubibus, clare relucent, & effundat in singulos illam profitentibus libere suos radios claritatis; nec minus pro ecclesiastica libertate seruanda, curis quotidianis insistimus, & quietem quærimus fidelium populorum, in ijs pastoralis officij debitum exoluentes. Vnde non indigne de tua regni que tui salute more pa-

Nicolai ad Ladisl. eo argumento litem.

tris solliciti cogitantes, ab olim intellectis tumultuosis motibus dicti regni & seditiosis tumultibus incolarum illius, qui per dissidia simultatum alterutrum dissidebant, & mutuis congressibus collidebantur immaniter; quæ quidem, dono pacis postposito, regale solium grauer deprimebant, eiusque depresso regimine, non solum in regno ipso vastabantur bona fidelium, sed iura ecclesiarum & aliorum piorum locorum diripiebantur enormiter, & libertatem ecclesiasticam insolentia damnabiliter conculcabat; animarum quoque subsequerentur deploranda pericula, nefanda personarum excidia, & alia fere innumera detrimenta; nos verisimiliter hæsitantes, ne ex ijs fidem ipsam vacillare, libertatem eandem & iustitiam conculcari, ac errores schismaticos pullulare contingeret; licet considerarem interdum, si concursisset cum possibilitate decencia, nostram ibidem exhibere præsentiam, vt circa hæc præsentialiter studia nostra versando, apud Deum & Patrem retributorem omnium in sic gratis & acceptis obsequijs mereremur, tua culmina præseruarem a fluctibus, & tam te quam dicti regni populum præsentialibus reficeremus affatibus, & exhibitionibus spiritualium gratiarum; quia tamen id non patiebatur nostra conditio, nec emergentium vndiq; negotiorum in mensitas permittebat, venerabilem fratrem nostrum Philippum episcopum Firmanum Apostolicę sedis legatum, de cuius industria, circumspectione prouida, & fidei puritate confidimus; ad partes illas, tamquam pacis angelum, de fratrum nostrorum consilio duximus destinandum, vt personam nostram prælati, tibi, ac alijs illarum partium catholicis, & alijs præsentaret; & quæ Deo placitura, dictoq; regno ad salutem profutura, & ad Christianę fidei ac tui status fulcimenta pertinere cognosceret, auctoritate nostra munitus impleter. Vtinam in hac parte nostris desiderijs satisfiat!

Profecto te affectibus paternis alloquimur, & tibi nostrę mentis aperimus intrinseca, vt de patris pectore colligas, quod tuæ prosperitatis cōmoda quærimus, & in tuis successibus prosperis delectamur: deuota quoque horum attentione percipias, quod tuæ salutis zelatores existimus, nec omittimus actus tuos dirigere precibus, interdum linire commonitis, & ad te, cum expedit, correctionis paternę virgam extendere; ac illa feriente a te indecentia quæque prorsus excutere, vt illis expiatis, munde reniteas Deo Patri, & nobis filius præsentaris electus, vt exultent corda fidelium in lumine vultus tui, tuque prospere procedens & regnans, tandem participationem æternę glorię merearis; & si qua forsitan ex nostris eloquijs amara colligeres, tenere te volumus, quod ex amoris dulcedine talis amaritudo procedit, & finaliter a te grate percepta dulcescet.

36 Licet itaque in primo ipsius legati progressu, displicuerit nobis, & merito, quod, sicut audiuius, tu eius reformidans aduentum, & ingressum forsitan dubitans, illum dicebaris (quod inuite referimus) impedire; cum non deceret de patre filium dubitare, nec opinari, seu debere præsumere, quod Romana mater Ecclesia (quæ munifica singulis non solum filios benedictionis gratæ complectitur, & dulcedinis lactat vberibus; verum etiam oberrantibus, vt neminem suæ relinquat benignitatis expertem, potius mansuetudinis sinum pandit ad gratiam, quam in illos iudicium exercent ultionis) in te sæuiens quicquam tibi nocium transmitteret, vel celsitudini regiæ ac regno prædicto quod in memoria nostra tene-

mus acceptum, quod Christi ministros producit electos, & viros religione fecundos, inclytos catholicæ fidei professores; & in quo degit catholicus populus mandatorum Domini sectator eximius, peregrinationibus, pœnitentijs, & alijs pijs vacans operibus, prout in pluribus experimur, fomenta negaret propinare salutis; tamen resumptus in mente læritiam, gratanter audito, quod tu postmodum, ingressu dicti legati percepto, te ipsius inductionibus & salutaribus monitis regali mansuetudine conformasti, & animum tuum ad omnipotentem Dominum, vt videbatur, deuote concurrens, dicta tibi per eundem legatum tam super obseruatione fidei ac decretorum & consuetudine progenitorum tuorum, & conseruatione libertatis ecclesiasticæ; quam hæreticorum expulsionem de regno prædicto seruare, ac in terris tuis seruari facere, super altare, tactis Euangelijs, promissisti: quodque ipsius legati monita super liberatione Christianorum, quos Cumani & alij pagani sub seruitute tenebant, benigne recolligens, quod Christianos a Cumanorum obsequijs retraheres, quod compelleres Cumanos ad habitandum in domibus solo fixis, & ex eis baptizatos potissime ad destructionem cogeres idolorum; nullum etiam infidelem, vel quem scires excommunicatione ligatum in officialem regium, vel familiarem admitteres, quod tam in te, quam in illis de regno tuo, dimisso paganorum abusu resumeres Christianorum habitum tam in vestibus quam capillis; Cumanos insuper restituere monasteria & ecclesias, occupata per ipsos; ac apostatas dicti regni ad ordines redire compelleres, cum ab eorum prælati existeres requisitus; & quædam alia directionem regni, & salutem continentia status tui coram ligno crucis solemniter in altari, primo & iterum regia fide data Vngarico more iurasti. Et dum expectaretur, quod in huiusmodi proposito salutaris concrederes, prædicta sic promissa pluries & iurata per te, non fuerunt, proh dolor! vt sperabatur, impleta: quamquam Cumanorum nuntij certos recepissent & approbassent articulos; vno excepto, videlicet de barbâ radendis, & crinibus breuiandis, ad quod te, prælati & baronibus regni prædicti, eundem legatum inducentibus, tu eidem legato, quod cætera alia seruari faceres, promissisti, coronam & regnum tua propter hoc specialiter obligando. Et postmodum pro eo quod præmissa, quæ promiseras, & iuraueras, vt prædicatur, adimplere distuleras, te grauer deliquisse humili spiritu recognoscens iterum cum obligatione simili, per manum dexteram regia fide data, Vngarico more similiter & denuo te excommunicatum & regnum tuum, propter hoc iuste interdicto fuisse suppositum recognoscens, tactis sacrosanctis Euangelijs iurasti; & renuntiando appellationibus, exceptionibus, & impugnationibus quibuslibet, promissisti etiam implere per omnia supradicta.

37 Sed nec ijs, non sine nota tui nominis, prout decuit, obseruatis, miramur & mirando tibi compatimur, & compatiendo dolemus, quod te famam regalis nominis reprehensiuam inconstantiam, in principe maxime, lacerari remorsibus negligentiam, ac in verita toties, non sine Dei offensam & inconstantiam notabili, relabente; prædicta sic per te iurata toties, & promissa, & obligationibus roborata, ne dicamus contempta, reperiuntur amissa: & demum audito, quod te improvide appellationis refugio, immo potius diffugio commiseras, & prætextu appellationis huiusmodi, quasi bacu-

lo arundineo incautus inhærens, non solum legato non parebas eidem secundum te ipsum, nec non & alios ab eius prælatorum sibi adhærentium obedientia, non absque notæ macula, interdum comminationibus, inductionibus, interdum pœnarum infictionibus retrahebas; in eo potissime tanto grauiori dolore perpungimur, & anxiamur angustia, quanto incautius super his te ipsum, animam & regnum tua diceris inuoluisse: vnde progredi videris in deuium, & nisi resillas, in ruinam.

38 Nos itaque more pastoris de commisso nobis grege dominico & salute tua, iuxta officij nostri debitum, ne videamur in te, ac regno prædicto negligere, quod in catholicis Christianis amamus, sedulo cogitantes; ac licet nondum ad nos ex parte tua super prosecutione appellationis huiusmodi nuncij, seu procuratores tui venerint, præmissis absque intermissione temporis occurrentes, te, ne sub talibus nubibus cespitando præcipites, pastoris ministerio non adiutus; ad tuam, & regni tui salutem, sub spe summi Patris promptis adhibitis studijs, præuenimus.

39 Attende igitur, Rex inclyte, cogita & reuolue, quo duceris, & a quibus: quid postposueris; & cui, vel quibus inhæris. Attende te ipsum, & vide quod dicitur, dum auditur, quod regalis domus Vngarica, quæ consuevit athletas Christi contra infideles producere, ac insurgere ad reprimendam aetutiam barbarorum; & quæ viros enutriuit electos catholicæ fidei professores, Deum & matrem Ecclesiam reuerentes, cultores iustitiæ, religionis Christianæ seruatores præcipuos, & piorum operum sedulos sectatores; tali & tanto, quod ex præmissis colligitur, nefando contagio maculetur. Attende quod in præfenti negotio agitur causa Christi, a quo non est appellationibus diuertendum: nam ipse scrutator cordium iudicat illos Deus. Quibus allegationibus te munies dum, vt dicitur, iuramentorum & tot promissionum violator, maxime contra fidem, libertatem ecclesiasticam, innotarijs insuper, in eo etiam, quod est tempore perituro, contra renuntiationem tuam, ac salutem propriam, sub pallio talis appellationis inobediens coram Christi vicario presentaris? Respuunt interdum in talibus appellationes, ne dum diuina, sed humana iudicia. Quibus te poteris apud iustum Iudicem excusare suffragijs, dum salutem tuam & regalis nominis famam postposuisse sic diceris; & pateris, quod sub tuo prætextu in regno sic catholico; vnde conscripta sanctorum merita colit Ecclesia; fluctuet fides Christi? Quibus defensionibus poteris coram illo subsistere, qui patiens, & humilis miseretur, & commodat: & tandem prouocatus ad iram mucrone duræ sententiæ ferit, & deprimit obfistentes?

Abfit, quod tu talibus contracteris insultibus. Abfit, quod tantum principem, & sic electum regnum, sicque copiosam fidelium multitudinem periclitari nostro tempore videamus. O quanta producimus, & quam amara suspiria, dum te ac dictum regnum, sic nobis chara, tantis videmus subiacere periculis! O quam profunde distrahimur dum astutias infidelium subtilius iudicamus; & quanto languore diffundimur, dum timemus nequitiam fientium Christiani populi colludere veritatem! Nam ipsi schismatici, tecum barbarico more hæcantes, tibi se ipsos seditiosa calliditate subijciunt, vt tandem sibi subijciant tui nominis claritatem. Ad quæ diuinam clementiam orationum suffragijs hu-

Legati sententiam eludere.

Nicolai pro eo ad officium adducendo studij.

Ruere in exitum demonstrat.

Diuinas ei iras obijcit.

Religionem adductam in periculum proponit.

humiliter imploramus, vt dignetur ab oculis tuis omnem nubem excutere, per quam posset in te superioris luminis beneficium impediri: vt exclusa tenebrarum caligine, quid sis, & vbi; quid agas, quidque tuis merearis actibus tam exteriori, quàm interiori lumine contempleris. Et nihilominus illius vices gerentes in terris, qui pro oue deperdita ad flagella duci, clauis affigi, & tandem mortem subire voluit, vt mortem nostram moriendo redimeret, & quas protoplasti delicto meruimus, miserias tolleret infernales; nos & fratres iidem, non solum in his adhibere, quæ videbuntur opportuna remedia; sed nos ipsos etiam, prout tenemur, pro conseruatione catholice fidei, si expedierit, exhibere proponimus, vt tuam & regni præfati salutem, & si oportuerit non solum spiritualibus, sed temporalibus correctionibus, procureremus.

40 Et licet speremus in bonorum omnium direttore, quod ipse te reducat ad gratiam, & diriget per suorum semitam mandatorum; si tamen, quod absit, in præsentivarietate callesceres, firma fide tenemus, quod nobis aderit ipse propitius, & sua potentia præualebit. Digne quoque confidimus sic prælatos, barones & populum regni præfati ad Deum & matrè Ecclesiam sincera deuotione feruere, & in diuinis beneplacitis radicos, quod non solum te in talibus non confouerent flagitijs, sed zelo fidei, & feruore Christianæ religionis accensi potius in tuos actus reprobandos insurgerent pro conseruanda gloria Redemptoris.

41 Exurge igitur per te ipsum, & in butus spiritu salutari, mente confurge: animum tuum regali cõstantia, & ad Creatorem tuum serena magnanimitate reforma; & illi pure ac simpliciter irrefragabili soliditate studiosius te conforma, & eius nutibus dirige actus tuos, a quo dependent omnium mors et vita. Exurge, nec tepeas illius te beneplacitis humili spiritu deuouere, cuius est proprium misereri semper & parcere. Confurge fortis, & prudenter audi verba, quibus te Christi vicarius alloquitur. Illa sume, sumptaque diligenter attende: nam, te dante causam, deducunt ad verbera, vt te ipsum correctione paterna reformes, nec auertas mansuetudinem matris Ecclesie filium trahentis ad vbera, vt ipsum materna dulcedine liniat, et reficiat gratia salutari. Et exurgens humiliter de tua vel cuiusuis alterius contra Deum potentia non confidas: sicque faciens sicut catholicus Christianus, regalibus circumfultus virtutibus, de quadam Deo placida necessitate virtutem; & in dicto legato personam nostram deuote contemplan, sicut nobis in prædictis et alijs legato parere, prætextu cuiusquam appellationis indebitæ, vel incauti consilij, non dimittas eidem: sed ei potius sic prompte ac humiliter acquiescas, promptitudine regali corrigas per te in hac parte commissa, & pœnitentia plena, & intentione perfecta places Altissimum, quod nos & dicti fratres per ipsius legati, tuas, prælatorum, et baronum regni præfati literas, & alias etiam optata & Deo accepta gaudia cum efficaci & deuota regali promptitudine de tuis actibus, dante Domino, velociter colligamus: ipse quoque pius pater tibi placatus arrideat, solium et regnum prædicta solidet, dirigat, et reformet; ac te dictumque regnum vbertate fœcundet: tuque progenitorum tuorum sequens clara vestigia, quolibet nubilo fugato, reluceas; & plene percipiens nominis diuini fragrantiam, et efficacius ad amorem eius allectus, ad dona cælestis gratiæ valeas tan-

quam benedictionis filius peruenire: nec cogamur quod faceremus inuite, circa hæc alia remedia cogitare. Datum Roma apud S. Petrum v. id. decembris anno II.]

42 Infelix etiam rerum Polonicarum status extitit; barbaros enim Polonia magno terrore se infudisse, atque in Christianos debacchatos refert Ioannes Longinus: additque hoc anno duos cruciferos equites a Lithuanis gentilibus, qui in Poloniam irruerant, captos flammisque expositos diuina virtute, barbaris miraculi magnitudine stupore percussis, ereptos. In particulari inquit, quodam certamine & congressu cruciferi de Prussia de domo Theutonica a Lituanijs gentilibus deuicti, cum inter alios captiuos duos quoque offendissent cruciferos, vtrumque exquisitis cruciatibus destinaret necandum. Propositum itaque executuri, primum in editiori arbore proprio equo alligatum viuum cum equo vna cremandum, altero coram in spectaculum adducto, distendunt: & igne ingenti extructo, equus quidem illico torrente igne videbatur voratus & consumptus: super crucifero vero aperto calo splendor calestis demissus, ignis ardorè in varias partes restringens, corpus cruciferi reddidit inusitum. Calum tandem splendor ille, ex quo prodierat, repetijt, cum quo simul, & corpus cruciferi in similitudine virginis pulcherrima mirantibus & stupentibus cunctis barbaris adeo, quod nec vllum corporis illius relinqueretur vestigium, conscendit.

Verum dum perfidia Lituanica non virtute diuina id actum, sed varminibus & incantatione id procuratum censeret, alter superstes crucifer in arboris rimam per secures & cuneos violenter introductam includitur: elisique excussisque cuneis, arbore in suam naturam redeunte, durissima pressione ab arbore tortus, pyra extructa, viuus urebatur. Hunc quoque auis quadam niueo candida colore, nunquam alias conspecta, de flamma medio ereptum deferre, attonitis supra modum barbaris & Christianorum Deum magnum, suisque cultoribus benigna & propitia dona largientem profitentibus, visa est in calum. Hæc auctor. Confirmant vero, quæ de barbarorum irruptione diximus; pontificiæ literæ ad Philippum episcopum Firmanum in Vngaria, Polonia; regnisque finitimis A. S. L. Is enim, vbi pluribus Gnesnensis prouinciae vastitatem illatam a barbaris luxisset, significauerat Põtifici, Martino archiep. vita sancto, Gnesnensem ecclesiam accipiti contentionum æstu fluctuare: cui Pontifex hæc rescripsit. b

Venerabili fratri Philippo episcopo Firmano Apostolica sedis legato.

43 Quæ de statu, immo casu miserabili Gnesnensis ecclesie ac populi Christiani partium illarum, nec non dilectorum filiorum præpositi, decani, et capituli eiusdem ecclesie, ac quorundam prælatorum partium earundem, literæ missæ nuper lamentabiliter referebant; nobis et fratribus nostris amaritudinis presentauere materiam, et accelerandam gratiosam prouisionis misericordiam implorabant. Habet enim literarum ipsarum asfertio, quod eadem Gnesnensis ecclesia, quæ diu antea pastore vacarat, et nunc per mortem bonæ memoriæ Martini de ordine Prædicatorum, quem in archiepiscopum eidem præfeceramus ecclesie, vacare dignoscitur, tam per tyrannidem paganorum fidem persequentium Christianam, quam per temeritates et insolentias plurium aliorum non solum in suis bonis et iuribus, grauibus est attentata molestijs et deducta in paupertatis opprobrium; sed et in personis populi, pastoris eiusdem ecclesie curæ commissi, enormibus est conuulsa

Sedem
Apost. offi
cio non
defutura.

Præfules
& proce-
res pro ser-
uanda in-
corrupta
fide operã
aduersus
ipsum cõ-
iuncturos.

Egregia
ad Ladisl.
exhorta-
tio.

Mixta
mollibus
verbis mi-
nã.

Tubetur
legato ob-
teperare.

dispendijs non sine fidei eiusdem iniuria, et graui, proh dolor! periculo animarum, cum sicut eadem litera continebant, diebus istis præter numerosam stragem hominum, quos paganorum ipsorum crudelitas inhumana peremit, multitudinem copiosam iuuenum dicti populi eorundem paganorum violentia fidem eandem abnegare coegerit, & pertraxerit ad gentilitatis errorem.

Habebat insuper earundem literarum adiectio, quod dicti præpositus, decanus, & capitulum post obitum præfati archiepiscopi pro futuri substitutione pastoris, sicut moris est, conuenientes in vnum; Spiritus sancti gratia inuocata dilectum filium Vvolltiberium canonicum Gneznensem, virum vtique prouidum et discretum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in Gneznensem archiepiscopum canonice ac concorditer elegerunt, nuntijs ad tuam præsentiam destinatis, primo ad excusandam dicti electi absentiam, et commisionem huiusmodi negotij a te in illis partibus impetrandam, et demum ad petendam confirmationem electionis ipsius. Sed tu, cum nondum partes illas intrasses, varijs et arduis in regno Vngariæ occupatus, nec commode, præsertim absque periculo incumbentium sollicitudini tuæ, in regno prædicto ipsius negotij vacare posses examini, eligens Apostolicæ sedi deferre, ad illam dictum negotium præmissisti, humiliter supplicans illud celeriter expediri, ad id eorundem prælatorum, præpositi, decani, & capituli deuota supplicationis instantia, memoratis inserta literis, concurrente, &c.] Prouinciam imponit legato, vt si Vvolltiberium rite electum cõpererit, ipsum apostolica confirmet auctoritate, ac finitimis vocatis episcopis sacris pontificalibus initiandum curet. *Dat. Roma apud S. Petrum x. kalend. ianuarij anno 11.* Infensum Vvolltiberio fuisse Lesticonem Nigrum Cracouiensem & Siradiensem ducem, Polonia principem, refert Longinus a: atque ideo Vvolltiberium, quamuis iure fretum, aduersus potentiam & opes contendendum non duxisse, cum lis extraheretur; cæptisque destituisse; abijisse dignitate delata sibi concordibus suffragijs coram Philippo episcopo Firmano Apostolicæ sedis legato, testatur Martinus IV. b ac dein a se Henricum de Bren Minoritam, generis claritate & virtutum ornamentis conspicuum, ad Gneznensem sedem vocatû: eo vero archiepiscopalis dignitatis apices atrectare respuente, Iacobum a Gneznensem canonicorum collegio archiepiscopum designatum, sedisque Apostolicæ auctoritate confirmatum.

44 Cum sanesta experientia compertum fatis esset, quanta ecclesijs damna diuturna vacatio ineheret, quantæ ex eo animarum strages, ecclesiasticorum bonorum iacturæ sequerentur; ad abscondendam malorum causam Nicolaus cõstitutionem edidit, qua in huiusmodi casibus ad sedem Apostolicam accedendum, quemadmodum etiam ante Gregorius, vt huic malo mederetur, decreuerat, sancitum est. c

Nicolaus &c. ad perpetuam rei memoriam.

Cupientes ecclesiarum vacationibus periculosos occurrere. Et infra: Hac generali, & in perpetuum valitura cõstitutione sancimus, vt omnes electi cathedralium, vel regularium ecclesiarum, quorum electionum confirmationes vel infirmationes ad ipsius sedis examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta deuoluit, infra vnum mensem post consensum, vel post obtentam de ipsorum electione notitiam, si

eam debito tempore nõ contingeret præsentari, ad sedem ipsam iter arripiant. Et ex tunc siue infra præscriptum mensem iter arripuerint, siue non, absq; fraude quamcito commode poterunt, locorum considerata distantia, petitori suarum electionum confirmationes, vel prosecutioni electiones suas, quibus potuerint modis licitis comparere cum omnibus actis, iuribus, & munimentis suis, & processus suos contingentibus, coram nobis personaliter teneantur.

45 Quod si per viginti dies post lapsum ex qualitate locorum moderandi temporis expectati, siue eligentes seu opposcentes venerint, siue non personaliter comparere, & suarum electionum confirmationem, vel prosecutionem, seu executionem petere nulla iusta causa interueniente contempserint; de qua infra prædictos viginti dies proposita infra quindecim dies post tempus huiusmodi, coram nobis, vel alio, seu alijs, deputando, vel deputandis a nobis, si admittenda videbitur, teneantur apud sedem ipsam facere plenam fidem: nisi vel infra eosdem viginti dies, seu prædictos quindecim eo casu tantum, cum ad prædictam causam propositam, vt prædicetur, & admissam probandam concessi fuerint, talia & tam verisimilia proponi contingeret, quæ iudicio præfatis electos ipsos ab infra scripta pœna merito excusarent, & propter quod forsitan videretur eidem ad prædictam comparitionem tempus prolixius indulgendum. Insuper etiam eo casu, quo ad personalem electorum comparitionem excusandam aliquam iustam causam proponi contingerit, vel admitti; nisi tunc infra idem tempus, iusto impedimento cessante, per procuratorem ad præmissa omnia sufficienter instructum, & nihilominus ipsa causa cessante, vt præmittitur, se personaliter præsentarint; electiones de ipsis factas eo ipso viribus vacantes, ipsos omni iure, si quod eis per electionem huiusmodi questum esset, decernimus esse priuatos. Electos vero qui se sine actis, iuribus, & munimentis suis & processus suos contingentibus personaliter, vel per procuratorem, vt præmittitur, præsentarint, eos volumus ex contemptu cõstitutionis huiusmodi eo casu pœna percelli, vt pro exhibendis illis alibi quam apud sedem ipsam, nisi ex iusta causa, non possint dilationem aliam obtinere, &c. *Dat. Roma apud sanctum Petrum idibus decembris pontificatus nostri anno 11.*

46 Cum nonnulla postea in ijs dubia emergere possent, ad ea illustranda sequenti anno inuente alteram Nicolaus adiecit. a

Nicolaus &c. ad perpetuam rei memoriam.

Quia leges & cõstitutiones in sui promulgatione sic regulant futura negotia, quod præterita vel pendentia dispendijs nõ commendant, nisi nominatim in eis de præteritis & adhuc pendentibus caueatur, cõstitutionem, quæ incipit *Cupientes*, quam de eligentibus & electis, postulantibus & postulatis, ac se opposcentibus, & prædictorum omnium cõparitionibus, prosecutionibus, expensis, & pœnis nuper edidimus, vacantijs ecclesiarum vtilitate pensata, etiam in præteritis, seu in iudicium iam deductis, electionum seu postulationum negotijs præfatis cõstitutione eo moderamine decernimus obseruari, vt virtus eius, prout ipsorum negotiorum status & qualitas patientur, sic in veniendo, comparendo, prosequendo, expensas ministrando, eligentes, electos, postulantes & postulatos, ac se opposcentes in eisdem præteritis, & iudicio pendentibus negotijs ab eo tem-

Inficta ijs, qui ius si violarint, pœna

a Eod. l. 3. ep. cur. 13.

Superioris cõstitutionis declaratio

pore, quo verisimiliter possit ad eos presentis constitutionis editio peruenire, omnes astringat; quemadmodum ex sui forma, suis determinationibus, modis, pœnis & terminis in futuris negotijs coarctabat. Nulli ergo &c. *Dat. Romæ apud S. Petrum non. february pontificatus nostri anno III.*]

De editis hîc constitutionibus meminit Ptolemæus Lucensis d in historia ecclesiastica his verbis: *Hic etiam quandam formam circa electio tradidit, siue in concordia siue in discordia sint electi, quantum ad tempus sue presentationis, quam babes e. Cupientes. Multas enim constitutiones fecit fructuosas pro bono statu clericorum, prout in suis titulis continetur.*

a Lib. 2. ep. 24.
b Ibid. ep. 158.
c Ibid. ep. 159.
d Procl. Luc. hist. eccl. M.S. l. 21. cap. 29.

47 Adiungendum his visum est, Ioannem electum patriarcham Hierosolymitanum precibus a Pontifice elicitum a, vt gerendi muneris liber renuntiaretur, atq; in illius locum Eliam suffectum b & pallio exornatum c: præterea Nicolaum aduersus Regis Francorum, & principum Brabantie, ac Lotharingia, Burgundia & Atrebatum gratiam, Petrum episcopum Baiocensem instantium, illius patrocinium arripuisse. Postulabatur is læsæ maiestatis ac improbe gestæ legationis, cum ad fatidicam anam Brabatinam pro explorando auctore beneficij, quo Ludouicus maior natu Regis filius extinctus putabatur, missus esset, grauioribusque criminibus appetebatur. Quæ cum non probarentur, negauit Pontifex constantissime, nisi de obiectis conuictum damnari posse: atque principum, Regina Mariæ iras vltisci cupientium, animos his literis e delinire est conatus.

Petri Baio cen. episcopi contra proceres Gallos causa suscepta.

e Extant in eod. Val lic. sign. lit. C. nu. 49. pag. 40.

Nicolaus, &c. Dilectis filiis nobilibus viris Ioanni Brabantia & Lotharingia, Roberto Burgundia ducibus, & Roberto comiti Atrebatensi salutem, &c.

Beneficia in alterius iniuriam non concedenda.

48 Quæ querelæ causa, si successori Petri & vicario Iesu Christi quamquam immerito, conscientia reclamante, non libuit, quia nec licuit, ita cuiusquam deferre potentia, vt per eum contra iustitiam alius opprimatur; aut de immutatione status ipsius episcopi gratiam facere, quam, cum de sufficienti ad hoc nobis causa nõ constet, casus instantis qualitas, vt taceamus absurditates alias, quæ perinde sequerentur, absque graui eius, & canonicarum traditionum præiudicio non admittit; cum tamen etiam secularis vox illa sit principis: *In alterius iniuriam beneficia concedere nequaquam nostri moris existit.* Aduertite itaque qualis vobis subit admirandi ratio; quæ materia querelandi, si decenter, si rationabiliter fuerit in earumdem literarum vestrarum calce subiunctum, quod corda vestra in quiete, vel pace non erunt, donec in statu, in quo est ad præsens, idem negotium permanebit. Non enim credere possumus, quod corda vestra molester, si Apostolica sedes, quæ libram iustitiæ gestare dicitur in manibus, obseruantie iaris obsequitur, & stateram iudicij non subuertit. Id enim opinari de vobis consideratio gentis ac generis cuiusque vestrum fama laudabilis non permittit. Quorsum itaque dictorum verborum tedit intentio? Nunquid personalem offensam memorati episcopi verba eadem comminantur? Nempe si quantum illa diuinam maiestatem offenderet in tanti sui offensione ministri, quantum vestram magnificentiam dedeceret, & foret a generositate vestra, & prædecessorum vestrorum actibus aliena, quam graue in vniuersali Ecclesia scandalum generaret? Quomodo non posset aliquatenus ab ea sub dissimulatione transiri, vel cum patientia tolerari, consulta, vt expedit,

Davidis Sauli parentis ex epulo duces, vt ignoscant episcopo, hortatur.

attentione pensetis, motus tales, quos immittere solet malorum incentor, ipsiusque ministri, eximij prophetarum reprimentes exemplo; qui cum sibi suggereretur a suis, vt in Saul ipsum infestæ persecutionis instantia persequentem suo arbitrio in spelunca per opportunitatem casus expositum huiusmodi persecutionis molestias vindicaret; silenter chlamydis illius ora præcisa, vt illam euides rei gestæ haberet insigne, cor suum pro hoc ipso percutiens: *Propitius, inquit, sit mihi Dominus, ne banc rem faciam, vt in eum, cum sit Christus Domini, manum mittam; nihilque sibi læsionis intulit, nihil iniuriæ irrogauit: sed & viros suos eiusmodi sermone confregit, & in illum confurgere non permisit.* *Dat. Romæ v. id. ianij pontificatus nostri anno III.*]

49 Suscepit pari constantia, & integritate Nicolaus Papa episcopi Tripolitani causam, quem Boamundus comes Tripolitanus, iniquis impulsu consilijs, vna cum Italis ac Templarijs affectu grauissimis iniurijs Tripoli pepulerat: profugumque ad sedem Apostolicam Germanicæ legationis munere exornatum, missumque ad Rodolphum, vt illum inter & Carolum Regem Siciliae fœdus conciliaret, vidimus. Cum vero infelix princeps iuuentutem detorqueret ad scelera, ac religionem Christianam in discrimen conijceret, ne a Saracenis prosterneretur, illum Pontifex hîc literis acerrime perstrinxit. a

Nicolaus, &c. Nobili viro Boamundo principi Anthiocheno comiti Tripolitano.

Ad audientiam apostoliatu nostri peruenit, quod tu non attendens, vt conuenit, quod venerabilem fratrem nostrum P. episcopum Tripolitanum te decet tam ratione officij pontificalis, quo præmiat, quam etiam consanguinitatis, qua sibi nosceris coniunctus, intimæ dilectionis affectu prosequi ac multipliciter venerari; eumque ac Tripolitanam ecclesiam tamquam deuotionis filium non solum aliquibus iniurijs non afficere vel molestijs perturbare, verum etiam ipsos a quibuscumque tuæ ditioni subiectis, eos indebite molestantibus, potestate tibi tradita defendere; sed ad iniurias & grauamina eiusdem episcopi ad suggestionem forsitan aliquorum, qui tui non zelantur commodum, vel honorem, aspirans dictum episcopum præter atroces iniurias, & grauamina, per te ac tuos sibi suæque familiæ irrogata, Deitimore ac reuerentia, quam ad ipsum episcopum, tãquam patrem spiritualem habere teneris, postpositis, ab episcopali sede Tripolitana ausu sacrilego eiecisti. [Et interiectis nonnullis de bonis occupatis & clientibus diuexatis, subiungit.]

Nec ijs contentus, dum dictus episcopus in domo militiae templi Tripolitani maneret, in qua se propter metum, qui cadere poterat in constantem, cum sua familia receperat, contra episcopum ipsum tam Christianorum quam Saracenorum exercitu congregato, eum in domo ipsa hostiliter obsedit, credisque pluribus machinis contra ipsum ac demum eodem episcopo de dicta domo turpiter, & violenter eieceto, eandem domum nequiter inuasisti, bonisq; omnibus inuentis ibidem ablatis, deputasti ad eius custodiam Saracenos, Dei nomen in illa iugiter blasphemans, vt quæ domus Dei & orationis esse consueuerat, fieret infidelium synagoga. Nec expausti ad sanctorum reliquias & alia diuino cultui dedicata sacrilegas manus extendere, illa irreuerenter de dicta domo sacrario asportando. Propter quæ, ac alios

manifestos excessus, per te contra eosdem episcopum & ecclesiam Tripolitanam commissos, tamquam alij eorundem excessuum patratores auctoritate ipsius fuisit excommunicationis sententia innotati; & demum tuis & tuorum culpis exigentibus, Tripolitana ciuitas eadem auctoritate hinc supposita ecclesiastico interdicto, & in illos qui interdictum huiusmodi non seruarent, similis excommunicationis sententia promulgata. [Pergit Pontifex exprobrare ecclesiasticos ab ipso vinculis mancipatos, ac sacra profanare iustos, religiosos viros, & moniales atrocibus affectos iniurijs: tum hæc addit.]

50 Græcos quidem, quos ab obedientia Romanæ ecclesiæ vetus error abduxit, non permittis ad vnitatem et catholicæ sedis obsequium, iuxta quod maiores eorum Romanæ ecclesiæ promiserunt in concilio Lugdunensi nouissime celebrato, & tam eos quam alias personas ecclesiasticas diuersos ritus habentes, quæ Romanæ ecclesiæ obedientis existunt, cuiuscumque sint ordinis et dignitatis ecclesiastica libertate vti non sinens, eos capi et incarcerari facis, et cogis redimi sicut seruos. In quosdam insuper Italicos præsertim Romanos, qui zelo fidei ac deuotionis accensi ad partes se contulerant transmarinas, intendentes illic personaliter se Crucifixi obsequio deputare; quosque quondam Boamundus princeps Antiochenus pater tuus, de ipsorum strenuitate, cõsilio, ac probitate confisus, eos ad propriæ personæ custodiam suæque terræ munimen suscepit, illos tanquam sibi et eidem terræ peritiles decentibus feudis et stipendijs honorando, qui eidam viueret, grata seruitia fideliter impenderunt; immaniter sequens, oblitus seruitiorum huiusmodi, dictique patris erga ipsos vestigia non secutus, eorum aliquos crudeliter perimi, quosdam in tua domo et alibi acerrimis cadi verberibus, aliquos diuersis contumelijs affici impune permitteas, reliquos per te bonis suis omnibus destitutos cogis miserabiliter mendicare. [Obiurgat etiam illatas a patre Tripolitana ecclesiæ iniurias, quas ille morte oppressus, vt a Gregogio X. erat iustus, sarcire non potuerat, non refecisse, subiicitque.]

51 Attende sili diligenter, et respice. Sunt præmissa quæ de te dicuntur opera Christiani? Sunt hæc laudabilia tuæ primordia iuuentutis, in qua zelo fidei & diuinæ feruore dilectionis accensus, pro defensione matris Ecclesiæ totum te debes exponere, totum dare? Quo animo nos, et nostræ iurisdictioni subditos ad succursum Terræ sanctæ disponimus, quo exemplo ad id Reges, et principes de totius mundi finibus inuitamus, cum te, ipsorum suffragijs non modicum indigentem, tam dirum ipsius ecclesiæ Tripolitanae iurium, et libertatum ipsius persecutorem conspiciamus, & in fideles Christi seuire tam crudeliter intuemur reprehensibiliter? Quippe contra infideles ipsos nostra dirigeretur intentio, postquã te, a via veritatis errantem, videamur ad deuotionem matris Ecclesiæ reuocasse. Ecce qualis de te fama circûuolat, qualem te futurum esse demonstras, quales etiam de te fructus expectantur in posterum, qui malitijs tempestiue deditus iam in flore marcescis. Nec attendis quantum indiges diuinæ veritatis auxilio, quantumque tibi posito in medio nationis peruersæ Apostolicæ sedis expediat pronisio repentina, qui clausis oculis sanæ mentis erigendo male verticem contra Deum, Tripolitana ecclesiam, immo fidem diuersis afflictionis iaculis impugnasti, ad cuius deuotionis obsequia

etsi te præmiorum merita repromissa fidelibus nõ inuitant, deberet saltem Dei timor, et Apostolica sedis ira terrere, quæ quantumcumque in molestatos suos, cuiuscumque excellentiæ et dignitatis, vindictam differat vltionis; finaliter tamen verbo virtutis et opere destruit cornua superbiorum. Quod in diebus tuis, si bene respicis, multis Regibus et principibus, erigentibus calca-neum contra eam, inuenies accidisse.

Nec credas, quod abbreviata sit dextera Domini, et Apostolica sedis potentia imminuta, vt te, quamuis in remotis positum, apprehendere nequeat manus nostra: sed quia te affectu paterno diligimus, emendationem tuam ex nostris monitis expectamus. Recordare quanta prædecessores tui exhibuerunt ecclesiæ Romanæ seruitia, quantaque illis prouenerunt ex ipsius Ecclesiæ studijs incrementa: et dum a prædecessorum ipsorum nobilitate per præmissos actus degenerasse conspexeris, et Apostolicis te fecisse beneficijs alienum, exuto vetere homine cum actibus suis; amotis etiam a te consiliarijs, qui tam prauis moribus tuam instruunt iuuentutem; nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, per quæ Creatori tuo et nobis placere valeas, induas: ne forte, quod absit, in ipsis operibus pertinaciter perseuerans, acriorem in te vindictam excipias, quam quidam prædecessorum tuorum, ab ipsius Ecclesiæ deuotione recedens, in amissione ciuitatis Antiochena iusto Dei iudicio noscitur excepisse: cuius pœna transiit in posteros, & in te, fili, patenter agnoscis quandiu Antiochena ciuitas infidelibus subiacet, tuus scilicet titulus dominij principalis, &c. [Addit mixta precibus imperia, vt excurrente octimestri oratoris ad faciendam ecclesiæ Tripolitanae damna mittat: ac si in pertinacia obduruerit, minas intemat, diuinas humanasque pœnas se districturũ, ac Templarios, Hospitalarios, & Theutonicos equites in ipsum concitaturum.] *Dat. Romæ apud S. Petrum kal. iunij anno 11.*

Retulit iusta tantorum scelerum, ad quæ iuuentutem detorserat, premia Boamundus, vt enim antea a Saracenis Antiocheno principatu maiores ob cumulata Antiochenorum flagitia exutos luximus; ita Tripolis aliquot post annis a barbaris expugnata deploranda erit.

52 Addimus ad huius anni calcem confirmatas a Nicolao literas a Gregorij IX. a nobis suo loco allatas, in quibus Pontifex impressa Christi stigmata S. Francisco fuisse testatur, atq; ex ijs illũ potissimũ motum, vt sanctum virum in aliorum sanctorum albo collocaret; quas literas, conceptis expressas verbis, suis inseruit; ad quæ nouatores veteri in religiosos viros ad rem traducendam odio imbuti alludunt, dum aiunt b: *Nicolaus III. sub annum salutis 1280. literas de stigmatibus Francisci passim in orbem Christianum emisit.* Ad didit etiam suam S. Francisci institutis auctoritatem c, quæ a Gregorio decimo in Lugdunensi concilio confirmata meminit: alijsque literis Honorij III. diploma corroborauit d, quo ille S. Francisci disciplinam ab Innocentio III. approbatam confirmabat.

Intentate
ei minx.

Probocats
vt exçplo
maiorum,
qui Antio
chia ami
fere, in
struatur.

a Eod. l. 2.
ep. 155. eos
tat etiam
apud v va
ding. in
regesta ad
ro. 2.
Greg. lit.
de Stigm.
S Francisc
a Nicolao
confirma
te.
b Cent. 13
cap. 7. col.
720.
c Eod. l. 2.
ep. 156.
d Ibid. ep.
157.
Francisc
næ vite
formulã
ab eod.
corrobo
rata.

IESV CHRISTI

Annus 1280.

NICOLAI III. PP. RODVLPHI ROM. REG. 8. annus 3. MICHAEL. PAL. IMP. OR. 20.

Anno tertijdecimi seculi octuagesimo, indictione octava, Nicolaus Papa ad conciliandam, vti cœperat, inter principes Christianos ac populos concordiam, omnium studium suum extremo hoc pontificatus sui tempore explicuit: ac decreta in primis ad Rodulphum Romanorum Regem legatione, quam Tripolitani episcopus obibat in Germania, sollicitavit, ut cum Siculo Rege firmam pacem contraheret, ac legati, quem strenue ad munus incumbere iussit, monitis obtemperaret: *Serenitatem, inquit c, regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus eiusdem episcopi, nimirum Tripolitani, circa præmissa suasionibus & consilijs regali mansuetudine acquiescens; & mentem nostram, ac eiusdem Regis affectum, nec minus effectum ex tanti, & talis negotij consummatione, Deo propitio, inspiciens; sic præmissa, quæ ut accepimus quieti tuæ utilia dignoscuntur, præcordijs tuæ serenitatis ascribas; sic omnia, & singula observes, & quiete ac prompte perficias, quod eis felicitæ summatione cœpletis, de sollicitudinibus & laboribus nostris in prædictis adhibitis oblata gaudia, sine debito sollicitudinibus ipsis imposito, colligamus: & tu, ac dictus Rex, & dilectus filius nobilis vir Carolus princeps Salernitanus primogenitus eius, regnaque ac terræ vestra serenis successibus ad laudem divini nominis, iuxta nostra desideria, concurratis. Datum Roma apud S. Petrum x. kal. february.*

2 Assensit mox pontificijs monitis Rodulphus Romanorum Rex, utque antea a Nicolao distinctius agitatum fuerat, Prouinciæ comitatum Imperij fiduciarium Carolo attribuit. Ne vero Margaritæ Francorum Regine iuribus detraheret, professus est sui non esse consilij ea vllatenus labefactare; ac si in imperiali aula iudicio experiri vellet, secundum leges sententiam latum iri. Prouinciali etiam clero sua omnia iura assertum iri est pollicitus, edito subiecto diplomate eadem penitus verborum forma, qua a Benedicto Anagnino (qui postea, ut videtur, multos honorum gradus ob singularem peritiam emensus, adeptusque pontificatum Bonifacij VIII. nomē accepit) & Matthæo Card. quibus describendam concordiam legum prouinciam Nicolaus demandarat, conceptum est.

Rodulphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus venerabilibus archiepiscopis, episcopis, cæterisque comitatus & marchionatus Prouinciæ, ac comitatus Folkalker ecclesiarum prelati deuotis suis prædilectis gratiam suam, & omne bonum.

In quibuslibet nostris actibus ecclesijs, & personis ecclesiasticis gratificari sollicitis studijs affectantes, earum dispendia, quantum nobis ex alto permittitur, euitamus. Licet igitur comitatum, & marchionatum Prouinciæ (intendentes hæc duo nomina, scilicet comitatum & marchionatum esse synonyma, & vnum non diuersa supponere) ac comitatum Folkalker cum omnibus iurisdictionibus, iuribus, & pertinentijs eorundem; ac omnia, quæ infra comitatus ipsos consistunt, Romanorum Imperatores per eorum priuilegia quondam domino Raymundo Berengario comiti & marchioni Prouinciæ, ac comiti Folkalker, ipsiusque præde-

cessoribus donauerunt per speciale priuilegium, confirmemus, concedamus, & de nouo tam domino Carolo Regi Sicilia illustri ad vitam suam, si tantum voluerit, quam heredibus Regis eiusdem, qui processerunt ex eodem Rege & clara memorie Beatrice Regina Sicilia consorte sua; & omnibus heredibus, & successoribus eorundem in feudum sub consuetis censu & seruitijs præstandis in posterum ab eisdem Rege, heredibus, & successoribus in perpetuum possidenda, donemus; & promittentes quod per nos, vel alium, seu alios nullam donationem, confirmationem, inuestituram, concessionem, vel contractum, aut aliquid cum domina Margarita Regina Francorum illustri vel eius procuratoribus aut nuntijs seu alijs quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus fecimus, per quæ huiusmodi confirmatio, de nouo donatio, siue cōcessio, aut aliquid, quod in eodem concessio dicto Regi super ijs priuilegio continetur, habere non possit, vel debeat firmitatem, vel per quæ confirmationi, donationi, & concessioni prædictis, ac ijs, quæ in dicto priuilegio continentur, aliquid afferri possit vel debeat nocumentum, seu prædictorum confirmationis, donationis, concessionis, & aliorum contentorum in priuilegio supradicto effectus aliquatenus impediri circa ea, quæ forsitan extra comitatus eisdem prædicta donatio Imperatorum comprehenderet eorundem; nihil ad præsens penitus in nouato, declarauerimus, ordinauerimus, decreuerimus, statuerimus, ac expresse facturos, & curaturos nos specialiter obligauerimus, quod per ea, quæ facta sunt a nobis, prædictæ Regine Franciæ nullum omnino præiudicium fiat, Regi, & heredibus, ac successoribus supradictis, vel in iure præterito, quod eis in prædictis comitatibus competeat, seu competit, vel ijs quæ in confirmatione ac concessione prædictis continentur; nihilominus tamen declaramus, ordinamus, decernimus, atque statuimus, quod per confirmationes, donationes, & concessiones comitatum eorundem ecclesijs & personis ecclesiasticis illarum partium nullum omnino præiudicium generetur: cum intentionis nostræ sit earum iura non imminuere, sed augere.

In omnibus autem & singulis supradictis, plenariam interpretationem & declarationem Romano Pontifici ad præsens, & in posterum seruantes, eius interpretationem seu declarationem faciendam etiam simplici verbo nos seruatos specialiter auctoritate præsentium obligamus; promittentes nihilominus prædicta omnia & singula, postquam inuariale diadema, dante Domino, susceperimus, renouare ad maiorem & perpetuam firmitatem. *Actum & datum Vienna v. kal. aprilis indictione VIII. anno Domini m c c l x x x. regni vero nostri anno VII.]*

3 Donatus Carolus a Rodulpho Romanorum Rege Prouinciæ & Folkalkerij comitatibus, Imperij fiduciaris, ut diu ante, interprete fœderis Nicolao, conuentum erat, publicis tabulis spondit, Imperij terras non occupaturum, nec cum Rodulphi hostibus coitiones vllas vnquam initurum; ac si fidem infringeret, suis clientibus defensionem permisit.

Carolus Dei gratia, Rex Ierusalem, Sicilia, ducatus Apulia & principatus Capuæ, principatus Achaia, Andegauia, Prouinciæ, Folkalker & Tornodori comes vniuersis presentes literas inspecuris. Ad perpetuam rei memoriam.

Manificentia gratia, & affabilitatis affectu, quibus

Ad pacem inter principes concilian. incumbit Pontif. a To. 2. l. 3 ep. 7. b lb. ep. 8. c Ead. ep. sup. 7. Hortatur Rodulphum vt pacis tractatum cōfirmet.

Assensit Rodulphus Pontifici.

Descriptæ a Matthæo Card. & Benedicto Anagn. pactiones. a lb. ep. 10

Rodulphi diploma de attributa Carolo Prouincia

bus magnificus princeps dominus Rodulphus Romanorum Rex nos & domum nostram prosequitur, cognoscens; ac intendentes Regem ipsum & Romanum Imperium debita gratitudinis studio reuereri, promittimus pro nobis & heredibus nostris, quod nos vel ipsi heredes per nos vel per alios non offendemus Regem eundem in aliquo, nec volentibus ipsum offendere prestabimus consilium, auxilium, vel fauorem, publice vel occulte. Imperium etiam, vel aliquam eius partem non occupabimus, vel inuadimus per nos vel per alios, nec occupari vel inuadi procurabimus; nec inuadere vel occupare tentantibus prestabimus consilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum: in ijs auctoritate & mandato Romani Pontificis vel sedis Apostolicæ semper saluis. Vassallos quoque nostros, contra prædictorum aliquod facientes, pro posse bona fide compescemus, & puniemus, saluis auctoritate, & mandato prædictis. Et si nos contra prædicta, vel aliquod prædictorum, quæ superius de Imperio loquimur, faceremus, liceat omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus principibus, baronibus, vassallis, & collegijs, ac communitatibus regni Siciliae, ac totius terræ, quæ est citra Farum vsque ad confinia terrarum Romanæ ecclesiæ, quæ ab ipsa tenemus ecclesiæ, & omnium aliarum terrarum nostrarum, quæ sunt in eodem Imperio, ad mandatum eorundem Rom. Pontificis, vel Apostolicæ sedis, iuuare prædictum Regem, & Imperatorem Romanorum contra nos & heredes eosdem ad defensionem Imperij, & pro eo quod iuuabunt Imperatorem, vel Regem prædictum ad defendendum Imperium contra nos, & heredes eosdem, non reputentur aliquid egisse, vel agere contra homagium, vel fidelitatem ab ipsis præstita, vel præstanda nobis & heredibus supra dictis; & quod propter auxilium, vel iuuamen, quod in hoc casu ad mandatum Romani Pontificis, vel sedis Apostolicæ prædictorum præstabitur Imperatori vel Regi Romanorum, nullum damnum, detrimentum, vel iniuriam ipsi, vel eorum heredes in feudis & terris, quæ in regno Siciliae, ac tota terra prædictis tenent, incurrent vel accipient; & quod homines, seu vassalli regni Siciliae non teneantur obedire nobis, volentibus per nos, vel alium Imperium, vel aliquam eius partem, vt dictum est, occupare, inuadere, seu offendere in aliquo, saluis auctoritate & mandato Romani Pontificis, vel sedis Apostolicæ prædictorum. Præterea inimicos Regis eiusdem non iuuabimus contra ipsum, saluis auctoritate & mandato prædictis, & excepto quod si nos haberemus guerram contra eandem Rom. ecclesiam, vel ipsa Ecclesia contra nos, possit idem Rex dictam Ecclesiam libere adiuuare: & si prædictus Rex haberet guerram contra Ecclesiam prædictam, vel eadem Ecclesia contra ipsum, libere nos memoratam Ecclesiam adiuuare possimus.

4. Possit etiam Rex prædictus Regem Vngariæ iuuare in defendendo, sed nec de hominibus Imperij possimus nos alicui seruire contra Regem Romanorum, vel Imperatorem, nec de hominibus Regis Franciæ seruire teneamur alicui contra ipsum. Possimus quoque & nos Regem Vngariæ in defendendo iuuare, saluis in his auctoritate ac mandato Romani Pontificis, vel sedis Apostolicæ prædictorum. Possimus etiam iuuare Regem Franciæ, vt tenemur. Quod si forte, quod absit, inter eundem Regem Romanorum, & nos aliqua discordia oriretur, vnus non mouebit propter hoc guerram alij, nec terram, vel vassallos alterius

molestabit per se, vel per alios; saluis mandato & auctoritate Romani Pontificis, vel sedis Apostolicæ supra dictis: sed recurremus ad Romanum Pontificem, & super huiusmodi discordijs præfatus Rex Romanorum, & nos stabimus dicto memorati Romani Pontificis, si forsitan inter nos nequiverimus concordare. Super his autem omnibus, & singulis plenarie obseruandis, absolute, ac libere Romano Pontifici spiritualiter, ac temporaliter nos tenore præsentium duximus submittendos. In omnibus autem & singulis supra dictis consensimus expresse, vt in eisdem omnibus & singulis plenariam interpretationem & declarationem eidem Romano Pontifici ad præsens & in posterum reseruantes, eius interpretationem, seu declarationem faciendam, etiam simplici verbo, nos seruaturos specialiter auctoritate præsentium obligamus: promittentes nihilominus prædicta omnia & singula, postquam præfatus Rex imperiale diadema suscepit, renouare ad maiorem & perpetuam firmitatem. Præmissa vero omnia, & singula iuramento corporaliter præstito promittimus inuiolabiliter obseruare, &c. *Actum Neapoli anno Domini mcccxxx. die x. maij viii. indiet. regnorum nostrorum Ierusal. ann. iv. Sicilia vero xv.] Tandem ea pax anno sequenti coaluit: ipsiusque sanctæ leges a Martino IV. apostolica auctoritate confirmatae sunt a Ingrata hæ admodum Margarita Regina Francorum & Philippo filio fuere, cum Prouinciæ obtinendæ spe deturbari conspicerent: quos Nicolaus mulcere literis studuit, ne ea dissensio in bellum erumperet.*

5. Adiungendum hic rebus Siculis videtur, Carolum cum archiepiscopo Capuano de castro Vulturno iudicium intendisset, vt doceret quo iure ea ditioe potiretur, prouocante archiepiscopo ad sedem Apostolicam, a Nicolao monitum, controuersiam in pontificio foro dirimendam.

Nicolaus, &c. charissimo in Christo filio Carolo illustri Regi Siciliae.

Habet humilis & modesta relatio venerabilis fratris nostri archiepiscopi Capuani, quod cum quoddam castellum ad mare, de Vulturno vulgariter nuncupato, possidat nomine ecclesiæ Capuanæ, magnificentia regia per suas literas mandauit, vt eidem in regali curia, certo ad hoc præfixo sibi termino, compareret super dicto castello, & suis pertinentijs, quod asseris esse feudale, tibi vel procuratori tuo in eadem curia responsurus. Verum dum procurator ipsius archiepiscopi illuc in ipso termino compareret, forum declinando, proposuit, quod dictum castrum non erat feudale, sed liberum; quodque idem archiepiscopus & ecclesiæ Capuana illud tanquam liberum, & ad ecclesiā ipsam in solidum ac plene pertinens possedit hætenus, & adhuc etiam possidebat, & ideo nõ tenebatur in regia curia respondere; sed sui potius iudicis, videlicet ecclesiastici competentis, coram quo, prout ordo iuris postulat, se paratum offerebat cui libet conuenienter super illo iustitiam exhibere; nihilominus tamen tu terminum alium sibi per tuas literas præfixisti, vt super nominato castello ostenderet iura ecclesiæ supra dictæ. Propter quod memoratus archiepiscopus ad nostram duxit prouidentiam recurrendum, allegans, quod si rem a quoquam possessam alius ad se vt feudalem asserat pertinere, vel a se vt feudalem postulat recognosci; sed a possidente libera, & a se libere possessa dicitur, & feudalis esse negatur; cognitio huius causæ, cuius commo-

dum

Regne ea
de relice-

Si promit-
ta infrege-
ris solutos
fidei sacra-
mento Si-
culos re-
uocant.

a Marc. l.
I. ep. 11.

b Nicol. so.
2. l. 3. ep.
35. 37.

Carolus
iudicium
archiepi-
scopo Ca-
puano de
Vulturni
ditioe in-
tendit.

Admoni-
tus cotro-
uersiam
apud sub-
sellia Ap-
disceptare

gnoscent se reum, confessus est palam se prohibuisse
 praelatos regni sui, ne intrarent Budam tempore,
 quo Philippus legatus Apostolicus habuit synodum in
 Vngaria: qui in poenitentiam edificauit monasterium,
 cui donauit per manum dicti legati centum marchas
 argenti annuatim. Habetur libro priuilegiatorum Ro-
 mana ecclesie. Producendæ ex eodem Vaticano
 codice a visa sunt Ladislai literæ subiectis verbis
 conceptæ.

*Ladislauus Dei gratia Vngariæ, Dalmatiæ,
 Crouatiæ, Rama, siue Galiciæ, Lodomeriæ, Cu-
 mania, Bulgariæque Rex omnibus, ad quos præsens
 scriptum peruenerit, salutem in aëtere salutis.*

Cum ad catholicos & Deo deuotos principes,
 & quoslibet alios Christianæ fidei professores prin-
 cipaliter quasi expectare noscatur, culpas suas
 agnoscere, & ecclesiis, ac alia pia loca ad vsum
 pauperum, & egenorum, ac infirmorum Christi
 edificare; notum fieri volumus vniuersis, quod
 cum tempore sacri concilij per venerabilem pa-
 trem dominum Philippum Dei gratia Firmanum
 episcopum, Apostolicæ sedis legatum, in castro Bu-
 densi deuote & solemniter celebrati, nos feruore
 iuuentutis contra nostram salutem accensum, &

quorundam prauorum consilij depraui atque
 seducti, in nostram hoc inferri iniuriam æstimantes
 quod erat ad propagationem virtutum, exclusio-
 nem etiam vitiorum; iudici & ciuibus dicti castri Bu-
 densis sub grauius pœnis dedimus in mādatis, vt
 praelatos regni nostri, ad mandatum domini legati
 præfati ibi occasione dicti concilij congregatos, de
 castro ipso excluderent, nec aliquos in dictum ca-
 strum permitterent introire; quodque eis & familia
 eorundem victualia & venalia prohiberent.

Tandem paterna māsuetudine ab ipso domino le-
 gato pie & leniter informati, ad eruditionem, & fre-
 quentem inductionem ipsius excessum nostrum in
 huiusmodi cupientes misericorditer operibus expiari;
 cum crimina elemosynis redimantur, in perpetuam
 elemosynam ad mandatū ipsius domini legati do-
 namus, concedimus, atque offerimus eidem reue-
 rendo patri domino legato, recipienti nomine &
 vice egenorum, ac pauperum, & infirmorum
 Christi, centum marchas argenti annis singulis per-
 petuis temporibus ipsorum pauperum, & egeno-
 rum, ac infirmorum nomine percipiendas; ad
 opus cōstruendi vnum hospitale pro sustentatione
 dictorum pauperum, egenorum, ac etiam infirmorum,
 & in solatium eorundem in regno nostro vbi,
 quando, & sicut præfato domino legato videbitur
 expedire, & per se vel per alium duxerit ordina-
 dum: irrefragabiliter statuentes, quod dicta
 centum marchæ per nos & successores nostros
 annis singulis perpetuis temporibus persoluan-
 tur de argentifodina nostra, Qui luychbana
 vocata circa Scepes: qui per ipsum vel alium, qui
 de mandato ipsius aut per venerabilem patrem
 Lodo. Dei gratia Strigonensem archiepiscopum
 ad curam, ministracionem, & gubernationem
 dicti hospitalis fuerint deputati; nos & camera
 nostram, nostrosque successores ad prædicta
 omnia & singula per præsens priuilegiū obligantes.

Quod si casu aliquo dictam argentifodinam deficere,
 diminui, vel deperire contingeret, quod dicta
 centum marchæ de ipsius argentifodinæ prouen-
 tibus solui non possent; assumimus, promittimus,
 ordinamus, atque statuimus, nos & camera,
 & ærarium nostra, vt supra obnixi obligantes, quod
 dicta centum marchæ de camera vel ærario nostris
 annis singulis persoluantur; tam pro satisfactione
 præfata iniuriæ, & offensæ per nos Deo & Eccle-

sia irrogatæ, quam pro nostro & progenitorum
 nostrorum remedio peccatorum. In cuius rei memo-
 riam sempiternam & perpetuam firmitatem,
 præsentibus concessimus literas duplicis sigilli nostri
 munimine roboratas. Dat. per manus discreti viri
 magistri Bartholomæi aula nostre vicecancellarij dile-
 cti & fidelis nostri anno Domini MCLXXXV. kal.
 septembris, regni nostri anno VIII.]

9 Ad asserendam pariter suo splendori religio-
 nem, quæ ob nefarios errores, qui in dies pullula-
 bant in Vngaria, labefactabatur; Ladislauus melio-
 ribus instructus consilij regio edicto sanxit, leges
 omnes ab Apostolica sede ad excindendam hereticam
 perfidiam latas (siere autē hoc anno graui-
 sima a Nicolao promulgatæ, quæ in bullario ex-
 rat) suū robur habituras. Quæ de re hæc Baronius:
*Mandauit in regno suo seruari per officiales suos om-
 nes constitutiones, & statuta ecclesiastica contra hæ-
 reticos facta, in quibus obligauit se ac successores suos.*
 Insignis adeo sanctio, securitatis transitū dædātibus,
 ne fidei decus obsolesceret, edita, e memorato
 Vaticano codice a nobis decrepta est.

*Ladislauus Dei gratia Vngariæ, Dalmatiæ,
 Crouatiæ, Rama, Seruiæ, Galiciæ, Lodomeriæ, Co-
 mania, Bulgariæque Rex, omnibus Christi fidelibus,
 præsentibus literas inspecturis, salutem in omnium Sal-
 uatore.*

Ad vniuersorum tam præsentium quam futu-
 rorum notitiam harum serie volumus peruenire,
 quod nos ad imitationem sanctorum progenitorem
 nostrorum, cupientes sanctam fidem catho-
 licam in regno nostro miserante Deo per ipsorum
 progenitorum nostrorum ministerium propaga-
 tam atque firmatam, euulsis atque destructis in-
 de erroribus, & eliminatis atque exterminatis
 hæreticis, cuiuscumque erroris vel sectæ, qui Eccle-
 siam & fidem catholicam demoliri damnabiliter
 moliantur; & specialiter de ducatu nostro ac
 dicecesi Bosnensi, & quibusdam adiacentibus ter-
 ris sub nostra iurisdictione, ac dominio constitutis,
 in quibus diuersæ hæreticæ prauitatis sectæ, pec-
 catis exigentibus, in contumeliam Creatoris, & fidei
 Christianæ opprobrium, nostrum & regni nostri
 scandalum & infamiam manifestam iam dudum
 miserabiliter pullulasse, & damnabiliter excreuisse
 noscuntur, per regalis nostræ auctoritatis, & po-
 restatis officium, ac ministerium dilatari; omnia
 statuta, constitutiones, leges & iura, atque de-
 creta contra hæreticos & hæreticam prauitatem
 quibuscumque nominibus censeantur, per sanctam
 sedem Apostolicam edita, accepta, & quomodo-
 libet approbata, ad requisitionem & commo-
 nationem reuerendi patris domini Philippi, Dei
 gratia Firmani episcopi Apostolicæ sedis legati, deuote
 recipimus, acceptamus, ac etiam approbamus:
 præsentibus pagina statuentes, quod huiusmodi
 statuta, constitutiones, leges, & iura, atque de-
 creta in regno & omnibus terris nobis subiectis,
 tam per nos nostrosque successores, quam per duc-
 ces, comites, barones, nobiles, iudices, officiales,
 ac populos vniuersos regni nostri, & terre
 nostræ iurisdictioni subiectæ, perpetuis temporibus
 inuicibiliter obseruentur; decernentes statu-
 torum, constitutionum, legum, & iurium, ac
 decretorum huiusmodi transgressores, seu vio-
 latores, pœnis canonicis atque legitimis in eisdem
 statutis, constitutionibus, legibus, iuribus, ac de-
 cretis contentis subesse & subiacere debere: ipsas-
 que pœnas, & alia, quæ in eisdem statutis & legi-
 bus continentur; necnon & sententias, quas au-
 thoritate eorum ferri contigerint, per nos nostros-
 que

Pœnificias in hæreticos leges valutas in Vngaria decernit. a Baroni in sched. M.S.

b To. lib. priuil. Rō. ecel. to. 2. pag. 81. & collectan. Plat. to. 1. pag. 35 & 173. asseruntur etiam in arco S. Ang.

Regiura ea de re edictum.

Data magistra impéria, vt seueritatem distringant in impio.

que successores, ac regni nostri iudices & officiales, & alios quoscumque in regno nostro iurisdictionem habentes, executioni debitæ irrefragabiliter mandari debere. Si qui autem huius statuti nostri transgressores extiterint, indignationem nostram merito se nouerint incurrisse, & regiam sentient ultionem. *Datum per manus discreti viri magistri Bartholomæi aula nostræ vicecancellarij anno Domini M^{CC}LXXX. indictione VIII. regni autem nostri anno VIII. J.*

Huic non absimilis Elisabethæ Reginæ Ladislai matris Machou & Bosnæ ducissæ sanctio ad lucem hæreseos e suis ducatibus excindendam, promulgata, qua fidem ad seruanda omnia Romanæ ecclesiæ pro tuendo in ijs oris religionis splendore imperia & iura in impios obstrinxit, quæ licet eum superioribus consonet, ob rei tamen grauitatem non pratermittenda visa est. a

Elisabeth, Dei gratia, maior Regina Vngaria, ducissa de Machou, & de Bosna omnibus Christianifidelibus, præfens scriptum inspecturis, salutem in omnium Salvatore.

Ad vniuersorum notitiam harum serie volumus peruenire, quod cupientes sanctam fidem catholicam in ducatibus de Machou & de Bosna, & in comitatibus de Pasaga & de Valcon, cæterisque comitatibus nostræ iurisdictioni subiectis, ac alij, quos iuuante Deo, nos habere contigerit in futurum; destructis erroribus, ac eliminatis, atque destructis inde hæreticis, qui Ecclesiam sanctam, & fidem ipsius demoliri, atque destruere damnablem moliuntur, per nostræ regalis mansuetudinis, ac potestatis, nec non iurisdictionis officium & ministerium dilatarj; ad requisitionem, & commonitionem reuerendi patris nostri Philippi, Dei gratia Firmani episcopi Apostolica sedis legati, promittimus & assumimus per præfentes, quod omnia statuta, iura, atque decreta contra hæreticos, & hæreticam prauitatem, quibuscumque nominibus censeantur, per sanctam sedem Apostolicam edita, aut approbata, seu etiam acceptata obseruabimus & ad mandatum ecclesiæ sanctæ Romanæ, & per nos etiam ea faciemus a nostris subditis in ducatibus cæterisque comitatibus nostræ reginali potestati subiectis inuiolabiliter obseruari; decernentes ex nunc statutorum, & decretorum huiusmodi transgressores, atque violatores per pœnas canonicas, atque legitimas compelli, eisque pœnis subiacerere, & subiacerere debere. Si quis autem contra huiusmodi salubria statuta, & sanctam ordinationem fidei catholice contraire præsumperit, iram omnipotentis Dei, & nostram indignationem se nouerit incursum. Vt igitur huiusmodi sponsonis, seu promissionis series robur obtineat perpetuæ firmitatis, nec possit vilo vnquam tempore in irritum reuocari, præfentes cõcessimus literas sigilli nostri duplicis munimine roboratas. *Dat. per manus magistri Luca Strigonienfis ecclesie præpositi, aula nostræ cancellarij fidelis nostri anno Domini M^{CC}LXXX. XIII. kal. septembris indictione octaua. J.*

10 At breui Ladislaum, quem effrænes libidines ad impietatem detorquebant, improborum actus stimulis in Philippum episcopum inique se gessit. Meminit quidem Longinus a eieci Vngaria Philippi, quem a Polonis honorificentissime exceptum ait: sed ille rem anno M^{CC}LXXXII. collocat. Tradit vero idem auctor hoc anno Leonem Ruthenorum ducem, occupandæ Poloniæ studio incensum, conducto e Tartaris magno exercitu irrupisse; ac Leitconem Nigrum, collectis raptim

copijs, et si inferiorem numero, hostem aggressum, diuina potius quam humana virtute præclaram victoriam, octo millibus hostium cæsis, peperisse.

11 Hoc anno in Anglia translata solemnè pœpa sacras S. Hugonis Lincolnensis episc. reliquias, a tradit vitæ eius auctor: inuentum illius corpus pene integrum, adeo corruptionis immune, vt suauissimo odore omnes perfunderet; repertumque in loculo non paruam cælestis olei vim, quod ex eius corpore exudarar.

12 Inter hæc Nicolaus ad sustentandas Syriæ ruinas Philippum Regem Francorum sollicitauit, vt decimarum partem ad propulsandos Saracenorum impetus deriuaret, ac Pontium Broetum quem Templarij miserant ad sedem Apostolicam, vt Syriæ lugubrem conditionem exponeret, ad Alfonso Castellæ Regem ire iussit, vt ipsum ad pacem, vel diuturnas inducias admittendas flecteret, ne eo bello Christianæ res penitus collaberentur, quo argumento tum ad Templarios ipsos, tum ad Regem Castellæ scripsit. d

Regi Castellæ ac Legionis illustri.

Quanto Terræ sanctæ negotium ex subuentione, pro ea ordinata in nouissimo concilio Lugdunensi, videbatur prosperitati vicinius, tanto terra ipsa subuentionis eiusdem fert impedimentum molestius, & suspirat ardentius ad eandem; cum desiderium propinquantis ad brauium accendere soleat ipsa propinquitas, & inflammare desiderantis affectum. Hinc terra eadem per impediens subuentionem ipsam grauatur infestius, contra eos clamat acerbius; sed, dum beneficia sibi per ipsos contra hostes fidei collata rememorat, recurrit confidentius ad eosdem.

Ecce, fili charissime, te ac charissimum in Christo filium nostrum Regem Francorum illustrem sermo iste complectitur: terræ siquidem zelatores illius vos querelis grauibus impetunt, vos impedimento huiusmodi ex eo actores accusant, quod tua & ipsius discordia faciente, non tam prædicta subuentio, quam terræ ipsius liberatio in subtractione soldani Babylonæ, suorumque multiplicata scissura, varijsque modis alijs humiliata superbia, & viribus eneruatis, diuinitus præparata differtur; & quod vehementioris doloris habeat aculeos, dum liberationis eiusdem oblata commoditas præteritur, timetur verisimiliter, ne (quod Deus auertat) omnino perdat. Verum terra præfata, dum tuorum & Regis ipsius prædecessorum contra eiusdem fidei persecutores magnifica gesta recenset, tuaque ac illius aduersus persecutores eosdem impensa præfidia in considerationis suæ scrutinio non omittit, in quadam confidentiæ roboratione consurgens, tibi & ei statum suum confidenter insinuat; & implorans humiliter, quibuslibet submotis obstaculis, ac præcipue ipsa tua & eisdem Regis discordia, quæ maxime desiderijs suis obstat, pace sedata, vel treuga prolixiori suspensa, suum accelerari succursum; euidentes utilitates accelerationis exponit, nec postponit immensa dispendia tarditatis. Ob accelerationem huiusmodi, princeps inclyte, obtinendam nuper terra eadem ad nos literas & nuntios destinauit, eis prudenter iniuncto, vt iuxta dispositionis nostræ mandatum in tibi commissis procederent, & principes Christianos adirent.

Cum itaque dilectus filius frater Pontius de Bruet magister prouinciæ ordinis militiæ Templi vnus ex prædictis nuntijs, vir fidelitate ac discretione

Alia Elisabethæ Reginæ constitutio.

a Extat. in ead. & cod. to. pri. uil. pag. 82. collectan. Plat. pag. 35. & 174

Apostolica in impios iura, in Bosna seruanda.

Ladislaus ad vomitum relapsus.

a Longin. bisp. Pol. l. 7. an. 1282. Leo Ruthenorum dux in Polon irrupit.

etione laudabilis, de mandato nostro ad præsentiam regalem accedat; terræ præfata necessitates & statum, tanquam illorum ex inspectione recenti conscius, celsitudini tuæ plenius expressurus; serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attentius, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quatenus ipsum benigne audias, & vt efficaciter per federationem dictæ discordiæ, vel suspensionem remedio treguæ diffusioris exaudias; sic animum præpares, sic omnino disponas, quod inter te & Regem eundem pax, vel saltem adeo sit prolixi temporis tregua, quod ad generalis passagij processum, & reditum verisimiliter eiusdem temporis intercapedo sufficiat, concedente pacis actore, absque moratoria cunctatione procedat. *Dat. Roma apud S. Petrum x. kal. martij anno III.]*

13 Cum vero omnia eximia, tum maxime pacis munera a diuina manu excipienda sint, censuit Nicolaus, toto orbe Christiano publicas indicendas preces, atque orantibus sacras ecclesiastico ritu indulgentias proponendas, vt caeleste Numen vtriusque Regis animos ad concordiam inclinaret; etoque pacto contra Soldanum Babyloniæ, qui impulsus in ruinam Christianorum orientalium res prosternere minabatur, expeditio comparari posset: cuius conficiendæ quanto arderet desiderio Pontifex, archiepiscopo Turonensi significauit. a

Archiepiscopo Turonensi & vniuersis episcopis per Turonensem provinciam constitutis.

Salutaria, & solite imitanda discipulorum Christi exempla nos instruunt, vt ab occurrentium periculorum facie fugientes, ad diuinum confugium recurramus. Illi siquidem adeo grandi commotione maris facta, vt fluctus nauiculam, quam Iesum sequentes intrauerant, operirent; ipsum, qui & per hoc veritatem suæ humanitatis ostendens in eadem nauicula dormiebat, semper tamen in eo diuina vigilante virtute; ciuerunt vocibus, supplicationibus excitarunt; aduersus ingruentis tempestatis impetum salutis ab eo præsidium postulantes, & nos exemplariter instruentes, vt procelloso pelago mundi huiusmodi discordiarum concitato flatibus, & exaltatis commoto fluctibus, ad illum, in calis ad Patris dexteram residentem, leuemus cum manibus corda nostra, deuotis pulsibus precibus, sedulis orationibus insistamus, cessationem flatuum, sedationem fluctuum omnipotentis suæ inducendam imperio, & tranquillitatis gratiam eiusdem beneficio concedendam instanter, & humiliter implorantes; nunc maxime, dum id tanta petit instantia contra exortarum dissensionum incommoda quietis & pacis acceleranda committas; tam anxie postulat negotij Terræ sanctæ prouisa, sed per dissensiones easdem iam diutius impedita promotio, ipsiusque terræ non ignota necessitas; tam ardentem animarum pericula, quæ dissensionum ipsarum consideratio verisimiliter comminatur, vitanda summo opere persuadent.

Nostis enim quantis redundat guerrarum dissidijs orbis terræ: nostis quod de subuentione pro liberatione terræ ipsius in concilio Lugdunensi, ad hoc specialiter inter cætera per felices recordationis Gregorium Papam prædecessorem nostrum indicto, nonnullis principibus, & magnatibus personaliter, & quampluribus alijs per nuntios conuenientibus in eodem, non sine multis laboribus & sumptibus ordinata; spem salutis terra illa non indigne conceperat, & redemptionis suæ iubilum

Annal. Eccl. Tom. XIV.

quasi promptum & proximum cum fiducia expectabat: concurrere præsertim aperto superni fauoris indicio in exterminatione Soldani Babyloniæ, terræ ipsius persecutoris infesti, & in suorum præterea humiliatione multimoda bellis varijs contra eos, & inter ipsos scissuris intestinis obortis, quæ recuperatione eiusdem terræ quasi paratam Christianiculis offerebant, & adhuc offerre videntur. Sed prosperis eius inuidit auspicijs perfida zizaniorum factoris astutia, quæ suis diffidentie filijs taliter consternatis, ex consternationis huiusmodi consideratione diffidens; & quasi victus in eis, vt de fidei domesticis resistentiæ munimenta cõquireret; & infideles saltem per fidelium impedimeta protegeret, facilisque foret eorum protectio nemine impetente, inter præcipuos fidei propugnatores eiusdem, charissimos videlicet in Christo filios nostros Franciæ, & Castellæ ac Legionis Reges illustres discordijs, non absque graui animarum, corporum, & rerum discrimine feminatis; tam salubris prouisionis desideratum & periculose dilatum hucusque processum multipliciter impediuit. Cum non solum dictos Reges, ac eorum regna per hoc ab eiusdem terræ subuentione distraxerit; sed & alios in eorum dissensione perturbans, ipsos proinde a prosecutione sui, circa id propositi auocarit: & ita vires Christianæ potentie diuidendo minuerit, vt ad speratum prædictæ liberationis exitum redantur inhabiles, quæ in vnitæ concordia adunata fuissent, & erunt in omni sufficientia sub spe caelestis auxilij efficaces.

14 Verum in ijs sedis Apostolicæ sollicitudo non desuit; sed ad eam tempore felicitis recordationis Ioannis Papæ prædecessoris nostri super discordia Regum ipsorum certo rumore perlato, festina, vt discriminibus tam damnosæ dissensionis occurreret; & quo celerius fomitem ipsius extingueret, & in suo quasi ortu insurgentis procellæ spiritum præfocaret, eo acceleraret amplius prouioluntatem eiusdem terræ succurrere; dilectum filium nostrum Hieronymum tit. S. Potentianæ presbyterum Cardinalem, tunc generalem ministrum Minorum, & dilectum filium fratrem Ioannem magistrum Prædicatorum fratrum ordinum, diuersis excogitatis remedijs, & data ipsis ad eadem exequenda potestate plena & libera, destinauit: nosque post defunctionem prædecessoris ipsius vocati, prout Domino placuit, ad apostolatus officium circa hæc non torpuimus otio; sed quasi ponentes viarum nostrarum initium opus pacis, cum fratribus nostris, quamprimum conuenere nobiscum, super sedanda peramara nobis & ipsis eorumdem Regum discordia, deliberatione præhabita, de ipsorum consilio remedia remedijs quaesitis adiecimus, ad executionem illorum nuncios multiplicantes & literas, monita monitis, preces precibus, & exhortationibus exhortationes addentes. Et demum licet non ignoremus huiusmodi negotio de Cardinalis & magistri prædicatorum industria plene prouisum; quia tamen ad eorumdem Regum concordiam sic noster suspirabat, & suspirat affectus, vt sollicitudini circa eam adhibere maiorem semper existimaret, & existimet adhibendam, dilectum filium nostrum G. basilicæ duodecim Apostolorum presbyterum Cardinalem, vt eidem negotio, vna cum dictis Cardinali & magistro vacaret, duximus destinandum. Et nihilominus vt ex multiplicatione consilij habendi tractatus utilitas multiplicaretur & salus, dilectum filium nostrum Simonem tit. S. Cæcilie presbyterum Card. tunc in regno Franciæ Apostolicæ sedis

Præteritas spes in struendæ expeditionis euancescere que-ritur.

Francor. & Castell. Regum discordias asserre exitum.

Qui legati ad eos cõciliandos missi.

Gerardus Card. ijs adiuctus.

Elusa oc-
culto Dei
iudicio eo-
rum stu-
dia.

legatum per nostras sub certa forma literas sollicitare curauimus, eique mandare, vt in ipso reformandæ pacis negotio præcipue apud dictum Regem Franciæ iuxta datam sibi a Deo prudentiam Cardinalibus, & magistro cooperaretur eisdem. Ipsi autem omnibus cõmissa sibi prosequerentibus, & exequentibus iuxta posse dicti Reges (quod non sine amaritudine multa referimus) nec sine stupore miramur, occulto forsan Dei iudicio, nec in pacis, nec in treguæ conuenere tractatum, tam solertibus nostris & ipsius Ecclesiæ studijs, tam grauibus, & diutinis ipsorum Cardinalium ac magistri, proh dolor! laboribus vacuatis.

15 Quis igitur animo non amaricato recenseat tam catholicos principes, fidei hostes prosequi solitos, in seipos & Christianitatem bella conuertere, in persecutionem ipsorum hostium conuertenda? Quis non stupeat, & miretur per eorum dissidentiam, quos progenitorum suorum laudanda memoria in propugnatione catholica fidei, quasi hereditarios successores instituit, impugnationem ipsam impugnantium impediri? O si Reges iidem vt oporteret, attenderent, quantum in ijs Deus offenditur, quantum claritati regij nominis derogatur! profecto ne propterea in se irâ Domini prouocarent, promptius per acceptationem mutuæ pacis exurgerent, & ne ipsorum famæ decrederet, non segnius, sed ocys provide- rent. Num non Deus offenditur, dum terra illa in impiorum manibus, eorundem Regum discordia faciente, deteritur, quam ei Scriptura sacra testatur omnium chariorem? Num parum eorum famæ decreuit, dum tot Christianitatis dispendia, ipsis communis opinio imputat, & eorum animositate assertio vulgaris ascribit? Nec sibi Regum ipsorum alteruter, quem sorte conscientia fortius arguit, blandiatur de nostrorum æqualitate verborum, in quibus eis culpam videtur æqualiter imputare. Nam et si ad præsens ideo sic duxerimus transeundum, vt neutrum magis fore culpabilem exprimentes, proficiamus efficacius apud eos; si tan en processu temporis eorum alterutrum, vel verumque patuerit Christianitati perutilem inter eos concordiam impedire, nec ipsis contra Deum, & cõmoda publica deferre proponimus, nec causam tanti discriminis occultare; sed & illam, prout expediens fore videbimus, publicare nemini deferendo curabimus, & ad alia opportuna procedere, quæ rei qualitas suggeret, & Dominus ministrabit. Malumus etenim, quod processus debitus cuiuscumque ipsorum culpæ respondeat, quam quod sub dissimulatione tantum religionis Christianæ periculum transeat.

Quamquam autem ex præmissis idem concordia reconciliandæ negotium desperationi videretur expositum, & adhuc humano iudicio videatur; nos tamen oculos mentis leuantes ad montem, vnde suppliciter petimus, & fiducialiter expectamus opportunum auxilium prouenturû, dictos tres Cardinales, & magistrum ad nostram duximus præsentiam reuocandos, vt per ipsos plenius circumstantiarum eius conscios, instructione pleniori recepta, in illo processu consultior haberetur. Et licet cum eisdem & alijs Cardinalibus memoratis perpenso consilio, & cum eodem magistro in curia Romana præsentem, collatione habitis ad sæpèfatos Reges in charitatis, & pacis vinculo vniendos, & terræ præfata negotium promovendum varia sint adiuuenta remedia, quæ instantèr prosequi cœpimus & continuata instantia, Deo auspice, prosequemur; quia tamen non

tam de sollicita quantumcunque adinventionem confidimus, quam de humili fidelium supplicatione speramus; instar illorum, quorum exempla præmissimus; pro tantæ tempestatis turbine sopiendo, ad illum, qui mari & ventis imperat, & fit de turbatione tranquillitas, deliberauimus recurrendum.

16 Ea igitur quæ ad pacem sunt, ipsum pacis flagitantes actorem; & in corde contrito, ac humiliato spiritu supplicantes, vt inter eosdem Reges in ipsius virtute pax fiat, abundet in suis turribus, in sublimibus videlicet eisdem, & alijs principibus orthodoxis, quo promptius ipse, qui potest ea, quæ postulamus humiliter, multiplicatis intercessoribus largiatur; vniuersis Christi fidelibus salubriter suademus, in remissionem peccaminum iniungentes, vt diebus singulis ex totis præcordijs in excelsa preces humiles porrigant, deuotas fundant orationes ad Dominum, vt ipse, cuius est ita pacis perfecta concessio, quod ipso eam concedente non sit, qui condemnet iudicio, potestatem deterreat, vel terrore perturbet; in memoratos Reges suæ pacis, & concordia fluentia diffundat, se ipsum veram pacem, quæ omnem sensum exuperat, eorum animis infuset, ipsosque faciat suauitate concordēs: vel saltem ad hoc humiliet & inclinet, vt omnem motum suæ discordiæ adeo prolixo temporis tregua suspendant, quod in eiusdem intercapedine temporis prouida ipsius terræ subuentio procedere valeat, & efficaciter ipso fauente procedat; cunctis præterea Christianis principibus, & eiusdem fidei Christianæ cultoribus statum pacificum sua omnipotenti virtute concedat.

Inter alia vero deuotorum suffragia, quibus propter hoc in laudis sacrificio Dominum honorabunt, in singulis missarum celebrationibus, post dictum a celebrante, *Pax Domini*; responsonemque secutam, antequam ipse celebrans vel respondentes incipiant: *Agnus Dei*, cum deuotione debita in patena duabus Eucharistiæ partibus collocatis, tertia quoque cum oratione solita in calice mixta cum sanguine, ipsoque calice cooperato, illud eximij citharedi canticum: *Latatus sum in his, quæ dicta sunt mihi*; a vobis religiosis, clericis, & alijs literatis dici volumus cum oratione, ac versiculis infrascriptis: ipso celebrante, alijsque præsentibus genua flectentibus, dum præmissa dicuntur. Et vt iidem fideles ad prædicta per salutaris retributionis exinde obtinendæ præmium fortius animentur; nos de omnipotentis Dei misericordia, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis ipse Dei Filius ligandi atq; soluendi tribuit, potestate; omnibus vere pœnitentibus & confessis, singulis diebus, quibus vsque ad annum, postquam eis innotuerit conputandum, deuote pro præmissis orauerint, misericorditer decem dies de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus.

17 Quocirca vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus præsentem nostras literas per veltras dioceses solemniter publicâtes, & ab alijs facientes in locis, de quibus expedire videritis, publicari; earum tenorem, vt plenius intelligantur ab omnibus in vulgari per vos, & alios ad hoc idoneos exponatis: adijcientes nihilominus in omnibus vestris sermonibus, vt pro eorundem Regum pace, sicut prædicatur, vel tregua prolixa, & aliorum principum, totiusque Christianitatis statu pacifico suppliciter oreretur ad

Quæ gra-
ui scelerem
in tanta
animorû
pertinacia
ij Reges
se deuinxerint.

Deliberat
Nicol. in
illius dis-
sensu
reum in-
urgere.

Quid, re-
uocatis ad
sedem
Ap. legatis
Card. ge-
stum.

Dominum, exhortationes accommodas, iuxta gratiam vobis ex alto concessam. Verliculi autem, & oratio dicenda post præmissum canticum dictum cum *Gloria Patri. Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson; & Pater noster. Et ne nos. & Sed libera nos.* Hi sunt verliculi: *Domine saluos fac Reges. & Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. & Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ: & Rege eos, & extolle vsque in aeternum. & Fiat pax in virtute tua: & Et abundantia in turribus tuis. & Domine exaudi orationem meam: & Et clamor meus ad te perueniat. & Dominus vobiscum: & Et cum spiritu tuo. Oremus. Largire quasumus Domine fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant. Per Christum dominum nostrum. & Amen.* Post hæc dicantur: *Agnus Dei, & cætera quæ sumpsunt. Dat. Roma apud S. Petrum x. kal. martij anno III.]*

18 Apostolicorum legatorum opera, consilijque adducti Castellæ & Galliarum Reges, extra regni confinia in Vasconiam, Anglo tunc obnoxiam, se contulerant, vt propius de componenda controversia agerent. Et quidem Alfonso Baionæ, Philippus apud montem Marfanum confederare: quibus Nicolaum legatorum opera indixisse tradit Nangius a, vt in mutuam concordiam, salua vtriusque æquitate, coalescerent: cumque hinc inde internuntij commearent, recrudescentibus odijs, discussam rem fuisse, indeque Philippum Tolosam profectum. Quo Petrus Aragonum Rex se contulit, ac summis honoribus omnique amoris significatione exceptus a Philippo & muneribus ingentibus cumulatus est: sed in Aragoniam regressus, vt tradit auctor, subornatus ab vxore Manfredi filia atque Panormitanorum, & Messanenensium pollicitationibus illectus, conuersionem in Carolum Siciliæ Regem consiluit, quæ maximum orienti exitum attulit. Sed de his postea, nunc ad Græcorum res digredimur.

19 Professus est iterum Andronicus hoc anno publicis literis b Romanæ ecclesiæ semper se adhaerurum, fidemque orthodoxam pie culturum.

Sanctissimo & beatissimo primo & summo Pontifici Apostolicæ sedis & vniuersali Papæ, communi patri omnium Christianorum, reuerendissimo patri Imperij mei domino Nicolao Papæ III. Andronicus in Christo Deo fidelis Imperator Constantinopolitanus semper Augustus, et moderator Romanorum, & omnium subiectarum gentium Imperio Romania, Ducas, Angelus, Comminus, Palaologus specialis filius magnæ sanctitatis vestræ, conuenientem honorem & reuerentiam cum sincera & pura affectione, & orationum postulationem.

Cum sanctus dominus meus Imperator, & pater Imperij mei transfuderit ad magnificentiam vestræ apostolicæ sanctitatis infrascriptas Imperij sui literas de verbo ad verbum sic continentes.

Sanctissimo & beatissimo primo & summo Pontifici Apostolicæ sedis & vniuersali Papæ, & communi patri omnium Christianorum, reuerendissimo patri Imperij mei domino Nicolao Papæ III. Michael in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romanorum, Ducas, Angelus, Comminus, Palaologus, specialis filius vestræ magnæ sanctitatis, conuenientem honorem & reuerentiam cum sincera & pura affectione, & orationum postulationem.

Quoniam missi sunt a magnitudine vestra ad Imperium nostrum nuntij Deo placentis ordinis Minorum, videlicet venerabiles & religiosi viri

frater Bartholomæus Grossetanus episcopus, frater Bartholomæus de Senis minister Syriæ, frater Philippus lector Perusinus, & frater Angelus lector Vrbeuetanus; qui ab Imperio nostro petierunt ex parte magnæ sanctitatis vestræ multiplicationem, & renouationem literarum super primatum recognitionem, ac susceptionem & obedientie sponsione Romanæ ecclesiæ, directarum olim a nobis per nuncios, qui ad præsentiam sedis Apostolicæ nouissime redierunt, scilicet venerabiles, & religiosos viros fratrem Iacobum Ferentinatem, Gaufridum Taurinensem episcopos, fratres Raymonum priorem Viterbiensem, & Saluum lectorem, Lucaum sacri ordinis Prædicatorum; videlicet, vt in nomine etiam magnæ sanctitatis vestræ ipsas literas exponamus, dignum hoc perficere reputantes; ecce exponimus ipsam multiplicationem dictarum literarum in nomine etiam vestræ magnæ sanctitatis, illa recapitulantes & approbantes, quæ ad beatæ memoriæ sanctissimum Papam dominum Gregorium decimum exposuimus & attribuimus per nostros nuntios, qui ad ipsius peruenierant sanctitatem: super quibus acceptati fuimus per ipsius beatitudinem, & per inuentos ibidem reuerendissimos Cardinales, & per sacrum & diuinum concilium, penes eum tunc apud Lugdunum congregatum. Habet autem professio fidei, & consequenter tenor literarum in dictionibus taliter: *Credimus sanctam Trinitatem, &c.* [concepta est ipsidem verbis fidei formula atque ea, quam iam ante suo loco retulimus: proinde prætermittenda visa est.]

20 Quoniam vero cognatus Imperij nostri magnus Logotheta dominus Georgius Acropolita ad affirmationem supra scriptorum ex mandato Imperij nostri iuravit in præsentia beatæ memoriæ sanctissimi illius vniuersalis Papæ domini Gregorij decimi, & tunc congregati apud Lugdunum sacrosancti concilij, quæ de verbo ad verbum sic se habent: *Ego Georgius Acropolita & magnus logotheta nuntius domini mei Imperatoris Græcorum Michaelis, Ducas, Angeli, Commini, Palaologi, habens ab eodem sufficiens ad infrascripta mādatum, omne se hisma prorsus abiuro, et supra scriptam fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, nomine dicti domini nostri veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto & corde & ore profiteor; ipsamque prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & praticat sacrosancta Romana ecclesia inuiolabiliter me seruaturum, nec ab ea ullo vnquam tempore recessurum, vel quoquo modo deuiaturum, vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam nomine ipsius & modo spontaneus veniens, pro ipso & pro me fateor, recognosco, accepto ac sponte suscipio, & ipsa omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem ecclesiæ Romanæ primatum, & ipsarum recognitionem, acceptionem, susceptionem, obseruantiam, ac perseuerantiam seruaturum præstito in animam ipsius & nostram corporaliter iuramento, promitto & confirmo. Sic ipsum & me Deus adiuuet et hæc sancta Dei Euangelia.* Cum sic de verbo ad verbum continens iuramentum, quod iuravit dictus magnus Logotheta in præsentia dicti illius sanctissimi & beatissimi vniuersalis Papæ domini Gregorij X. & dicti apud Lugdunum sacrosancti concilij, & nunc sanctissimus & beatissimus vniuersalis Papa, venerabilis pater Imperij mei dominus Nicolaus III. vniuersalis Ecclesiæ summus Pontifex petijt per venerabiles nuncios

Qui missi ad Græcos nuntij.

Sacramentum quo in Lugdunensi concilio se deunxit imperialis orator.

suos, videlicet religiosos viros fratrem Bartholomæum Grossetanum episcopum, & fratrem Bartholomæum de Senis ministrum Syriæ, fratrem Philippum lectorem Perusinum, & fratrem Angelum Vrbeuetanum sacri ordinis fratrum Minorum, vt renouet, multiplicet, affirmet, & ratificet per corporale iuramentum ea, quæ dictus magnus Logotheta iurauit, vt superius dictum est, & nos ipsi alias eadem fecimus corporali præstito iuramento; Imperium nostrum perficiens petitionem sanctissimi & vniuersalis Papæ venerabilis patris Imperij mei domini Nicolai III. consequenter superscripta sic iurat.

Confirmatum a Michaeli.

21 Ego Michael in Christo Deo fidelis Imperator & moderator Romæorum, Ducas, Angelus, Comninus Palæologus omne schisma prorsus abiuro; & superscriptam fidei veritatem, prout plene est scripta, & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & corde & ore profiteor; ipsamque, prout veraciter tenet, fideliter docet, ac prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, nec ab ea vilo vnquam tempore recessurum, vel quoquo modo deuiaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens fateor, recognosco, accepto, ac sponte suscipio; & omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem Ecclesiæ primatum, & ipsorum recognitionem, ac acceptionem, susceptionem, obseruantiam, ac perseuerantiam seruaturum, in animam meam præstito corporaliter iuramento promitto: & confirmo prædictum iuramentum prædicti magni Logothetæ mei, & meum, quod alias super his feci; & sicut feci, approbo, & ratifico. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia. [Hactenus Palæologi literæ suis insertæ ab Andronico, qui pergit.]

22 Cum hæc de verbo ad verbum sanctus dominus meus Imperator Imperij mei transmiserit ad vestram magnam sanctitatem, nostrum Imperium totaliter sequens sanctum dominum meum Imperatorem & patrem Imperij mei, affirmans & acceptans omnia supradicta consequenter sic iurat. Ego Andronicus in Christo Deo fidelis Imperator Constantinopolitanus semper Augustus, moderator Romæorum & omnium subiectarum gentium Imperij Romanæ, Ducas, Angelus, Comninus, Palæologus omne schisma prorsus abiuro & superscriptam fidei veritatem, prout plene lecta est & fideliter exposita, veram, sanctam, catholicam, & orthodoxam fidem esse cognosco: eam accepto, & ore & corde profiteor; ipsamque, prout veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat sacrosancta Romana ecclesia, me inuiolabiliter seruaturum, nec ab ea vilo vnquam tempore recessurum, vel quoquo modo deuiaturum vel discrepaturum promitto. Primatum quoque ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, prout in præmissa serie continetur, ad ipsius Ecclesiæ obedientiam spontaneus veniens fateor, recognosco, accepto, & sponte suscipio: & omnia præmissa tam circa fidei veritatem, quam circa eiusdem Ecclesiæ primatum, & ipsorum recognitionem, acceptionem, susceptionem, ac perseuerantiam seruaturum, præstito in anima mea corporaliter iuramento, promitto & confirmo, & dictum iuramentum prædicti magni Logothetæ, prout in litera sancti domini mei Imperatoris & patris Imperij mei continetur, & meum, quod super his alias feci, & prout

Superiora omnia admittit Andronicus.

feci, approbo & ratifico. Sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Hæc autem omnia superscripta facit Imperium meum ad vestram magnificam sanctitatem, & per ipsum ad omnes successores vestros, robans ipsa per propriæ manus Dei gratia imperialem subscriptionem meam, & per sigillum potentie meæ ad certitudinem perpetuo duratura. *Præsentem autem sacramentum aëlii est in nostra vrbe felici Constantinopolitana in nostro sacro Imperiali palatio Blachernarum mense septembri indict. v. 111. anno sexto milleno septimo centeno octuagesimo octauo, hoc ipso nimirum Christianæ salutis M.C.C.LXXX. feliciter. Amen.* Hactenus Andronicus, quem breui infanda perfidia hæc omnia violasse visuri sumus. Hæc porro literæ aliquot post Nicolai obitum diebus exarate sunt, cum nondum Constantinopolim Pontificiæ mortis rumor affluxisset. In quibus id obseruandum, nec Andronicum, nec Palæologum mentionem vllam fecisse de Nicolai postulatione, vt vox, *Filioque*, a Græcis in symbolo adijceretur, ac Græci præfules conceptam ipsidem verbis, quibus ab Romana ecclesia erat proposita, non autem alijs, vt vidimus, fidei formulam profiterentur, seque ad eam seruandam solemniter iurando obstringerent. Cæterum peruenere hæc literæ ad Martinum IV. quem sequenti anno ob studia impensa schismaticis Palæologum defixisse anathemate visuri sumus. Nunc ad Nicolaum, cuius obitus meminimus, redeamus.

23 Tradit hæc de ipso Prolemæus Lucensis: *Moritur apud Surianum iuxta Viterbium: & tunc corpus eius transfertur Romam; & in basilica S. Petri in capella B. Nicolai, quam ipse edificauerat, honorifice sepelitur anno Domini M.C.C.LXXX. in octaua Assumptionis.* His consentit Bernardus b: *Nicolaus, inquit, Papa III. in castro Suriano existens; eo ad declinandos ardores ætius se receperat, subito factus apoplecticus sine loquela moritur in octaua assumptionis B. Mariæ Virginis, eaque ratione Vestmonasteriensis c, ipsum xi. kal. septembris decessisse testatur; cum tamen secundum benedictionem, vt ait, complexionis bona, & temperatum modum in viuendo, quem habebat, diutius viuere merito videretur. Fuit autem sepultus in capella S. Nicolai in basilica S. Petri die dominica tunc sequenti.* His accedunt, quæ Ricordanus d Nicolaum Augusto mense vita functum tradit. De eo quoque hæc Longinus e: *Nicolaus Papa cum annis duobus, mensibus nouem, diebus tribus sedisset.* At cum auctor idem ipsum xxiii. Augusti e. viuis excessisse confirmet, ac Nicolaus, vt ex eius literis ostensum est, festo S. Catharinæ die, qui in vii. kal. decembris incidit, Pontifex renuntiatus fuerit, aliquot dies ex eo tempore detrahendos constat, atque adeo annis duobus, mensibus nouem minus duobus diebus sedisse dicendum est; quod etiam Baronius cõfirmat. e Ex quibus Martinus Polonus etiam emendandus, dum ait f: *Sedit annis duobus, mensibus octo, diebus viginti duobus.*

24 Explodendus vero magis inter cæteros Nouatorum g error, qui Nicolai obitum in annum sequentem conijciunt. Ipsum præterea Sutrij vita functum perperam scribunt: cum tamen non Sutrij, sed in oppido Suriano e. viuis ereptus sit. Purissimis moribus, atque ab omni libidinis labe immunem fuisse scribit Ricordanus h, cui Ioannes Villanus i, & S. Antoninus l alijque assentiunt; quamuis in suos nimio propensum amovere & congerendis in eos opibus studuisse dicant: neque aliã maculam, si ea infectus fuisset, dissimula-

lassent. Vnde mendacissimos Nouatores, quos paulo ante memoravi, refellas, qui luxuriæ maculam ipsi aspergere nituntur a. Inter cætera potro egregia opera, quæ ille suscepit, laudat Ptolemæus Lucensis b pontificum palatium ab eo iuxta S. Petri basilicam excitatum, ac pomerium elegantissimum mœnibus lateritijs cinctum.

25 Hic, inquit c, Nicolaus III. multas novitates fecit primo, quia apud S. Petrum edificavit palatium multum solemnne pontificale, ubi mandavit fieri domos pro omnibus officialibus suis, sed præcipue pro omnibus pœnitentiarijs, qui clauderantur sub vno cancello: ubi fecit fieri vnum viridarium de diversis confitum arboribus, & magna amplitudinis, quam & muro cinxit amplissimo fortissimo, & alto, ac turribus munito, quasi civitas esset. Quibus consentanea in appendice d Martini Poloni traditur, addit Ptolemæus e: Hic ecclesiam B. Petri quasi totam renovavit, & numerum summorum Pontificum fecit describi secundum imagines in ecclesia B. Petri in loco eminenti, & B. Pauli, ac S. Ioannis de Laterano. Augēt multum diuinū cultum ecclesiæ B. Petri quantum ad numerum canonicorum, & augmentat præbendas. At de eo iam ante abunde actum est. De alijs ab eo excitatis ædificijs, auctoq; ecclesiarum cultu addit superioribus Ptolemæus Lucensis in historia Ecclesiastica.

26 Hic etiam palatium Lateranense, quod de nouo Adrianus quintus inceperat, fecit perfici, nec non & sacram basilicam ad sancta Sacrorum euidentius ruinofam a solo terræ opere perpetuo inter ipsam per latera vestita marmore, ac in superiori parte testudinis picturis pulcherrimis ornata fundari iussit, capitibus Apostolorum cum carne circumcisionis domini nostri Iesu Christi, capillis quoque beata Virginis, & capite beatae Agnetis, seorsum positis; quarum reliquiarum quilibet in propria capsula erant: & exinde manu eius propria in palatium ipsum nouum de nocte translatis, & custoditis ibidem per religiosas personas & fide etiam dignas, donec basilica fuit completa, commisit. Demum autem Romano populo viriusque sexus generaliter, ac multis prælatis, & alijs innumeris gentibus concurrentibus personaliter, argenteas captas ipsas eas reduxit in altare eiusdem basilicæ, quam pridie nonas iunij consecrauit. Multa virtuosæ eidem attribuunt historici, quod magnus elemosynarius, quod deuotissime celebrabat, & semper in missa stebat. De magna prudentia commendabatur, ac in omnibus actibus suis multum maturus, vacantes ecclesias super omnes prædecessores suos velocius expedit. Notarios etiam vt Gregorius X. & Ioannes XXI. a se repulit, nullam eis audientiam dando.

27 In conferendis potro sacerdotijs, viros pios doctioribus pretulisse f refert Sansouinus, ac facilitationem addere solitum, nimirum doctrinam vite probitate destitutam venenum immedicabile esse. Et quidem testatur Ptolemæus Lucensis g, plures religiosos viros ab eo ad episcopales sedes promotos: Hic multos, inquit, episcopos religiosos fecit de ordine fratrum Minorum. Extulisse non modo ad honorem eos gradus religiosos viros, vt virtutum exempla in populo transfunderent, sed etiã Cardinalium collegio aggregasse, vt Latinum Robertumque Prædicatores, Bentuenegam, & Hietonymum Minoritas vidimus. Cumque mentio Cardinalium inciderit, addemus ab eo præter alios ex Iordano suo loco h memoratos, Ordonium Tusculanum episcopum, & Getardum basilicæ XII. Apostolorum presbyterum sacra purpura ornatos, de quibus in regestis pontificijs frequens mentio incidit. Cur vero maxime Minoritas Ni-

colaus ecclesiasticis afficeret dignitatibus, exponit Ptolemæus: Quia, inquit, ipsos specialiter dilexit & ipsorum protector semper fuit vsque ad papatum. obseruat potro Iordanus a, ipsum inito pontificatu, cum Minoritarum clientelam Mattheo Rubeo Cardinali commendaret, fingulare illud studium in S. Francisci sodalitiū, egregie explicuisse: Constituit, inquit, loco sui procuratorem ordinis Minorū Mattheum Rubicum S. Mariæ in porticu diaconum Cardinalem subiectis verbis: Si beneficia per nos tibi impensa magna inueniatur & multa; in nullo tamen sic e vicino deimus tibi arbam aterna vite, sicut in eo, quod tibi modo committimus. Damus enim tibi, quod te in paradysum inducat, merita scilicet sanctorum fratrum ordinis huius: damus tibi melius quod habemus: damus tibi desiderium cordis nostri & pupillam oculorum nostrorum. Et hoc dicens non modo lacrymas fudit, sed etiam singultus vir tanta maturitatis continere non valuit. Et extenta manu proprium anulum tradidit illi, dicens: Tibi committimus ordinem fratrum Minorum; & illa verba regule recitauit: Qui sit gubernator, protector, & correctio, &c. Gubernatione, inquit, & correctione tua non egent: sed pauperes, & imbecilles, & habentes impugnatores tua indigent protectione defendi.

Fluxisse ex ea propensissima in Franciscanos Nicolai beneuolentia, vt præscripta a S. Francisco religiosa vitæ forma in nonnullis ambiguis declararit, refert Ptolemæus Lucensis memoratus: Propter quam causam, inquit b, ipsorum regulam declarauit per quandam decretalem, quam fecit, quæ habetur in 6. l. de verb. signif. c. Exijt qui seminatur. Quod non fuit incongruum, cum etiam declarari possent per ipsum & regula Euangelica, & Apostolica dicta, secundum sacrorum doctorum sententias: vnde quia dubia quedam in dicta regula videbantur, hæc certiorari voluit in decretali præfata. In ea vero constitutione aduertendum, Nicolaum rerum futurarum inscium, ex ingenti in Minoritas studio, rerum omnium, quæ religiosa illi familiæ concederentur, permisso Minoritas vsu, sedi Apostolica dominium reseruasse: ex quo ingentia postea scandala, quæ Ecclesiam cõcusserunt, emerferunt: in superbiam enim elati nonnulli Minoritæ spernere postea alios religiosos ordines, suamque venditare paupertatem dominio rerum omnium exutam cœperunt; illiusque specie pontificio nomine pro cogendis opibus iniustas lites mouerunt; cumq; his malis Ioannes XXII. occurreret, editaque constitutione dominium illud, vt fictitium & nullius vtilitatis abdicasset, ac definiisset controuerfa capita de Christi & Apostolorum paupertate, non desuere in eo ordine, qui hæreses & schisma conflat; de quibus suo loco: nunc ad Ptolemæum Lucensem redimus.

28 Post allata hæc elogia ipse nonnullos illi nauos aspergit, quos Bernardinus d Tonus in M.S. Nicolai vita refellit, in primisq; suorum amantiorum (quod ab alijs obiectum dixi) extitisse e, suspicionemque inieciisse duos nepotes Insurbria, & Etruria create Reges meditatum. De quibus condendis regnis hæc Iordanus f: Tractabat quoq; idem Ioseph cum dicto Rege, nimirum Rodulpho, super nouitatibus faciendis in Imperio, vt videlicet totum Imperium in quatuor divideretur partes, in regnū Alemannie, quod dabatur posteris Rodulphi perpetuum; in regnū Viennense, quod dabatur in dotem uxori Caroli Martelli filie dicti Rodulphi: de Italia vero præter regnum Sicilia duo regna fibant, vnum in Lombardia, aliud in Tuscia: sed interant

a Iord. M. S. Var. sig. n. 1960. Insigne beneuolentia erga Minoritas argumentum

b Prol. Luc. l. 23. hist. eccl. M. S. cap. 28.

c Extran. lo. XXI. de verb. signif. Ad con. itor. canon.

d Bernard Tonus M. S. vit. Nicol. III. e Prol. Luc. M. S. l. 23. hist. eccl. c. 31. f Iord. M. S. Var. sig. n. 1960. Sansouin. de V. sm. famil. l. 2.

plures annos ibi legatus extitit. His addit Iordanus: a
Et multas bonas ordinationes ibi dimisit firmatas in
provincialibus synodis per eum congregatis: in sum-
ptibus autem fuit multum magnificus, religiones dile-
xit, Minorum maxime et Predicatorum. Eadem tū
Iordano Ptolemaus Lucensis describit, ad multa
a nobis iam ante suis locis e Pontificum literis re-
censita fuerunt. Antequā vero Cardinalitia purpu-
ra ornatus esset, sacerdotiū gessisse in ecclesia Rho-
tomagensi, ipsemet in epistola sequenti anno ad
canonicorum collegium data docet e his verbis:
Non enim sumus immemores, quinimo frequenter ad
memoriam reuocamus, quod ipsa ecclesia nos, dum in
minoribus ageremus, maternis nutriuit affectibus,
præuenit gratijs, beneficijs honorauit. In Turonensi
etiam ecclesia sacri ararij præfectus & canonicus
extitit, vt testantur eius literæ e chartario Turon-
ecclesie a Massonio adductæ: vnde gratæ mentis
ergo in S. Martinum Turonensem, eius nomen
sibi indidisse ferunt. Cæterum cum vnus tantum
modo eius nominis sanctus Pontifex eum præfer-
ferit, me laeret, cur non secundus, sed quartus ab
antiquis auctoribus appelletur.

5 Gerebat quidem in votis Martinus in Vr-
be solemnī ritu pontificiæ ornamenta dignitatis
sibi conferri, intestinosque Urbis motus sedare: vt-
que iter optatis sterneret, Latinum episcopum
Ostiensē & Gottifridum S. Georgij ad velum au-
reum Cardinales misit, vt in literis e ad Carolum
Regem Sicilia testatur his verbis: *Exigebat Urbis
intestina turbatio, animarum pericula ingerens, &
rerum vastitatem inducens; ad idem urgebat instan-
tius nostra deuotio interpellans multipliciter, & in-
stigans, vt in illius, videlicet Apostolorum Principis,
veneranda basilica successor ipsius munus consecra-
tionis reuerenter acciperet, cuius diuina dispo-
sitionis onus successione accepit; in ea ciuitate sumeret idem
successor apostolici honoris insignia, ex qua titulum
sua denominationis assumit Romanus Pontifex, seu
Papa vocatus. Hinc vt salutem tam spectalium filio-
rum prouiso paterna succurreret, damnis occurreret,
& tanta ipsius nostræ deuotionis instantiæ desiderata
satisfactio proueniret, nostræ consecrationis & coro-
nationis solemniam, non sine multorum persuasione
contraria, non absque negotiorum nobis imminen-
tium & ad retardatæ ipsorum expeditionis accelera-
tionem instantium impedimento, distulimus, ad Vr-
bem eandem venerabilis fratri Latino Ostiensis episco-
po, & dilecto filio nostris Gottifrido S. Georgij ad
velum aureum diacono Cardinali velut pacis Ange-
lis destinatis, vt inibi statum reformando pacificum
sopirent odia, concordarent corda discordia, & in-
vinitate charitatis vnirent, nobisque ad eundem Urbem
eandem, ad profiquenda presertim eadem solemniam,
opportunitatem curiæ nostræ, ipsamque sequentibus
necessariam prepararent.*

6 Efferari nimirum mutuis odijs procerum
animi (eos vero Annibaldenses & Vrsinos fuisse,
ac demum Vrsinos, qui ob nimiam sedente Nico-
lao collectam potentiam inuidiam sibi pepererant,
succubuisse ferunt) festi tam cito ad concor-
diam non potuerunt; atque adeo Martinus solem-
nem consecrationis pontificalis pompam Vrbe-
ueterē peregit; de qua Iordanus g: *Hic post eius
promotionem a Viterbio discedens noluit ibidem con-
secrari; sed se transiulit ad Urbem ueterem, & ibi con-
secratus fuit x. kal. aprilis.* Præcipitis huius e Vi-
terbio discessus causam designat Ptolemaus Lu-
censis h, nimirum ob Vrsinos Cardinales a Viter-
biensibus mandatos custodiæ: *Ex hac, inquit, vio-
lencia omnes auctores sententiam excommunicationis*

*incurrunt, & ciuitas Viterbiensis ecclesiastico suppo-
nitur interdico; & ab illo tempore curia ibidem vs-
que modo residentiam non fecit; durauit que istud in-
terdictum non modicum.* Eadem de Martino tiara
pontificia Vrbeueterē redimito Bernardus a, Nan-
gius b, & alij: idque etiam indicant encyclicæ li-
tere ex ea vrbe ad orbis Christiani præfules, qui-
bus de susceptis a se Ecclesia catholice gubernan-
culis certiores eos factos monuit, vt operā cum
ipso in re Christiana augenda coniungerent, ac
Nume præarentur, vt caelesti ope tanto muneri
imparem fulciret.

7 Martinus &c. Incomprehensibilia Dei iudicia,
& inuestigabiles viæ eius, grandem nimirum
stuporem considerantibus ingerunt, & causam
profecto non leuis admirationis inducunt. Quis
enim in illorum consideratione non stupeat? Quis
non stupendo miretur, & timeat illa iudiciorum
secreta caelestium, quorum ordinem non datur
nosse mortalibus, aut in terrâ ponere rationem:
quorum mysteria mens humana, nec inuestigando
comprehendere sufficit, nec considerando discute-
re, vel manifestare loquendo? Quis, inquam, abs-
que stupore ac terrore latentēs quotidianorum
euentuum prouisiones attendat? Quis intelligere
valeat discretam lancem a quitatis occulta, qua il-
le, in quo sibi misericordia & veritas obuiarunt,
qui Ecclesia, quam non solum misericorditer, sed
mirabiliter suo sanguine pretioso fundauit, & in
adeo solida firmitate petra inuolabilis stabiliuit,
vt portis inferi & mortis legibus præualeret; suam
in sanctis Apostolis promisit omnipotentiam vs-
que ad consummationem seculi assilicem; ipsam
humano iudicio quodammodo derelinquens,
eam tam frequentium vacationum, & aliquando
etiam diffusarum vexari permittit incommotis, &
in substituendi Pontificis expectatione languere?
Qua ipse idem sapientissimus ponderator, qui sua
ineffabili sapientia in itatera reclusissima merita sin-
gularum appendit, & vnique secundum opera
sua reddit, illius regimen, etsi iusta, nobis tamen
ignota & miranda libratione dispensans, illud sic
libra inscrutabilis dispensationis alternat, vt is
subtrahatur interdum, cui suppetebat in abun-
dantia fortitudo virtutum, cuius vita subditis
profutura sperari poterat eo ipso longæuior ad
dandam salutis scientiam plebi suæ: substituatur
vero qui se potest non indigne fateri & virtutum
inopia debilem, & alias imparem ad summi pon-
tificij farcinam supportandam?

8 Huiusmodi subtractionem in obitu felicis
recordationis Nicolai Papæ prædecessoris nostri,
cuius longe lateque fama claruit, emicuit vita,
experientia & prudentia eminebat, eadem per-
pessa mater Ecclesia viduitatis angustias aliquan-
diu peramare defleuit: substitutionem autem præ-
tactæ non ab similem in nostra uocatione ad apo-
stolatus officium, cuius seriem subscripta descri-
bunt, nos ex nostrorum consideratione defectum
in humilitate spiritus profitemur. Memorato si-
quidem prædecessore nostro, prout Domino placuit,
ab hac luce subtracto, eiusque corpore de-
lato ad Urbem, ibique in Apostolorum Principis
basilica, vbi sepeliri delegerat, cum ex quiarum so-
lemnitate debita tumulto; nos & fratres nostri
anxij de vacatione ipsius Ecclesie, Viterbij, vbi
tunc Romana residebat curia, in episcopali pala-
tio concordi voto conuenimus, prouisioni eius-
dem Ecclesie propensorem dari operam, prout
necessitas exigebat. Circa hoc autem pluribus
tractatibus habitis, post aliquanti temporis mo-
ram,

a Bern.
in Chron.
Rom. Pont.
b Nang. in
Phil. Reg.
Franc.
Mart. Po-
lon. l. 4. in
Mart. IV.
& alij.
c To. l. l. l.
ep. l. exi.
etiā in for
Martin. E-
buli M. S.
Vatic. pag.
145.

De sua
promotio-
ne ad præ-
fules scri-
bit.

Diuine
providen-
tiæ com-
mendatio.

Imparem
se præde-
cessoris
virtutibus
prædicat.

Alludit
ab seditio-
nes inter
pontificij
tempore
excitatas.

ram, quam casus varij, & diuersa circumstantia induxerunt; demum in festo cathedræ ipsius Apostolorum principis, iidem fratres nostri per viam scrutinij ad electionem celebrandam electam, concorditer in nos, tunc tituli S. Cæciliæ presbyterum Cardinalem vnanimiter concordantes, ad summi apostolatus apicem, & ipsius cathedræ nos elegerunt consensum.

9. Quam nos, vt est, speculam existimantes eo non immerito altitudinis grandioris, quo eidem insidens constitutus super omnia speculator locatus altius, prospectare longius, cuncta speculari tenetur attentius, & totius orbis ambitum curæ suæ commissi non tam præsentia quàm prouidentia circuire; extirpare vitia, virtutes inserere, pro viribus ecclesiarum obuiare periculis, prouidere cõmodis, & saluti specialiter intendere animarum; status eminentiam, & immensitatem imminentis oneris pensabamus: tanto ex huiusmodi vocatione redditi proinde magis attoniti, quanto ab altioris gradus appetitu fueramus ab olim fixo proposito alieni, arbitrati semper tutoris fore consilij nobis altiora non quarere, in domo Domini humiliter habitando, de propria salute curare, quam periculose super vniuersalem omnium curam erigi, & ad tanti fastigij solitudinem eleuari. Hinc insufficientiæ nostræ consideratio contrahebat animum, & a tanti assumptione laboris dexteram retrahebat, suadebat instantius potius tantæ molis pondus effugere, quam eorumdem fratrum instantiæ consentire. Verum in contrarium conscientia suadente, non esse vocationi Domini, quam tanto verisimilius eorumdem fratrum adeo vnanimis concordia prætendebat, quanto diutius ipsorum fuerant vota discordia, contumaciter resistendum; ne ipsa Dei Ecclesia eo prolixius viduitatis dispendijs grauaretur, quo alias spes erat incertior de ipsius prouisione vicina; tandem varijs allegatis excusationibus, nec admissis; sed ab eisdem fratribus in eo seruore voluntatis anxij, importunitatisque multimodæ obauditis, vt manus ad exuendum nos chlamydem, qua tegebamur, extenderint, nec ipsius rupturæ pepercerint; sub spe vnigeniti Dei Filij domini Iesu Christi humilitatis nostræ colla subiecimus iugo apostolice seruitutis, de sua pietate sperantes, quod ipse, qui iuxta euangelicam veritatem quinque panum, duorumque piscium paucitatem satietati discumbentis ad iussum ipsius immensæ multitudinis cum mira fragmentorum superabundantia cœquauit, nostræ imbecillitatis insufficientiam sua immensa virtute quali, quali saltem sufficientiæ, tanti oneris, & laboris æquabit.

10. Ad quod de sua misericordia obtinendum vestrarum orationum suffragia seruenti desiderio imploramus; vniuersitatem vestram monentes & hortantes in Domino, vosque nihilominus rogantes instanter, quatenus preces humiles, deuotas, & sedulas frequenter fundatis ad Dominum, vt ipse in vbertate suæ clementiæ præactam nostram inopiam suppleat, debilitatem fulciat, nobisque quod est onerosum leuiget, quod laboriosum alleuiet, quod obscurum suæ claritatis luce reuelet, & aspera conuertat in plana; sicque vota nostra præueniendo clementer aspiret, & misericorditer adiuuando benignius prosequatur, quod zelus noster semper in ipsius beneplacitis serueat; nec vnquam in illorum executione torpescat. Vos quoque, quos de gregibus diligentia vestra commissis pastoralis officij cura sollicitat, ita diligenter illud studeatis implere, quod cum discussio

venerit, & exacti fueritis pro illis reddere rationem, non solum illam cum securitate reddatis, sed exigentis gratiam; & interim in vestræ ecclesiarumque vestrarum negotijs, super quibus potestis ad nos cum securitate recurrere, Apostolicæ sedis propitium mereamini sentire fauorem, &c. *Dat. apud Vrbe muerem.]*

11. Adsciuit paucis post diebus laborum in administranda re Christiana socios viros insignes, quos numero Cardinalium aggregauit, interque alios Benedictum Gaetanum Anagnina oriundum, qui Bonifacij VIII. nomen postea in pontificatu gessit, atque Hieronymum tit. S. Potentianæ presbyterum Cardinalem, qui Nicolai IV. indito nomine Ecclesiæ præfuit, ad Prænestinum episcopatum, Gerardum vero, qui postea in Sicula legatione inclaruit, ad Sabinensem sedem prouexit. De qua Cardinalium creatione hæc in Martini Poloni appendice a tradita sunt historia: *Ordinationem in vigilia resurrectionis dominica proxime sequenti faciens, prædictum dominum Gerardum tit. sanctorum Apostol. in Sabinensem, ac præfatum dominum Hieronymum tit. S. Potentianæ Prænestinum presbyteros Cardinales episcopos; dominum Hugonem Anglicum tit. S. Laurentij in Lucina, dominum Geruasium tit. S. Martini in monte, dominum Gauridum Burgundum tit. S. Susanna, & dominum Ioannem Coletum tit. S. Cæciliæ, Comitum Mediolanensem tit. SS. Marcellini & Petri in presbyteros; dominum vero Benedictum tit. S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem promouit.* De aucto a Martino illustribus hisce viris Cardinalium collegio Iordanus^b, Ptolemæus Lucensis^c, Bernardus^d, vitæ Martini M. S. auctor, & alij meminere.

12. Amplificato Cardinalium senatu, ad tuendam ditionem ecclesiasticam, ac vindicandam e tyrannide Guidonis e Monteferetro Aemiliæ consilia conuertit: Lambertatorum enim Bononiensium factione inflatus vir nefarius prouinciam, nondum in sedis Apostolicæ obsequio confirmatam, sibi subicere meditatus est, rerumque nouarum cupidos in suas partes pellicere: ad cuius reprimendos conatus Pontifex auxiliares copias ab Rege Carolo exciuit; tum ex Etruria terrisque Ecclesiæ obnoxij exercitum confecit, in quo Ioanni de Epa supremum imperium dedit e, vt subiectæ ad eum datæ literæ demonstrant: quem Romanolæ creasse comitem Ricordanus^f, Ioannes Villanus^g, & S. Antoninus^h tradunt, ac Iordanus etiam octingentis Gallis succinctum in Flaminiam aduersus Guidonem missum meminit.

Martinus episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Ioanni de Epa totius prouinciæ Romanolæ, ciuitatis Bononiensis, comitatus Brictonorij, ac pertinentiarum earundem rectori salutem, & apostolicam benedictionem.

Enormes iniurias, graues offensas, durasque molestias, quas sub continuatione temporis longioris Guido de Montefeltro, iniquitatis filius, prauitatis alumnus, cum suis sequacibus, sanctæ Romanæ ecclesiæ cunctorum matri fidelium, damnatis ausibus irrogauit, terram Romanolæ, quæ ipsius Ecclesiæ specialis exiit, diuersis & varijs afflictionibus opprimendo, ac ciuitates & alia loca varia inibi nihilominus præsumptione temeraria occupando, iam fere terrarum fines orbisque anguli volucris famæ relatibus agnouerunt. Nos autem ab ipsius pene promotionis nostræ primordijs ad prædictam terram considerationis aciem conuertentes, dirisque pressuris compa-

Demisse
de se fen-
tit.

Vt promoti
sua fuerit ob-
luctatus.

Discerpta
etiam ve-
stis Cardi-
nalicia
fuerit ab
electori-
bus.

Præsulum
preces im-
plorat.

tientes ipsius, stabiliter duximus disponendum, vt cum Guidonis, & sequacium prædictorum elata superbia, qui vt pote in malitia obfirmati nec Deum timeant, nec hominem reuerentur, non fleatimonitis, non minis conteri, nec metus incussionibus valeant emolliri; brachij secularis inuocemus auxilium contra eos, & quos Dei timor a malo non reuocat, necessitas eorum nequitiam refrægnatura compescat. Propter quod tantam illius abominationis insaniam, tantamque æquanimitè sustinere stultitiam, cogente nos conscientia, nequeuntes mandauimus, prout tuam nouimus non latere notitiam, tam de gēte charissimi in Christo filij nostri Regis Sicilia illustris, quam terris ipsius Ecclesiæ, nec non & de alijs diuersis partibus vtricem, auctore Domino, exercitum congregari, aduersus prædictos G. tantæ insolentiæ virum, tantæque ministrum nequitæ, ac eius complices feliciter, Deo auspice, processurum. Desiderantes igitur ipsum regi, & dirigi prouidi gubernatione rectoris, cuius eū strenuitas animet, & circumspectio moderetur; te virum, sicut assertione fide dignorum accepimus, in armis strenuum, & in aliorum exercitio experientia diutina eruditum, ad huiusmodi ministerium duximus eligendum, te constituentes magistrum ipsius totalis exercitus, rectoris, & capitaneum generalem, tibi que in illo magistri, rectoris, & capitanei generalis officium cum omni sui iuris plenitudine committentes, &c. *Datum apud Vrbeueterem VII. kal. iunij pontificatus nostri anno I.*]

13 Duxit paulo post Ioannes de Epa in hostes aciem, ac superior quidem extitit, sed cladem etiam leuè accepit. Cui Pontifex gratulatorias ob partam victoriam literas dedit a, vtque strenue eos lacefferet, debellaretque, incitauit: *Deuotionis tuae literas solita benignitate recepimus, & quæ continebant super hostili congressu inter gentem nostram & inimicos Ecclesiæ pridem habito notauimus diligenter, tuam industriam in Domino commendantes, quod dextera Domini faciente, te duce, fidelium nostrorum cuneus de inimicis nostris & Ecclesiæ reportauit triumphum: quamquam tibi strenue decertanti fuisset iactura modica irrogata, de quo tibi sicut deuoto filio condolemus. Vnde cum in talibus sit maxima cautela & discretio adhibenda, volumus & presentium tibi tendere mandamus, quatenus sic mature, sio prouide processus & aggressus tuos præordines, singula quæ expediunt feliciter exequaris, quod per alicuius curiositatis desidia locus fraudibus inimicorum non pateat: sed ipsi potius conculcatis, fama tua celebre ascribatur præconium, & nobis exinde gaudendū in Domino materia ministretur, &c. Dat. 1v. kal. nouembris.*

14 Nec modo Gallorum armis vsū Martini ad Flaminiam ad officium reuocandam, verum ad Piceniam etiam, Campaniam, ducatum Spoletanum, & patrimonium B. Petri in obsequio continenda; atque etiam ipsius Romanæ rei administrationem Carolo Regi Sicilia tradidisse, refert Iordanus b; postquam nimirum a Romano populo Pontifex senator renūtiatus fuit: *Electus, inquit, senator Vrbeis locosui Regem Sicilia instituit, eligens de familia eiusdem Regis in Viterbio existentis milites ad regendum tam patrimonium, quam Campaniam, marchiam, & ducatum.* Similia tradunt Nangius c & vitæ Martini M.S. auctor d, qui addit excitatam Vrbeueterem seditionem ciues inter & Caroli milites, cuius coniurationis conscius creditus est Vrbeuetanarum copiarum dux: cum enim furente populo excitus sapius fuisset, vt seditione

nem exstingueret, ille aduersa valetudine implicitum se teneri respondit. Quare miles cum remagi pro capite vidisset, collectis animis in Vrbeuetanos magna impressione inuectus, ingentem eorum stragem edidit, ac seditionem virtute compressit. Quod ad memoratū Regem Sicilia Vrbeis amplissimum magistratu exornatum spectat; rei gestæ seriem exponit Pontifex in literis ad eundem datis a, vt nimirum ad pontificiæ apicem dignitatis euectus, Latinum Ostiensem episcopum, & Gottifredum S. Georgij ad velum aureum diaconum Cardinales misisset, qui conciliatis Romanorum dissensionibus; aditus faciles ad peragendam pontificalis consecrationis celebritatem compararent: obfirmatis vero aduersa factionis odijs, meliorem ad pacem turbatæ Vrbi restituendam iniri rationem non potuisse, quam vt Romanæ regerendæ summa Pontifici deferretur. At cum Nicolai constitutione cautum esset, neminem dignitatis celsioris fastigio conspicuum publicæ rei ad mouendum, rescissam apostolica auctoritate prædecessoris constitutionem fuisse, ac tum Petrum e Comite & Gentilem Vrsū senatores designatos a Romano populo electores senatorum munus Pontifici, non ob pontificatus apices, sed vt priuato viro obtulisse. Extant de his consecræ tum publicæ tabulæ b, quæ in annalibus visæ sunt inferendæ.

15 *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, tempore domini Martini IV. Papæ die lune decimo martij nonæ indictionis. In presentia mei Stephani scribæ senatus, & horum testium ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum, congregato magifico populo Romano ante palatium Capitolij publice ad sonum campanæ & voces præconum, vt moris est, de mandato nobilium virorum dominorum Petri de Comite & Gentilis de filijs Vrsi alma Vrbeis, & illustris viri senatorum, iisdem nobiles viri domini Gentilis de filijs Vrsi & Petrus de Comite senatores, electores ordinati a magifico populo Romano ex auctoritate & potestate eis super hoc a præfato populo Romano concessa; attendentes sanctitatem, prudentiam, & bonitatem sanctissimi patris nostri domini Martini Papæ IV. & dilectionem, quam idem dominus Papa habet ad Romanam urbem & Romanum populum; & sperantes, quod per ipsius sapientiam, & probitatem expertam bono statui Vrbeis & populi Romani salubriter poterit, diuina fauente gratia, prouideri, inuocata Spiritus sancti gratia, præfato domino Martino Papæ IV. non ratione papatus, vel pontificalis, dignitatis: sed ratione sua persona, quæ de nobili prosapia traxit originem, vnanimiter & concorditer transfulerunt, & plenarie commiserunt regimen senatus Vrbeis, eiusque territorij & districtus toto tempore vite sue: & dederunt sibi plenam & liberam potestatem regendi toto tempore Vrbeis, eiusque territorium & districtum per se, vel per alium, seu alios; & eligendi, instituendi, seu ponendi senatorem vel senatores, vnum vel plures ad tempus seu tempora, & ad salarium secundum formam & modum, prout sibi placebit: nec non dederunt, transfulerunt, & plenarie commiserunt dicto domino Papæ Martino plenam & liberam potestatem disponendi & ordinandi per se vel per alium, seu alios de regimine prædictorum Vrbeis, & territorij, & districtus; & insuper disponendi, seu ordinandi de prouentibus, fructibus, & obuentibus pertinentibus, seu spectantibus ad Vrbeis eandem seu ad commune populi Romani, prout de ipso domini Papæ processerit voluntate: mutandi etiam senatores in Vrbe, & alios*

Caroli militem virtute discussa.

a Ex. in lib. priuil. Rom. eccl. M. S. V. ar. 10. 3. pag. 279. & M. S. V. all. bibl. sig. lit. B. n. 12. pag. 297.

Nicolai constitutio de senatore Vrbeis reuocata a Martino.

b Afferuâ sur in ar. 10. 1. pag. 169. & M. S. V. all. sig. lit. B. n. 12. pag. 297.

De senatore dignitate Martini no oblata editæ tabulæ.

substituendi, seu subrogandi, quancumq; voluerit, & limitandi modum regiminis ipsorum: ac insuper conuertendi prefatos prouentus, fructus, seu obventiones in utilitatem et meliorationem ipsius Urbis; & tam senatori, vel senatoribus, qui erunt pro tempore, quam alijs Urbis officialibus, seu ministris de prædictis fructibus ac prouentibus, prout sibi placuerit, prouidendi: faciendi quoque in præmissis omnibus & singulis, & circa præmissa & pertinentia ad prædicta quidquid de ipsius domini Papæ Martini processerit voluntate toto tempore vitæ suæ: & contradictores & rebelles, seu non parentes, pœnis, modis, mulctis, & vijs per se vel per alium quibus sibi placuerit puniendi.

Pronuntiatum ex his iuri pontificio non detrahitur iuri.

16 *Voluerunt quoque prædicti electores, quod per prædicta, vel aliquod prædictorum in nullo diminuat, vel crescat ius populi Romani seu ecclesie Romanæ in electione senatus Urbis, transacto tempore vitæ ipsius domini Papæ Martini: sed ius suum permaneat ex tunc integrum cuilibet & illisum. Quibus concorditer & vnanimiter celebratis per electores iam dictos, ipsi electores prædicta omnia & ipsam electionem, & omnia & singula supradicta recitauerunt ipsi populo, & solemniter publicarunt: & idem populus omnia & singula supradicta acceptauit, et confirmauit expresse. Actum et publicatum in dicto populo præsentibus domino Angelo Malabranca; interiectisque plurium nominibus, in anno, indictione, mense et die prædictis. Admisit concordie studio Martinus oblatam dignitatem, quamuis exploratum esset spectare ad sedem Apolicam supremam in Urbem imperium, ac præficiendi, deturbandique senatoris auctoritatem, quod inferius sapius ostendetur. Vt vero accommodaret se impacato tempori, senatoris officium in Carolum Regem Siciliæ, tum ad rebelles illius potentia comprimendos, tum etiam ad vires pro ingentibus illius consilijs perducendis augendas transfudit. a*

17 *Ceterum quamuis Carolo senatoriam dignitatem Martinus contulerit, non tamen illi vicariatum Imperij in Etruria restituit, sed sua Rodolpho iura asseruit: cõmendauit enim literis apostolicis Gurcensem episcopum, & Rodolphum Regis Romanorum sigilli præfectum in ea prouincia vicarios a Germano Cæsare constitutos, atque Etruriæ tum nobiles viros, magistratus urbium oppidorumque, ac populos ijs fidissime obsequi imperauit. b*

Dilectis filijs vniuersis marchionibus, comitibus, et alijs magnatibus; necnon potestatibus, capitaneis, cunctisque rectoribus, consiliarijs, ac vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, et aliorum locorum, ceterisque per partes Tusciæ Romano subiectis Imperio.

Et si Romanum Imperium, cuius gubernacula (grandia illo faciente, qui regit, & dirigit vniuersa) rectoris idonei charissimi in Christo filij nostri Rodulphi Romanorum Regis illustris manus docta potensque dirigenda suscepit, claris suæ altitudinis titulis fulgeat, & plenæ suæ viribus potentie muniatur; Romana tamen ecclesia sibi sollicitudinis studium attentioris indicit, vt idem Imperium & suorum integritate iurium gaudeat, & prosperis successibus amplietur. Cum itaque præfatus Rex, ad ipsius Imperij, & specialiter prouinciæ Tusciæ tranquillum & prosperum statum intendens, venerabilem fratrem nostrum Gurcensem episcopum, & dilectum filium Rodolphum imperialis aulae cancellarium, vnumquenq; videlicet eorū in solidum; ita quod non sit conditio me-

lior occupantis, suos in partibus eisdem vicarios generales duxerit ordinandos, prout in eiusdem Regis literis plenius dicitur contineri; vniuersitatem vestram monemus, rogamus, & hortamur attentius, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro Apostolicæ sedis reuerentia vota vestra eius beneplacitis coaptantes, prædictos vicarios, seu ipsorum alterum studeatis deuote recipere, ac eis, vel eorum alteri honorificentiam vicarijs tanti principis congruentem liberaliter exhibere; ipsorum, vel alterius ex ipsis monitis & mandatis intendentes, & obediens humiliter, vt debetis, illo vos in hac parte consilio dirigendo, vt exinde promptitudo vestra deuotionis eluceat, distique vicarij commissum sibi officium liberius & efficacius exequantur. Dat. apud Urbem ueterem xii. kal. iunij anno i.]

Suscepit quoque Pontifex clientelam Ferrariensis episcopi, qui vi sede sua eiectus fuerat: atq; archidiacono Ferrariensi munus imposuit a, vt pseudoepiscopo, qui armis & potentia seculari intrusus fuerat, depulso, alterum apostolicæ auctoritate ad ecclesiam reuocaret. De Italicis rebus satis: ad Gallicas res nos conuertamus.

18 *Gliscibat tum in Gallijs immunitatis ecclesiasticæ prætextu abusus, vt nefarij homines, qui vel a fide descuerant, vel hæreseos nota erant infestari, cum ad sacrum censorum fidei tribunal perducere metuerent, confugerent ad ecclesias, vt iusto supplicio se subducerent. Cum vero id in perniciem religionis redundaret, ac sceleris dare asylum videretur, decreuit sanctissimus Pontifex b huiusmodi priuilegium illis non attribuendum.*

Venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis per regnum Francie constitutis.

Ex parte dilectorum filiorum inquisitorum hæreticæ prauitatis, per regnum Francie constitutorum fuit nuper propositum coram nobis, quod nonnulli de hæretica prauitate culpabiles, vel suspecti, aut accusati; seu conuersi de Iudaica cæcitate ad fidem catholicam, postmodum apostatantes ab ipsa, ad ecclesias confugiunt, non ad salutis remedium, sed vt eorum manus effugiant, & suorum scelerum vitent iudicium ultionis: super quo Apostolicæ sedis prouidentiam humiliter implorauit. Nos igitur ad extirpandos orthodoxæ fidei inimicos, & herbam tam noxiam, tamque pestiferam de horto dominico radicitus euellendam sollicitis studijs intendentes, eisdem inquisitoribus nostris damus literis in mandatis, vt illos, quos de huiusmodi hæretica prauitate culpabiles, vel de illa notabiliter suspectos esse ipsis constiterit, accusatos etiam de labe prædicta; conuersos quoq; Iudæos, & postmodum patienter, vel verisimilibus indicijs apostatantes a fide, iuxta qualitatem delicti libere officij sui debitum exequantur, ac si ad ecclesias vel loca prædicta minime confugissent. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eosdem inquisitores non impediatis, quo minus huiusmodi mandatum nostrum implere valeant; sed potius ad requisitionem ipsorum iussu assistatis eisdem, sicut extiterit opportunum. Dat. apud Urbem ueterem xi. kal. nouemb. anno i.] His subiiciuntur in pontificio regeſto c literæ, quas Martinus ad censes fidei se scripsisse restatur.

19 *Cum vero clarissimis miraculis D. Ludouici sanctitatis gloria in dies effloresceret, Gallicani*

a Lib. pri. uil. Rom. eccl. 10. 3. pag. 279.

Etruscis Rodolpho parere iubet Martini.

b To. i. l. i. ep. 9.

Data eo argumento lit.

patres missis Carnotensi & Ambianensi episcopis flagitarunt a Martino, vt ritu ecclesiastico tantum Regem cælitum catalogo aggregaret. Gratiſſima res Pontifici fuit: qui de miraculis sanctissimi principis quarendi, ac publica conscientia instrumenta Rothomagensi archiepiscopo, atque Antiffiodorensi & Spoletano episcopis prouinciam imposuit a.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Rothomagensi, & Antiffiodorensi, & Spoletano episcopis.

Intellecto dudum, felicitis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter, quod omnipotens Dominus, qui facit mirabilia magna ſolus, grandia & aperta miracula pro claræ memoriæ Ludouico Rege Franciæ faciebat, voluit, præſupponens vitæ ipſius Ludouici notam ſibi exiſtere ſanctitatem, vt de huiusmodi miraculis per cuiusdam ſecretæ indagatiōnis modum nos, tum in minori officio conſtituti, & legationis fungentes officio in partibus Gallicanis, noſtrum informaremus animum, ſibi poſtmodum informationem huiusmodi tranſmiſſuri. Quare nos de prædictis miraculis indagantes, ac de ipſis plenius informati præfato prædeceſſori noſtram ſuper hoc informationem duximus deſtinandam: quæ ad ipſum, cum fuiſſet morte præuentus, non potuit peruenire. Succedente autem piæ memoriæ Innocentio Papæ prædeceſſore noſtro Gregorio prælibato, nos eidem Innocentio prædictam informationem curauimus intimare: quo, ſicut Domino placuit, rebus humanis exempto, huiusmodi proceſſus negotij exitit retardatus. Piæ quoque memoriæ Ioanni Papæ prædeceſſori noſtro informationem direximus ſupradictam, qui priuſquam ſuper hoc aliquid ordinaret, diem clauſit extremum.

20 Cumque poſtmodum felicitis recordationis Nicolao Papæ prædeceſſori noſtro informationem miſiſſemus eandem, & chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Francorum illuſtris ab ipſo Nicolao prædeceſſore, ſolemniſſimis propter hoc ad eum nuntijs deſtinatis, cum inſtantia poſtulafſet, vt faceret ad miraculorum & meritorum ipſius Ludouici Regis publicam inquiſitionem proceſſi, præfatus Nicolaus prædeceſſor, ſcire volens ſuper hoc plenius veritatem, nobis adhuc in partibus exiſtentibus ſupradictis, per ſuas ſub certa forma dedit literas in mandatis, vt quidquid de præmiſſis & circumſtantijs eorundem, ac alijs, quæ iam pro dicto Ludouico Rege virtutum Dominus miraculoſe fuerat operatus, nos in plena contingeret percipere veritate, clare & diſtincte per omnia ei ſerioſius ſcribere curaremus, vt relationibus noſtris euidenter ac ſerioſe perceptis, lucidius appareret quid in ijs prouidendum exiſteret, ac in poſterum reſpondendum. Vnde nos, huiusmodi receptis literis, diligenter proceſſimus ſuper ijs, & quæ inuenimus, eidem Nicolao prædeceſſori plenius & apertius duximus intimanda.

Qui huiusmodi proceſſu noſtro recepto, illum venerabili fratri Gerardo episcopo Sabinenſi, tunc XII. Apoſtolorum preſbytero, & dilecto filio noſtro Iordano S. Euthachii diacono Cardinalibus diſcutiendum comiſit: ſed eodem Nicolao prædeceſſore naturæ debitum perſolvente, vterius proceſſum non exitit in negotio ſupradicto.

21 Porro venerabiles fratres noſtri S. Carnotēſis, & G. Ambianenſis episcopi, nuper ad noſtram præſentiam accedentes, ex venerabilium fratrum noſtorum Rhemenſis, Senonenſis, & Turonenſis archiepiscoporum, ac quamplurium ſuffraganeo-

rum ſuorum, & etiam aliorum quorundam regni Franciæ prælatorum parte nobis humiliter ſupplicarunt, vt præfatum Ludouicum Regem, quem prout eorundem archiepiscoporum, ſuffraganeorum, ac prælatorum miſſæ nobis literæ continebant, iam inter cæleſtis aulae principes collocatum pro ipſo facta miracula profitentur, ſanctorum aſcribi catalogo mandarem. Nos autem, etſi geramus ſpecialiter cordi negotium, ac eius votuum & celebrem exitum propenſius cupiamus; attendentes tamen, quod quanto ſolemnius quantoque maturius & ſollicitius in hac parte proceditur, tanto id proculdubio ad ipſius Ludouici Regis accedet laudis cumulum potioris; ac de veſtra multiplici probitate, in multis & arduis probata multoties, ſpeciale in Domino fiduciam obtinentes; fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad monaſterium S. Dionyſij in Francia Pariſienſis diœceſis, vbi oſſa eiſdem Ludouici Regis requieſcere dignoſcuntur, & vbi Dominus pro ipſo miracula ſpecialius fuiſſe proponitur operatus, aut alium, ſeu alia loca, de quibus expedire putabitis, vos perſonaliter conferentes, de iam dictis, & alijs quibuſcumque etiam nouis miraculis, ac vita & conuerſatione ipſius Ludouici Regis ſecundum articulos, quos vobis ſub bulla noſtra tranſmittimus intercluſos, cum omni diligentia & ſollicitudine inquiratis, quæ ſuper ijs inuenire contigerit, in ſcriptis redacta fideliter ad ſedem Apoſtolicam ſub ſigillis veſtris incluſa quantoocyus tranſmiſſuri. Si vero teſtes aliqui recipiendi ſuper præmiſſis occurrerint, qui propter loci diſtantiã, & infirmitatis impedimentum vos commode adire nequiverint; vel vos accedere abſque incommodo non poteritis ad eoſdem, committendi diſcretis aliquibus in caſu huiusmodi vices noſtras præſentium vobis auctoritate concedimus poteſtatem. Per comiſſionem autem inquiſitionis huiusmodi vobis factam nequaquam intendimus ijs, quæ auctoritate prædictarum literarum ipſius Nicolai prædeceſſoris per nos ſuper huiusmodi negotio acta ſunt, in aliquo derogare: quinimo illa rata eſſe volumus atque firma. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis, vel volueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. *Dat. apud Vrben veterem x. kal. ianuarij anno I.]*

22 Vt diſcuſſis poſtea diligenti examine S. Ludouici miraculis, ſanctorum honores decreti illi fuerint, dicitur inferius: nunc ſacra beneficia, quæ Pontifex ipſius filio Philippo, erga diuina egregie affecto, ad pietatem eius augendam contulit, adiungemus. Cõeſſa in primis illi fuere diplomata a de lucrandis vnus anni, & dierum quadraginta indulgentijs, in audiendis ſacris concionibus, ad eundem eccleſijs facelliſſe, quo die conſecrationis celebritas fieret; tum etiam quo diuina ſuffragia ipſi conciliaret, viginti dierum indulgentiam ijs propoſuit b, qui pro ipſo piæ ad Deum preces fundere.

Philippo Regi Francia illuſtri.

Regalis prouidentia magnitudo, laudum ſonoris efferenda præconijs, recto conſilio ducitur, ſalubrique dirigitur actione, dum tu breue vitæ præſentis ſpatium, ſtatum ſtabilem non habentis, ſollicita conſideratione diſcutiens, nouiſſima tua præuenire ſatagis ſtudijs piæ vitæ, tam bonorum operum, quam deuotarum orationum tibi ſuffragia præparando, vt cum de huius valle miſeriæ ad patriæ cæleſtis gloriam fueris reuocatus, apud iudicis æterni clementiam miſericordiam conſequa-

Adhibetū a Pontifici ce nouum examen.

Plura cõeſſa Phil. Regi Frã. a Pontif. priuilegia. a *Ibid. ab ep. 36. &c.*

b. 16. ep. 38

Indulgentia Deum pro Rege Franciæ rogantib. propoſita.

ris. Nos itaque pia desideria mentis tuæ fauorabili effectu prosequi cupientes, ac de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi; omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui deuotis orationibus diuinam pro te misericordiam implorabant, singulis diebus, quibus apud Dominum huiusmodi orationes effuderint, viginti dies de iniuncta eis pœnitentia misericorditer relaxamus.

Datum apud Vrhemueterem non. octobris anno 1.]

23 Explicuit etiam Martinus sacram beneficentiam in alios Reges pietatis alendæ studio, inter quos ad Magni Regis Svecorum gratiam sacerdotem, quem sacris confessionibus esset adhibiturus, auctoritate ad omnes noxas venia delendas, & commutanda vota, Hierosolymitanæ professionis & continentia exceptis, intruxit. c

Martinus, &c. Charissimo in Christo filio Magno Regi Svecorum illustri.

Regijs supplicationibus inclinati auctoritate tibi præsentium indulgemus, vt aliquem idoneum presbyterum religiosum vel secularem, quotiescumque opportunum fuerit, tibi eligere valeas confessorem, qui audita confessione tua tibi auctoritate nostra pro peccatis tuis, quæ sibi confiteris, pœnitentiam salutarem iniungens, super ijs beneficium debitæ absolutionis impendat: nisi talia fuerint, propter quæ sedes Apostolica sit merito consulenda. Idem quoque vota per te emissa, Hierosolymitano ac continentia voto excepto, hac vice eadem auctoritate commutare valeat in alia opera pietatis, prout animæ tuæ saluti viderit expedire, &c. *Dat. apud Vrhemueterem x. kal. decembris anno 1.]*

24 Cum de professionis Hierosolymitanæ nuncupato voto facta sit mentio, prætermittendum non est id adiectum, cum eo sæculo fideles arma ac vitam consecrare Christo solerent pro tuenda Palæstina contra Saracenorum impetus, qui eam cœdare Mahometica superstitione nitebantur; defendendæque illius cupidum Pontificem hoc anno Gallis præsulibus (pariterque aliorum regnorū antistitibus coniectura est) dedisse imperia, vt fideles ad legandas testamentum nõnulas opes in bellicos instaurandæ rei Syriacæ sũptus conuertendas hortarentur: *Vniuersitatem, iuquit, vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus diligentius aduertetes, quod in hac parte illius negotium agitur, qui pro nobis voluit crucifigi; pensantes quoque, quod non indigne vos condecet ad graues terræ memoratæ miseras affectum intime compassionis habere; Christi fideles, cum vos illis contigerit verbum Dei proponere, solerter inducere, sibi que suadere sollicite studeatis, vt in testamentis eorum aliqua de bonis proprijs subuentioni terræ prælibatæ relinquunt: & nihilominus vestris subditis per speciales literas iniungatis, vt cum testamentis interfuerint aliquorum, ad ipsum testatoribus, iuxta datam sibi a Domino gratiam, suadere procurent, vt tandem terra ipsa magnificis circumfulta suffragijs, de tribulationum stercibus, quibus periculosius operitur, ad tranquillæ stationis commoda, iuuante Domino, reducantur. Illius ergo sollicitudinis studium super hoc adhibere curetis, vt proinde vobis premium diuina retributionis accedat, vestraque prompta deuotio dignis occurrat laudibus attollenda. Datum apud Vrhemueterem non. octobris anno 1.*

25 Turbaut hoc anno Christianam rem in oriente Palæologi Græcorum Imperatoris defectio: qui enim antea magnam spem iniecerat, ar-

ma in Saracenos cum occidentalibus Regibus conuerfurum; ac non modo in Lugdunenfi consilio oratorum opera schisma abiecerat, verum etiam id literis exeunte superiori anno damnauerat, eoq; religionis specioso ardore Ecclesiam ad retardandos Caroli Regis impetus permouerat, demũ a sedis Apostolicæ obsequio desciiuit. Ad cuius plectendam defectionem Martinus illum deninxit anathemate a, religioseque principibus omnibus imperauit, vt ab illius fœdere se diuellerent.

Martinus, &c. Ad certitudinem presentium, et memoriam futurorum.

Michaelem Palæologum, qui Græcorum Imperator nominatur, tamquam eorundem Græcorum antiquorum schismaticorum, & in antiquo schismate constitutorum, & per hoc hæreticorum; nec non & hæresis ipsorum ac schismatis antiqui fautorem de fratrum nostrorum consilio denunciamus, præsentem fidelium multitudinẽ copiosa, excommunicationis sententiam latam a canone incurrisse ac ipsius fore sententiæ vinculo innodatum. Cæterum vniuersis & singulis Regibus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, & cæteris omnibus, cuiuscumque sint præminentia, conditionis aut status; nec non vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum, districtius inhiemus, ne cum eodem Michaele Palæologo, in huiusmodi excommunicatione manente, societatem, vel confœderationem aliquam contrahere sub quouis ingenio vel machinatione præsumant: veletiam ei alias in his pro quibus excommunicatus est denuntiatus a nobis, præstare consilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum. Et si secus præsumptum fuerit, omnes singulares personas contrarium facientes; non obstante qualibet indulgentia sub quacumque forma verborum, vel expressione ipsis ab Apostolica sede concessa, vel in posterum concedenda, quam quoad hoc viribus volumus omnino carere, sententiam excommunicationis, quam ex nunc in ipsos ferimus, volumus incurrere ipso facto: terras autem ipsorum, nec non vniuersitates prædictas, quæ secus attentate præsumperint, prout expedire viderimus, ecclesiastico subijcere curabimus interdicto, ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuslibet tenentur ecclesijs, & ad pœnas alias spirituales & temporales, prout vtile putabimus, processuri: & nihilominus societates confœderationum ipsas, etiam si pœnarum & iuramenti adiectione, vel quacumque fuerint alia firmitate vallata, decernimus irritas & inanes, &c. *Actum apud Vrhemueterem in platea dictæ maioris ecclesie, in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum, pontificatus nostri anno 1.]*

26 Impulsam ad ferendam eam sententiam in Palæologum fuisse Pontificem a Carolo Rege Siciliæ, vt facilius censuris defixum Romanæ ecclesie subsidijs, in sacras expeditiones conferri solitis, instructus deturbaret Constantinopoli, generumque restitueret solio, refert Iordanus b: *Ad instantiam Regis Caroli Papa Palæologum excommunicatum denuntiari iubet, quia iuxta promissum & sequentem requisitionem cum sua gente ad obedientiam Romana curia non venerat: ex quo non parua incommoda secuta sunt. Consentit Iordano Ptolemæus Lucensis c, additque: Quod quidem factum fuit, dicto Regi Carolo causa scandali & ruina, vt iam patebit; necnon & ipsi Ecclesie fuit plurimum damnosum. Quæ vero sint illa promissa in Lugdunenfi concilio, ob quæ violata iactũ sit anathema,*

a To. i. l. 1
ep. 89.

b Ibid.
ep. 79.

Sollicitati fideles, vt testamento instaurandæ rei Syriacæ legata relinquunt.

Palæologus ab ecclesia R6. deficit.

actores non exprimunt: & edictum, quo Palæologus, antequam censuris percelleretur, officij admonitus est, non reperimus. Id vero constat, Palæologum sæpius deprecatum sedem Apostolicam, ne Græcis addendæ vocis, Filioque (vbi de processione Spiritus sancti agitur) in symbolo inter sacra decantando necessitas imponeretur: verumtamen data a Nicolao imperia illius adijcendæ, vt vniuersi Christiani fide consentire ostenderentur. Cæterum Palæologum manifeste se ab Ecclesiæ obsequio subduxisse testatur Martinus: atque inde præclaram Carolo Regi Sicilia recuperandi Imperij Constantinopolitani occasionem porrectam fuisse, nisi illum Siculi perduellione sua distraxissent. Ex quo elicitur non ob latas temere ad Caroli gratiam censuras initas Latinis inter & Græcos concordiam dissolutam fuisse, sed ob violatum a Græcis initum iam ante fœdus ac Palæologi ab Ecclesiæ obsequio defectionem, Martinum fulmen ecclesiasticum torfisse: certe si ob incussum temere Palæologo ad Caroli gratiam anathema Græcus Imperator defecisset ab ecclesia Romana, & coniurationem Carolo conblasset, id Græci non prætermisissent silentio; ex quibus Gregoras rei gestæ seriem his verbis exponit: *Ostendimus Carolum Italia Regem fuisse virtū magnis rebus gerendis intentū, & singulari ingenij vi tam in excogitandis & deliberandis, quam administrandis negotijs uti solitum. Verum, vt paucis absolvam, Imperatoris maius acumen, & celeritas illi obstabat, & velut e superiore loco illi repugnabat. Ita fiebat, vt neque huic sui contra Romanos conatus, nec illi, que contra Latinos moliebatur, succederent; longoque tempore aquo Marte inter illos certaretur. Proinde viri prudentes haud in scite dicebant, nisi respublica Romana talem Imperatorem haberet, facile eam a Rege Carolo subigi potuisse: & cōtra, nisi tum talis Rex Italia potiretur, eam ab Imperatore capi potuisse.* Et infra: *Carolus Imperator perpetuas struebat insidias, easq; perducendi ad exitum occasionem captabat. Cum autem hinc Ioannem Sebastocratorem Thesalia principem, inde Illyrios bellum inferre illi cerneret; sibi quoque terra marique Romanos inuadendi opportunitatem, & destinata exequendi dari, ratus est: itaque magna classe instructa, terrestres copias maiores parat, isque vsrum sortem nomine Rososulem præponit: qui, Ionio mari traiecto, nihil spectabat magis, quam vt, castello Bellogrado & opportunioribus Macedonia locis expugnatis, impune Byzantium usque progrediretur: neque enim fore quemquam, qui cum tantis exercitibus & armis tam firmis congressus sine malo discederet. Quod cum ad Imperatorem perlatum esset, non cunctandum ratus, & armis, & pecunijs, & consilijs resistendum illi censuit. Vnde apparet quanto prudentia sit armis potentior, & ingenij solertia milite numero. Primum enim omnis generis opibus missis Sicilia Regem* Fridericum ad bellum Carolo faciendum concitauit, vt eum vel classem, si aliud non posset, domi retineret; & de vicino, quam externo bello magis sollicitum esse cogeret: id quod maximum & efficacissimum opus visum est, ac nauales copias Regis hoc actu Imperatoris dexteritas fecit irritas.*

27 Coniuratur igitur antea in Carolum Palæologus, vt imminens sibi ab eo periculum propulsaret; cum in eam conspirationem a Ioanne Procida adductus esset. Is enim ob secutas Manfredi partes insulæ eius nominis adiacentis Sicilia dominio depulsus vindicta furens in Carolum, & pristinorum opum recuperandarum cupidus, Constantinopolim petijt: ac Palæologum natū, pro-

posuit Carolum potentissimā in eū classem adornare, nec sustinendis eius viribus parem esse posse; coniurare cum ipso Venetos, aliosque potentissimos Italię populos: depellendā tantæ pesti remedium vnum superesse, si intestinum Carolo bellum conflaretur: rem non videri difficilem: plures nobiles Siculos patria extorres, affines ad rebellionem allecturos: fecaturam plebem, quæ iugo intolerabili attrita gemebat: Regem Aragonū, ad quem vxoris Constantiæ filiæ Manfredi titulo regnū pertinebat, pulcherrimā occasione non defuturum, atque insulam occupaturum: Palæologi esse, opes in belli sumptus effundere, ac Regem Aragonum ad facinus sollicitare literis, suamque operam deferre. Assensit Ioannis consilio Palæologus, eumque vt rem promoueret, dimisit; qui facile ambitiosum Petri Regis Aragonum animum ad bellum in Gallos, a quibus auus & focer trucidati fuerant, accendit, vt refert Iordanus a his verbis.

28 *Traetatur compositio inter Palæologum, & Petrum Regem Aragonum, qui filiam Manfredi habebat uxorem, vocatam Constantiam. Mediatores autem compositionis fuerunt Benedictus de Zacharia Ianuensis, & dominus Ioannes de Procida, qui fuit vnus de principalioribus in auferendo regnum Regi Carolo. Dum vero paratur exercitus, Papa scribit ad suggestionem Regis Carolo Regi Aragonum, quaerens cur pararet exercitum; respondet ille, linguam sibi amputaturum, si secretum manifestare putaret. Similia traduntur a Ptolemæo Lucensi b & a Ricordano, qui hoc Petri responso finem historiæ imponit, quam Iachettus Malepina nepos est profectus. Vt vero coniuratio eruperit, sequenti anno dicitur.*

29 Hoc anno, secundo translata sunt S. Thomæ Aquinatis sacra reliquæ, ac non sine ingenti miraculo ipsius corpus omnis corruptionis expertus in signū seruata perpetuè castitatis inuentus est. Rem gestam refert subiectis verbis Surius c: *Cum iam anni septem euoluti essent a prima translatione, celebrata nimirum salutis anno M C C L X X I V. Petrus abbas monasterij Fossa noua sancti viri corpus denovo exhumatum iussit in sepulchro marmoreo supra terram reponi: & tunc itidem odor suauissimus inde manauit, corpusque & vestes illaesa fuere; nisi quod parum deerat extremi pollicis dextera manus, atque huius sane rei idem abbas testis iuratus fuit.*

Eodem anno cōsignata est mors Annæ Reginæ Rodulphi Romanorum Regis vxoris, quam pijsissime animam efflasse tradunt annales Colmarienses d: *Accersuit, aiunt, consiliarium confessoremque sibi, inquit: Mortis periculum sentio mihi breuiter imminere. Rogo igitur vos, quomodo corpus & animam ad celum & ad paradysum Domini dirigatis. Qui dixit: Omnes amicos vestros, omnes diuitias huius seculi, omnemque gloriam mundi corde vestro, quantum potestis, a vestra memoria repellatis; ac Deo & hominibus satisfacere promittatis. Quæ dixit, libentissime faciam.* Subdunt, Basiliensem ecclesiam bonis illam auxisse, vt damna, quæ Rodolphus antea intulerat, refarciret.

30 Inter hæc Rex Ladislaus in Vngaria, laxato cupiditatibus fræno, Cumanarum muliercularum insanis amoribus irretitus, cum iura matrimonij, contempta vxore Caroli Siculi filia, violaret, ac rem Christianam in periculum adduceret; a Philippo legato apostolico frustra admonitus, vt Cumanorum mores habitumque exueret, anathemate percussus est, vt scribit Longinus e: ac duo episcopi, qui scæda illius opera prauis asse-

Palæologum in Carolum incitat.

Subornat Petrum Regem Aragoni.

a Iord. M. S. Var. sign. n. 1960. Datum ab eo causas Pontifici exploranti responsum.

b Prol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 4. Ricord. hist. Flor. c. 208.

c Apud Sur. 10. 2. die 7. martii.

d Chron. Colm. p. 2. Annæ Reginæ pia mors.

Basiliensis ecclesia ab ea vestigalibus auicta.

Ladislaus Rex Vng. effusus in libidines.

e Long. hist. Pol. l. 7.

Al proceri
bns arce
cum vxore
re includi
tur, vt he
redem
Vngariæ
relinquat.

tationibus mulcebant, dignitate deturbati. Quo efferatus vesanus Rex, missis satellitibus legatum, obiecto mortis metu si rediret, eiecit. At regni proceres, iusto concitati zelo, ad comprimendam Regis sui temerariam insolentiam illum comprehendere: depulsisque cum ignominia omnibus illius concubinis, in arce vna cum vxore, vt feruandis matrimonij legibus asseueret, atque Vngariæ iustus heres daretur, incluserunt.

IESV CHRISTI

annus 1282.

MARTINI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 10.
annus 2. MICHAEL. PAL. IMP. OR. 22.

I Urbata est res Christiana anno Domini millesimo ducentesimo supra octuagesimum secundum, indictione decima, gemino improviso casu; altero in Asia, cum Tartari & Armeni excindendis Saracenis stricto ferro victores imminerent; altero in Europa, dum Carolus Siciliae Rex ad restituendum Constantinopolitano Imperio Philippum Augustum; ac relapsos schismaticos ad pietatem armis cogendos expeditionem ornabat. Vtque ab Asiaticis ducamus exordium. Abagha Tartarorum in Perfide regnisque finitimis Rex, quem Romanis Pontificibus pollicitum diximus armorum molem ad perdendos fidei Christianæ hostes Saracenos conuersurum; ac Reges occidentis, missis oratoribus, allicere in orientem ad Terræ sanctæ res instaurandas, conatum vidimus; Mangodanior fratrem amplissimo succinctum exercitu, cui Lioo Armeniae Rex Christiano florestipatus se coniunxit, in Saracenos immisit, tanto initio rerum secundarum successu, vt ingressi Syriam amplissimas terras victorijs peragrarint, vt Iordanus narrat a: *Tartari discurrunt vsque Calamelam & Alapiam, cadentes omnes Saracenos, obuiam sibi factos. Soldanus autem Babylonia cum centum millibus equitum & totidem peditum occurrit eis, & conuenerunt in partibus Calamela.* Ad dit auctor de felici prælio cum Mahometanis inito: *Et in partem vnâ irruit Rex Armeniae, & per tres leucas eam fugauit vsque ad Calamelam: & Tartari partem aliam debellauerunt & per tres diatas cadendo insecuti sunt vsque ciuitatem Tairi.* Eadem cum Iordano Sanutus refert b, a quibus Ioannes Villanus c, Nangius d, & S. Antoninus e non dissentiant: omnium vero accuratissime Aytonus princeps Curchi in rerum orientalium historia, quam Clementi V. obtulit, eam Saracenorū cladem recenset; vtque parti triumphus fructus Mangodanior intempestiua e castris fuga corruerit, & Armeni in ea expeditione, dum recedebant, grauissimis affecti sint incommodis; ac demum, cum Abagha ad Syriam subiiciendam nouos delectus instrueret, vna cum fratre Saracenorū dolo veneno extinctus sit. Quæ ab ipso f excipere operæ pretium ducimus.

2 Termino veniente, in quo Abagha debuit, & potuit guerram mouere contra Soldanum Aegypti, ordinauit, quod Mangodanior frater suus ad regnum Syriae cum triginta millibus Tartarorum se transferret; & si forte Soldanus veniret belliger contra eum, ipsum violenter debellaret: & si Soldanus vitaret prælium, occuparet terras & castra, & custodiendas traderet Christianis. Quando Mangodanior itaque per diatas suas processisset quousque Armeniae appropinquauit, & tunc misit pro Rege Armeniae, qui con-

tinuo venit cum pulchra equitum comitiua, & ingressi fuerunt regnū Syriae, & inuenerunt totam prouinciam deuastando vsque ad ciuitatem Hames, qua Camella hodie appellatur a pluribus, & est sita in medio regni Syriae, vt refertur: in facie vero illius ciuitatis est quadam planities valde pulchra, ibique Soldanus Aegypti congregabat posse suū, intendens cū Tartaris præliari, Saraceni itaque ex vna parte, & Christiani cū Tartaris ex aduerso ingens prælium iniuerunt. Rex itaque Armeniae cum Christianis ducebat & regebat exercitus dextrum cornu; vnde inuasit ipse sinistrum cornu exercitus Soldani, & fugauit inimicos vsque ad ciuitatem Hames per tres diatas longas, & ultra viriliter. Almach etiam quidam Tartarorum aliam partem exercitus Soldani viriliter debellauit, & per tres diatas Saracenos fugauit, quousque peruenit ad quandam ciuitatem, qua vocatur Tara.

3 Cumque crederent Soldani potentiam fuisse contritam, & ecce Mangodanior, qui numquam viderat discrimina præliorum, de quibusdam Saracenis, Bedinnis lingua Arabica nominatis, absque rationabili causa timens retrocessit, campum victoria derelinquens, dimisit Regem Armeniae, & alium ducem suum, qui inimicos fuerant persecuti. Quando vero Soldanus, qui omnia crederat amisisse, vidit campum belli vacuum, & totaliter derelictum, ascendit quemdam monticulum cum quatuor armatis, firmiter ibi stando. Rex vero Armeniae rediens de conflictu, cum non inuenisset in campo Mangodanior, fuit plurimum stupefactus, cogitans viam quam gradiebatur, post ipsum tenuit gressus suos. Almach vero prædictus, qui persecutus fuerat Saracenos, quos fugauerat, per biduum expectauit, sperans dominum suum Mangodanior post ipsum, sicut debuit, equitasse, vt inimicos & prouinciam subiugaret. Ide quibus fuerat victoriosus consecuti. Cognita vero veritate de recessu Mangodanior, post ipsum ire festinauit, victoriam derelinquens, & inuenerunt Mangodanior super litore fluminis Euphrates expectantem. Post hæc Tartari ad eorum prouinciam sunt reuersi. Rex vero Armeniae cum gente sua in illo itinere passus fuit multa incommoda, & labores: nam propter viarum longitudinem & penuriam pabulorum equi Christianorum regni Armeniae fuerunt totaliter fatigati, quod incedere non valebant: & sic separatim Christiani per denia incedentes, a Saracenis, qui debebant in illis partibus, sepius inueniebantur, & absque misericordia cadebantur; vnde maior pars totius exercitus regni Armeniae amissa fuerat, & proceres quasi omnes: & hoc infortunium Mangodanior accidit anno Domini mcccxxxii. His consentiunt, quæ apud Sanutū a, & in vita Martini IV. leguntur b: *Tunc Soldanus Babylonia a Tartaris fugatus per octo diatas: occisi dicuntur pagani ultra quinquaginta millia. Sed viribus ac animo resumtis Soldanus, dictos Tartaros orientales fugans, circa triginta millia Tartarorum in huiusmodi fuga dicitur occidisse.* Eadem alij. Addit superioribus Aytonus b, vt Abagha, dū in Saracenos exercitū cogeat, veneno extinctus sit.

4 Postquam vero Abagha Can hæc omnia intellexit, congregauit vndique gentem suam, & cum iam esset paratus contra Saracenos procedere toto posse, & ecce quidam filius diaboli Saracenus venit ad Regem Persarum & quibusdam, qui Abagha familiariter seruebant, contulit multa dona, & cum eis taliter ordinauit, quod vna die Abagha & fratri suo Mangodanior venenum mortiferum propinatur: ut quo ambo, prob dolor! exceperunt e vita in octo dierum spatio: per illos eosdem, qui scelus istud perpetraverant, fuit primo comperta veritas huius rei: &

Tartariin
Saracenos
bellam
mouent.

a Iord. M.
S. Vat. sign.
n. 1960.
Sultani
copiarum
numerus.

Visi acie
Saraceni.

b San. l. 3.
p. 12. c. 18.
& p. 13.
cap. 8.
c. 10. Vill.
l. 7. c. 72.
d Nang. in
gest. Phil.
e S. Anton.
3. p. tit. 20.
c. 4. S. 6.

f Ayton.
hist. orient.
c. 36.

Sanus l. 3.
p. 13. c. 8.
Mango-
danior d. ix
Ta: tar orū

Eitit
uia
94

Titit
for
tus.

a 10
p. 11
M. S.
p. 11
79
San.
runt
b 10

a 10
p. 11
M. S.
p. 11
79
San.
runt
b 10

sic obiit Abagha Can. anno Domini MCCLXXXII.
 Successit Abagha frater Tangodomor Christianis
 sacris in pueritia initiatus: sed qui in crudelem
 Ecclesiæ persecutorem descendiit, MCCLXXXII. in-
 quit Sanutus, *Abagha succedit frater Tangodomor*
in pueritia baptizatus: sed Saracenus effectus Ma-
bumeth Chaaam voluit appellari. At de sceleratissimo
 tyranno, ac diuina in eum vindicta agetur
 inferius.

5 Post tristes superiores exitus reliqua Chri-
 stianorum spes in Carolo Rege Hierusalem & Si-
 cilia supererat: is enim vna cum principe Saler-
 nitano, maiore natu filio, crucem induerat, quem
 regni Hierosolymitani iura coemisse scribit Nan-
 gius, atque ad eripiendum Saracenis sacrum illud
 regnum magna consilia agitabat. Extant enim
 Martini Pontificis literæ b paucis ante coniura-
 tionem Siculam diebus exarata, quibus ipsi deci-
 mas Sardinia atque regni Vngariæ ad sex annos,
 si tamen Ladislaus assenserit, ad instruenda, bel-
 lo necessaria concedit.

Charissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliae
illustri, et dilecto filio nobili viro Carolo primogeni-
to eius principi Salernitano.

Cum sicut ex parte vestra fuit propositum,
 coram nobis, vos zelo fidei, & deuotionis ac-
 censi, viuificæ crucis assumpto signaculo propo-
 natis in Terræ sanctæ subsidium proficisci; nos hu-
 iusmodi vestrum salubre propositum, & in oculis
 diuinæ maiestatis acceptum multipliciter in Do-
 mino commendantes; vt id cōmodius, & effica-
 cius exequi valeatis, tibi fili Rex decimam om-
 nium ecclesiasticorum prouentuū huiusmodi sub-
 sidio deputatam in tota insula Sardinia, totoque
 regno Vngariæ, si quoad decimam ipsius regni ad
 id charissimi in Christo filij nostri * .. Regis Vnga-
 riæ illustris assensus accedat, per sex annos, prout
 est ipsius terræ subsidio per generale concilium
 Lugdunense concessa, dummodo votum crucis ul-
 termino tibi ad faciendum passagium per sedem
 Apostolicam assignādo personaliter prosequaris;
 presentium auctoritate concedimus assignandam
 circa tēpus passagij a sede Apostolica tibi, vt præ-
 dicitur, statuendi. Si verotu, fili Rex, personaliter
 illuc proficisci quouis casu impeditus nequieris
 vel nolueris, volumus quod tu, fili princeps, deci-
 mam eandem simili modo per idem tempus hab-
 eas, dummodo pensatis tuæ potentia viribus
 cum honorabili bellatorum equitum comitiua
 ipsius terræ negotium, transfretando iuxta dispo-
 sitionem eandem in eodem passagio, in perso-
 na propria prosequaris.

6 Volumus autem quod tempore assignatio-
 nis decimæ memoratæ ille, cui assignationem ipsam
 fieri contigerit, se obliget, & sufficienter caueat
 ad ipsius Ecclesiæ voluntatem, quod si, quod ab-
 sit, contingat eum, vt dicitur, ab ipsius prosecu-
 tione voti mortis aut quouis alio longo impedi-
 mento subduci, prædicta decima ad Romanam
 ecclesiam libere reuertatur; vosque vel alter ve-
 strum decimam ipsam, si forsan ante vestro, vel
 alterius vestrum nomine percepta fuisset, eidem
 Romanæ ecclesiæ nomine dictæ Terræ sanctæ red-
 dere teneamini, ad Apostolicæ sedis arbitrium in-
 terra memoratæ subsidium conuertendam. Per hu-
 iusmodi autem concessionem, vobis gratiose factā
 a nobis in fauorem & subsidium dictæ Terræ, non
 intendimus nos vel cameram nostram, aut Ro-
 manam ecclesiam, si forsan vos, vel alterum ve-
 strum dictam decimam quocumque casu vel mo-
 do non habere contigerit, aliquatenus obligare;

ac nihilominus referuamus nobis, vt absque alicui-
 us variationis nota de decima prædicta possimus
 ante assignationem ipsius inchoandam aliter ordi-
 nare, si id forsitā ex aliqua causa, quam putarem-
 us necessariam, vtilitati eidem Terræ sanctæ vi-
 derimus expedire; licet nostræ intentionis existat,
 vt huiusmodi necessitate cessante, assequamini de-
 cimam supradictam. *Dat. apud Vrbeueterem xv.*
kal. aprilis anno 1.

7 Cogebantur tunc ingentes toto orbe
 Christiano opes ex decimis, quas ecclesiastici in
 concilio Lugdunensi soluere iussi erant ad belli
 sacri sumptus sustinendos; non tamen sine
 plurium magnis difficultatibus: quo argumento
 data a Pontifice plures literæ a, vt reluctantes ad
 soluendum conpelleret. Et quidem Magdebur-
 gensis archiepiscopus, collecto provincialium epi-
 scoporum cōcilio, decimas in dicta œcumenica syn-
 nodo decretas solui vetuerat: alij decimas in suos
 vsus, vt Conradus Osnaburgensis, deriuabant: quid-
 am, vt Siffridus Colonienfis alijq; earum partem
 defraudabant: nonnulli etiā principes, vt Rex Nor-
 vvegiæ a decima se suo regno auehi abduciq; ve-
 tabant, cui Martinus editam legē reuocare præce-
 pit. Quæ vero magna collectæ diligentia, inexpe-
 ctato casu, mox a nobis subiiciendo, infeliciter in
 bellis intestinis consumptæ, ac Lugdunensis synodi
 pia consilia dissipata fuerunt.

Licet vero superioribus apostolicis li-
 teris Italia, Sicilia, Sardinia, Vngariæ, se-
 xennales decimas attributas Carolo pro in-
 staurandis Terræ sanctæ rebus viderimus; illum
 tamen agitasse animo prius Imperium Constan-
 tinopolitanum restituere genero Philippo, tra-
 dūt Ricordanus e, Io. Villanus, & S. Antoninus g;
 indeque facili traictu in Syriam impetum facere
 eamque ex Saracenorum seruitute in libertatem
 vindicare. Cōfirmant id etiam Martini edicta h in
 Petrum Aragonium, in quibus vertit crimini, Ca-
 rolum bello laceffitum fuisse, cum ob Palæologi
 manifestam ab ecclesiæ Romanæ obsequio defe-
 ctionem Cōstantinopolitano Imperio immineret.
 Sed antequā de Siculorum perduellione dicamus,
 cæptam de Palæologo orationem prosequamur.

8 Dilinxerat iam ante in eum Pontifex
 ecclesiasticas censuras, quarum acerbitate Græ-
 corum moueri non est visus: atque ideo Martinus,
 recurrente cænæ dominicæ die, illum schismatis
 veteris defensorem non modo defixit anathema-
 te, verum omnes etiam catholicos, intentatis ijs-
 dem pœnis, ab illius fœdere iussit discedere: tum
 die Christo cælos conscendenti sacra hanc in eum
 ac socios sententiam promulgauit.

Martinus &c. Ad certitudinem presen-
tium, & memoriam futurorum.

Dudum apud ciuitatem hanc Vrbeuetanam
 in platea maioris ecclesiæ ciuitatis ipsius, in festo
 dedicationis basilicæ principis Apostolorum pro-
 ximo præterito, Michaelē Palæologum, qui
 Græcorum Imperatorum se nominat, tamquam
 eorumdem Græcorum antiquorum schismatico-
 rum, & in schismate constitutorum antiquo; &
 per hoc hæreticorum, nec non & hæresis ipso-
 rum ac schismatis antiquati fauorem, de fra-
 trum nostrorum consilio denuntiauimus. excom-
 municationis sententiam latam a canone incur-
 risse, ac fore ipsius sententiæ vinculo innodatum.
 Vniuersis præterea, & singulis Regibus, princi-
 pibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baro-
 nibus, & cæteris omnibus cuiuscumque sint præ-
 eminentiæ, conditionis aut status; nec non vni-
 uer-

De colle-
 ctis deci-
 mis.

a Lib. I. ep.
 cur. 11. 12
 13 14 23
 88. 92. 93
 112. 113
 Plures eas
 in vsus
 suos auer-
 tunt.
 b Ib. ep. 22
 c Ib. ep. 24
 25. 27.
 d Ep. 120.
 e 121.
 Rex Nor-
 vvegiæ
 ipsas e Re-
 gno auehi
 vetat.

g Ric. Ma-
 le sp. r. 206
 f Io. Villā.
 l. 7. c. 57.
 g. Ant. 3-
 p. tit. 20. c.
 4. S. I.
 h Tom. 1o
 lib. 2. ep-
 cur. 11.

Iactum in
 Palæologi
 Imp. schis-
 maticum
 anathema.

ib. ep. cur.
 4.

Illius for-
 mula.

uerſitatibus ciuitatum, caſtrorum, & aliorum locorum diſtrictius inſubere curauimus, ne cum ipſo Michaele Palæologo, in huiusmodi excommunicatione manente, ſocietatem vel confœderationem aliquam contrahere ſub quouis ingenio vel machinatione præſumerent; vel ei alias in ijs, pro quibus excommunicatus extitit denuntiatus a nobis, præſtare conſilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum; & ſi ſecus præſumptum exiſteret, omnes ſingulares perſonæ contrarium præſumentes, non obſtante qualibet indulgentiâ ſub quacumque forma verborum vel expreſſione ipſius ab Apoſtolica ſede conceſſa, vel in poſterum concedenda, quam quoad hoc viribus omnino carere voluimus, excommunicationis ſententiam, quas ex tunc in illas protulimus, incurrerent ipſo factò: nihilominus comminantes quod terras ipſorum & vniuerſitates prædictas, quæ ſecus attentare præſumerent, prout videre nos expediens, ſubijceremus eccleſiaſtico interdictò; ad priuationem bonorum omnium, quæ a quibuſlibet tenent eccleſijs, & ad alias ſpirituales & temporales pœnas, prout putaremus vtile, proceſſuri. Societatem inſuper, & confœderationes eaſdem, etiamſi pœnarum adiectione vel quacumque forent alia firmitate vallatæ, decreuimus irritas, & inanes.

Christiani principes Palæologi fœdus dare iuſſi.

9 Et deteſtandis aliquorum aſtutijs, & fucatis obuiare malitijs cupientes, nuper in die cœnæ Domini tranſactò nouiſſime, præſente fidelium multitudinem copioſa, diſtrictius inſubimus, ne aliqua eccleſiaſtica ſeculariſve perſona, cuiuſcumque præminentia, conditionis, aut ſtatus; nec non & vniuerſitates caſtrorum, locorum, aliorum que prædictorum locorum ſub ſpecie ſeu fraude commercij, aut alio quocumque queſito colore, ad præſatum Palæologum & terram, quam ipſe tenet, aut ſibi vel ſuis gerentes arma, equos, ferrum, lignamina, naues, galeas, aliaque vaſa, aut quelibet alia, per quæ dictus Palæologus ad præſtandum fauorem ſchiſmaticis, & ſchiſmati ſupra dictis validior, efficacior, & inſtructior reddi poſſet, deferrent, mitterent, ſiue venderent; aut ſub quouis fraude vel ingenio, ſeu qualitercumque ibidem dimitterent in derogationem huiusmodi noſtræ inſubitionis, & orthodoxæ fidei detrimentum: quod ſi ſecus exiſteret attentatum, nos omnes ſingulares perſonas, contrarium præſumentes, excommunicationis ſententiam, quam ex tunc in ipſos protulimus, incurrere voluimus ipſo factò; ac nihilominus terras, & vniuerſitates præſatas, quæ ſecus attentare præſumerent, ex tunc eccleſiaſtico ſubiecimus interdictò, ad priuationem omnium bonorum, quæ a quibuſcumque tenent eccleſijs, & ad alias etiam ſpirituales & temporales pœnas, prout putaremus vtile, proceſſuri. Verum quia Romana eccleſia mater fidelium, & magiſtra, huiusmodi negotij potiſſime cordi gerens, multa redditur attentione ſolicita, ne in hac parte aliquid attentari contingat in fidei Chriſtianaſ diſpendium, ad cuius intendit aſiduum incrementum; nos, prædictas ſententias ratas habentes, eas ex cauſis eiſdem de fratrum noſtrorum conſilio innouamus, &c. *Aetum apud Vrbeueterem in platea dictæ maioris eccleſiæ in die Aſcenſionis Domini anno 11. J*

76. ep. 13 pag. 105. Renouate vergente anno cen. ſuræ.

10 Concepta eſt pene iſdem verbis alia anathematis forma, quæ in Palæologum apud montem Flaſconem ante eccleſiam S. Flauiani recurrente feſto dedicationis Principis Apoſtolorum pronuntiata eſt, ad cuius calcem hæc adiecta: *Ac*

nihilominus apud ciuitatem prædictam, Vrbeuetanam intelligit, in eadem platea in feſto Aſcenſionis Domini proximo præterito prædictas ſententias ratas habentes, eas ex cauſis eiſdem duximus innouandas. Ne igitur in hac parte aliquid attentari contingat in diſpendium fidei Chriſtianaſ, ad cuius intendimus aſiduum incrementum, declarationem, inſubitiones, comminationes, ſententias, & proceſſus quoslibet ſupra prædictos, ac innouationem huiusmodi ratos manere volentes, & decernentes plenum robur firmitatis habere, declarationem, inſubitionem, comminationes, ſententias & proceſſus præſatos vniuerſos & ſingulos ex cauſis prædictis de prædictorum fratrum conſilio ratificamus, & etiam innouamus. Obiectæ ſunt Palæologi fœderatis cenſuræ ad debilitandam Caroli hoſtium potentiam, cum plures, qui aduerſus Palæologum Carolo adhæſerant, dum ſecundis rebus utebatur, verſis vna cum fortuna ſtudijs, ad hoſtem inclinarent; tum Aragonij, & Siculi aperte cum Palæologo ſentirent.

11 Erupit a vero hoc anno funeſtiſſima illa coniratio Siculorum in Gallos pluribus annis conſlata, in qua immani crudelitatis exemplo tot Gallorum millia cæſa, ac pro ſigno ad cruentam exercendam carnificinam feſtus campanarum ſonus ad veſperinas Eccleſiæ preces populum conuocans, datus; vnde in triſte prouerbiũ Veſper Siculus abiit. Tanto furori occaſionem præter Regis Aragonum inſtigations crebras, quas ipſi Pontifex in ſententia aduerſus eum lata vertit crimini, porrexerat populorum oppreſſio: non enim ad extenuandam Siculorum ſæuitiam conſtitum id iactatumque dici poteſt, cum præter auctorum teſtimonia, Romanorum Pontificum literæ eius rei fidem faciant: non modo Nicolai III. b qui vxori Caroli ſcripſerat, vt virum ad leuandum Siculorum iugum hortaretur; verum etiam Clementis IV. Galli, & Caroli amantiſſimi, qui populi calamitates in eius oculis literis mœſtiſſimis defixit e, vt ad ea emendanda mala ſtudium diligentiamque conuerteret: illa porro grauamina atrocita non a Carolo primum inducã, ſed a tyrannis, qui præceſſerant, propagata teſtatur Honorius IV. in literis ad Gerardum epiſcopum Sabinenſem d: *Quam grauis, quamque diſpendioſa & amara Sicilia regni conditio vſque nunc a diebus olim Friderici quondam Romanorum Imp. extirrit; quanta etiam & quã dura, quinimmo pene inaudita grauamina, quot aſſictionum & perſecutionum anguſtias per ipſius Friderici poſteriorumque ſuorum inducã tyrannidem vſque ad tempora moderna pertulerit; quot propterea tempeſtatum fluctibus regnum ipſum & regnantes in eo patuerint, tibi verborum oraculis exprimi, aut miniſterio repeti ſcripturarum ſuperuacaneum fore putauimus, cum ſic ea didiceris, ſic quaſi palpaueris digito & fide cognoueris oculata, quod de illis inſtructus plenus ad reformationem ſtatus regni eiſdem felic. recordat. Martinum Papam prædeceſſorem noſtrum, & nos etiam, quamuis ab olim illa communis notitia publiciſſet, per tuas literas plenus & ſerioſius informatiſſi.*

12 Præcipua igitur hæc rebellandi occaſio data Siculis, quorum immane facinus Iordanus his verbis e refert: *Eodem anno, nimirum mcccxxxii. Siculi rebellauerunt contra Regem, interfectis multis Gallorum, qui erant in Panormo: ſuccenſa eſt primo ſtupenda rabies, propter enim enormitates Gallorum cunctos inibi commorantes mares & feminas, ſenes & pueros morti tradunt; & quod eſt magis horrendum, caſteras mulieres impregnatas a Gallis ſcindunt, vt ſætus*

fatus interimant. Tradit familia vitæ Martini scriptor a: *In regno, inquit, Sicilia Panormitani succensirabie Gallicos, qui morabantur ibidem, omnes tam mares, quam feminas, ac senes & iuuenes in prædicti Regis contemptum occiderunt: & quod deprehabilius fuit, latera aperientes mulierum, quæ dicebantur a Gallicis concepisse, partus occidebant, antequam nascerentur*. Confirmantur hæc Martini Pontificis edictis in Siculos editis, inferius a nobis adducendis: *Deinde tota Sicilia sic rebellans Petrum Regem Aragonia in suum defensorem & dominum vocauerunt*. Percussus Siculorum rebellionem Carolus, cum obeuersam a suis iustitiam iugum e cervicibus depulisse audiret, plures leges edidit, quibus obiecta sibi a coniuratis sustulit, ut tum deficientes populos ad officium renouaret, atque alios in obsequio contineret. Redacta est ea sanctio inter Siculi regni constitutiones b, atque ab his verbis incipit: *Post corruptionis amara discrimina*. In hæc vero definit: *Actum Neapoli anno Domini MCLXXXII. mense iunij x. eiusdem x. indictione regnorum nostrorum Hierusalem anno VI. Sicilia vero XVII. Incitatos vero ad patrandum tantum facinus Siculos a Petro Rege Aragonum, qui vxoris Constantiæ, filia Manfredi tyrani impulsu ad regnū illud aspirabat, refert Ptolemæus Lucensis c, cuius dolos prodit, ut simulatam in Afros expeditionem susceperit, armorum molem in Siciliam conuersurus: ob quam conditionem a Martino anathemate ictus est; cuius historiarum series ita a laudato Iordano exponitur a: *Tunc Rex Aragonum cum suo nauigio vadit in Africam versus Hipponam, quæ hodie Bona vulgariter appellatur, & aliquas regiones vastauit. Inde transit in Sardiniam, & prope castrum Castro applicat, ibique sua nauigia restaurat, & necessaria parat*. Eadem alij.*

13 Antequam in Siciliam Petrus ad confirmandos in perduellione Siculos irrumperet, Pontifex solemnè dominicæ Ascensionis festo die ex Cardinalium sacri senatus consilio anathematis sententiam in Panormitanos & eos omnes tulit, e qui Siciliam Romanæ ecclesiæ stipendiariam, iureque fiduciario Carolo traditam inuaderent, vel qui coniuratorum partibus irretiti opem aliquam ijs præberent.

Martinus episcopus seruus seruorum Dei ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Cogit nos temporis qualitas, & nequitia plurium detestanda sollicitat, ut infrascriptorum prædecessorum nostrorum gesta, quæ plenus in archiuo cōseruantur Ecclesiæ * ipsius prouidere quieti cautius studeamus. Sane felices recordationis Innocentius Papa IV. prædecessor noster culpas graues, immo grauissimas, ac multiplices, ac manifestos excessus quondam Friderici olim Imperatoris Romanorum propensi maturitate cōsiliij, recti iudicij censura dijudicans, eique secundum praua sua opera reddens, ipsum honore Imperij, regno Sicilia, ducatu Apuliæ, ac principatu Capuæ, generali super hoc congregato Lugdunensi concilio approbante, ac iustitia exigente, priuauit; prout in vniuersalem mundi notitiam non est dubium deuenisse. Nec ab eadem creditur verisimiliter alienum, qualiter Fridericus ipse, aucto superbiæ spiritu, quamquam sic digne depositus, sic iuste priuatus, sententiæ huimodipriuationis prolate in eum pertinaci animo parere contemnens, regnum & Imperium supra dicta post eiusdem prolationem sententiæ occu-

pata detinere præsumpsit. Qualiter autem post iam dicti Friderici obitum quondam Conradus natus eius, paternæ malitiæ imitator dictum regnum præsumptuosis ausibus occupauit; & tandem, prædicto Conrado humanis rebus exempto, quondam Manfredus olim princeps Tarentinus eiusdem, ut dicitur, Friderici filius, qui etiam absque priuatione prædicta non iniuste legitimæ successionis participium perdidit, quia ipsum partus legitimus non agnouit, utpote de damnabili commixtione susceptum, ad occupationem prædicti regni temerarias & occupatrices manus extendit.

14 Grauibus ergo & enormibus admodum potentiam, & malitiam eorumdem iniurijs irrogatis Ecclesiæ, ipsaque in suis afflictis multipliciter fidelibus, respexit Altissimus sponsam suam; & conuertens illi nubilum in serenum, scelestam prædicti Friderici domum, quæ consueuerat, quantumuis malis, abundare personis, sic pene redegit in nihilum, sic illam iacturam multimodè dissipationis oppressit, ut de ipsa nisi scintilla vnica remaneret; Conradus videlicet Conradi filius prædicti, qui cum in eo malitia suppleret ætatem, ipseque annorum suorum curricula nequitia superaret, progenitorum suorum nefarios actus sequens, ac illorum profanas iniquitates amplectens, mentisque ambitiosæ vitio Imperium expetens, sibi regnum intitulado Sicilia, se ipsius regni Regem denominare temere præsumebat; & cum nonnullis Ecclesiæ inimicis Lombardis, Tuscis, Marchianis, & Apulis, præcipue de regno profugis prælibato, fraudulentis se implicando commercijs, in Vrbe, Lombardia, Tuscia & per alia diuersa loca suas disseminare literas præsumebat, sub expressione sui propriij nominis, & præmissæ intitulationis temere sigillo regiæ maiestatis impressas, per quas cōmouere populum, concitare gentes, ac turbare pacem Ecclesiæ nitebatur, in ipsius Ecclesiæ, ac charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris graue præiudiciū & discrimen. Vnde piæ memoriæ Clemens Papa prædecessor noster, cum sibi de his euidentius constitisset, diligenter attendens multam ipsius Conradi malitiam, & suorum conatum peruersorum volens obuiare principijs, certum habuit contra eum in hac parte processum, prout vidit rationabiliter expedire, ac negotij qualitas persuasit. Demum præfato Conrado sublato de medio, eidem regno pax redijt, aurora tranquillitatis illuxit, sedatis turbationis fluctibus, quos ipsius Conradi praua studia suscitauerant.

15 Sed sicut nuper non sine multa turbatione fide dignorū relatu percepimus, nonnulli proterue assumentes ad nostram, nec non Ecclesiæ, dictique Regis turbationem & scandalum aspirantes, in prædicto regno ignem turbationis emortuæ reaccendere moluntur: ad id sua studia inique congerunt, ad id suarum virium potentiā coaceruant, manus præsumptuosas apponunt, & etiam occulti fauoris auxilium largiuntur. Testatur hæc inter cætera horrendi sceleris feralis immanitas de nouo in ciuitate Panormitana patrati, vbi sic debacchatus est gladius, ferrum infremuit, furor incanduit, rabies insaniuit, manus truculenta defauit quod, sicut rumor mœstus enunciat, non suffecit virorum ac mulierum multitudinem inibi cædi dari, nisi & hi, quos nondum in lucem natura produxerat, maternis apertis vteris, necarentur, trucidarentur innati, & delitescentibus visceribus genitricum impiæ præfocationis exitium inferretur.

Successerit parenti Conradus.

Manfredus gemino vitio seipsum inuaserit.

Conradus iuste oppressus sit.

Vetera re integratur bella.

Panormitani f. roreni exercuerint.

Quia ergo præfatum regnum Siciliae ad Romanam ecclesiam spectare dignoscitur, sui que iuris & proprietatis existit; ac propter hoc nos, qui vna cum Ecclesia ipsa medullitus in hac parte contingimur, & quasi cuiusdam acerbæ punctiōis aculeo excitamur; volentes tam grauibus huiusmodi malorum iniurijs, prout possumus, obuiare, ne tam horrenda principia conualescant, præsentē hac fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio vniuersos & singulos cuiuscumque præminentia, dignitatis, conditionis, aut status monemus attente, districtè præcipientes eisdem ne in prædictis regno, vel eius parte nos, & eandem ecclesiam, & præfatum Siciliae Regem, qui prædictum regnum ab eadem tenet ecclesia, per se vel per alium aut alios molestent, seu impetant, aut perturbent, occupando vel inuadendo hostiliter, seu occupari vel inuadi hostiliter faciant regnum ipsum, vel aliquam partem eius.

16 Præcipimus insuper vniuersis & singulis Christi fidelibus, specialiter autem marchionibus, comitibus, baronibus, ciuitatibus, communitatibus, & vniuersitatibus castrorum, villarum, & aliorum quorumcumque; locorum Italiae, & maxime iurisdictioni temporali ecclesie Romanae subiectis, ne prædictis in occupatione, vel inuasiōe huiusmodi prorsus intendant; & ne cum armis vel sine armis ad turbandam in prædicto regno pacem eiusdem Romanae ecclesie, ac præfati Regis Siciliae in eadem præsentē eis occupatione vel inuasiōe prædictis consilium, auxilium, fauorem, publice vel occulte; & ne super hoc societatem, coniurationem, aut foedus aliquod ineant cum eisdem. Si qui autem contra monitionem & præcepta nostra præmissa per se, vel per alium, aut alios quocumque dolo, fraude, arte, vel machinatione fecerint, cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, conditionis, aut status, excommunicationis sententia, quam ex nunc in illos proferimus, ipso facto se nouerint innodatos. Ciuitates quoque & communitates quaslibet, quæ contra monitiones & præcepta nostra prædicta quocumque dolo, fraude, ingenio, arte, vel machinatione venire præsumperint, ecclesiastica sententia interdicti, quam ex nunc in illos proferimus, volumus subiaccere.

17 Aperte quoque prædicimus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & alijs inferioris gradus prælatis, quod si contra monitionem & præcepta nostra præmissa, vel eorum aliquod venire tentauerint, nos eos omni ecclesiastica dignitatis honore, ceteros autem clericos, non prælationis officium, sed dignitatis forsitan, vel personatus, aut alicuius ecclesiastica beneficia obtinentes & obtentis priuare curabimus, & inhabiles reddere ad alia obtinenda, prout nobis facti qualitas suggeret, & iustitia suadebit. Laicis vero cuiuscumque præminentia, dignitatis, conditionis, aut status, & præcipue iurisdictioni temporali ecclesie Romanae subiectis, denunciāmus expresse, quod si contra monitiones & præcepta nostra huiusmodi per se, vel per alium, seu per alios temere veniendo ea non curauerint obseruare, nos tantæ temeritatis audaciam non intendentes relinquere impunitam, ipsos feudis & alijs omnibus, quæ a prædicta & alijs ecclesijs ac personis ecclesiasticis obtinere noscuntur, priuare & vassallos eorum, quos habent, a fidelitatis iuramento, quo tenentur eisdem, reddere penitus absolutos; & personis eorum citra mortis & mutilationis periculum expositis, ad expositionem bo-

norum eorum procedere, Deo auctore, curabimus, prout eorundem culpæ exegerint, & videbimus expedire.

18 Ceterum quia prædicta ciuitas Panormitana, & nonnulla castra seu villa illarum partium, contra præfatum Regem Carolum, qui regnum ipsum ab eadem tenet Ecclesia, rebellionis spiritum assumpsisse dicuntur; nos circa illa nolentes in hoc iuris rigore obseruare, sed vti potius mansuetudinis lenitate, quam in actibus nostris libenter amplectimur, intendentes ac volentes eadem ab huiusmodi erroris initio paternis studijs renocare; cōmunitatibus, ciuitatibus, & castrorum, ac villarum prædictarum districtè præcipimus, vt sublato cuiuslibet difficultatis & dilationis obiectu, ad nostra mandata & Ecclesie ac Regis prædictorum redire procurent: eisdemque comitatibus districtè præcipimus, ne prædictos molestatores & turbatores, occupatores, seu etiam inuadentes, aut dantes eisdem in prædictis consilium, auxilium, vel fauorem in ciuitatem, castra & villas, seu districtus eorū quouis modo recipiant, vel receperint, nec ipsorum, vel alicuius eorum dominio, vel regimine quomodolibet se submittant, neque ipsi vel eorum alicui contra nos & eandem Ecclesiam ac Regem prædictum impendant in prædictis consilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum. Nos enim confederationes, seu colligationes quaslibet, si quæ inter communitates easdem, vel ipsos, & quoscumque alios initas vel factas super occupatione vel inuasiōe prædictis, penitus dissoluentes, ac iuramenta de illis seruandis, vel alio quocumque modo prædictis, hinc inde præstita relaxantes omnino; communitatibus ipsis aperte prædicimus, quod nisi præmissa curauerint quantocius adimplere, contra eas, & ciuitatem, & castra, & villas earum spiritualiter & temporaliter, auctore Domino, procedemus, quod pœna dicente cognoscere poterant quam sit temerarium & superbium mandatis apostolicis contraire. Vt autem &c. *Dat. apud Vrbem ueterem in platea dicta maioris ecclesie in die Ascensionis Domini, pontificatus nostri anno 11.*

19 Spreuere apostolica imperia Panormitani ac Martino de patra in Gallos cede apologiam transmissere a, quæ ab hisce verbis exordium ducit: *Dum, sanctissime Pater patrum, loqui formidauimus, os in calum ponere titubantes, ne taciturnitatis longa præscriptio per amplius delictum nostrarum videatur exaggerare culparum.* Pluribusque interiectis contumelijs in Carolum & Gallos, quorum tyrannidem ad extenuandum perduellionis crimen exaggerant, subdunt: *Cum nihil in terra legitur fieri sine causa, sicut bene nouit uelut perspicuus intellectus scripturarum diligentior indagator, priuare nos uestra misericordia non debetis. Scitis enim, quod illico post stragem scelerum ministrorum calitus destinata, B. Petri vexillum leuauimus, & sanctam matrem ecclesiam Romanam in uocauimus protectricem: sed quia nos indignos B. Petri & uestra gratia reputastis, ille qui manet desuper infallibilis speculator, cui cura est equalis de omnibus tam maioribus quam pusillis, sicut lectio diuina testatur, alterum Petrum loco Petri affectuosius inuocari ex insperato in presidium nostrum uoluit cum paucis comitibus destinare, &c.* Ad colorandum flagitium tribuere Panormitani diuine providentia Petri aduentum, cum is ex Ioannis Procida nefario tractatu præde maxime spe allectus esset. Ceterum expetitam initio a nonnullis Siculis clientelam pontificiam, testatur Martinus

Veritum
ne quis re
bellibus
studeat.

Intentata
respuenti-
bus impe-
ria censu-
ra.

Obiecte
alię pœnę.

Papæ, qui Petro Regi Aragonum vertit crimini, a Siculorum sedis Apostolicæ nomen & auxilium, adhuc implorantium tyrannidem corripuisse, atque ab obsequio Ecclesiæ auertisse.

20 Instructum porro amplissima auctoritate, Gerardum episcopum Card. Sabinensem legatum in Siciliam misisse, vt populos ad officium reuocaret, testantur subiectæ literæ. b

Martinus, &c. Venerabili fratri Gerardo episcopo Sabiniensi Apostolica sedis legato.

Licet Christianolarum singulæ regiones Deo, & Apostolicæ sedi deuotæ fauorem apostolicum mereantur; nosque ad eas nostræ considerationis diffundamus intuitum; tamē regnum Sicilia, velut delectationis nostræ pomerium serenis intuemur affectibus, & infra claustrū nostri pectoris præ dilectione portamus. Hoc enim est regnum ecclesiæ Romanæ peculiare præcipuum, cui præsidet Rex deuotus ipsius Ecclesiæ filius, & pugil intrepidus, regnum ipsum sua potenti strenuitate liberans, & defendens de manibus impiorum, ac ad eiusdem exaltationem Ecclesiæ conseruans, & protegens superna benedictione perfusus; cuius tota domus regia synceræ fidei, claræq; deuotionis titulis insignita, & aromatibus imbuta virtutum in gremio dictæ sedis & nostro prædilectæ recumbit. Vnde cum hostis humani generis, pacis æmulus, & zizanij feminator nuper in eodem regno turbationes, & scandala fuscitaret, fatagens vt regnum præfatum de oppressiōibus & languoribus, quibus peste tyrannica fluctuaret diutius, sub eiusdem Regis strenua dimicatione respirans, deformationis dispendia sub miserabili ducta vehiculo sustineret; nos exinde graues & amaras in corde suscepimus, non sine immensi doloris acerbitate, puncturas, dum miserabilis dicti regni conditio, & commissorum ibidem enormitates excessuum in nostro pectore reuoluuntur; & profundis meditationibus, laboriosisque vigilijs anxiamur, vt in tantæ necessitatis articulo possimus, auctore Domino, adhibere consilium opportunum.

21 Et quia innumerabilium quasi negotiorum varietate distrahimur, & humana natura non patitur, vt essentia nostri corporis tota simul in diuersis locis exhibeat se præsentem, illos in partem apostolicæ sollicitudinis de latere nostro nunquam assumimus, quibus fore percipimus caelesti dono prouisum, vt in altis & arduis negotijs sciant & possint prouide consulare, ac vtili consilio prouidere. Attendentes itaque quod personam tuam Altissimus scientiarum magnitudine, prouidentia munere, circumspectionis gratia, & industria claritate, multisque virtutibus insigniuit, humeris tuis fortitudinis robur adiciens, vt ad laudem sui nominis, frequenter onera grandia supportares, plenissimam quoque de tuis meritis fiduciam obtinentes; licet apud eandem sedem ex eminentia tui consilij necessarius habearis, & inuiti tanti viri præsentia careamus; tamen propter exaltationem eiusdem Ecclesiæ, cuius negotium in hac parte principaliter agitur, & oblatam prædictorū Regis & regni quietem, de fratrum nostrorum consilio, illuc tamquam pacis angelum duximus destinandum; fraternitati tuæ in eodem regno plenæ legationis officium committentes, vt euellas, destruas, dissipas, & disperdas, ædifices & plantas, & facias auctoritate nostra quæcumque ad honorem Dei, & prosperum statum illarum partium, ac reformationē prosperi

status Regis & regni prædictorum videris pertinere, &c. *Dat. apud Vrbeniuetem non. iunij anno 11.]*

22 Excepere honorifice Messanenſes legatum apostolicū, quo interpretate Carolus, qui contra-ctis raptim copijs pontificia aula digressus traiecerat in Siciliam, Messanam consernatam metu facile ad obsequium redigere potuisse tradunt, nisi a propositis a Gerardo Cardinale concordia leges inconsulte repulisset, deinde cum vr- bē impetu expugnare potuisset, irruentem in- tra mœnia militem, ne vastaretur, continuisset quod Iordanus, sæpe a nobis laudatus, subie- ctis verbis testatur: *Rex quoque Carolus exer- citum magnum parat Apulorum, Prouincialium, Gallorum, Italicorum, & cum ipso in Siciliam transit, Messanam obsidet, quam capere potuisset: sed omisit timens terræ destructionem, si violentia cape- retur. Interim Rex Aragonum Panormum appli- cuit, & inde cum sua malitia vadit Messanam. Quod audiens Rex Carolus ab obsidione recedit: insuper & de Sicilia in Calabriam cum toto exercitu transit, timens ne sui vidualia perderent, & ne rebellarent alia partes regni. Quibus Ptolemæus e Lucensis, Jacchetus a Malestina, Ioannes Villanus g, vetus M.S.h de rebus Siciliae Frederici comitis Vbaldini, & alij consentanea tradunt. Neque ita multo post Rogerius Auriā instructa comitatibus Messana, plures Caroli naues, quæ in ora maritima erant expo- sitæ, incendit, cepitve.*

23 Ad confirmandas lapsas Caroli res addu- xisse e Gallijs Salernitanum principem mēse octo- bri lectissimum nobilitatis florem Ioannes Villa- nus 1 ac vitæ Martini auctor m narrat: tum Mar- tinus recurrente dedicationis basilicæ Principis Apostolorum festo die obiectis ijs, qui Siculis per- duellibus studerent, censuras Petrum Regē Ara- gonum contraxisse pronuntiauit: *Denuntiamus, inquit, Petrum Regem Aragonia, suos comites, com- plices, satellites & ministros, ac insula memorata rebelles ex supradictis causis excommunicationis, iei- unitates, castra, villas, & alia loca præfata, nec non & vniuersitates ipsorum interdicti præmissis latis per- nos sententijs subiaccere; de nouo tam in Regem & alios sepefactos, quam in vniuersitates, castra, villas, & loca prædicta ex causis eisdem, & propter auctam eorum contumaciam in non parendo nostris monitis & præceptis, a nobis prohibita pertinaciter prose- quendo, similia promulgantes. Nonnullisque inter- dictis, quibus Petro Regi dat imperia, vt insula Siciliae abscedat, nec eam bello infestet, vetat regis Siciliae nomen sibi adscribere: Inhibemus, ne idem Rex Aragonia se Regem Siciliae nomen, sigil- lum regium sub intitulatione Regis Siciliae nomen, assumat, vel utatur assumpto; neque priuilegia, im- munitates, feuda, donationes, bona vel iura quæ- cumque in eo, aut aliqua eius parte concedat, vel tanquam Rex Siciliae quidquam agat; neque domi- nium vel subiectionem aliquam in quascumque sin- gulares personas, aut terras ipsorum, seu potestati- ariam vel quamlibet rectoriam, seu officium quo- cumque nomine censeantur, in ciuitate vel quouis alio loco, maxime ipsius regni Siciliae, aut alicuius partis Italiae in nostrum, Ecclesiæ, aut Regis Caroli eorumdem quomodocumque, vel qualecumque gra- uamen per se vel per alium recipiat, vel acceptet.*

24 Incurrit præterea anathema ijs, qui Petri Regis Aragonum signa contra Carolum fuerint secuti, vel cum eo coitiones armorumque fœde- rainuerint. Cumque percrebresceret Palæolo- gum, firmata vna cum Petro Rege Aragonum

Messanen- ses cum legato de concordia agitant. Obfella, Messana a Carolo. d Lord M. S. Var. sign n. 1960. Soluta ad uentum Regis Aragi obfidio Messanæ. e Ptol. Luc hist. eccl. l. 24. c. 6. f Lacob. Mal. sp. hist. Flor. c. 211. g Io. Vill. l. 7. c. 75. h M. S. de reb. Sicil. Frid. com. Vbaldini pag. 24. & alij plures Caroli na ues a Ro- gero incē- sæ vel ca- præ. i Lacob. Malest. hist. Flor. c. 212. Io. Vil l. l. 7. c. 74. M. S. de reb. Sicil. Frid. com. Vbal. pag. 49. & alij. l. Io. Vill. l. 7. c. 84. m V. Mar tin. IV. M. S. Vall bibl sign. lit. C. n. 25. & 79 n Tom. 2. pag. 11. Pontificia in Petri Reg. A. 39 sententia. Vetitū illi ne Regis Siciliae no- men sibi vindicaret.

Secutori illius par- tes censu- ris defixi.

ibid.

Palæologus Imp. ob fœdus cum eo initum eadem poena deinctus.

conspiratione, Siculam tempestatem concitasse, illum Pontifex hac sententia inuoluit a monuitq; vt a Regis Aragonum fœdere se diuelleret: *Michaellem*, pontificia verba sunt, *Palæologum*, qui se Imperatorem nominat; quemque super ijs & precipu super impenso in prædictis memorato Regi Aragonum contra nos, eosdem Ecclesiam & Regem Carolum consilio, auxilio, & fauore, nec non pactis, conuentionibus, & confederationibus inittis cum eodem argumenta verisimilia deferunt, præterea publica, & cõmunis continuae quasi accusationis incessit; omnesque sibi de factõ vel quomodocumque subiectos atente monemus, eisque districte præcipimus, vt omnia monitiones, præcepta, inhibitionesque præmissa, nimirum de non fulciendis in Carolum Siculis, quæ ipsos Michaellem & subditos contingunt, vel possunt quoquo modo contingere, vel in eis, seu quoad eos qualitercumque locum habeat, quæ omnia & singula volumus pro nominatim singulariter & expresse repetitis haberi, & velut taliter repetita robur efficaciamque sortiri; diligenter obseruent. Denique iudicium Palæologo, & Petro apud subsellia Apostolica intendit.

25 Ad hæc præfatis Regi Aragonum, Michaeli Palæologo, & ceteris vniuersis, qui contra præmissa nostra monita, præcepta, vel inhibitiones prædictum regnum Sicilia in præfata insula, siue in reliquis eiusdem regni partibus inuadere, turbare, impetere vel quomodolibet molestare præsumpserunt, publice vel occulte, hoc generali & publico acnuntiamus edicto, quod nisi dictus Rex Aragonum, & alij prædicti in eisdem insula & regno Sicilia, ac vicinis, seu totius Italia partibus commorantes infra instans festum Purificationis B.V. virginis; alij vero magis remoti infra kal. mensis aprilis, & dictus Palæologus infra kal. mensis maij proximo futuras, quod tempus eis ad hoc pro peremptorio termino assignamus; humiliter ad nostra & Ecclesie mandata redierint, præcise nostris parituri beneplacitis; & tam nobis & Ecclesie, quam memorato Regi Carolo de contumacia & contemptu, damnis & iniurijs, omnique interesse satisfactionem plenariam competenti tempore, quod eis ad id præfiximus, impensuri; ex nunc personas eorum citra mortis & mutilationis periculum, & omnia bona mobilia exponimus a quibuslibet fidelibus libere occupanda, ipsosque feudis, bonis, ac iuribus omnibus, quæ a Romana vel alijs quibuscumque tenent ecclesijs; priuilegijs, indulgentijs, & gratijs quibuslibet, ipsis ab eadem sede sub quauis forma concessis, apostolica auctoritate priuamus; vassallos eorum a iuramento fidelitatis, quo forsitan tenentur eisdem, penitus absoluentes. Lapsõ vero dicto termino, quomodocumque nobis visum fuerit, ad priuandum eundem Regem Aragonum, ipsius etiam absentia non obstante, præfato regno Aragonie, omnibusque alijs terris suis, seu ad ipsa regnum & terras similiter exponenda, quoad ipsum regnum & terras præfata, semper nostro & eiusdem Ecclesie iure saluo; & nihilominus contra eum pro qualitate criminum, quibus, vt prædictum est, eum obnoxium superiora pretendunt, quantum nostrum patietur officium, facti qualitas suggeret, & nobis expedire videbitur, auctore Domino procedemus, &c. Actum apud Montemstafconem ante ecclesiam S. Flauiani in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum pontificatus nostri anno 1. Deturbatum pontificia sententia Petrum Aragonij regni iuribus, quæ in secundum natu filium Regis Francorum transmissa fuere, visuri sumus.

26 Eodẽ porro die, quo superiores intentata minæ, postulatus est pariter iudicio Conradus de Antiochia, qui in Carolum perduellionis, signa ex-

tulerat. De cuius perfidia in Ecclesiam & Carolum hæc in edicto propõstra: *Dudum nobilis vir Conradus de Antiochia, sicut ipsius habet confessio, testibus & testimonio publicæ scripturæ firmata, grauius Romanam ecclesiam & charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem offendit, eiusdem Ecclesie inhibitionibus, comminationibus, alijsque processibus omnino contemptis, adhaerendo quondam Conradino nepoti dudum Frederici olim Romanorum Imperatoris, & veniendo cum ipso ad prælium contra Regem eundem; in quo idem Conradus de Antiochia captus fuit per gentem Regis eiusdem, & sic morti expositus: quod nisi felicitis recordationis Clemens Papa IV. prædecessor noster præfatum Regem rogauisset instantissime pro ipsius vita saluanda, idem Conradus de apitacionis periculum subiisset. Propter quod idem Conradus, in præsentia pia memoria Gregorij Papa X. prædecessoris nostri constitutus, venerabili fratri nostro Petro archiepi. Narbonensi, tunc camerario prædecessoris ipsius, præfenti eiusdemque ac ipsius Ecclesie nomine stipulanti promisit, quod ipse in perpetuum esset fidelis & obediens eidem prædecessori Gregorio, eiusque successoribus &c. Recensentur alia ab eo promissa, inter quæ bellum Carolo nunquã illaturum iuratus sponndit, quæ omnia perfidia insigni violauit: illum vero monet Pontifex, vt abiectis armis ad officium redeat, legesque spernenti iudiciorum ac pœnarum grauior terrorem incutit. Actum in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum, pontificatus anno 11.*

27 Ceterum Siculis in rebellionem obfirmatis, Calabria defectionem aduersus Carolum sunt meditati, ad quos in officio continendos non parum ei desudandum fuit. Suam quoque contulit operam Martinus, vt insidias huiusmodi auerteret: atque ideo memorato Gerardo episcopo Sabiniensi iniunxit, vt nonnullas arces ditionis pontificæ, in regno Neapolitano sitas, Carolo Regi præsidio militari communiendas traderet: ipso tamen prius sacramento adacto, eas se arces, cum ab sede Apostolica iussus foret, restitutum.

Venerabili fratri Gerardo episcopo Sabiniensi Apostolicæ sedis legato.

Consideratis attentius tam ijs, quæ nuper ad nostram notitiam peruenerunt, quam etiam temporis instantis malitia, expedire videtur omnino, vt circa Regni Sicilia custodiam diligentem curæ sollicitioris studium impendatur. Volentes igitur agi cautius in hac parte, ac etiam obuiare periculis, quæ possent forsitan euenire, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus quauislibet fortelitim montis Casini, in quo situm est monasterium Casinense, tam infra ipsius monasterij septa, vel ambitum, absque impedimento regularis obseruantie inibi obseruandæ; quam etiam extra in monte prædicto, & castra ecclesie Salernitanæ, ac specialiter castrum Olibani ad ecclesiam ipsam spectans; nec non & si qua alia castra, vel arces ecclesiarum, & monasteriorum quorumlibet vacantium, vel non vacantium dicti Regni, de quibus propter sui dispositionem, vel situm videretur non immerito dubitandum, ne per ea status patrie, siue regni, seu charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris, posset quomodolibet perturbari; facias per eundem Regem impensis suis, iuxta tuam & ipsius prouidentiam amotis per te, seu tuo speciali mandato, tam de fortelitijs, quam arcibus, & castris prædictis personis quibuscumque, de quibus videris expedire, cum summa diligentia custodiri, receptis prius ab

Obiecta Petro Regi Aragonum de eo exauctorando minæ.

Conradus de Antiochia Carolo infensissimus.

quas rescindendas Martino laborandum fuit. Et quidem Parmensi episcopo prouinciam tradidit, vt senatum populumque Rhegiensem ad reuocanda huiusmodi decreta cogeret; cui etiam vna cum Mediolanensi archiepiscopo curam demandauit, vt Brixianos b, qui similes leges ecclesiasticis exitiales condiderant, auctoritate apostolica ad eas conuellendas adigerent; tum laborantibus in comprimenda hæreseos lue censoribus fidei hæc respondit. c

Inquisitoribus prauitatis hæreticae in ciuitate, ac diocesi Floren. constitutis.

Ex parte dilectorum filiorum potestatis, consilij, & communis Florentini fuit propositum coram nobis, quod ex eo imbi videtur generari scandalum, & posset grauius suscitari, quod si quis a retro temporibus inuenitur hæreticus extitisse, bona quondam ipsius, quæ suo crimine non detectio, nec contra ipsum aliqua inquisitione speciali pendente quocunque alienationis, vel concessionis titulo forte distraxit; etiam si per plures manus interdum res sic alienata, vel concessa transierit a bonæ fidei possessoribus, dicitis reuocanda. Quamuis autem a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus extiterit diffinitum quantum ad præsentem articulum, debere seruari, quod obseruatur in læsæ crimine maiestatis, nec in hac parte recedamus a vestigijs eorundem; volumus tamen, & per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus ad reuocationem talium bonorum in ciuitate, ac diocesi Florentina minime procedatis ad præsens; nisi forsan interuenisse constiterit fraudem vel malitiam, propter quam merito sit ad reuocationem huiusmodi procedendum, vel nisi alienator alienationis huiusmodi tempore de prauitate hæretica infamatus fuerit publice, vel suspectus. *Datum apud Montemassaconem x. kal. decembris anno II. J*

33 In Anglia hoc anno tun ultus bellici a Leolino Vvallenium principe cõcitati c. Is enim vna cum fratre Dauide intempesta nocte Angliæ nonnulla oppida & arces aggressus, nullo ætatis sexusue discrimine, magna feritate dormientes plures ferro deleuit. Aduersus quem cum nonnulli ex Eduardi exercitu progressi, cum ex insula, cui Angleseie nomen est, fugerent fluctibusque casu miserando hausti essent, adeo fastu inflati sunt Vvallenenses, vt inanibus Merlini vaticinijs freti, Leolino suaserint, illum breuidiademate redimitum iri. Qua stulta opinione tumidus infelix princeps numerosissimum eduxit exercitum, commissoque prælio deletus est, amputatûq; ipsi caput Londinum deportatum, & in turre, vbi ipsius pater Griffinus corruerat, ceruicesque fregerat, affixum palo est, atque hædera coronatum. Ex quo discant mortales non in vaticinijs inanibus spem ponere, sed diuinæ se committere prouidentia. Vvallenenses vero funesto principis sui casu exterriti, se suaque Regis Eduardi arbitrio permiserunt.

34 Infelix etiam ob nimiam vanis præfagijs fidem adhibitã extitit Alfonso Castellæ & Legionis Rex: is enim astrologiæ iudiciariæ addictissimus, cum ex huiusmodi arte, quæ verum curiosorum hominum ludibrium est, regno exutum iri aliquando sibi portendisset, ex eo, vt scribit Mariana d, suspicax atque ex metu crudelis effectus, magnam eius odij partem concitauit, quæ illi eam peperit calamitatem. Creuerat adeo Sanctij ipsius filij potentia (in quem ille debita ex primogenito defuncto nepotibus regni iura transfuderat, quiq; omnium ordinum conciliandis voluntatibus

impense studebat) vt iam omnibus ipsius senectus contemptui patere videretur. Quod non ferens, siue etiam nepotes miseratus, consilia de ijs liberandis agitauit, ac Fredulum Ouetensem episcopum prætextu alio ad Philippum Regem Francorum misit, vt rem cum eo communicaret.

Id subodoratus Sanctius a patre defecit, conuentuque omnium ordinum Vallisoleti habito, ab En anuele patruo, Alfonso fratri infenso, pronunciata publica sententia, regno priuari iussit. Ita depulsus Rex Marrochitani Regis opem implorauit, qui illico ad augendas res suas cum exercitu affuit, partemque Hispaniæ populatus abiceffit, cum Alfonso timens ne a barbaro caperetur, ab eo se subduxisset. Tentato ita Saracenorum auxilio, Alfonso in celebri conuentu Hispali octauo mensis Nouembris die coacto, Sanctium regni successione spoliavit. Affertur a Surita a pronuntiata ab illo sententia his concepta verbis.

35 *Vt de vultu Dei iudicium nostrum procedat, nos Alfonso Dei gratia Castellæ, Legionis, Toleti, Sicilia, Cordubæ, Murcia, Giennij, atque Algarbij Rex per præsens scriptum ad notitiam præsentium & memoriam futurorum facimus manifestum, quod Sanctius filius noster maior nobis graues & multiplices iniurias nequiter irrogauit: nam tractauit & fecit coniurationem contra nos & contra nostrum dominium in Cordubensi ciuitate, existens cum baronibus & religiosis quibusdam, videlicet cum magistris ordinis Calatrauæ & Velesij, & cum priore Hospitalis, ac cum commendatore Templi, vices & locum tenente magistris Castellæ & Legionis, nec non etiam cum aliquibus ciuibus in eodem etiam loco existentes; cum ad instantiam suam eidem concessum fuisset a nobis, vt cum Rege Granata Saraceno tractaret aliquam bonam viam treguæ seu concordia, quæ in Dei seruitium, & terræ utilitatem, ac nostrum redundaret honorem; idem Sanctius cum dicto Saraceno & posteris suis amicitiam & pacem iuramento & instrumentis firmavit perpetuam contra nos & nostrum dominium, & pecunias ac tributa a dicto Saraceno nobis debita, in semetipsum retorxit; in hoc contra nos proditiose ac falso procedens, eo quod nobis per suas scripsit literas, quod ordinatum erat inter ipsum & dictum Regem Granatæ, quod ad nostram misericordiam veniens noster vassallus fieret, ac tributa certa nobis præstaret, contra omnes huius mundi fideliter nos iuuando: & ad firmandum prædicta chartas albas sigillo nostro sigillatas petijt sibi mitti, quas cum penes se habuit, multa per eas operatus est, redundantia in graue damnum dominij nostri, & honoris.*

Addit alia Sanctij scelera, vocatum Hispalim vt de bello contra Saracenos Granatenses gerendo, tutandoque limite aduersus Afrorum irruptiones cum eo deliberaret, abiisse in Castellam & Legionem, causatum motas nonnullorum mentes auersasque a regijs obsequijs sua opera sedandas: illum vero vrbes & populos circuiuissse, vt ipsos in regiam maiestatem cõcitaret; onerasse promissis, a se Ferrandi iura Hispanis restitutum iri, conflagrationes varias: tum acerbe queritur suam a Sanctio famam laniatam: *Dictus Sanctius in suis prædicationibus, quibus contra nos populos concitabat, in multis locis multa indigna contra nos euomuit, inter alia frequenter dicens tam ipse quam sui nuntij: Rex insanus est atque leprosus, & in multis falsus atque periuurus; homines interficiens sine causa: quemadmodum Fredericum et Simonem interfecit. Dictis autem inquis facta peruersa continuans inuasit, &*

Suscepta a Martino eorum causa. a To. I. l. 2 ep. 18. b 16. ep. 33

c Ib. ep. 73

Censoribus fidei impetria data.

Leolinus Vvalliæ princeps Eduardo bello in fere.

Flor. hist. M. S. Vall. bibl. sign. lit. C. n. 25 & n. 79. in Mart. IV. Iainio secundus progressus fecit. Inanibus oraculis in superbiã effertur. Vincitur & capite amputatur.

Vvallenfes Regi Angliæ se submitunt.

Alphõsus Rex Hisp. astrologiæ iudiciariæ addictus sibimet exitium parit. d Marianæ de reb. Hisp. l. 14. cap. 5. In Sanctium filium odium concipit.

vsurpauit sibi regnorum nostrorum dominium. In hoc vero diuina adoranda est iustitia, quæ Alfonso ut insanum a filio traduci permisit, cum diuinæ (ut ferunt) prouidentie opera sapientie sue confidentia, blasphema linguæ procacitate, accusare ausus est. Pergit Alfonso alia in se commissa recensere, ut præfectos & magistratus regio Sanctius depulerit, regium ærarium inuaserit, occuparit arces; monitusque, ut Toletum ad regni ordinum celebrandos conuentus accederet, in quibus regni res componendæ essent, ipse alios ad Vallem Oleti indixerit, atque inijs procerum studia variis artibus sibi deuinctos, aut minis fractos traxerit ad perduellionem, atque hæc etiam contra iudiciorum ordinem pertentari.

In prædicta, inquit, curia nobis non citato, non monito, non confesso, non conuicto pronuntiar fecit non a iudice, imo per hostes & conspiratores, quod nos deinceps non faceremus iustitiam, nec fortalitia teneremus, nec pecunias aut redditus aliquos ad regnum pertinentes reciperemus, nec in castro, ciuitate, aut villa aliqua reciperemur; & ulterius, quantum potuit institit per se & suos familiares ac complices, pro viribus laborando, quod ipsum Regem aut dominum Castella ac Legionis & Vandalia deinceps nominarent; nos in omnibus exberedans, in se vsurpando honorem & dominium non sibi debitum, quod nobis rapit, & rapuit violenter, & ut ex supra dictis patet, etiam fraudulentè. Ad cumulum autem malorum omnium non solum est vitæ nostræ insidiatus, sed etiam contra nos se potenter armavit: nam deliberato consilio, & per suos familiares, & complices publicato adeo, quod ad notitiam non solum præsentium, sed etiam multorum absentium longe lateque peruenit, de Castella Cordubam veniens, ut nos caperet, congregauit & conuocauit concilia de Giennio, & Beata, & V beta, nec non de Anduiar, ut simul cum eis aut Cordubensibus accederet hostiliter contra Hispaniam, ut ibidem nos caperet mala et impia captione: et in hoc conatum tantum ostendit, quod esset merito parricida censendus. Sed hunc tam crucelem conatum ipsius Dominus impediuit, a ciuibus Hispanensibus et alijs nostris fidelibus; nec non etiam, quod dictum mirabile est, nostris et nostra fidei hostibus ad defensionem nostram præstando auxilium opportunum. Et cum Sanctius conceptionem impiam contra nos explere non posset, prout potuit deustauit, et ibidem plures homines interfecit. Ad ciuitatem vero Cordubensem rediens, eam contra nos clausam tenuit, et munitiuit: & cum nuper nos illuc personaliter accessissemus ad ciuitatem appropinquantès, extenso & explicato vexillo nostro regali, ipso Sanctio audiente, ex nostra parte clamatum est, ut nos in ciuitate ipsa reciperet: & tam ipse quam loci illius habitatores hoc facere recusarunt, quinimo fuit contra vexillum nostrum sagitta missa.

Igitur cum prædictus Sanctius præmissas graues iniurias ac multas alias, quas longum esset scribere vel referre, timore diuino postposito, ac paterna reuerentia penitus abiecta, nobis irreuerenter intulerit, ipsum paterna maledictione dignissimum, a Deo reprobatum, & ab hominibus merito reprobandum maledictum: & sit deinceps maledictioni diuinæ & humanæ subiectus: & eundem nobis rebellem, inobedientem, & contumacem tanquam ingratum, immo ingratisimum filium sic degenerem exberedamus, & omni iure successionis, quod ei competeat in regnis nostris, dominij, ac terris, honoribus, & dignitatibus, vel quibuscumque rebus alijs ad nos quoquo modo spectantibus ipsum priuamus; & ut nec ipse nec aliquis pro eo, vel descendens ab eo in posterum in aliquo no-

bis succedere possit, sententialiter cõdemnamus. Hanc autem irrefragabilem sententiam in præsentia testium subscriptorum, & multorum aliorum latam mandamus sigilli nostri appensione muniri. Actum est octauo die mensis nouembris intrantis, anno Domini M C C C L X X I I. in palatio Hispanensis ciuitatis, prædicto domino Rege sedente pro tribunali.

Implorauit mox Alfonso Romani Pontificis opem, ut filium ad officium cogeret. Quæ vero a Martino sint gesta ad infelicis patris gratiam, sequenti anno dicemus: hic nunc addimus collocari hoc anno a nuptias Elisabethæ, omnibus virtutibus ornatissimæ Petri Aragonum Regis filia, cum Dionysio Rege Lusitanæ celebratas: quæ Regina tanta postea sanctitate enituit, ut in numerum sanctorum referri meruerit.

36 Longe aberat ab illius sanctitate Vngarus Rex Ladislaus, qui iuuentutis facibus inflammatum regia licentia turpibus voluptatibus se addixerat: sed cum laxiores mores coercere iam velle videretur, illum Pontifex adhortatus est, ut gentilium mores habitumque exueret, assentatores expelleret, probos sibi consiliarios adhiberet, seque e sanctis originem duxisse meminisset. Ne vero de sedis Apostolicæ in eum beneuolentia diffideret, ac si quas subreptitias literas, quæ ipsius dignitatis regiam labefactarent, eius administri obtinissent, sciret eas irritas fore: non esse consilij sedis Apostolicæ, ipsi officere; sed potius illum omnibus officijs compluram.

Regi Vngariæ illustri.

Paterna nos mouet affectio, zelus tuæ salutis inducit, tuæ regni que desiderata prosperitas interpellat, ut exacta pericula, quæ per opitulationem solius diuinæ gratiæ superasti, repetitione summaria tuæ mentis obtutibus exponentes, excellentiam regiam ad debitam de tanta tibi concessa gratia gratitudinem excitemus, te proinde concedentis beneplacitis cõfortantes. Et quidem, fili charissime, si multiplicata in te tui beneficii Redemptoris seratiuio solerti recenseas; si prætorum euentuum qualitatem deuota meditatione recogites; habes proculdubio, vnde Creatori tuo, humiliato spiritu, in vocè confessionis erumpas. soloque ipsius beneficio te viuere, ac regnare humiliter fatearis. Recogita itaque quam paratus eras ad casum, quam dispositus ad ruinam, quando regno tuo diuersarum guerrarum conuulso dissidijs, & quasi totaliter tuæ ditioni subiecto, in manus tuam quærentium animam incidisti. Recognosce quam gratiosè te, iniquorum seductionibus impulsus, & versatum ut caderes, quam benigne suscepit. Quomodo ipsius dextera, tecum virtutem faciens; te a rugientibus ad escam paratis eripuit, præfatum regnum tuum tranquillitati restituit; & in eo regium solum ad exaltationem status solite præparauit; excellentiæ tuæ satis iam datis auspicijs; quod te in suorum mandatorum femita persistente, thronum tuum in statu consueta altitudinis solidabit.

37 Persta igitur, & ab omnibus, quæ contrarij possent suspicionem inducere, mentem tuam profusus auerte; teque diligenter attendens de sanctorum stirpe progenitum, abhorre ab illorum laudabilibus semitis deuiare: sed eorum vestigia imitanda profequere, fidemque catholicam totis viribus deuotus amplectens, ad dilatarionem illius solerter intende. Mores ab illa quomodolibet, etiam in cultu corporis & habitu, alienos penitus aspernare. Præuos consiliarios abijce, consilia

Marianus l. 14. c. 15.

Deereta in Vallesolanis cõmentibus.

Struete Aluino adide.

Corduba impulla.

Paterna maledictio de eum gregis.

Omni ad mendita in me maledice.

a Marianus l. 14. c. 15. S. Elisabetha Dionysio Regi Lusit. nubit.

Ladislai Regis Vngar. vita turpis. b To. 1. l. 2. ep. 86.

Struete illum Martin. ad meliorem vitam traducere.

Pontificia ea de re literæ.

Proposita illi ob ocularios diuini Numinis beneficia.

Ve ab hostibus penè regno exurus diuina misericordia fuerit restitutus.

Ve sanctissimis maioribus factus sit a quibus deificari necesse est.

filia illorum obaudi: iusti & in fide synceri vias tuas regant, & dirigant; nec impinguet peccatoris oleum caput tuum. Assuesce virtutibus: illis ita iuuenilem animum imbue, vt eas in prouectiori ætate presentet. Illis taliter assuesce, quod per consuetudinem mores fiant, nec ab ipsis facile possis auerti, conuersis quodammodo in naturam. Nec excellentiam regalem deterreant literæ quædam, quas super tuis corona & regno per ministrorum tuorum malitiam conquereris fraudulenter extortas: sciturus quod non est intentionis Ecclesiæ in iura celsitudinis regalis obrepere, vel tecum agere captiose; immo potius tuis ad id concurrentibus meritis, velut charissimum filium, prout eam decet, apostolico fauore protegere, ipsiusque vbertate quasi maternis vberibus confouere. *Dat. apud Montemflaconem 11. kal. octobris anno 11.*]

38 Pontificijs monitis ad officium renocatus aliquanto tempore visus Ladislaus, hoc certe anno, vt scribit Longinus a ingenti miraculo victoriã de hostibus fidei reportauit. Oldamirus enim Cumanorum dux, pro suis dmicante Numine, a Christianis delictus, cum paucis ad Tartaros confugit. De quo hæc auctor: *Oldamir Comanorum dux in superbam iam tantam eleuatus, & credens se uniuersum Vngariæ regnum propter Vladislai Regis prauos & leues mores subacturum, Vngariam inuadit. Cui Vladislaius Vngariæ Rex circa lacum Hood occurrens, secum configit; & prælio acri inter utrosque durante, tempestas ingens coorta, ora & vultus Comanorum verberans & obocæans, magno adiumento Vngaris fuit, vt vincerent. Victus tandem ab Vngaris est Oldamir, & omnis suus exercitus, paucis, qui fugiendo ad Tartaros euaserant, exceptis, deletus.*

39 Nec minus insignem victoriam Polonis hoc anno contra barbaros Deum contulisse scribit auctor b. Iaczuingi antea a Polonis profligati, acceptam vlturi cladem Lituaniis se coniunxerant, prædaque ingenti onusti, fatiata Christiano sanguine rabie, abscesserant: cum Lescho Niger Cracouiæ & Sandomiriæ dux, rapto tumultuario milite, hostem insecutus, cum in siluas & lacus se proripuisse comperisset, quid ageret incertus, cælesti viso per somnum erectus est, iussusque ab archangelo Michael e hostem insequi, certissimam victoriam ipsum relaturum pollicito: promissisq; exitus consentire. Sed tanti miraculi historiam ex Longino accipiamus: *Fluctuantem, inquit, illum, nempe Leschonem, consilijque inopem visio angelica, qua archangelum * profitebatur, per soporem monstrata monet, vt quolibet respectu & cunctatione abiectis, non differat persequi hostes, certamque illi futuram victoriam promittit. Ea visione, vniuersis militibus in concionem vocatis, exposita etiam timidos & meticulosos persequique barbaros detreclantes exhilarat. Nihil enim æque militum animos & popularium confirmare solet, quam denunciata religio. Sumptis itaque tam cibarijs quam armis, impedimentis vero, quæ escas & pabula ferebant, se subsequi iussis, recentia barbarorum vestigia intuentes, qua ampliori possunt celeritate vecli, barbaros insequuntur: & licet illos Prag & Narem flumina prætergressos comperissent, certi tamen de oraculi visione, & ipsi, ysdem fluminibus superatis, barbaros inter Narem & Niernem flumina consistentes, neque enim propter prædaram multitudinem facile agmen barbarorum mouebatur, tredecima die mensis octobris consequuntur. Terruit supra modum omnes barbaros Polonorum conspectus, & multo maiorem, quam pro numero Polonorum exercitum, eundemque audacem*

& animosum mori destinatum, aut vincere animo & cogitatione metiebantur, paucos & timidus in tam abdita & tam remota loca nullatenus penetraturos.

40 Habebat Lescho Niger dux in suo comitatu sex Polonorum de equite & pedite (inter quos plures equites erant) millia baud copias contemnendas; omnes tamen in vnum agmen coactas: neque enim locus, in quo certandum erat, plus siluarum quam camporum habens, diuidi copias in plures acies partiebatur. Quibus adhortatis, vt non tam pro patria, coniugibus & liberis, quam pro fide Iesu Christi de cælesti securi præsidio viriliter pugnarent, maximo impetu in barbaros metu & subito Polonorum conspectu attonitos insiliit: & quamuis barbari primos Polonorum impetus excepissent, & aliquanto tempore tolerassent; primis tamen & secundis ordinibus obtritis, reliqui referre pedem, postea vero verti in fugam cœperunt: cades deinde non pugna in omnes passim fugientes edebatur, quam non solum milites Polonorum, sed a barbaris capti Poloni, quos ex Lublinski terra in utroque sexu abduxerant, operose promouebant. Terruerat & barbaros canum, quos simul cum captiuis duxerant, viso Polonorum exercitu, vlulatio, & vociferatio exultantium speciem præferens sublata, qui & in certamine durante & in fuga diris morsibus quasi nossent, quos insecutari deberent, laceßebant. Cade ingenti & vsque ad satietatem edita, nox superueniens persequendi fugientes finem dedit. Reliquias Iaczuvingorum ea clade vsque ad interemptionem vltimam deletas esse, ij enim pertinacius resisterant, certum est. Plures insuper tam ex Iaczuvingis quam Lituaniis, qui fugae euaserant, pudore acti, dum in penates proprios aut metuunt, aut erubescunt reuertii, partim laqueo, partim fame, partim aquarum suffocatione mortem sibi consciscunt, vt ex illo frequenti barbarorum exercitu pauci fuerint supersites, qui aut Polonorum gladijs non ceciderint, aut sibi ipsi mortem miserabilem non consciuerint. Mirum dictu & vix credibile, apud Polonorum exercitum scrupulosus recensitum, nemo repertus est in eo prælio, & in persequendo cecidisse. Quæ res oraculum Lesconi duci per quietem factum non fantasticum, non humanum, sed diuinum & cæleste eo prodigio monstrauit.

Lescho dux & de hostium strage, & sui exercitus incolumitate; suorum insuper, quos gentiles ex terra Lublinski captiuos duxerant, liberatione, Dei omnipotentiam glorificans, eiusque laudes cum omni exercitu suo identidem resonans; spolijs etiam hostium potitus, ouans in suos principatus redijt, ab eoque tempore beatum Michael em sui triumphi & successuum felicium auctorem singulari prosequatur veneratione & cultura. Ex Lituano quoque clade reuersus in Lublin basilicam parochialem S. Michaeli fundat, & eius nomini dicari procurat: qua etiam in diem hunc beneficia Angelica tunc collata. Polonis, & cladem barbaricam attestatur. His consentanea Michouias a. Chromerus b, & Cardinalis Baronijs c tradunt.

41 Cumulauit recentem victoriam altera Lescho: cum enim Palatinus ac Sandomirienses ad Conradum Masouia ducem defecissent, in eos ducto exercitu, Conradum ambigua suorum fidei diffidentem in fugam auertit, auctoresq; defectionis venia donatos sibi conciliauit. Præter hæc intestina externaq; bella, dira fames non Poloniam modo, verum Boemiam quoque & Germaniam inuasit, adeo vt infelices matres, etiam filios absumerent: mox epidemia insecuta in populos magna clade grassata est.

Assuescat virtutibus.

Regia iura salua, & integra fore.

Oldamir Cumanorum dux Vngariam inuadere tentat. a Long. hist. Pol. hoc ann. Fugit ad Tartaros.

b Long. ubi sup. Chro. Polon. ver. l. 11. & alij. Iazyges in Polonia cum Lituaniis irumpunt. Onusti præda auolant. A Leskone Nigro domiti.

* Michael

IESV CHRISTI

Annus 1283.

MARTINI IV. PP.
annus 3.RODVLPHI ROM. REG. II.
MICHAEL PAL. IMP. OR. 23.

ANno a Virginis partu tertio supra millesimum ducentessimum octuagesimum, in die undecima consignato, Martinus Romanus Pontifex erigenda rei Christianæ, quæ nouis belorum tumultibus prostrata iacebat, pacisque concilianda studiofissimus nil reliquit intentatum, quod Siculos ad ecclesiæ Romanæ obsequium reuocare potuisset: utque rebellium pernicia armorum saltem vi frangeretur, cunctis qui in prælio sub Caroli signis occumberent, amplissimam criminum veniam proposuit, quam ij qui pro Terra sancta defendenda pugnando caderent, assequerentur, quamque a Gerardo Cardinali episcopo Sabinensi A. S. L. iussit promulgari. ^a

Venerabili fratri * . episcopo Sabinensi A.S.L.

2. Exurgat Dominus, iudicet causam suam, impropiorum suorum non immemor, quæ sunt ab insipientibus tota die. Nunquid enim non propria causa eius contra illorum perfidiam, per quos, in populo Christiano guerris grauibz excitatis, principibusque catholicis distractis ad alia, impediuntur pia sua negotia, & præcipue Terra sanctæ, quam Scriptura sacra testatur, sibi omnium chariorem? Per quos sacrosancta Ecclesia sponsa sua, sic grauitè læditur, sic grauatè enormiter, quod inuaditur regnum eius, regnum inquam Sicilia, terra peculiari ipsius. Per quos insula Sicilia pars dicti regni non modica rebellis efficitur, & occupata tenetur; reliquæ regni partes eiusdem diuersis imperuntur insidijs, & in illis etiam eadem Ecclesia, & charissimus in Christo filius noster Carolus Sicilia Rex illustris, qui regnum idem tenens ab ipsa, eius est exinde non solum vassallus, sed & specialis athleta, multipliciter impugnantur. Nunquid & iterum non sua improperia, tam graues, tam enormes iniuriæ illatæ ipsi Ecclesiæ sponsæ suæ? Nunquid & tertio non insipientes, qui fecerunt, & faciunt contemptis prædictorum suorum excessuum detestationibus, increpationibus, monitionibus, inhibitionibus, præceptis, sententijs, & pœnarum comminationibus, quæ nuper in nostris processibus iam iteratis edidimus, non tantum in prædictis suis iniurijs & excessibus persistentes; sed & eos dolis & machinationibus varijs, peruersisque conatibus aggrauantes?

3. Hi profecto sunt proterui Siculi, qui debite nobis, Ecclesiæ, ac Regi prædictis fidelitatis obliti, post præsumptam temerariæ rebellionis audaciam contra nos, Ecclesiam, Regemque præfatos, in eam prorupisse feruntur insaniam, ut Petrum Regem Aragonum in ducem & dominum sibi quasi nouum Baal idolum erexisse dicantur, quatenus ipse factus deuorator ipsorum, deuoretur tandem virtute Altissimi pariter cum eisdem. Ij omnes, caterique ipsorum in hoc complices & fautores Sapientis testimonio non indigne sub insipientis metaphora describuntur: siquidem, quod præmissa indicant, increpationes sic odiunt, quod contemnant. Exurgat itaque Dominus, ipsosque præueniat celeris præuentione vindictæ: præueniat obiter: & subuertat: erigat brachium suum sicut ab initio; allidat in virtute sua virtutem illorum: obumbret in die belli caput zelantium zelum eius, bellantium bellum ipsius: protegat eos armis suæ potentia: sit illis de alto victoriæ; sit de cælo veniens fortitudo. Caterum quia, ut præmissorum

Annal. Eccl. Tom. XIV.

series perhibet, in ijs causam Dei agi conspicimus, sicut per processus præfatos eam persequentibus putauimus obuiandum; sic illam deuote prosequentibus decreuimus etiam spiritualibus auxilijs assistendum, ut causam ipsam eo seruentius prosequantur, quo securius profecutionis huiusmodi quemuis experientur euentum.

4. Ideoque de ipsius omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus Christi fidelibus, de quibusuis partibus oriundis, qui contra memoratos Regem Aragonum, Siculos, complices, & fautores, aliosque quoslibet in regno prædicto seu qualibet eius parte, nos, Ecclesiam, præfatumque Regem Sicilia impugnantes; nobis, Ecclesiæ, vel Regi Sicilia memoratis astiterint, si eos, vel eorum aliquem propterea in generali, vel particulari, maritimo seu terrestri conflictu mori contigerit, illam peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, veniam indulgentiam, quæ concedi transfretantibus in Terra sanctæ subsidium consuevit. Quocirca fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus præfatas literas in omnibus locis tuæ legationis, de quibus expedire videris, sublato cuiuslibet moræ dispendio, publices, & ab alijs facias publicari. *Dat. apud Vrbeni ueterem id. ianuary. anno 11.*

5. Confluxerant ad Carolum e Gallijs ingentes copia sub ducibus Salernitano principe, Petro Alenconio fratre Philippi Regis, Roberto Atrebat, Othelino Burgundia comitibus, alioque nobilitatis Gallicæ lectissimo flore, quibus auctus Carolus sapius tentato cum hoste certamine, cum ad Siciliam oppugnandam omnibus viribus se compararet, Petrus Aragonius, qui Siculos instabiles fore metuebat, cum nondum ipsius iugo assueuissent, nec valebat opibus, ut diutius bellicos sumptus sustineret, militari astutia ad Caroli discutienda consilia debilitandosque Gallorum primos impetus; quorum maximam partem necesse erat in alieno solo ob aeris intemperiem morbo perire, Carolum ad singulare certamen prouocauit. Literis enim ac missis oratoribus perfidie obiurgatum a Carolo ferunt, ut qui bellum non indicta causa, non iure, non consilio, sed furore ac prodicione suscepisset. Qua de re hæc Iordanus ^a: *Scriptis, de Carolo loquitur, Regi Aragonum, se admirari, quomodo regnum suum inuaserat. Cui ille respondit, ratione uxoris filia Manfredi ad se potius pertinere. Ad huius autem litigij discussionem ad singulare certamen se inuicem requirunt, & Vasconiam eligunt.* Eadem isdem pene verbis Prolemæus Lucensis ^b, & pluribus auctor veteris codicis M. S. c Frederici comitis Vbaldini; in quo vtriusque Regis literæ adductæ sunt, quas præterimus consulto, cum non absit suspicio, vel ab auctore aut alio confictas: tum hæc responsa religiosi viri missi a Carolo data a Petro Aragonum Rege feruntur: *Carolum non debet latere, quoniam pro filijs nostris, quos ex dilecta consorte nostra Constantia inelyti Manfredi Regis filia, in quâ defectu virilis proles hoc regnum legitime reuolutum erat, bellum suscepimus, & propulsandorum hostium repetenda præda, atque viciscendi nobis actio legitime competeat: & ab eo tempore, quo Manfredum Regem illustrem, & adolescentem bonæ indolis Conradinum crudeliter ac inique vita regnoque priuauit, bellum sibi a successoribus eorum denunciatum atque indictum esse, intellexisse debebat.* Et infra: *Ite ad Regem vestrum, responsa reportantes adijcientis, quod si elegerit hic bella potius*

Proposita indulgentiarum, præmissa in eos sumpturis.

Excitè e Gallijs ingentes copia

Petri Regis Aragonis ad frangendos Caroli Regis impetus.

^a Iord. M. S. Var. sign. n. 1960.

^b Procl. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. cap. 7. c Cod. comitis Vbald. de reb. Sicul.

Obtentus a Petro ad Siciliam inuadendam prætextus.

tius quam rationem esse approbada, etiam ut sine fraude populorum negotium dirimatur, non recusato, diuina mediante iustitia, sic cum paucis aequae numeratis militibus concurrere aut, quod minus periculi traheret, singulari certamine conferre dexteram in duello.

6 Pacta sunt ea certaminis leges, ut in subiecta prope Burdegalam planitie, centum equites armis omnibus instructi inuicem concurrerent, quo in numero duo Reges haberentur. Victoris praemium erat Sicilia, victus aeterna infamia inuendendus, regio indignus nomine censendus, atque in posterum vnum tantum seruum in comitatu suo habiturus: detrectanti praelium par poena proposita. Admisit certamen Carolus, relictoque in Calabria exercitu, cum quo si inuassisset Siciliam, edomare hostem potuisset, in Gallias iter contra Apostolicae sedis imperia arripuit: non enim modo testatur Nangius sanctissimum Pontificem obiecto anathematis terrore Carolum ab ineundo certamine abducere conatum; verum etiam Martinus promulgauit, vtriusque Regis paciones ut nefarias ecclesiastica se execratione notasse rescidisseque: *Sub poena excommunicationis & comminatione processus cuiuslibet, quem contra eum quouis modo habere posset Ecclesia, ne a executione tam damnati certaminis tamquam nefandi procedat, & vniuersis ac singulis Christi fidelibus, ne illa sibi sequenda suadent, neue ipsi consilio, auxilio vel fauore in illis sequendis assistant, duximus districtius inibendum, &c.* Dat. apud Vrbeueterem non. april. anno 11.

a Nang. ubi sup. Martini ad illud di scutiendū sollicitudo. b Mart. to. 1. l. 2. ep. sur. 5.

Angliae Rex admonitus ne Reges congregari permitteret.

c lb. ep. ext. etiam apud Sur. ind. l. 2.

7 Cum vero in Aquitania, quae tum Anglo parebat, committenda pugna esset, monuit Eduardum Angliae Regem Pontifex, ut edicto caueret, ne Siciliae & Aragoniae Regibus ingredienda prouincia aditus permitteretur, neue certamini spectator interesset, ut illius pugnae legibus appositum erat. Qua de re mixta precibus imperia haec Eduardo data fuere: *Serenitatem regiam monentes, rogantes, & hortantes, ac obsecrantes in Domino Iesu Christo, & per asperionem sui pretiosi sanguinis obtestantes in Domino Iesu Christo, & nihilominus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, mandamus quatenus consuetum huiusmodi tam detestabilem tam horrendum, eiusque preparatoria omni studio, quo potes impediatis; dictorum Siciliae, & quondam Aragonum Regum aduentum ad ciuitatem Burdegalensem, eiusque territorium, quinetiam ad quamcumque partem Vasconiae omni, quo poteris, remedio praepeditio nis impediatis & apertius interdicas; tua nihilominus in his praesentiam denegando, & tuis insuper in partibus illis vicariis & officialibus acrius iniungendo, ne praedictorum Regum guardiam recipere, vel ad dictum locum deputare certamen, aut aliquod aliud in his ministerium exhibere praesumas, super quibus eis omnem penitus adimas potestatem. Nos enim ad tam perniciofa, tam noxia omnimodis euitanda, ne dictos Siciliae & dudum Aragonum Reges ciuitatem eandem seu quamuis, ut praedicitur, Vasconiae partem ad haec ingredi patiaris; neue in his praesentia tua copiam facias, aut promittas, seu locum saepesato certamini deputes, aut dictos tuos in eisdem partibus vicarios siue officiales in his aliquod ministerium exhibere permittas, districte subijcimus prohibitionis edicto; ac illa omnia & singula, quantumcumque in alijs regio intendimus honori deferre, tibi & eis sub poena excommunicationis expresse inibemus, sub eadem poena mandantes, ut si ad aliquod horum est processum, illud stratas cum celeritate, qua poteris, reuocare.*

8 Adhibuit denique Martinus omnia studia, ut Carolum ab infano consilio abduceret: imprudentiae enim arguit a prouocationi certaminis assensisse, ac fraudes Aragoniae aperuit, hac nimis arte usum, cum desperaret sustinendis ipsius conatibus parem esse posse, in longinquas terras e regno suo diuellere meditatum, ut fraudibus licentius grassaretur.

Charissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliae illustri.

Morale est, ut qui plus diligunt, amplius in dilectorum inordinatione turbentur, errores illorum acerbius arguant, durius increpent, promptiusque compescant. Hunc morem erga te, fili charissime, facti exigente qualitate, prosequimur: hunc praesertim, cum vices, licet insufficientibus meritis, geramus illius, qui quos diligit, arguit & castigat, non indigne seruamus. Sane regiae serenitatis literis nuper nobis transmissis diligenti studio exaratis, grandi nec immerito fuimus admiratione permoti, nostris plene patefacto sensibus per easdem, te tanta discretione praeditum, tantaeque circumspeditionis radio rutilantem, minus caute, quin potius temere consensisse, ut cum Petro Rege Aragonum particulare certamen in ciuitatis Burdegalensis territorio siue campo, statuto ad hoc in kal. primo venturi mensis iunij termino, exercendum; ita quod tu cum centum militibus, & ipse similiter e regione conueniatis ad illud, & in simul confligatis, inire promiseris, & in subitatione spiritus primus iuramento firmaueris communi consensu; pariter in poenam partis deficientis, aut succumbentis, adiecto ut is, qui, ut tuis verbis utamur, legitimo, aperto, & bene probato corporis cessante defectu ad locum et diem praefixos ad certamen seu pugnam huiusmodi faciendam defecerit, & in ciuitate praedicta non fuerit cum numero militum praetaxato, in antea toto tempore vitae suae se tenere pro deuicto, periuro, ac etiam proditore; quodque numquam sibi ascribere debeat nomen regium & honorem: quinimo ipso facto remaneat nomine & honore regio, ac cuiuslibet alterius officij, seu dignitatis exutus, spoliatus perpetuo, & priuatus, ac etiam in perpetuum habeatur infamis; nonnullis etiam alijs super hoc tam contra partem deficientem, quam succumbentem indecentibus, inhonestis, & irrationabilibus conditionibus interiectis, prout in eisdem, tam in Gallico, quam Latino confectis literis plenius & seriofus habebatur expressum.

9 Sed num tibi ad prudentiam adscribi aestimas, vel ad prudentiam putas potius imputari, quod praefatum Regem Aragonum tibi profus viribus imparem, ut de caeteris taceamus, qui velut in desperatione positus censetur hoc agere, utpote contra Dei iustitiam & Ecclesiae, tuam tuorumque potentiam desperans merito posse subiltere, fecisti bellicae, damnataeque sortis iudicio tibi parem? Quomodo te potuit inimici tam infidiosi, tam subdoli, terram tuam tam fraudolenter ingressi, prouocatio adeo irritare, ut ad sic inordinata procederes, ad sic improvida profliteres? ut tu, cuius vires mundus maiores longe non dubitat, tuas angustares spontaneus, & suas illis in cuiusdam non laudandae animositate impetu, inconsultus aequares, ut te a recuperatione Siciliae, quam non in sui fortitudine brachij, sed in populi rebellionem detestanda Siculi, occupauit; quin verius de ipsorum rebellium ipsam occupatam iam tenentium manibus clandestinis insidiator, & furtius usurpator accepit, sollicitudo huius-

modi futuri confictus abstraheret, & tã ipse, quam alij, qui forsan in tua persecutione non dormiunt, te maxime ipsius occasione confictus absente remotus suas liberius insidias prosequantur?

10 Quid insuper fili putas obloquitur crucis hostis? Quid orthodoxę fidei persecutor, nefario sermone disseminat? Quid submurmurat infidelis, dum tam potentes principes Christianos, quorum molina in Christi blasphemias deberent totaliter dirigi & conuerti, non solum in suum exterminium & ruinam, verum etiam in multorum Christi redemptorum sanguine stragem, & excidium præparantur; præsertim in turbationem maximam scandalumque grauissimum totius penes populi Christiani, ac destructionem, & dissipationem omnimodam negotij Terræ sanctæ?

11 Verum quia in præmissis increpatio dura, quantumlibet paterno affectu, sola non sufficit, nisi quę minus prudenter acta sunt, prudentius corrigantur; ad remedium celeris illorum correctionis intendimus, ad illud plenis desiderijs suspiramus. Ideoque huiusmodi promissionem, prorsus illicitam, utpote rem prohibitam expressus continentem, cum non solum in principibus sublimibusque personis, sed etiam in priuatis duellum non sit omnino ab Ecclesia tolerandum, reprobamus, irritamus, & penitus vacuumus; ac iuramentum etiam super ea præstitum, non solum iuramentarium declarantes, sed & carere viribus, teque ad illorum decernentes obseruantiam non teneri, absolueno te nihilominus ab eisdem, quatenus de facto processisse noscuntur; celsitudinem regiam rogamus, monemus, & hortamur atente in remissionem tibi peccaminum suadentes, & tibi nihilominus arctius iniungentes, quatenus a prosecutione promissorum, & iuratorum taliter prorsus abstineas, & omnino desistas; tibi que nihilominus sub excommunicationis ac processus cuiuslibet, quem contra te quomodolibet habere posset Ecclesia, pœnis, ne ad executionem tam damnati nefandique certaminis Deo utique, cunctisque fidelibus, honorem diligentibus regium, odiosi procedas. Ac vniuersis, & singulis fidelibus, ne illa tibi prosecutione suadeant, neve illis prosequendis consilio, auxilio, vel fauore assistant, districtius inhibemus.

12 Cæterum quia singulariter ad personam tuam afficimur, singularis efficit charitas, ut in præcauendo tibi non solum a noxijs, sed etiam ab ijs, quæ regię serenitatis decori non congruunt, nil persuasisse sufficientes, sed persuasus semper æstimemus addendum. Et idcirco dilectum filium nostrum Benedictum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem [is postea Cælestino accepto Bonifacij VIII. nomine in pontificatu successit] virum utique profundi consilij, virum fidelem, oculatum, industrium, circumspectum, ac honoris tui, & exaltationis regię zelatore feruendum, de fratrū nostrorum cõsilio destinamus, vt tibi circa præmissa (licet Ecclesia non intendat, nec velit aliquatenus sustinere, vt ad præmissa procedas) diligentius referret mentem nostram, innumera & immensa pericula, quæ tua de regno Siciliae ijs diebus absentia non tam verisimiliter comminatur, quam patenter ostendit, prudentius edisserat; & ad quantam tibi hæc imprudentiam communitur imputantur, quo facilius ab illis absque moræ dispendio, & cuiuslibet contradictionis obiectu penitus desistendo, præfatis monitis, precibus, & exhortationibus nostris obtēperes & iussibus acquiescas; exprimere non omittat. Datum

apud Vrhemuetem v. 111. id. februar. anno 11. J

Nec modo Benedictus Cardinalis adhibitus, vt Carolum ad meliora reuocaret cõsilia, verũ Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Card. demãdata a prouincia, vt pactiones a Regibus initas irritas, atque anathema in eos, si enses cõferrent, ac omnes qui fauerent sceleri, latum in Gallijs promulgaret.

13 Tuendi inanis gloriolæ splendoris, seruanda que perperam datæ fidei cupiditate occæcatus Carolus, magno suo damno pontificia monita neglexit, seque in grauissimas calamitates præcipitemegit, Cuius exemplo infelici discant pij principes censuras ecclesiasticas non aspernari. Igitur die statuta, prima nimirum iunij, cum centum equitibus Burdegalæ in campum descendit, nec Aragonius vsquam cum suis comparuit. Ferunt a Petrum ferotino tempore vel nocte diem dictam præcedente, remotis arbitris, vt fidem seruare videretur, Burdegalę senescalcho se aperuisse, indeque præcipiti fuga se proripuisse, causatum a Rege Galliarum, qui non longe a Burdegala cum nobilitate Gallica subliterat, insidias sibi comparari. Cum itaque nusquam visus esset Petrus aliquot diebus frustra expectatus, sero Carolus Aragonij fraudes, ac nimium vera Pontificis monita agnouit, pueriliter nimirum delusum fuisse; bene gerendæ rei occasionem præterijisse, hostisq; cuius insidias erat expertus, artibus irretiri se passũ esse pœnituit. At Philippus Rex copias in Aragoniam, qua parte Nauarram contingit, immisit, b, quæ dāna ingentia imparatis Aragonijs intulerũt.

14 Tradit Villanus c alijq; Florentini historici, qui perperã Martinum id certamen laudasse scribunt, euulgato nũtio Petrum Aragonium non comparuisse, defixisse illum anathemate, ac perierum promulgasse; exiisse honore regio, fidelium cœtu eos submonisse, qui ipsum Regem appellarent; Petrum vero facete se Aragonium equitem, duorum Regum patrem ac maris dominũ inscripsisse. Quam vero in eo labantur, inde patet, cum pugna ad primũ iunij diem denuntiata esset, sententia vero aduersus Petrum Aragonium mense martio vibrata fuerit: vnde perpende lector, quanti momenti sit ad detegendos historicorum errores temporum rationẽ ducere. Cæterum lata aduersus eum sententia Pontifex declarat, vt nullum ius Aragonius in Siciliam prætereire potuerit, ac primum quidem Fridericũ in cõcilio Lugdunensi ab Innocentio IV. exauctoratum iure, regno etiam Siciliae Ecclesiæ stipendiario vt perduellem spoliatur, nec amissum ius in Conradum transfundere potuisse: hunc itaq; iniustum possessorem, defuncto patre, extitisse. Manfredum vero, qui accepta Conradini clientela, regni habenas susceperat, ac postea conficta eius morte tyrānidẽ arripuerat, nullo iure Regem esse potuisse: nõ aliquo a Friderico accepto, cũ nullum obtineret, atq; aliunde natalium infamia id veraret: proinde iuste anathemate ab Alexandro IV. defixum, omnibus honoribus exutũ, in filiam suam aliquod in Sicilia ius nõ transmisisse, cuius pretextu Petrus Aragonius illud regnum, ad Ecclesiam deuolutum cõcessumq; Carolo, inuadere potuerit. Conradinum pariter, qui atrox bellum contra Carolum mouerat, a Clemente IV. iusta defixum sententia. Cum vero, ijs sublatis, pax alta in Sicilia arrideret, Petri prodicione exercitum in Gallos cruentam carnificinam conqueritur Pontifex. e

15 Martinus, &c. In subitas tempestates acta est æstiuã trãquillitas, bellũ in media pace surrexit, facti sũt hostes ex subditis, & qui memorato Regi Siciliae [nimirum Carolo] ad fidelitatis debitũ tene-

a Mart. l. 2. ep. cur. 9
Regum pactiones a legato irritę promulgata.

Carolus magno suo damno Pont. monita negligit. Burdegalam se cõfert.

a Iacob. Maleisp. hist. Flor. loc. cit. Prol. Luc. in ann. & hist. eccl. M. S. l. 24. c. 7. 8.

lord. M. S. Var. sign. n. 1960.

Bern. in chron. R. S. Pons.

Nang. in gest. Phil. Reg. Au. Flor. hist.

Sicul. M. S. com. is V bald.

Io. Vill. c. 5. Ant. ubi sup.

Petro Rege non cõparente, pueriliter se delusũ agnoscit.

Galli in Aragonia signa effugerunt.

b Nang. in gest. Phil. c. 10. Vill. l. 7. c. 8. 6.

Vera historiz scribis in ferenda a Pont. aduersus Petrũ Arag. sententia.

d To. l. 2. ep. cur. 4. 8.

Demonstratur Petrum Regẽ Arag. nullam in Sicilia iura obtinuisse.

e Ibid.

De Siculorum recetti perduellione.

Vt Panormitani omnium primi in eam proruperint.

Sine sexus & ætatis misericordia seuerint.

Immaturos paruos ferro in matris visceribus seruati sint.

Quid Potifex ad re primos rebelles egerit.

Vt Sicil. Regem peri bello uenerit.

Aut aliqua illius hostibus impendi auxilia.

Pœnæ imperia spernentibus obiecta.

bantur, rebellionis spiritum infideliter assumentes, non solum hostilia, sed & tyrannica patrauerunt. Sicut enim grauis clamabat & adhuc clamat infamia, processit adeo Panormitanæ ciuitatis & ciuium præsumptuosa rebellio, quod rebelandi audacia, & iurium interuersione regalium, sui que quantum in eis fuit abiectioe dominij non contenta, ferinæ immanitatis dexteris ad crudelitates inauditas exposuit; dum eorum exitialis iniquitas, non solum quos ex deuotis Regis ipsius concepta potuit præoccupare nequitia, sine sexus ætatique delectu inhumane cæcidit; verum etiam paruos, quos adhuc viscerum portione claustra materna celabant, illis sæue defectis, sic præcipiti festinatione produxit in lucem, quod eis nimis proculdubio innaturaliter lucis usum, antequam concederet natura, subtraxit, eis adeo præmatura & impijssima cæde cæsis, quod eorum ortus principia præuenit occasus.

16 Quia uero, sicut ex tunc plurimorum habebat assertio, & euidenter exitus iam probauit, hæc in nostram, & ipsius ecclesiæ turbationem, & dispendium tentabantur; & ad hoc plurimum intentio laborabat & studium, ut fornacis quasi recenter extinctæ nos, ecclesia, & Rex prædicti renouata eo grauiora sentiremus incendia, quo solent nocere grauius pericula recidiua; nos tantorum malorum obstare principijs cupientes, ne illis inualescentibus, sero parari contingeret medicinam, in festo Ascensionis Domini, præsentem fidelium multitudine copiosa, de fratrum nostrorum consilio vniuersos & singulos cuiuscunque præminentia, conditionis, aut status attente monuimus, districte præcipientes eisdem, ne in præfato regno, vel eius parte, nos & eandem ecclesiam, aut præfatum Regem Sicilia, qui dictum regnum ab ecclesia ipsa tenet, per se, vel per alium molestare, impetere, vel etiam perturbare præsumerent; occupando, inuadendo, seu occupari aut inuadi faciendo, regnum ipsum, vel aliquam eius partem.

17 Præcepimus insuper vniuersis & singulis Christi fidelibus, & specialiter marchionibus, comitibus, baronibus, ciuitatibus, communitatibus, & vniuersitatibus castrorum, villarum, & quorumcumque locorum Italia, maxime ipsius ecclesiæ Romanæ temporali iurisdictioni subiectis, ne huiusmodi molestatoribus, impetitoribus, perturbatoribus, occupatoribus, vel inuasoribus, aut occupari vel inuadi facientibus regnum ipsum, vel aliquam partem eius in præmissis intenderent; & ne cum armis vel sine armis ad turbandum in eodem regno pacem prædictorum ecclesiæ ac Regis Sicilia præstarent illis consilium, auxilium vel fauorem, publice vel occulte; neque super hoc societatem, coniurationem, aut sædus inirent aliquid cum eisdem. Si quis autem contra nostram monitionem, & præcepta præmissa per se vel per alium quibuscunque dolo, fraude, vel machinatione faceret, cuiuscunque forent præminentia, dignitatis, conditionis, aut status, excommunicationis sententia, quam ex tunc in eos protulimus, ipso facto se noscerent innodatos. Ciuitates quoque ac communitates quaslibet, que contra monitionem & præcepta eadem quocunque dolo, ingenio, arte, vel machinatione venire præsumerent, interdicti ecclesiastici sententia, quam ex tunc in illos promulgauimus, uoluimus subiacere. *Et infra.*

18 Et licet Panormitanæ ciuitatis & ciuium prædictorum, ac nonnullorum castrorum illarum

partium, que contra eundem Regem Sicilia rebellant, culpa grauis acerbiorum processum exigeret; nos tamen desiderantes quod ciuitates, ciues, & loca prædicta mansuetudo corripere, & a tanti erroris inuio reuocaret, erga eos non rigorem, sed mansuetudinem prosequentes; vniuersitatibus eorundem ciuitatis, castrorum, aliorumque locorum districte præcepimus, ut submoto cuiuslibet difficultatis & dilationis obstaculo, ad nostra, & ecclesiæ, ac Regis prædictorum mandata redirent; quodque præfatos molestatores, turbatores, occupatores, inuasores; aut dantes eis in hoc auxilium, consilium, vel fauorem, in dictis ciuitate, castris, villis, seu districtibus eorundem nullatenus receptare, vel recipere attemptarent, nec ipsorum aut alicuius eorum dominio, vel regimini se quouis modo submitterent; neque ipsis, vel eorum alicui contra ecclesiam vel Regem præfatos impenderent in prædictis auxilium, consilium, vel fauorem, publicum vel occultum; & nihilominus confederationes, seu obligationes quaslibet, si que inter vniuersitates eandem, vel inter ipsas & quoscumque alios initas sine factas super occupatione ac inuasionem prædictis & iuramenta de illis seruandis, vel alias pro eis hinc inde præstita penitus relaxantes; vniuersitatibus ipsis aperte prædiximus, quod nisi præmissa celeriter adimplerent, contra easdem ciuitates & villas earum spiritualiter & temporaliter sic procedere, auctore Domino, curaremus, quod, pena docente, suæ temeritatis & superbia recognoscerent qualitatem.

19 Cæterum licet, dum ijs & alijs modis & vijs filiorum salutem paterna venabatur affectio, reliquarum ciuitatum, castrorum, villarum, ceterorumque locorum, ciuium & incolarum Sicilia in nostram notitiam perlata rebellio; & præcipue Messanenium, qui Panormitanorum ipsorum imitati sequitiam, quam plures ex ministris & deuotis eiusdem Regis Sicilia post securitatem illis præstitam crudeliter trucidasse dicuntur, Castrum regium loci eiusdem temerarijs ausibus occupantes, multæ cõmotionis causam inducerent; nos tamen propterea non desistentes a cœptis, venerabili fratre nostro Gerardo episcopo Sabinensi ad partes illas cum plenæ legationis officio, tamquam pacis angelo destinato, bona in illis & pro illis quæsiuimus partibus, nec uenerunt; expectauimus pacem, & turbis in tempestatibus grauior apparuit, machinatis ab olim (prout communis quasi tenebat opinio, & subsecutorum consideratio satis indicabat, & indicat euidenter) dolis, & insidijs reuelatis. Siquidem Petrus Rex Aragoniæ, de procedendo aduersus Africam quæsito colore, Sicilia insulam, terram utique peculiarem ipsius Ecclesiæ, militum & peditum caterua stipatus inuadens & occupans, ac in illa eiusdem ecclesiæ pacem turbans; grauem seditionem excitans contra eam grauiusque populum concitans, in illam temeritatis prorupit audaciam, quod cum ciuitatibus alijsque locis, vniuersitatibus, ciuibus, & incolis eiusdem insulæ, quibus ratione uxoris, filia scilicet Manfredi prædicti, natorumque iuorum se teneri prætendit, confederationibus, pactis, & conuentionibus, sicut ex tunc ferebatur; quin potius cõspirationibus, & scelestis factionibus initis in regno prædicto, nomen iam usurpabat regium & usurpat, se Regem Sicilia nominans, & gerere pro Sicilia Rege præsumens, in maioris præsumptionis augmentum Regi Carolo suprascripto in literis Regni Sicilia titulum subtrahendo; sicque non

non solum Panormitanos eosdem, quos alias pluries ad hæc sollicitasse per nuncios dicebatur, in inchoate contra præfatum Regem Carolum seditionis & rebellionis contumacia obfirmavit, eos per se agentem suam fovens, ipsisque favens in illa; sed tam ipsos, quam cæteros in insula prælibatæ rebelles adeo contra iam dictam ecclesiam, eorum speciale matrem & dominam concitavit, quod nonnulli ex eis, & specialiter Messanenenses, qui ante ipsius in insula prænominata presentiam dicti legati nuncios devote, ac humiliter admittebant, dominium præfatæ recognoscentes ecclesie, nomenque publice inuocantes; illos postmodum contumaciter admittere recusant, baculo arundineo, eidem scilicet Regi Aragoniæ prætextu eorundem vxoris & filiorum, vt fertur, periculosius innitentes: quos tamen vxorem & filios, seu regem per eos, seu ratione ipsorum in eadem insula, vel aliqua dicti regni Siciliae parte, ius aliquod non habere apertius præmissa declarant; & nos nihilominus decernendum duximus, & etiam declarandum. In quæ autem crimina falsa regie dignitatis, immo & simplicis magistratus assumptio, seditio, violentiaq; cum armis commissio incidant; quibus addicendi sint pœnis talium patratores, nec fuit nec est opus exprimere, quia id nota & vetustissima decreta sanxerunt.

20 Et quia memorati Aragoniæ Regis excessibus non leue pondus adiicit ipsius & regni sui explicite descripta conditio, seriose duximus explicandum, qualiter de archiepis ipsius ecclesie prædeuntia monumenta manifeste testantur, quod pie memoria Innocentius Papa III. prædecessor noster quondam Petrum Regem Aragonum, eiusdem Petri Aragoniæ Regis avum Arelateni archiepiscopo, qui tunc erat, & alijs personis ecclesiasticis, nec non & quampluribus suis associatum proceribus per mare ad sedem Apostolicam accedentem, vt inibi ab eodem Innocentio prædecessore militiæ cingulum, & regium acciperet diadema; honoravit multipliciter, honorifice ac benigne recepit, & in ecclesia S. Pancratij martyris iuxta Transiberim per bonæ memoriæ Petrum, tunc Portuensem episcopum, in Regem inungi faciens. Deinde manibus proprijs coronavit, & regalia insignia vniuersa, mantum videlicet & colobium, sceptrum & pomum, coronam & mitram, quæ ad opus ipsius non solum speciosa, sed & pretiosa parari fecerat, ex more in Regum coronationibus obseruando, munifice largitus eidem; ab eo iuramentum corporale recepit: per cuius religionem præfatus Rex inter cætera fidelitatem & obedientiam ipsi summo Pontifici, eiusque successoribus, dictæque Romanæ ecclesie; regnumque suum in ipsius obedientia fideliter conseruare promisit. Ac demum Rex ipse cum multo tripudio, & applausu coronatus, iuxta eundem prædecessorem Innocentium ad beati Petri Apostolorum principis basilicam rediens, super illius altare sceptrum & diadema deposuit, & militarem ensẽ de manu eiusdem prædecessoris accepit; dictumque regnum suum antea censuale a suis prædecessoribus eidem ecclesie constitutum, cupiens principali post Deum ipsius beati Petri, & Apostolicæ sedis protectione muniri, præfato Innocentio prædecessori, & per eum ipsi sacrosanctæ Apostolicæ sedi obtulit, illudque sibi & successoribus eius in perpetuum diuini amoris intuitu, & pro suæ suorumque progenitorum remedio animarum, nouo adiecto censu, constituit censuale; pollicendo adijciens, & adijciendo pollicens, quod ipse ac succes-

sores sui specialiter eidem sedi fideles & obnoxij teneantur. Hæc autem perpetua lege fore seruanda decernens, vt huius regalis * concessio robur firmitatis inuiolabilis obtineret, ipsam in scriptis redactam, & de procerum curiæ suæ consilio, præsentibus dicto Arelateni archiepiscopo, quondam Sancio patruo suo, Hugone de Baucio, & Arnaldo de Faciano baronibus suis, sigilli sui munimine roboratam, eidem prædecessori concessit.

21 Numquid igitur præmissa collata pariter, & solerti examinatione discussa, præfatum Regem Aragoniæ nepotem, fidelitatis, ad quam memoratus auus, cuius est in eodem Aragoniæ regno heres, ipsum, sicut & successores eius cæteros tam publice, tam solemniter obligat eidem ecclesie, debitorem & violatorem publicum reum non accusabant infidelitatis damnabilis, & accusant? Profecto fidei debite violatio violantem, proculdubio arguit infidelem; præsertim cum, præmissa non leuiter aggrauet fraudulenta confictio, qua idem Rex Aragoniæ nepos, non absque fraudis commento notabilis, finxisse detegitur, & apud nos etiam per solemnem nuncios affirmasse, quod cum sumptuoso & sollicito apparatu ad Dei & Ecclesie seruitium, & exaltationem catholicæ fidei, potentia suæ brachium dirigebat: quod tamen contra eiusdem utilitatem fidei, dictum, Regem Carolum cruce signatum in Terræ sanctæ subsidium, & publice ad Dei eiusdemque fidei obsequia prosequenda dispositum, nulla diffidatione notam non effugit) hostiliter impetendo; nec non & contra ipsam matrem Ecclesiam terram, eius, sicut prædicatur, inuadendo & occupando, direxit. Nec eum excusat, sed accusat potius, quod ad partes Africae insulæ prædictæ vicinas diebus aliquibus declinauit: id enim ipsum ideo concinasse probat, immo & conuincit euentus, vt opportunitate captata commodius iniquitatem, quam conceperat, parturiret; maxime cum per suos nuncios missos exinde pluries eosdem Panormitanos sollicitasse, ac ipsis in præsumptam malitiam obtulisse consilium & auxilium diceretur: nec esset, vel sit verisimile, quod eandem Africam, terram quippe diffuso vastam ambitu, refertam, incolis non prorsus imbellibus, crebris munitio- nibus, vt habet fama, non vacuam, opibus & alijs opulentam, cuius inuasionem vix multorum Regum & principum quorumque potentia coacta præsumeret; ipse ad hoc proculdubio diuitijs impar & viribus, cum comitijs modica bellatorum solus assumeret inuadendam.

22 Numquid & iterum hæc non ostendebant, & patenter ostendunt, quod idem Rex Aragoniæ nepos, tanquam eiusdem insulæ dicti regni Siciliae partis non modicæ manifestus inuasor & occupator; ac Panormitanorum rebellium, & seditionis, commotionis, seu concitationis, pacisque turbationis, seu concitationis, pacisque turbationis notorius fotor & fautor, & aduersus eandem Ecclesiam actor & fautor; sui que complices, comites, satellites & ministri præmissam per nos in prædicto Ascensionis festo latam in omnes nostris monitionibus, præceptis, & inhibitionibus non parentes, excommunicationis sententiam incurserunt? [Pluribus interiectis, quibus intentatas Petro Regi Aragonum iustas minas, si bello Siciliam vexaret, easque pertinacissime spretas, ac monita apostolica obtrita recensuit, has demum illi pœnas infligit.]

23 Ne igitur tam iustæ comminationes fiant

Vt regio edicto Petrus successores Ecclesie stipendiariorum constituerit. * honoris

Inde fidei violatæ Petrus Siciliam inuasor arguitur.

Addita, fraus, cū Pontifici significasset, in hostes fidei expeditionem meditari.

Ad rem colorandā Africæ oram Siciliae obiacere legisse.

Inde crebris oratoribus Panormitanos sollicitasse ad rebellionem.

Ex ijs anathematatum antea aduersus inuasores Siciliae eum contra axillam ostenditur.

iniuste iudicio, si earum iustitia prosecutione debita fraudaretur; neque sine vindicta grauis adeo crescat infania, dignum putauimus, vt memoratum Petrum nepotem Regem Aragonum, tantamque ipsius proteruiam vltix sententia, prosequatur. Et ideo regnum Aragoniæ cæterasque terras Regis ipsius de fratrum ipsorum consilio exponentes, vt sequitur, ipsum Petrum Regem Aragonum eisdem regno & terris, regioque honore sententialiter, iustitia exigente, priuamus; & priuantes exponimus eadem regnum & terras occupanda catholicis, de quibus & prout sedes Apostolica duxerit prouidendum; in dictis regno & terris eiusdem ecclesiæ Romanæ, vt præmittitur, iure saluo. Vassallos ipsius, vt præmissa declarant, a iuramento fidelitatis, si quo tenebantur eidem, iam absoluimus, denuntiantes penitus absolutos, & denuo ab eodem, & a quolibet fidelitatis vinculo & homagio expressius absoluentes: ac eisdem Petrum quondam Regem, Siculos, complices, & fautores eorum, omnesque alios singulares, qui prædictas monitiones, inhibitiones, comminationes damnabiliter contempserunt, præmissis excommunicationis; vniuersitates vero, ciuitates, castra, & loca cætera denuntiamus interdicti sententijs subiaccere, ipsos & ipsa ex causis eisdem, & propter continuatam auctamque ipsorum contumaciam similibus sententijs supponentes, &c.] Dat imperia præsulibus ac proceribus, ne Petro regia exuto dignitate adherescant; omnes coitiones, fœderaque cum ijs inita rescissa pronuntiat, pœnisque grauioribus præuaticatores deuincit. *Actum apud Vrhemueterem in platea dicta ecclesiæ maioris XII. kal. aprilis pontificatus nostri anno II.*

24 Lata itaque in Petrum Aragonium sententia, qua cœtu fidelium eiectus, & omni regio honore exutus est, misit a in Gallias Martinus Ioānem Colletum tit. S. Cæciliæ presbyterum Cardinale, quem vna cum Carolo Rege profectum in Franciam Nangius b alijque scribunt: ad quem in regesto pontificio extant plures datæ literæ, quibus magnis illum prærogatiuis decorauit Martinus, vt auctoritatem ipsius amplificaret. Mentionem illius edidit Nouatores c ex Meyero, quem Lutetiæ gymnasium condidisse Colleti siue Picardorum nuncupatum, atque eodem anno extinctum & in cœnobio S. Luciani iuxta Cæsaromagus Bellouacorum sepultum addunt: sed in eo errant, cum annis insequentibus ad ipsum pontificiæ literæ scriptæ reperiantur. Ea vero ardua prouincia imposita ipsi est d, vt Petrum Aragoniū anathemate deuinctum in Gallijs promulgaret, atque Aragoniam nomine Rom. ecclesiæ alicui ex Philippi filijs vestigalē traderet. Qua de re hæc Ptolemæus Lucensis, e & Jordanus f: *Eodem anno Martinus Papa processum facit cōtra Regem Aragonum, ipsumque a regno deponit, & ab omni dignitate, eaque tradidit Regi Franciæ pro Carolo secundo filio dicti Regis, totumque regnum Aragonum supposuit grauisimo interdicto; ac regnū Aragonum alteri confert, sicut ipse Rex Aragonum in regnū cōspirauerat alienum.* Quæ porro leges nouo Aragonum instituedo Regi dictæ sint, quibus fidem Romanæ ecclesiæ obstringeret, e subiecto diplomate patebit. g

Martinus, &c. Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Card. A. S. L.

25 Tuæ circumspectionis industriam probatam frequenter in arduis, fidum pectus, prouidumque consilium nobis nota familiaritate diutina, debita meditatione pensantes, te ad hæc mini-

strum idoneum de fratrum eorumdem consilio assumentes, ad occupandum idem Aragoniæ regnum, & comitatum Barchinoniæ, qui est de terris expositis, quæ olim fuerant dicti Petri, de illo ex eiusdem Regis Franciæ filijs, quem ad hoc ipse Rex elegerit; alio tamen ab eo, qui sibi est in dicto regno Franciæ successurus; sub lege, conuentionibus, pactisue subscriptis, ab eodem Rege Franciæ, ac ipso filio ad id electo per eum solemniter promittendis, vt eorum quemque contingunt, & inuolabiliter obseruandis; per te auctoritate apostolica, quam in hac parte plene tibi committimus, de ipsorum fratrum consilio volumus prouideri, & ipsum ad id faciendum singulariter deputari: statuentes & decernentes, quod prius quam ipsi Franciæ Rex & filius suus ad hoc electus ab illo, & a te, vt prædicitur, deputatus, eandem legem, conuentiones, & pacta expressè acceptauerint, & promiserint contenta in eis, inuolabiliter seruatuos; tuque ipsum eiusdem Regis Franciæ filium ad id deputaueris; idem filius in præfato regno Aragoniæ nomen, & titulum regium, in comitatu quoque prædicto dignitatem omnem, quam dictus Petrus quondam Rex Aragonum in illis obtinuit, sortiatur; & tam per se, quam per alios eadem Aragoniæ regnum & comitatum libere occupet, & faciat suo nomine occupari: eaque tam ipse, quam sui perpetuo successores, in illis infra scripto ad illa ordine admittendi, absque vlla contradictione possideat, & in ipsis tamquam veri Reges, comites & domini legitime administrant, plene in eis ius Regis, comitis, & domini habituri; in Terraconensi ciuitate, ipsius territorio, districtibus, & pertinentijs sæpe facta Romanæ, ac Terraconensis ecclesiarum per omnia iure saluo.

26 Quod si dicti Rex Franciæ ac filius legem, conuentiones, & pacta eadem non acceptauerint; vel contenta in eis, vt prædicitur, non promiserint; tu ad prouisionem, & deputationem huiusmodi non procedas. Lex autem, conuentiones, & pacta, sub quibus dictas prouisionem, & deputationem, & nō aliter procedere volumus, hæc sunt: videlicet ne eadem regnum & comitatum præfatus eiusdem Regis Franciæ filius ab eo electus, & a te, vt præmittitur, deputatus, eiusue successores in illis vllō vnquam tempore separent, nec ipsorum alterutrum diuidant; sed in eandem personam semper cum sua integritate concurrant. Ad eorum successionem nullus vnquam, qui non sit de matrimonio natus legitimo, sed tantum legitimi admittantur. Ita vt, si eidem filio dicti Francorum Regis, suisue in perpetuum successoribus in regno & comitatu eisdem mortis tempore liberi sexus vtriusque supersint, ex suo vel successorum suorum corporibus legitime descendentes, primogenitus masculus succedat in illis.

27 Si vero solum se minini sexus liberos superesse contingat, succedat primogenita in eisdem. Quæ si tempore deuolutæ huiusmodi successionis ad eam fuerit innupta, & nubere voluerit, personæ, quæ ad ipsius regni regimen & defensionem existat idonea, nubere teneatur: nec nubat nisi viro catholico & ecclesiæ Romanæ deuoto. Sed si scienter iam nupserat, vel postea nubat alicui non catholico, vel ipsi Ecclesiæ non deuoto, donec ille vixerit, & in deuotione a fide, seu in ipsius Ecclesiæ in deuotione persisterit, eadem ecclesia ipsorum regni, & comitatus administrationem liberam obtinebit: ita quod nihil exinde perueniat ad eam, vel eius virum non catholicum, seu etiam in-

Io. Colletus tit. S. Cæciliæ presbyt. Card. legatus in Gall. missus. a To. 1. l. 3 ep. cur. 3. b Nang. in gest. Phil. c Cent. 13 cap. 10. col. 1023. De eo mentionem faciunt Nouatores, pluribus falsis admixtis. Regnum Aragon. in Philippi Reg. filii a Pont. traductum. d To. 1. l. 3. ep. cur. 7. e Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. cap. 10. f Lord. M. S. Vatic. signat. nu. 1960. g Ead. ep. 7.

Legato rei perficiendæ prouinciã imponit.

indeuotum. Illo vero non catholico, seu indeuoto defuncto, ipsa in viduitate persistens, seu nupta viro catholico & idoneo, vt est dictum, habeat sicut ei competit, eadem regnum & comitatum, nec non & administrationem ipsorum: nihil tamen de perceptis ex illis hoc casu restituatur eidem. Si vero ignoranter non catholico, vel indeuoto iam nupta; vel ille, cui iam nupta erat, vel postea nupta post contractum cum ea matrimonium talis fiat, nec ipsa eius errori, aut indeuotioni consenserit, seu fauorem exhibuerit; ecclesia nihilominus eorundem regni & comitatus administrationem habeat illo viuente, ne ad ipsum ex dictis regno & comitatu aliquid valeat peruenire: sed illo defuncto, eidem filia in viduitate manenti vel nubenti catholico, deuoto, & idoneo, vt superius est expressum, restituatur hoc casu, prout ei competit, administratio cum perceptis ex ea; deducis tamen exinde omnibus expensis factis ratione seu occasione administrationis ipsius, & ceteris, quæ fuerint deducenda: super quibus Romani Pontificis eius temporis dicto stetur. Sed & ipso viro viuente, si eum ad fidei veritatem, seu ipsius deuotionem ecclesie non simulate, sed in veritate manifeste redire contigerit, filia eadem administrationem ipsam, prout ei videbitur, reha-bebit.

28 Quod si forsan ipsum filium dicti Francia Regis ab eo sic electum, & a te deputatum, vel aliquem suorum huiusmodi successorum, eodem Philippo suo genitore superstitente contigerit absque liberis fati munus implere; idem suus genitor non succedat in regno & comitatu prædictis; sed si plures habeat filios, vnum ex eis, non tamen primogenitum qui debet in Francie regno succedere, infra tres menses a tempore, quo sibi defuncti mors innotuerit, numerandos ad successionem huiusmodi poterit nominare. Si vero vnum solum filium vel nullum, quod absit, idem Rex Francorum haberet, liceat ei aliquem de sua progenie, qui dicto filio electo, & vt præmittitur, deputato, defuncto sine liberis, fuerat quarto saltem sanguinitatis gradu coniunctus, eligere seu nominare ad successionem eandem.

29 Ipso autem infra dictum tempus neminem nominante, habeat ecclesia eligendi seu nominandi aliquem de ipsius Regis Francia filijs seu coniunctis etiam supradictis, si superstitibus fuerint, liberam potestatem: quibus non superstitibus, eliget eadem ecclesia libere vndecumque. Quod si, memorato Francia Rege defuncto, contingat eundem suum filium electum & deputatum sine liberis ab hac luce migrare, similem per omnia suus primogenitus nominandi hac prima vice tantummodo habeat potestatem: deinceps vero succedat taliter decedenti is de Regum Francorum genere, saltem coniunctus ei similiter quarto gradu, quem ordo legitime successionis admittet. In quolibet autem prædictorum casuum electus, seu nominatus ex ipsa electione siue nominatione ius habeat in præmissis regno & comitatu, seruatis in omnibus prædictis & subsequentibus legibus, pactis, & conuentionibus libere succedendi. Eadem insuper regnum & comitatus in eandem personam cum Francia, vel Castellæ, seu Legionis, aut Angliæ Regnis, aliquo vnquam tempore non concurrant, neque ipsa regnum Aragoniæ seu comitatus vlli vnquam alij regno subdantur: & si forte contingeret aliquod de prædictis Francia, Castellæ, Legionis, vel Angliæ regnis ad aliquem Regem vel Reginam Aragoniæ peruenire, ipse

vel ipsa Rex Aragoniæ seu Regina, si regnum sibi obueniens maluerit obtinere, cadant eo ipso, quod illud acceptauerint, ab omni dominio atque iure, quæ in Aragoniæ regno & comitatu prædictis habebant, eaque libera & expedita ipsi ecclesie Romanæ dimittere teneantur. Ad successionem autem eorum in regno ipso cum comitatu prædicto veniant ipsorum filij siue coniuncti, aut alij secundum modum & ordinem supradictos.

30 Et quia nostra intentionis existit prospere statui dictorum Aragoniæ regni, & comitatus, ecclesijs, & incolis eorundem vtiliter & efficaciter providere; volumus, quod omnes ecclesie prædictorum regni & comitatus, tam cathedrales quam alia, regulares & seculares, omnesque ecclesiasticæ personæ illis libertatibus & immunitatibus; & specialiter in electionibus, provisionibus, & iuribus alijs eisdem comitibus omnino gaudeant, quæ ipsis competunt secundum canonicas sanctiones: & tam ipsis quam filio eiusdem regis, sic ab eo electo & a te deputato, suisque successoribus & alijs etiam personis secularibus antiquæ consuetudinis approbatæ, bonaque vsagia regni, & comitatus eorundem, quæ sacris canonibus non repugnant, illibata seruentur: quæ vero contra sanctiones canonicas, statuta, seu alias introducta fuerint, omnino viribus careant, & quatenus de facto processerant, reuocentur: ecclesijs ipsis & personis ecclesiasticis omnia bona immobilia, siue iura, quæ summarie ipsas possedisse vel quasi possedisse contiterit, eis ablata, præcipue per memoratum Petrum quondam Regem Aragoniæ, de plano restituantur eisdem: de illis vero de quorum possessione taliter constare non potest, fiat eis iustitiæ complementum.

31 Super prædictis comitatu, & regno cum memorato Petro quondam Rege Aragoniæ, aut eius filijs, seu cum alijs quibuscumque pro eis nullam societatem dictus regis Francia filius vel ijdem sui successores imbuunt, nec conuentionem aliquam facient de reddendo illis, vel eorum aliquam dicta regnum vel comitatum, seu aliquam partem ipsorum absq; sedis Apostolicæ beneplacito, & expresso consensu; nec aliquam aliam societatem, seu conuentionem huiusmodi negocij prosecutioni nocuam. Pro eisdem quoque regno & comitatu tam idem Regis Francia filius, quam sui singuli successores in regno & comitatu prædictis nobis, nostrisque singulis successoribus, & ecclesie Romanæ fidelitatis præstabunt publice iuramentum, & homagium facient per se ipsos, quando præsentibus erunt, vbi nos, vel successores nostros præsentibus esse contingerit. Si vero absentes fuerint, tunc per idoneam interpositam personam, ad hoc specialiter destinandam, homagium facere ac fidelitatis iuramentum eis præstare licebit; nisi forte in huiusmodi absentia ipsorum casu nos aut successores nostros ad hoc nuncium elegerimus destinare. Tunc enim destinato ad hoc nostro, eorundem successorum, & Ecclesie nomine, tam ipse quam prædicti successores ipsius in personis proprijs idem iuramentum præstare, ac homagium facere tenebuntur.

32 Eadem præterea iuramentum & homagium tam ipse dicti Francia Regis filius, nobis & nostris successoribus singulis infra annum, postquam quiuis eorundem successorum in summum Pontificem assumptus fuerit, quam sui successores infra simile tempus postquam in eisdem regno, & comitatu successerint, renouare tenebuntur modo

Cōsuetudine
Ecclesie
libertati.

Sancient
nullum
Gallos de
restituenda
Arag.
inconsulta
sede Apost.
tractatum
inituros.

De clientelari officio Ecclesie a nouo Rege exhibendo.

præscripto. Et nihilominus pro regno & comitatu prædictis soluent idem filius, & prædicti sui singuli successores nobis, nostrisque singulis successoribus, & ipsi ecclesiæ Romanæ annis singulis infesto beatorum Apostolorum Petri & Pauli censum nomine quingentis libras paruorum Turo-nensium, vbicunque Romanam curiam contigerit residere. Incipient autem teneri ad censum huiusmodi exoluendum, postquam tres partes eorundem regni & comitatus obtinuerint; licet alia quarta pars in ipsius filij, vel eorundem successorum suorum adhuc rebellione persistat. Quod si forte idem Regis Franciæ filius, vel dicti sui successores quocunque termino non soluerint integre censum ipsum, & expectati per quatuor menses, terminum ipsum, immediate sequentes, de illo ad plenum non satisfecerint, eo ipso erunt taliter in dicti census solutione cessantes excommunicationis vinculo innodati. Quod si in secundo anno in prædicto solutionis termino, vel infra subsequentes quatuor menses eundem censum sine diminutione qualibet non persoluerint, totum ipsum regnum cum prædicto comitatu ecclesiastico erit suppositum interdicto. Si vero nec in tertio anno eodem termino, nec infra quatuor menses proximos sibi per satisfactionem census ipsius duxerint consulendum, habeant adhuc ad satisfaciendum alios duos menses. Sed si nec in eodem tertij anni termino, nec infra sex prædictos subsequentes menses sit de censu eodem plenarie satisfactum, ex tunc tam idem sæpessati Regis Franciæ filius, quam successores eius ab ipsi regno & comitatu, omnique iure, quod in eis habebant, eo ipso cadant ex toto; & regnum ipsum cum comitatu prædicto ad Romanam ecclesiam, & eius dispositionem, seu ordinationem plene, ac libere deuoluatur. Si autem de ipso primi termini censu infra dictos tertium terminum & sex subsequentes menses plenarie satisfacerent, nihilominus semper pro singulis censibus singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessauerint, vel illos non soluerint, similes pœnas incurrant.

De celebranda iussu Pontificis Cæsaraugustæ regni inuentione.

33. Cæterum cum idem Regis Franciæ filius, vel dicti successores eius in Regem decreuerint coronari; quilibet in ordine vicis suæ coronam ab eadem Apostolica sede requiret, vt de speciali mandato nostro, vel successorum nostrorum possit per Terraconensem archiepiscopum apud Cæsaraugustam solemniter coronari. Hoc enim inter felicis recordationis Innocentium Papam III. prædecessorem nostrum & memoratum auum eiusdem Petri tempore, quo idem auus dictum regnum Aragoniæ ipsi ecclesiæ Romanæ, vt præfactum est, obtulit, extitit ordinatum. Concedimus tamen quod sæpessatus Regis Franciæ filius, ad prædicta electus & deputatus, possit per te coronari, si velit, & sine alia nostra requisitione & mandato per quem maluerit consecrari: singuli vero sui successores in Aragoniæ regno & comitatu prædictis, prius petita super hoc ab Apostolica sede licentia, de speciali mandato sedis ipsius, vt in coronatione prædicitur, per eundem Terraconensem episcopum consecrentur. *Et infra.*

Sacramenti fidei forma, quonouus Arag. Rex adigen-dus sit.

34. Forma vero iuramenti fidelitatis & homagij faciendi a sæpessato eiusdem Regis Franciæ filio, ad præmissa electo & deputato, suisque successoribus pro regno & comitatu prædictis hæc est. Ego . . . Dei gratia Rex Aragoniæ, & comes Barchinoniæ plenum & ligium vassallagium &

homagium faciens (ecclesiæ Romanæ pro regno Aragoniæ & comitatu Barchinoniæ * in Terraconensi ciuitate, ipsius territorio, districtibus & pertinentijs præfata Romanæ ac Terraconensis ecclesiæ per omnia iure saluo) ab hac hora inante fidelis & obediens ero beato Petro & domino meo domino Martino Papæ IV. suisque successoribus canonice intrantibus, sanctæque apostolicæ Romanæ ecclesiæ. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, vt vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione, Consilium, quod mihi credituri sunt per se, aut nuncios suos, siue per literas, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam: & si sciuero fieri, vel procurari, siue tractari aliquid, quod sit in eorum damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non possem, illud eis significare curabo. Papatum Romanum & iura S. Petri in regno Aragoniæ & comitatu prædictis adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum, ac recuperandum; & recuperata manutendum contra omnem hominem. Vniuersa & singula legem, conventiones, & pacta contenta in papalibus literis suprascriptis plenarie adimplebo, & inuolabiliter obseruabo, nec vilo vnquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Evangelia. *Dat. apud Urbem ueterem v. kal. septemb. pontif. nostri anno III.* Admittendi Pontificio nomine huius sacramenti facultas Cardinali legato collata est.

35. Nec principatu modo Catalonia, regnoque Aragoniæ euertendum Petrum censuit Pontifex, verum etiam, vt Sicilia auelleret, illum regno Valentiam spoliavit; cuius iura ad vnum e Philippi filijs transtulit b; quo argumento ad Ioannem Colletum legatum scripsit; eamque addidit legem, vt nisi excurrente designato tempore Valentiam sibi armis assereret, belloue appetret, omni excideret iure, quod ad sedem Apostolicam deuoluendum declarauit. Quo quidem argumento vniuersis Galliarum præsulibus missæ literæ c, quibus insinuauit, iura regni Aragoniæ a Petro ob suam perfidiam ad filium Galliarum Regis traducta: ad quæ perficienda decimæ triennales imposita. Quibus consentit Nangius d, additque circa Domini natalitia, celeberrimo conuentu omnium ordinum Parisijs habito, Philippum oblata a Pontifice admisisse, Colletumque pro concione Gallos ad crucis signum induendum adhortatum. Et quidem extant ad Ioannem legatum data literæ e, vt præfules ad soluendas decimas cogere possent.

36. At Petrus Aragonius, cum Pontificem sibi aduersantem, totque hostes consulari cerneret, contrahere vndique auxilia ac principum amicitiam sibi conciliare studebat. Ambiebat vero maxime Angliæ Regis affinitatem, atque illius filiam Alfonso maiori natu uxorem tradi oratorum opera deposcebat: sperabat enim, iuncta ea affinitate, Anglorum potentia impetus Gallorum, ne sua inuaderent ditionem, infringendos. Nec minus Martinus eo animaduerso incubuit, vt Eduardum a contrahenda affinitate cum Ecclesiæ hoste, defixo anathemate, atque apostolica sententia regio honore exuto reuocaret, vt ex subiectis eius literis patebit. f

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri salutem & apostolicam benedictionem.

Quantas & quam graues, quamque ignominiosas iniurias sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cuncto-

torum matri fidelium & magistræ irrogare præsumperit; quam enormibus, quam magnis, immo permaximis illam perturbabit, offensis, terram eius, Siciliæ videlicet insulam, damnatis ausibus occupando, Petrus quondam Rex Aragoniæ, quem pridem exigentibus grauissimis culpis suis tam regno Aragoniæ, quam terris cæteris, quas habebat, apostolica duximus auctoritate priuandum; serenitatem regiam laterè non credimus, cum id & ipsa facti euidentia longe lateque publicet, ac famæ volantis præconium iam in vltimis pene terrarum finibus diuulgari. Propter quod non solum nobis, sed vniuersis quoque fidelibus, ad quorum notitiam peruenire contingit, occurrit vehementius admirandum, quod tu, qui deuotus Ecclesiæ filius, qui princeps catholicus, qui cultor fidei orthodoxæ cõdignis laudibus prædicaris, tractatum habuisti & habere cum Petro diceris memorato, vt dilecta in Christo filia Alienora nata tua Alfonso primogenito dicti Petri coniugali vinculo copuletur.

37 Reuera, fili charissime, ingens subijt nostri pectoris arcana turbatio, multaue cor nostrum amaritudo circumdedit, cum tractatus huiusmodi tam abominabilis, tam horrendus ad audientiam nostram fide digna relatione peruenit; cum personam regiam, quam semper ad beneplacita nostra paratam, & ad Apostolicæ sedis obsequia promptam inuenimus, synceris affectibus prosequamur; ad exaltationem tuam, tuæque domus inclytæ, claris deuotionis & fidei titulis insignitæ, benenolis studijs intendentes. Sed numquid summa considerationis regis insperat acies, quod in tui, dictæque domus honoris derogationem non modicam, in laudis regis detrimentum, in tuæ gloriæ nubilum talis copula proueniret? Numquid tuæ circumspicte prouidentis magnitudo disculsi, quod absque multa diuinæ Maiestatis offensa, graui fidelium scandalo, animarum periculo, & sacrorum contemptu canonum manifesto tam infausa coniunctio minime sequi posset?

An ignoras, quod quondam . . . comitissa Prouinciæ mater charissima in Christo filia nostræ A. illustris Regina Angliæ matris tuæ, germana, prout asseritur, extitit quondam Amedei Sabaudie . . . comitis, cuius filia vxorem ipsius Petri matrem iam dicti Alfonsi genuisse refertur; sicque si diligenter attenditur, Alfonsus, & Alienora filia tua prædicti, quarto consanguinitatis gradu vtriuque inuicem se contingunt? Ideoque, si præmissis veritas suffragatur, prout publica fama clamat, talis commixtio non matrimonium sed potius contubernium censeretur. Absit igitur, absit, Rex inclyte, vt tui nominis claritatem per effectum talis operationis obtenebres, vt tuæ præcellæ deuotionis synceritas, studijs tibi conseruanda sollicitis, contubernij huiusmodi contagio maculetur; vt exinde tui generis genorosi lucidis titulis deroges, & prædictam Ecclesiam, que te gerit infra charitatis viscera prædilectum, huiusmodi occasione perturbes, cui semper placere pro viribus studuisti.

38 Quocirca celsitudinem regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatenus prouide pensans, & solerter attendens, quod cum inimico, & persecutore Ecclesiæ manifesto te non decet contrahere parentelam; & quod si, quod absit, prædicta coniunctio fieret, te Regi Altissimo, per quem regnas, quamplurimum redderes odiosum; quodque nos & eadem Ecclesiam grauissime prouocares, nec possemus, sicut nec

etiam deberemus, coniunctionem eandem, vt pote contra Deum, & sacrorum statuta canonum, attentatam, aliquatenus sustinere; omnem tractatum, si quem super hoc forsitan assumpxisti, & si ad aliud etiam, quod non credimus, est processum, illud prudenter reuocare non differas, nullatenus permittendo, quod in hac parte vltius quomodolibet procedatur: sic te super hoc promptum, efficacem, & facilem impensurus, vt exinde Altissimi Filio, & ecclesiæ supradictæ, ac nobis non indigne complaceas, diuinis & nostris benedictionibus fouearis, teque dictamque filiam tuam supernis beneplacitis constituas aptiores. Datum apud Vrhemueterem non. iulij pontificatus nostri anno 111.]

39 Non minus ad confirmandas suas partes, conciliandaque aliorum principum studia Petrus literis & oratoribus ipsos sollicitabat; inter quos Venetorum operam sibi perutilem arbitratus, magnam sollicitudinem collocauit, vt ipsorum amicitiam sibi conpararet. Cumq; nonnulli florentissimi illius reipublica fauere Aragonio viderentur, Pontifex episcopo Castellano munus iniunxit, vt apostolicam sententiam in Petri Aragonij sequaces diuulgaret, ac Venetos, qui sentirent cum ipso, anathematè notatos pronuntiaret. Et quidem a Petro nonnullos Venetos subornatos queritur his verbis Pontifex b: *Nonnulli de vniuersitate prædicta, n. mpe Veneta, damnabiliter a laudabilibus prædecessorum suorum semitis, sicut intelleximus, deuiantes, in eam prorumpunt temeritatis audaciam; quod non solum memorati Petri contra prædictam prohibitionem nuncios vel literas recipere, ipsique mittere non verentur, verum etiam alios, ne contra Petrum & rebelles eosdem nobis, Ecclesiæ, ac Regi præfatis assistant, in nostrumue procedant auxilium contra illos malitiose impedire præsumunt, &c.* Datum apud Vrhemueterem vi. idib. iunij anno 111.

40 Obiecta nimirum fuerant plura obstacula ne Carolus princeps Salernitanus, qui expeditionem in Sicilia insulam meditabatur, classem Venetijs posset comparare, militemque conducere. Ad quos sustentandos sumptus Martinus e Pontificio arario ingentem vim auri deprompserat, Portuensemque episcopum ad Venetos, vt auxilia ab ijs eliceret, miserat. De quibus Carolum subiectis literis certiore fecit. c

Martinus, &c. dilecto filio nobili viro Carolo principi Salernitano.

Nallæ galeæ conductitiæ pro te haberi possunt Venetijs, quamuis venerabilem fratrem nostrum Bernardum episcopum Portuensem A. S. L. illuc propter hoc specialiter duxerimus destinandû; sicut dilectus filius nobilis vir Ioannes de Genuilla, quem tu cum nonnullis alijs tuis nuntijs ad ciuitatem Venetiarum pro certis galeis conducendis inibi destinasti, nobis in nostra pridem constitutus præsentia retulit oraculo viuæ vocis. Quæ vero præfatus Ioannes asseruit, quod in partibus illis homines idonei & experti ad armandum viginti galeas poterant inueniri, nos ad promotionem negotij solcite intendentes, eidem legato, tunc Venetijs existenti, quinque milia vnciarum auri, cum inisset a nobis te humiliter supplicatum, vt longe maiorem summam pecuniæ pro galeis mitteremus eisdem, per certos socios mercatorum camera nostra transmisisimus, conuertenda per eum in stipendia hominum prædictorum. Nuper autem dilectos filios nobiles viros Ioan-

Petrus Aragonius Venetos sibi deuincire ntitur.
a To. 1. l. 3 ep. cur. 23.
Opponit se illius conatus Martinus.
b End. ep.

c Tom. 2. pag. 95.

Agitata a principe Salernitano in Siciliam expeditione diloluta.

nem de Chentiliaco, Hugonem de Vicinis regia ac tuæ marescallæ vicemagistrum, & Petrum de Sury nuncios tuos cum literis ad nostram presentiam destinasti, nobis humiliter supplicans per eosdem, vt cum intendas in proximo, diuina fauente clementia, in Siciliã transfretare, ac propterea tibi pecuniarium existat subsidium opportunum, mutuare tibi certam summã pecuniæ dignemur. Vnde nos habentes specialiter cordi negotium, & in tantæ necessitatis articulo tibi fauorabiliter & efficaciter adesse volentes, tibi viginti & octo millia, & trecentas nonaginta & tres vncias, & quatuordecim grana auri, computatis in eis quinque millibus supradictis, mādauimus mutuari. De cuius totali summa venerabili fratri nostro Gerardo episcopo Sabinensi A. S. L. viginti millia & trecentas octoginta & quatuor vncias, septem tarenos & tria grana auri per nuncios mittantur supradictos, per eos eidem fideliter assignanda, &c. *Dat. apud Urbem ueterem* IX. kal. maij pontificatus nostri anno IV.]

41 Exhausto porro pontificio erario, cum Carolus princeps subsidiarium aurum posceret a Martino, exacta a clero pro instaurandis Syriæ rebus decimæ olim decretæ in concilio Lugdunensi ad defendendam Siciliam deriuari sunt cœptæ, vt subiectæ ad Berardum apostolici erarii præfectum ostendunt literæ. a

*Nuper ex parte charissimi in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris fuit nobis cum instantia supplicatum, vt cum sibi pro defensione ac custodia regni Siciliae subsidium pecuniarium plurimum opportunum, faceremus ei usque ad certam quantitatem pecuniæ, prout de beneplacito, nostro procederet, mutuari. Nos igitur attendentes, quod in huiusmodi defensione ac custodia non solum dilecti Regis, sed etiam Romanae ecclesiae honor & utilitas procurantur, volumus & presentium tibi auctoritate mandamus, quatenus de pecunia decimarum regnorum Scotiae, Daciae, Sueciae, & Ungariae; nec non partium Sclauoniae, & Poloniae apud quoscumque mercatores vel alias personas tam in Romana curia, quam etiam extra deposita, seu quorumque modo alio commendata, dilectis filijs domino Ioanni de Tomasijs Spiliati; Et infra, usque ad quantitatem quindecim millium & sexcentarum vnciarum auri facias, submoto cuiuslibet difficultatis obstaculo, assignari, &c. *Dat. apud castrum Plebis* VI. kal. augusti pontificatus nostri anno IV. Cum vero præcipua Siculi mali labe ex nimis extorsionibus, quas Carolus tuendi regij iuris specie, exactorum nefaria secutus consilia, ac Friderici II. Imp. & Manfredi tyrannorum exempla, nec eorum tristes exitus perhorrescens, exercuerat, medendi huic malo serius sollicitus, regio edicto sanxit b, ad populos, qui nondum defecerant, continendos in obsequio, aliosque ad officium pelliciendos, libertatis leges, quæ vigerant moderante sceptrum Guillelmo secundo, sub quo Sicula res bonorum omnium affluentia singulari effluerat, restitutum iri: ad quas quidem restituendas Carolum accepto pontificia liberalitate regno obstructam vidimus, sed commodorum magis, quam fidei grauiissimo suo damno rationem duxisse.*

42 Acceptis etiam a parente abeunte in Gallias Siculi regni habentis Salernitanus princeps, ad mulcendos populos edixit, vt e singulis prouincijs spectatissimi viri ad Martinum IV. legarentur, vt de iustis consuetudinibus, quæ Guillelmi II. tēporibus vigerant, quarum iam obsoleuerat memoria,

æqui boniq; consuleret, pluresque optimas leges cōdidit, quæ extant in volumine iuris Siculi inscripto *Constitutiones regni vtriusque Siciliae*, atque ab his verbis ducunt exordium: *Carolus illustris Hierusalem & Sicilia Regis primogenitus, &c. Prælati ecclesiarum, comitibus, baronibus & vniuersis officialibus, ac alijs hominibus regni a foro & citra domini Regis fidelibus deuotis suis, salutem & dilectionem sinceram. Desiderijs hætenus non minus imensis, quam arduis noster spiritus laborauit assidue, vt peculiare domini patris nostri prædicti etiamque nostrum hereditarium regnum Siciliae, quod tam olim occupatorum iniustissimis institutis horrendam quodammodo abusione contraxerat seruitutem, quum in presentiarum ab eisdem regni præsidibus, aliorumque officiorum gestoribus consuetudinariam conuersam ad prædam, extrema fere inopiam exinanitionis incurrit, ab institutionum labe seruilium nostris paria laboribus noua lege resurgeret, &c. consignata vero ea sanctio his verbis: *Data in campis planitie S. Martini anno Domini M.C.C.LXXXIII. die penultima martij, XI. indictionis.**

43 Decerpit ex illa constitutione postea Honorius IV. præcipuas leges, quæ ad tuendum ius ecclesiasticum spectabant, easque e sacri collegii Cardinalium consilio apostolica auctoritate confirmavit, edita subiecta sanctione. b

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectus filius nobilis vir Carolus claræ memoriæ Caroli Regis Siciliae primogenitus, tunc princeps Salernitanus, & eiusdem Regis in regno Siciliae vicarius generalis, tanquam vir catholicus de genere ortus Christianissimo, deuotam ad Deum, & ipsas ecclesias mentem gerens eiusdem generis vestigia imitatus, pro bono statu ecclesiarum regni prædicti, & ad conseruationem iurum earundem inter cætera, licet sub alio forsan verborum schemate, dicitur statuisse, & mandasse inuiolabiliter obseruari, quod decimæ, quæ debebantur ecclesijs, & personis ecclesiasticis regni eiusdem catholicorum Regum Siciliae tēporibus, & debentur, & recipi ab ecclesijs cōsueuerunt, eisdem ipsis ecclesijs sine difficultatis obstaculo ac moræ dispendio persoluantur, scilicet quæ debentur in pecunia in festo Pentecostes, & alia quæ debentur in frumento, & alijs victualibus vino, oleo, seu fructibus alijs, illis temporibus, quibus percipiuntur; & si aliqua sint, quæ cæteris diebus persolui cōsueuerunt, die debita persoluantur: & ne de hoc ecclesiæ vel personæ ecclesiasticæ necesse habeant singulis annis a curia literas impetrare, statuit quod sub pœna dupli eius pro decimis vel alijs iuribus personis vel ecclesijs, quibus secundum ordinationem præmissam solutum non fuit, debitis, secretarij seu magistri procuratores ac magistri salis, vel alij officiales, qui eas debent persolvere, tam præsentis quam futuri, teneantur ea integraliter soluere, secundum quod superius est distinctum, nullo inde mandato alio expectato. Item quod comites, barones, & cæteri, qui tenentur ad decimas & iura alia ecclesijs vel personis ecclesiasticis pro bonis, quæ tenent ea teneantur soluere suis temporibus, quibus hætenus extitit consuetum; adiciens, quod ad hoc auctoritate sui statuti super hoc editi ad requisitionem personarum, quibus debentur, per iustitios prouinciæ compellantur, quodque soluantur ab alijs quibuscumque, per quos bona pupilorum, terras, & feuda tenentium procurantur, siue baliatus curia teneat, siue alij sint commiffi, siue terræ vel feuda aliquorum occasione de-

Auri vis illi a Pœ. mutuo tradita.

Deriuatæ contra Siculos decimæ pro Syria decretæ. a 16. pag. 105.

b Apud Marr. 10. l. lib. 3. ep. cur. 25. pag. 178. Pollicetur Carolus Guillel. II. statuta restitutum iri.

Lata a Salernit. princip. leges.

li: vel quacumq; alia causa per curiam teneantur.
 44 Item quod clerici nisi pro bonis feudalibus, prout continetur in conuentionibus inter dictum Regem & Romanam ecclesiam habitis, ad iudicia secularia non trahantur. Item quod ecclesie in toto regno predicto gaudeant privilegio, eis per communia iura indulto, scilicet quod rei, qui ad eas confugiunt, ab inde non extrahantur inuiti, nisi in casibus a iure permisis. Item quod donus prælatorum religioforum, & aliarum ecclesiasticarum personarum sine voluntate ipsorum causam hospitandi ab officialibus vel alijs personis, eis inuitis, nullatenus capiantur: etsi de voluntate ipsorum prælatorum, religioforum, vel aliarum personarum ecclesiasticarum recepti fuerint, ibi criminalia iudicia exercere aliquatenus nõ præsumant, nec lectos, vel res eorum contra voluntatem ipsorum accipiant: & si secus factum fuerit, post emendationem, & restitutionem damni, si comes fuerit vel baro, qui contra fecerit, teneatur ad penam duodecim vnciarum auri; si simplex miles, ad sex, & si Burgensis, ad tres. Item quod officiales, comites, barones, vel alia quacumque personæ laicales non intromittant se de electionibus prælatorum, vel collationibus præbendarum, seu quorumlibet ecclesiasticorum beneficiorum directe vel indirecte, nec de alijs ad spiritualia pertinentibus, nisi quantum ratione iuris patronatus aliquibus competit, vel ex priuilegio est concessum: nec propter prælatos, capitula ecclesiarum, seu conuentus piorum locorum, ipsorum consanguinei vel vassalli quomodolibet molestentur. Item quod clerici, qui clericaliter viuunt, in collectis, & exactionibus alijs quibuscumque, nec pro bonis ecclesiasticis, nec pro patrimonialibus de portionibus, eos legitime contingentibus, cum alijs teneantur. Item quod res, & possessiones, quæ non sunt in aliquo curia vel alij obligatæ, dari, donari possint ecclesijs, & legari: sed & si ea obligatione tenentur, propter quam donatio, datio, vel legatio de iure impediri non possit, hoc casu res & possessiones huiusmodi prefatis titulis cum onere suo ad ecclesias trãferantur. Item quod vassalli ecclesiarum, qui ea habent, ab ecclesijs tenent, & sunt eisdem ecclesijs ad seruitia personalia obligati, officia per curiam, comites, barones vel alios sine ipsorum prælatorum licentia nullatenus committantur.

45 Item quod priuilegia & iura, concessa ecclesijs & personis ecclesiasticis a catholicis & antiquis Regibus Siciliae, in quorum possessione sunt, seruentur illæsa: de illis vero, in quorum possessione nõ sunt, fiat eis sine difficultate iustitia in curia competenti. Item quod officiales & commissarij curiæ possessiones & res, quæ ab ecclesijs possidentur, non auferant, nec ab ipsis easdem ecclesias contra iustitiam perturbare præsumant. Item quod officiales seu seculares personæ nullatenus intromittantur ad cognoscendum de aliquo crimine ecclesiastico, nec impediunt prælatos, aut ipsorum officiales, quin de huiusmodi crimine libere cognoscant & puniant, vt est iuris. Item quod iustitiarj vel alij officiales vassallos ecclesiarum coram se, vel ad ipsorum iudicia in ciuilibus trahere non præsumant. Item quod prælati ecclesiarum, ecclesiasticæ personæ, ac officiales ipsarum vassallos earum debitores suos possint, prout eis competit, compellere ad satisfaciendum sibi de debitis & iuribus earundem, contradictione aliqua illegitima non obstante. Item, licet idem princeps statuerit aliqua de vassallis ecclesiarum,

eis ad personalia seruitia obligatis, si forsan a terris, in quibus morari debent, auferint, per prælatos, & personas ecclesiasticas reuocandis; nos tamen dicimus distinguendum, vt si ratione personæ ad huiusmodi seruitia teneantur, possint, si recesserint, legitime reuocari: si vero tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere voluerint, res ipsas ecclesijs & personis eisdem omnino dimittere compellantur. Item quod Iudæis, qui sunt ecclesiarum vassalli, nulla committantur officia, nec eis alia: oppressiones vel grauamina inferantur. Nos itaque cum fratribus nostris deliberatione præhabita, præmissa in fauorem ecclesiarum Dei & ministrorum ipsius attendentes inducta, de ipsorum fratrum assensu, ac plenitudine potestatis ea firmitatis perpetuæ robur statuimus obtinere, ipsaque perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruari. Decernimus ergo vt nulli hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, aut præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c.

Ego Honorius catholicae Ecclesie episcopus subscripsi.

Ego Ordonius Tusculanus episcopus subscripsi.

Ego frater Benteuenga Albanensis episcopus subscripsi.

Ego frater Latinus Ostiensis & Velletrensis episcopus subscripsi.

Ego frater Hieronymus Panestrinus episcopus subscripsi.

Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinae episcopus subscripsi.

Ego Ancherus tit. S. Praxedis presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Hugo tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Geruasius tit. S. Martini presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Comes tit. SS. Marcellini & Petri presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Gaufridus tit. S. Susanna presbyter Cardinalis subscripsi.

Ego Gottifridus S. Georgij ad velum aureum diaconus Cardin. subscripsi.

Ego Iordanus S. Eustachij diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Iacobus S. Mariae in via lata diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Benedictus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis subscripsi.

Dat. Tybure per manus magistri Petri de Mediolano S.R.E. vicecancellarij xv. kal. octobris anno dominice incarnationis MCLXXXV. pontificatus vero domini Honorij Papæ IV. anno I.] Insuper has literas Honorij regis constitutioni a Ferdinando Rex Siciliae anno Christi MCCCCXIX.

46 Recepti porro hac libertatis luce ecclesiastici, tum aliarum legum promulgatarum a Salernitano principe beneficio in meliorum rerum spem adducti Neapolitani, alijque insignes populi oratores ad Pontificem misere, deprecatores, vt quæ forent eæ libertatis leges pronuntiaret: professus quippe erat Carolus promulgata regia sanctione, pontificis sententiæ omnino statutum. His auditis Martinus, dimissisque, ne in re obscura nec explorata incertam ferret sententiam, quæsiturum diligenter respondit, populosque ceterioris Siciliae ad meliorum spem erexit. Tum Gerardo episcopo Sabinesi A.S.L. prouinciam dedit, vt de libertate, qua Siculi, dũ Guillelmus II. sceptrum Siculum tractabat, potiebantur, inquireret: eoque referente, ante Fridericum II. nulla ve stigalia eli-

a Ex. in- ter const. reg. Sicil.

Missi oratores ad Pont. pro restituendo iure Guillelmi II.

Data legato Card rei inuestigandæ prouincia.

ei a Siculis consueuiffe, nisi ad propulsandum hostem instruendus exercitus, aut regie inuentionis pompa celebranda, aut Regis filius baltheo militari donandus, aut filia in matrimonio collocanda foret, accuratius rem peruestigare iussit.

a Mart 10.
1. lib. 3. ep.
cur. 40.

Martinus & venerabili fratri episcopo

Sabinensi A. S. L.

Olim tibi per nostras literas meminimus iniunxisse, vt de modo subuentionum & collectarum, quæ in regno Siciliae tempore clara memorie Guillelmi Regis Siciliae soluebantur, inquirentes diligenter: nuper vero te recepimus intimante, quod per inquisitionem super hoc a te factam nihil aliud potuit inueniri, nisi quod antiquorum habet relatio, quod quondam Fridericus Romanorum Imperator tempore, quo de vltimarum partibus rediit, primo subuentiones & collectas ordinarias in regno imposuit supradicto, & quod ante prædictum tempus collectæ ac subuentiones tantum fiebant, cum Rex Siciliae pro defensione ipsius Regni exercitum faciebat, ac in coronatione Regis ipsius, nec non & quando filius eius suscipiebat cingulum militare, ac ipsius filia nuptui tradebatur. Nos igitur super hoc certificari plenius cupientes, ac volentes quod inquisitioni super hoc faciendæ per te sollicitius insistatur, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus ad inquirendum super hoc solemniter iuxta prioris mandati nostri tenorem exacta diligentia & prompta sollicitudine procedere non omitas, &c. *Dat. apud Vrbem ueterem vi. kal. decembris anno III.]* Sanxisse eadem postea Honorium insigni constitutione, qua Siculos oneribus iam ante impositis liberauit, visuri sumus: nunc res Siculas Caroli Regis literis c, quibus Pontifici annui census pensionem extrahenti gratias egit, absoluemus.

Quid cõ-
pertu ab
eo fuerit.

Quibus
de causis
exigendũ
a Siculis
subsidia-
rium au-
rum.

Carolus
pensionẽ
census pro
rogandam
flagitat.

b Ann.
Chr. 1285
c Extant
apud Mar-
tin. 10. 2.
pag. 83.

Sanctissimo in Christo patri & domino suo, domino Martino diuina prouidentia sacrosanctæ Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici Carolus Dei gratia Rex Ierusalem, & Sicilia, ducatus Apulia, principatus Capua, alma Urbis senator, princeps Acaya, Andegauia, Prouincia, Forckalchel & Tornadori comes cum omni reuerentia et honore deuota pedum oscula beatorum.

47 Vestrae sanctitatis literas in hæc verba recepi: *Martinus episcopus seruus seruorum Dei cbarissimo in Christo filio Carolo Regi Siciliae illustri salutem, et apostolicam benedictionem.* Per tuos nobis nuntios & literas supplicasti, vt cum censum octo millium vnciarum auri, ad pondus regni Siciliae, ad quem soluendum in instanti festo beatorum Apostolorum Petri, & Pauli nobis & ecclesiæ Romanæ teneris in eodem festo soluere, commode nequeas varijs negotijs, & expensarum oneribus imminutis impeditis, terminum solutionis dicti census faciendæ in festo prædicto vsque ad festum Natiuitatis Domini primo venturum prorogare de speciali gratia curaremus. Nos itaque impedimentorum tuorum conscij, & onerum non ignari, super illis paterno tibi compatientes affectu, terminum eiusdem solutionis dicti census octo milliũ vnciarum in præfato Apostolorum festo, vt prædicitur, faciendæ, vsque ad prædictum festum Natiuitatis dominicæ proximo venturum ad tuæ petitionis instantiam sub illis eisdem pœnis, tam spiritualibus quam temporalibus; & obligationibus, quæ sunt pro solutione ipsius census in eodem festo Apostolorum faciendæ, statutæ, seu etiam ordinatæ, de fratrum nostrorum consilio prorogamus; ita tamen, quod per prorogatio-

Annuit il-
lius preci-
bus Mar-
tinus.

nem huiusmodi, eiusdem solutionis faciendæ in dicto festo Apostolorum terminus in posterum nullatenus immutetur; sed in eodem Apostolorum festo annis singulis solutionem ipsam facere tenearis sub pœnis statutis & ordinatis, sicut in conditionibus & conuentionibus inter eandem Ecclesiam & te habitis in concessione prædicti regni, ab ipsa Ecclesiâ tibi facta, plenius continetur. Et si forte deficeres in solutione prædicti census in eodem festo Natiuitatis Domini faciendæ, perinde pœnas incurras easdem, ac si non facta huiusmodi prorogationis gratia dictum censum tempore secundum easdem conuentiones debito te non soluere contigisset; ita etiam quod per petitionem, & concessionem prorogationis huiusmodi, dictæ conditiones, & conuentiones nullam prorsus in nouationis variationem sentiant, nec mutationis dispendium patiantur, sed in sua omnino permaneant firmitate; nec tu aut tui successores in regno prædicto, quoad solutionem dicti census, de cætero in saepfato Apostolorum festo annis singulis faciendam, aliter quomodolibet teneamini quàm tenebamini hactenus, priusquam prorogationis eiusdem petitio & prorogatio processissent; sed sic in omnibus & per omnia teneamini, prout inter Romanum Pontificem & Romanam ecclesiam ex parte vna, & te ex altera ordinatum extitit & conuentum. Cæterum volumus, vt si huiusmodi supplicationem tuam, & prorogationem nostram ratas habueris, super hoc patentes literas tuas, harum seriem continentes, aurea tua bulla signatas in forma, quam dilectus filius Bernardus camerarius noster tibi sub suo sigillo transmittit, nobis infra dictum festum Natiuitatis, cessante qualibet occasione, transmittas: alioquin prorogatio huiusmodi nullius penitus sit momenti. *Datum apud Vrbem ueterem iv. kal. iulij pontificatus nostri anno IIII.* Ego igitur pater sanctissime pro tanta gratia vobis ad gratiarum actiones inclinans, & omnibus & singulis supra contentis assentiens, sic ad vos & sanctissimam matrem meam in ijs, & alijs Dei fultus auxilio, me habeo Ecclesiam, quod deuotionis meæ patentibus incrementis, in conspectu Dei & hominum reddat ipsius munimine gratus. *Dat. apud Dunum Regis anno Domini MCLXXXIII. die XXIII. nouembris XII. indictione, regnarum nostrorum Ierusalem anno VII. Sicilia vero XIX.]* Recurrente constituta die, iterum ad Epiphaniæ Domini octauas solutio extracta, a qua perfecta Carolo pontificia syngrapha cautum est.

48 Vt coniuncta erat cum Carolo Ecclesiæ causa, cuius ope atque potentia de hostibus triumpharet; ita cum iam eius res ob defectionem Siculorum inclinatæ erant, plures perduelles erupere, qui pontificiam ditionem inuadere sunt aggressi. Factionis princeps erat Guido Montisferetri comes multis censuris hoc anno defixus, qui Gibellinorum veterum ope Vrbem inuastit. Percussus ob id similiter censuris Vrbines, cum flecti ad officium non possent, Guido e Monteforti (de quo antea egimus) in eos præfectus est exercitui, ac prouinciarum ditionis ecclesiasticæ præfides submittere illi copias iussit: *Cum, inquit, ciues Vrbines ab olim in infidelitatis deuio constituti, & tamquam damnationis filij in reprobam sententiam dati, ac in obstinata rebellionis contumacia persistentes, ad deuotionem Ecclesiæ, quæ redeuntibus filijs non claudit gremium pietatis, expectati duntaxat redire superbe contempserint & contempnant: ac dilectus filius nobilis vir Guido de Monteforti*

benter vidimus, & affectione paterna recepimus, benignam illis audientiam concedendo: qui nobis, inter alia prudenter ab ipsis proposita, ex parte vestra humiliter supplicarunt, vt cum propter sterilitatem temporis nimiam, quæ in nonnullis prouincijs inualuisse asseritur, victualibus Roma non affluat; quinimmo non modicam illorum penuriam patiatur, vobis alicuius subuentionis auxilium præberemus. Nos autem, qui de statu vestro libentissime noua grata percipimus, tam ingratis rumoribus intellectis, turbati fuimus vehementer, & pectoris nostri præcordia dolor ingens perstrinxit. Quis enim pater beneuolus in aduersitate non doleat filiorum, aut in eorū turbationibus nō turbetur? Cuius genitoris animum dispendiosa natorum necessitas, quasi quodam diro telo non sauciet? Profecto patris ad filios veram nō haberi conuincitur charitatem, nisi & congaudeat ipsis in prosperis, & participet pariter in aduersis. Ideo præfatis nuncijs per nos, & nonnullos ex fratribus nostris respondimus, quod super hoc cogitare solcite volebamus, vt consideratis attentius, quæ consideranda occurrerent, efficacius possemus procedere in hac parte.

52 Verum licet ob grandium onera sumptuum, quos prout ad vestram credimus audientiam peruenisse, pro recuperandis & manutenendis eiusdē ecclesie iuribus pridem fecisse dignoscimur, camera nostra vltra quam credi posset proculdubio sit grauata; nos tamen vobis, vtpote charissimis filijs in huiusmodi non volentes, nec valentes articulo viscera claudere pietatis, aut quouis modo deesse; sed potius ex benignæ compassionis affectu indigentia vestra defectui subuentionis dexteram intendentes extendere per effectum; vobis iuxta subscriptum modum decreuimus subuenire. Ecce igitur dilectos filios magistrum Angelum de Fulgineo camera nostræ clericum, & iudicem Michaellem Cittadinum de Vrbenetere latores presentium, de quorum probitate confidimus, ad vos duximus destinandos, qui iuxta nostrum sibi factum in hac parte mandatum, quinque millia florenorum aureorum ad emendum pro vobis frumentum, dilectis filijs magistro Alberto de Parma canonico basilicæ principis apostolorum, & Ioanni Basilij fratri hospitalis S. Spiritus in Saxia de Vrbe ex parte nostra faciant assignari. Qui, huiusmodi recepta pecunia, eam aliquibus personis fidelibus & discretis, de vestro expresse consilio & assensu semel vel pluries eligendis, totaliter exhibebunt, per eas in emptionem frumenti in partibus regni Sicilia, vbi melius forum, vt creditur, haberi poterit, fideliter conuertendam. Prædictum vero frumentum cum deferetur ad Urbem, præfatis canonico & fratri, ac personis prædictis vel alijs, de vestro consilio & assensu, vt prædicitur, eligendis communiter, volumus assignari, vendendum ab eis particulariter pro pretio competenti: nostræ autem voluntatis existit, vt ijdem canonicus & frater pecuniam, quam de dicto frumento recipient, iterato personis assignent eisdem, quæ de dicta pecunia frumētum pro vobis in partibus ipsis ement, deportandum ad Urbem, & canonico, & fratri, & alijs supradictis integre assignandum ac vendendum per eos pro pretio supradicto: hoc enim tandiu de præfata pecunia fieri volumus, donec in Vrbe præsentis necessitas caritatis perdurabit.

Et vt facilius, ac commodius prædictum valeat haberi frumentum, dilecto filio nobili viro Ca-

rolo principi Salernitano, primogenito charissimū in Christo filij nostri Caroli Sicilia Regis illustris, ac eius in regno Sicilia vicarij generali, nostras affectuosas dirigimus literas, vt vobis in eodem regno victualibus, sicut asseritur, opulento emendi frumentum, & extrahendi de ipso libere, quotiens præfata caritatis ingruente videritis expedire, benignam & liberalem licentiam largiatur. Præfati autem magister Angelus & iudex de beneuolo & sincero circa vos & Urbem prædictam nostri cordis affectu, vos poterunt plenius informare.

Dat. apud Urbem ueterem 11. non. nouembris pontificatus nostri anno 1111.

Liberalitate etiam vsum in pauperes constat, qua illecti inopes vndique ad pontificiam aulam confluebant; vnde plures literas tum ad patrimonij B. Petri præfectos, vrbiumque magistratus scribere necesse fuit, vt propter maximum pauperum concursum, qui ad curiam apostolicam confugebant, comæatus ampliores curi ipsi inferendos satagerent.

53 Exarsisse hoc tempore grauiora Pisanos inter & Genuenses dissidia tradunt scriptores, de quibus Iachetus Malestina b, Ioannes Villanus c, S. Antoninus d, & alij scripsere. Belli causas indicat Ptolemaus Lucensis e his verbis: *Eodem tempore inchoata est guerra inter Ianuenses & Pisanos occasione insule Corsica, ex qua multa sunt & magna secuta mala.* Et quidem Pontifex paternam sollicitudine incubuit, vt dissentientes filios, atque in mutua fanera efferatos conciliaret. Testes literæ f ad magistratum populūque Pisanum, ad quos Rainonem Dominicani instituti religiosum virum transmisit, iniunxitque vt oratores ad pontificiam aulam pro conficienda pace mitterent.

Martinus, &c. Dilectis filijs potestati, capitaneo, consilio, & communi Pisanis.

Quia nil melius dissidentium filiorum corda sedabit, quam paterni prouidentia studij, vigilans assidue circa illos, digne ad vos & ciuitatem vestram aciem nostræ considerationis extendimus: & dum inter vos & Ianuenses exortam discordiam non temperari placidæ reconciliationis remedijs, vt sperabamus, hæctenus; sed potius odiorum fomitibus succendi conspiciamus, vterius continere non possumus, quin ad hæc inter alia, quæ nostris incumbunt humeris, nostræ studia conuertamus: sicque more patris de salute filiorum solliciti affectantes, quod inter vos & Ianuenses eisdem rancorū cessent anfractus, & pacis integritas reformetur, ad id quoque, si expedierit, nostris laboribus non parcentes; ac sperantes, quod ad laudem diuini nominis tales labores fructus vtilis afferant, libenter nos illis exponimus; & mentes nostras sub spe summi directoris cordium excitantes, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, quatenus animos vestros ad Deum, qui vbique pacis commoda diligit, erigentes, ac vestra præcordia liquore concordia salubriter linientes; ac attendentes prouide quid ex tranquillitate habentibus illam proueniat, & quid ex odiorum fomitibus consurgat finaliter in directione personarum & rerum ac dispendium animarum; aliquos nuncios fideles & prouidos, ac de intentione vestra & negotij qualitate plenius informatos, & a vobis super ijs plena potestate munitos, ad nos, quamcito commode poteritis, destinetis: cum quibus tractare ac firmare possimus quæ circa hoc tractanda & firmanda viderimus, & ad soliditatem vnitatis, pacis & concordia pertinere; ita quod nostris affectibus & vobis exinde

Moueri eorum dolore significat.

Vim auri ad coemētum frumentum porrigit.

Prouidet, vt e Sicilia frumentū exportetur.

de quietis adueniat incrementum, & ecce dilectum filium fratrem Rainonem ordinis fratrum Prædicatorum latorem præsentium, de cuius fidelitate ac circumspicione confidimus, ad vos duximus destinandum, qui de intentione nostra super prædictis vos poterit plenius informare. *Dat. apud Urbem ueterem xiv. kal. february anno 11.*

Quam uero magna reipublice suæ pernicie apostolica monita Pisani spreuerint, sequenti anno dicemus, ubi funesti illius belli exitus afferemus.

54 Ciuili etiam bello laborabat Hispania in qua Sanctius Alfonso patrem regno depulerat non sine aliqua diuinæ vindictæ specie, ut ab eo eijceretur, in quem successionis iura defuncti primogeniti filij debita traduxerat. Cuius calamitati ut succurreret Martinus, præfules Castellanos ac Legionenses, tum religiosorum equitum magistrum Alfonso opem ferre iussit: non tamen petenti legatum apostolicum, qui aduersarios defigeret anathemate, terrarum eorum interdicto ferret, ob nonnullas, quas in literis exprimit, causas, concessit. a

Martinus, &c. Regi Castellæ ac Legionis illustri.

Dilectus filius Montaninus de Camilla miles tuus, quæ sibi fidem adhiberi petebant, nobis literis præsentatis, petitionem ex parte regia obtulit continentem, quod detestanda persecutionis immanitas, quam reuerentia paterna postposita, & nequitia spiritu priuignalis assumpto, per indevotionis indignæ gradiens, vel uerius oberrans inuium, infausta temeritas, superbaque præsumptio tuorum exercere non metuit filiorum, timorem uerissimiliter ingerit uehementem, ne ad partes Hispaniæ Agarenis aditus pateat, qui fidem inibi conculcare catholicam, immo profus extinguere moliantur; supplicationem in eiusdem petitionis calce subiungens, ut tanto tamque graui periculo studio paternæ sollicitudinis occurrentes, illuc legatum de nostro latere mittere dignemur, vel aliquibus illatum partium in dignitatibus constitutis, per nostras daremus literas in præceptis, ut eosdē filios, quod terras regiæ iurisdictioni subiectas, quas temere occupare noscuntur, tibi plene restituant, & a tuis iniurijs ac molestijs omnino desistant; nec non & omnes præstantes super hoc eis consilium, auxilium, vel fauorem, publicum vel occultum, ut a talibus profus abstineant, publicæ propositionis edicto mone re præcurent; in personas illorum, nisi huiusmodi monitis studeant efficaciter obedire, excommunicationis, & in terras ipsorum interdicti sententijs promulgatis.

55 Licet autem sedula consideratione pensemus, quod iniustæ tuæ oppressionis opprobrium eo uenit amarius, & iaculo sauciat grauiori, quo a propinquioribus irrogatur; quodque tuarum iniuriarum illatio tanto molestior redditur, quanto ab inferentium uiribus opportunis temporibus promptius & efficacius non immerito debebat auxilium expectari; petitionem tamen huiusmodi, non solum quia præfatus miles ad hoc a te non habebat speciale mandatam, cum tamen per procuratores ad hoc specialiter constitutos talia consuenerint cum multa instantia postulari; sed propter alias etiam circumstantias & rationabiles causas, quæ id efficaciter suaserunt, non duximus admittendam: præsertim cum, prout serenitas regia non ignorat, nuper venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, episcopis, & alijs ecclesiarum prælati, ac dilectis filijs . . magistro

militiæ templi, priori hospitalis Ierosolymitani, ac S. Iacobi, & Calatrauensis militiarum magistris, per Castellæ ac Legionis regna constitutis, direxerimus scripta nostra super opportuno circuituum & regnorum ipsorum statum remedio adhibendo; nec postmodum in hac parte responsum receperimus ab eisdem, ac omnino expedire noscatur, nos super hoc per prælatos eosdem plenius informari: nam recepta informatione huiusmodi, consultius poterit prouideri negotio, prout qualitas facti suaserit, & Dominus ministrabit. Regalis itaque magnificentia, præmissis exacta consideratione discussis, moleste ferre non debet, si exauditionis effectum ad præsens sæpessata petitio non inuenit. *Dat. apud Urbem ueterem xvi. kal. february anno 11.*

56 Cæterum reuocare ad obsequium Hispanos, qui defecerant ab Alfonso, ut fidem præstaret, conatus est Pontifex, ac sacramentum, quo Sanctio se obstrinxerant, rescidit a. Tum Francorum Regem, ut adducendæ in ijs regnis paci operam daret, hortatus est b: literas uero ad Castellanos datas c ad illustrandum Pontificium studium producendas in historiam arbitramur.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis & episcopis, ac dilectis filiis electis, abbatibus, prioribus, & uniuersis ecclesiarum prælati, ac priori hospitalis Ierosolymitani, & magistris templi, S. Iacobi, Calatrauensis, & Alcantara militiarum, ac capitulis, & conuentibus; necnon nobilibus uiris, comitibus, baronibus, & alijs tam clericis quam laicis per Castellæ, ac Legionis, Toleti, Galletiæ, Sibieliæ, Corubiæ, Murtiæ, & Gibennij regna constitutis, salutem, &c.

Habet communis famæ relatio, quod dilecti filij nobiles uiri Sanctius, alijque charissimi in Christo filij nostri Alfonso Regis Castellæ ac Legionis illustri nati, Emanuel germanus, necnon subditi Regis eiusdem, in eum subito insurgentes, & aspirantes ad totalem exheredationem ipsius, officiales, quos idem Rex instituerat in suis Regnis & terris penitus amouere, instituere alios, & omnia sibi regalia iura subtrahere præsumperunt; eundemque Regem nullum dominium, nullamque potestatem in prædictis suis Regnis & terris habere permittant; vos quoque, vel aliqui uestrum dicimini fidelitatis debitum, quo ipsi Alfonso Regi tenemini, uolasse. Hæc dum paterno pensamus affectu, licet tam ad oppressum, quam ad opprimentes compassione multimoda moueamur; in dicto Rege, tanquam in prædicto Ecclesiæ filio, tam grauis oppressionis opprobrium, in opprimentibus uero propriæ salutis obuios abominantes excessus; eidem tamen Regi tanto singulariori charitate compatimur, quanto specialius ei, uulgaris afflitt opinio, eumque communiter prædicat nimis temerarie, nimis inique grauati.

57 Cum itaque, fratres & filij, ad remedium in ijs, si consonent facta relatiuis, celeriter adhibendum, propter uitanda præcipue animarum pericula, intensis desiderijs intendamus; uniuersitati uestræ per apostolica scripta madaimus, quatenus eidem Alfonso Regi efficaciter intendentes, omnes ciuitates, munitiones, terras, & villas, omniaque castra, bona, & iura Regis ipsius libera, & quæ dimittatis eidem; ipsamque suo dominio, suaque potestate uti libere permittatis, ac fidelitatis iuramenta, & omnia alia consueta, ut tenemini, exhibentes eidem, omnes conuentiones, confederationes, colligationes, & societates contra hæc factas a uobis dissolutis penitus; statuta quo-

a Ib. eb. 31

b Ib. ep. 33

c Ead. ep. 31

Data eo argum. to lit.

Emanuel Alfonso frater con. spirationis particeps.

Sacramenta præstita Sanctio rescidit Pont.

quoque super ijs edita nullatenus obseruetis, etiam si de prædictis vel prædictorum aliquibus obseruandis præstiteritis iuramenta, ad quorum obseruationem vos, & quemlibet vestrum decernimus non teneri. Alioquin venerabili fratri nostro archiepiscopo Hispalensi, & dilectis filiis decano ecclesiæ Tutellanae Tirafonensis diocesis, ac magistro Ferrando archidiacono de Nendis in ecclesia Compostellana damus nostris literis in mandatis, vt ipsi, vel duo, aut vnus eorum vos archiepiscopos & episcopos, videlicet auctoritate nostra; electos vero abbates, priores, & magistros, capitula, conuentus, prelatos, & clericos per suspensionis sententiam ab officio, dignitatibus, honoribus & beneficijs, & alias per censuram ecclesiasticam; vos autem comites, barones, & alios laicos vniuersos, & singulos per priuationem feudorum & omnium bonorum, quæ a quibuscumque dictorum regnorum & alijs tenetis ecclesijs, ac alias per censuram eandem, prout expedire viderint, ad id appellatione remota compellant. *Datum apud Vrhemueterem v. idus augusti anno III.*

Hispal. arch. in rebelles censuris agere iussus.

Sancius veritas legibus nuptias init. 16. ep. 31 33-35. Iubetur eas dissoluere.

Cumulauit Sancius perduellionis in patrem scelus altero scelere, coniuncta sibi matrimonio Maria, quam tertio consanguinitatis gradu attingebat: quem illegitimas nuptias dissoluere iussit.

Dilecto filio nobili viro Sancio, nato charissimi in Christo filij nostri Regis Castella & Legionis illustris.

Tui processus, immo magis excessus enormitas circa incestas nuptias a te ijs diebus temere, si consonent facta relatis, attentatas non mulcebrement facati sermonis obductionem exigit, sed apertam potius expressionem nudæ veritatis exposcit. Habet enim fama communis, immo publica clamat infamia, quod tu nobilem mulierem Mariam, natam quondam Alfonfi claræ memoriæ Regis Ferrandi aut tui germani, & charissimi in Christo filij nostri Regis Castella & Legionis illustris genitoris tui consobrinam, tibi que proinde tertio consanguinitatis gradu coniunctam, de facto tibi copulans in vxorem, incesti vetitique coniugij nuptijs functasti; non attendens copulam huiusmodi generali concilio interdictam, & legali censura non solum cæterorum bonorum, non extantibus ex alio matrimonio liberis, ac dotis publicatione; sed etiam exilio, & cinguli, quo talia præsumentes forsitan potiuntur, spoliatione damnatam; nec abhorrens iura sanguinis huiusmodi non tam connubio quam contubernio violari, & prolem, si quam suscipi contingeret ex eodem, illegitimitatis inficiendam macula, illegitimamque censendam. Cum igitur talia nolimus, sicut nec debemus, sub dissimulatione transire, nobilitatem tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, tibi per apostolica scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus si præmissam infamiam veritas comitetur, ad cor rediens, & acturus condignam pœnitentiam de tam grandi commisso, prædictam Mariam, qualibet occasione, contradictione, ac dilatione postposita, omnino dimittas; nec ei amplius in salutis tuæ dispendium & nominis detrimentum, cui supponas non immerito ex hoc communiter derogari, te damnabiliter commiscere præsumas: sciturus quod, nisi monitis nostris præcise parueris in hac parte, non solum ad excommunicationis sententiæ & interdicti locorum, ad quæcumque perueneritis tu vel ipsa, sed ad alias pœnas spirituales & temporales contra te ac illam grauius, prout

expedire viderimus, procedemus. *Dat. apud Vrhemueterem id. ianuarij anno III.*

Data pariter eidem Mariæ Alfonfi olim Ferrandi Regis fratris filia apostolica imperia, vt impudico thoro abiret: tum Burgenfi, & Astoricensi episcopis b, vt pontificio nomine nefariam copulam ipsos dissoluere iuberent; ac ni parerent, ecclesiasticas censuras aliaque pœnas obijcerent.

153 In Polonia & Lituania anno superiori diuina virtute ad Naren fluuium deleti, vindictæ cupiditate ardentes, hoc anno magno furore debacchati sunt: quos Lescho Niger, collecto raptim exercitu, dum præda onulti impeditiori agmine abirent, assecutus, etsi paucioribus copijs cinctus, diuino implorato Numine, ac toto exercitu confessionis & Eucharistiæ sacramentis communito, magna clade hostem, qui captiuus in silua ad arbores arctissime alligatis, instructo agmine obuiam occurrerat, prosligauit. Pellexisse vero in Poloniam Lituani in simulatus est, vt tradit Longinus d, Paulus episcopus Cracouiensis, atque in carcerem a Leschone coniectus; nec ob id prouinciam interdicto subiectam scribit. Verum pontificiæ literæ extant ad Vratislauensem & Poznauiensem episcopos, quibus Martinus queritur, principem conceptum antea in Paulum maleuolentiæ virus euomisse, cepisse proditione, contrinxisseque; vinculis magna cum ecclesiastica dignitatis iniuria, atque ob id anathemate desigui iubet. e

Martinus &c. venerabilibus fratribus Vratislauenfi & Poznauienfi episc.

Græuem & horrendum excessum, quem nobilis viri Lescho Cracouia, Sandomeria, & Syrdia ducis detestanda præsumptio in personam venerabilis fratris nostri Pauli Cracouiensis episcopi dicitur commisisse, nuper audiimus; tanto potius inde turbati, quanto moleste ferimus, irrogatas coepiscopis nostris iniurias & offensas. Intelleximus etenim quod dux ipse damnabiliter ad malignitatis opera prauitatis studijs se conuertens, vt facilius præconceptam iniquitatem pareret, ac impietatis virus, quod aduersus eundem episcopum in maleuoli pectoris abditis occultabat, euomeret, parlamentum indixit certo termino celebrandum, ad illud episcopum specialiter euocans memoratum: quem tandem ad ipsius ducis præsentiam fiducialiter accedentem, post benignæ licet fictæ, salutationis alloquium, quod securitatis commodum promittebat, ad pacis osculum, sub velamine simulatæ deuotionis, admisit; illius scelestæ vestigia, qui humani generis Redemptorem fallacis osculi exhibitione tradidit, imitatus. Et postmodum præfatum episcopum sic receptum, celatæ fraudis claustra nequiter referans, & malitiæ ostium latentis aperiens, iniectis in episcopum manibus, Dei timore postposito, temere violentis; abiectaque reuerentia, quæ ministris diuinis deberi dignoscitur; ausu sacrilego capi fecit, & vehiculo ligneo ignominiose impostum, eius pedibus, impijs prædicti ducis manibus in offensam grauioris augmentum, arctius colligatis, ad quoddam ipsius castrum, quod Syrac vulgariter nuncupatur, illis eisdem probris contumeliosis adducis, ibique tetro carceri mancipari, quem adhuc vinculis compeditum ferreis dicitur detinere.

159 Nec sufficit malitiæ dicti ducis tam prodionaliter eundem episcopum capere, tam iniuriose tractare, nisi & ipsemet deputata grossibus membra eius sub nodis strictioribus coerceret. Nimium mirari non immerito cogimur, quod sic dux

dux ipse, si consonent facta reatibus, voluntatis præcipitis frana laxare, sic prauis adhærere consilijs potuit, vt in tantam prorumperet temeritatis audaciam, ne dicamus insaniam, & in actus tam reprobos, tam enormes quomodolibet profilit: eum sicut fertur, idem dux, tanquam in sensum peruersum deditus, præmissorum perpetrations damnabili non contentus, sed mala sua malis adiiciens, & excessus excessibus coaceruans, castra, libros, pontificalia ornamenta, necnon & equos, prouentus, ac redditus vniuersos tam ipsius episcopi, quam episcopalis sedis Cracouiensis, & clericorum, aliorumque familiarium episcopi supradicti temerarijs ausibus præsumperit occupare in diuinâ maiestatis offensam, Apostolicæ sedis iniuriam & contemptum, graue scandalum circumposita regionis, ac libertatis ecclesiasticæ non modicum detrimentum. Quia igitur excessum huiusmodi tam enormem, tam perniciosum exemplo, & in cõspectu superni Principis odiosum non possumus, nec debemus taciturnitate silentij præterire, ad illum, vt conuenit, castigandum, ne impunitas deteriora præsumat, partes adhibendas censuimus apostolicæ potestatis. Quocirca fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus si de huiusmodi manuum iniectioe, carceris mancipatione, & detentione vobis constiterit, præfatum ducem, & omnes alios, qui eiusdem ducis complices extiterint in hac parte, tandiu vos vel alter vestrum per vos, vel per alium, seu alios excomunicatos publice nuntietis, & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec præfatum episcopum reddiderint libertati, & super præmissis eidem episcopo satisfecerint competenter, & per sedem Apostolicam absolutionis beneficium meruerint obtinere: & nihilominus præfatum ducem quod prædicta omnia occupata taliter ab ipso, vel eius fauore integre restituat, & de damnis episcopo, sedi Cracouensi, clericis, & familiaribus supradictis illatis eis plenam & debitam satisfactionem impendat; monitione præmissa, per excommunicationem in personam ipsius ducis, appellatione remota, cogatis. Quod si forte præfatus dux huiusmodi excommunicationem, post huiusmodi nuntiationem vestram per quindecim dierum spatium animo sustinuerit indurato, vos ex tunc terras ipsius interdicto ecclesiastico supponatis, aggrauaturi alias manus vestras nihilominus contra eum, prout iustitia suaferit, & proteruitas exegerit contumacis; inuocato contra ducem & fautores eisdem postmodum, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, &c. Datum apud Urbem ueterem 14. id. aprilis anno 1111. Vladiislauensis porro episcopus, ad quem hæc scripta literæ, Albertus fuit, vir spectatissima virtutis, atque in pauperes profusa liberalitatis, quem Longinus a hoc anno nonis decembris obiisse scribit.

60 In Boemia eodem anno Agnes regina stirpe progenita obiit, quam neptem Regis ad vitam reuocasse, fulsisseque pluribus miraculis eradunt b, ac vidisse angelos circum Brigittæ Clarissæ ancillæ Christi lectum thura adolentes, cum illa extremos spiritus exhalaret.

61 Immane in eo regno facinus Iudæi hoc anno Pragæ perpetrarunt c; Christianum enim cuiusdam Hebræi seruum in crucem egerunt, atque omnium tormentorum genus olim inflictum Christo domino intulerunt: compertoque scelere, sumptum de ijs supplicium est. Narrant non dispar facinus Colmarienses a circa Moguntiam nunticem nefariam puppulum Iudæis occidendum.

vendidisse, patefactoque crimine nutriticem ac Iudæos varijs supplicijs affectos. Addendum rebus Germanicis videtur, Rodolphum Cæsarem constitutionem hoc anno edidisse, qua prærogatiua ecclesiasticis concessas confirmauit: cui etiam Martinus decimarum pro Terræ sanctæ rebus collectorem commendasse reperitur a. Quo argumento; toto enim orbe Christiano, vt indictum in superiori concilio Lugdunensi fuerat, cogebantur; a Pontifice ad plures literæ scriptæ sunt b, vt diligentia summa colligerentur, nec in re cuiusuis conuerteretur. At eas nullo fructu dissipatas visurifumus, cum nullus Rex expeditione Asiaticam consecerit.

62 Nuncupati quidem Eduardus Anglorum Rex profectionis Hierosolymitanæ voti pœnitens flagitauit ab ea religione liberari, ac decimas Eadmundo fratri profecturo attribui: at petita illius indecora Martinus repulit c, subiecitque se in eam spem erigi, vt Deus ipsius animum immutaret.

Charissimo in Christo filio Regi Anglia illustri.

Charitatis sæcundæ synceritas, qua personam Regiam, tuamque domum inclytam, claris vtique deuotionis & fidei titulis insignitam, Apostolica sedes quasi mater affectuosa profequitur, instanter animum nostrum pulsat, mentemque sollicitat, vt circa te, veluti filium prædilectum, interni luminis aciem dirigentes, de tuæ salutis profectibus, & honoris augumento regij sedulo cogitemus. Sane dilecti filij magistri Robertus decanus Eboracensis & Ioannes diæus Claret capellanus noster regie magnitudinis nuntij, quos affectione multa recepimus, nuper ad nostram præsentiam venientes, & præstantes nobis literas regias, quas portarunt, ex parte tua cum instantia supplici petierunt, vt decimam regni tui Terræ sanctæ subsidio deputatam dilecto filio nobili viro Eadmundo Campaniæ ac Briæ comiti fratri tuo; cum ex ceteris causis, prout nuntiorum ipsorum patefecit assertio, non intendas generalis passagij tempore, a sede Apostolica statuendi, ad partes accedere transmarinas; benigne concedere curarem: cum idem comes, sicut asseritur, sit paratus in terræ memoratæ succursum prædicto tempore proficisci.

63 Porro, fili charissime, petitionis huiusmodi serie intellecta, seram lætitiæ nostris & eiusdem sedis minime reserauit affectibus; quinimmo, vt veritas non negetur, & rem gestam pandat eloquium, dictæ petitionis oblatio nostrum, & ipsius sedis perturbauit auditum, amaricauit animum, & pectoris intima quasi quodam non leui dolore concussit: non quia decimæ prælibatæ concessio pro eodem extitit comite postulata, cum ob suæ multiplicis probitatis virtutem profectioni negotij dicta terræ cunctis adesse fauoribus affectemus; sed quoniam Romana ecclesia mater tua inuitis percepit auribus, quod in prædicto trāsfreretare passagio nullatenus disponebas, cum illa plene consideret, speque non modica duceretur, vt tu solito deuotionis & fidei zelo sicensus, te crucis assumptione viuifice præsignires; & tactus dolore cordis intrinsecus, ac animatus ad eius iniurias viciscendas, que sibi iugiter in terræ prædicta, prout olim præsens inibi didicisti, ab infidelium nefarijs ausibus inferuntur, in promptitudine spiritus, charitatis ardore, ac plenitudine voluntatis ad partes illas, prædicto adueniente passagio, quasi laudabilis præcursoris officium exequens conuolare. Nosti etenim, immo pro-

Rodulph. Rom. Rex ecclesiasticorum privilegia cõfirmat.

a To. 1. l. 2 ep. 115.

b Ibid. ep. 118. & l. 3 ep. 40. 41. 46. 58. 76. 122. 123. 126 & ro. 2. pag. 59. & 60.

Eduardus Anglorum Rex expeditionis Syriacæ cõsilia abijcit.

c To. 1. l. 2. ep. cur. 21.

Postulatur decimas ituro fratri Eadmundo attribui.

Gratuæ Pontifex rem accipit.

Queritur concessas de eo spes eludi.

prijs oculis dictæ terræ calamitates innumeras aspexisti, sensisti tribulationum eius incendia, diraque palpari vulnera, quæ sibi non sine Christianæ gentis opprobrio scelestæ manus indigere non veretur.

64 Reuera si sollicita consideratione discutes multiplicium dona charismatum, quibus te præuenisse conspicitur cælestis munificentia largitoris; cum in te, prout læti referimus, strenuitatis vigor, discretionis virtus, magnitudo prudentiæ, potentiæ multitudo clarescant (vt diuersarum abundantiam facultatum, quibus inter ceteros orbis terræ principes præmunitus agnosceris, silentio relinquamus) deceret vtique magnitudinem regiam, vt te promptam & facilem diuinis obsequijs exhiberet, si etiam grande patulumque miraculum, quod circa te, dudum in prædictis partibus existentem, is qui facit mirabilia magna solus, benigna operatione compleuit: dum lethiferas inimici hominis * Asinini tuam perdere animam satagentis insidias, quamuis grauibus confosus vulneribus, euasisti, diuina virtute reseruatus ad vitam; diligenti meditatione pensares, pati aliquatenus non deberes, vt dictam decimam, per cuiusvis alterius ministerium conuerti contingeret in seruitium Iesu Christi: sed dignum potius, & conueniens proculdubio nosceretur, vt negligentia qualibet eminus relegata, salubre onus huiusmodi subiens, id per te ipsum viriliter duceres exequendum, debite seruitutis pensum soluendo domino Deo tuo, qui vt te redimeret, & de venantium laqueo liberaret, crucis subire patibulum non expauit.

65 Regalem itaque celsitudinem attente duximus exorandam, quatenus non mireris, tuæque serenitas moleste non ferat, si petitionem eandem (quamuis libenter in ijs, quæ pro tempore postulas, votis regijs annuamus) exaudire distulimus; tuam in hac parte salutem, tuumque sollicitè considerantes honorem, ac etiam commoditatem subsidij, quam in persona tua petitionis ipsius exauditio vacuasset, tibi super huiusmodi conseruare negotio cautius intendentes.

Confidimus etenim, & speramus in Domino, cuius negotium agitur, quod cum in manu Dei Regum corda consistant, ipseque illa quo, & quando ac prout vult, potenter inclinet, tu diuine virtutis operante potentia conceptum propositum successu temporis cõmutabis, in seruaore spiritus præfatum prosequendo negotium, ad cuius assumptionem te in præsentiarum, si relatis veritas faueat, non disponis. Nimirum magne tibi laudis præconium proculdubio vendicabis, multumque commodis propriæ salutis adicies, si quod sensibus regijs ex affectu syncerissimo suademus, curabis efficaciter adimplere.

66 Considerauimus etiam, exauditionem huiusmodi differentes, quod cum passagij, vt potest nondum constituti, necessitas non vrgeret; neque status mundi qualitas ad statuendum illud in proximo cõmoditatem temporis repromittat, nonnulli orbis prouincijs, prout intellexisse te credimus, turbationibus validis hoste humani generis procurante concussis; nullum poterat ex præmissa dilatione dispendium exoriri. Quod si forte præfixo passagij termino te nolle, quod absit, transire contigerit, de quo non poterit Ecclesia non dolere, tunc tam circa præfatum comitem, quam etiam magnates & nobiles regni tui, taliter de decima disponere proponimus supradicta, quod ad laudem Dei, Terræ sanctæ commodum,

& honoris regij cedat augmentum. *Dat. apud Vrbeniuetem VI. id. ianuarij anno II.*

67 Cæterum Eduardus postea in decimas tota collectas in Anglia manus iniecit: quare Martinus archiepiscopum Cantuariensem ad Regem se conferre ac decimas recuperare iussit. Eduardum vero hisce literis audaciæ perstrinxit. b

Martinus, &c. Charissimo in Christo filio Regi Anglia illustri salutem, &c.

Dum regalis prudentiæ magnitudo, quæ non sine laudum præconio rerum exitus metiens, in suis actibus non inconsulte procedere consuevit, nostræ dudum considerationis intuitu iustabatur; dum summæ deuotionis zelus, quo erga Romanam ecclesiam matrem tuam regia semper celsitudo resplenduit, mentis propriæ subiciebatur aspectui; digne vtique sperabamus, digne nostri peccatoris archiuio recondita firma credulitas permanebat, vt sic prudenter tua limitares opera, sic tuorum processuum studia discrete dirigeres, sic sapienter incederes in omnibus vijs tuis, vt nullius exinde turbationis materiam eidem Ecclesie contingeret exoriri; vt reprehensionis cuiuslibet vitatis aculeis, apud Regis æterni Filium, per quem regnas, meritorum cumulo redderis acceptior, penes nos & prædictam Ecclesiam, quæ te gerit in visceribus charitatis, magis ac magis gratiofus occurreres, & apud gentium populos famæ claritate splendidior habereris. Sed, si vera fateri liceat, si fas sit exprimi veritatem, tu pridem indignis tui cordis affectibus nimis fauens, & voluntatis arbitrium minus prouide præferens iudicio rationis, laudis regie titulis, cura tibi vigili conseruandis, quam plurimum derogasti; non attendens neque considerans, quam crudelis fore dignoscitur, qui negligit damnum famæ.

68 Nuper etenim, non solum diuulgatis elonginquo rumoribus, sed etiam assertionem veridicam nuntantes accepimus, & intelleximus perturbati, quod laudabili temperantiæ regie more postposito, extendens ad illicita manus tuas, pecuniam decimam in regno tuo per Lugdunensis concilij prouidentiam Terræ sanctæ concessa subsidio, quæ per collectores a sede Apostolica deputatos in sacris tutisque locis deposita, sub fida iugue custodia seruabatur; de locis ipsis, sigillis terisque violenter effractis, quibus loca eadem firmabantur; motu proprio, ne dicamus temerario, pecuniæ præfatæ custodibus renitentibus & inuitis, totaliter amoueri, & ad certum locum pro tua libito voluntatis, non absque magnæ diuinæ Maiestatis offensa, multoque dictæ sedis contemptu, ac eiusdem Terræ graui dispendio, asportari fecisti.

68 Sed numquid hoc prædictæ sedis non interueniente licentia, regie magnitudini licuit? Numquid eius decuit honestatem? Numquid expeditur honori? Quamquam id quarumdam exultationum, siue rationum velamine, quas in tuis super hoc nobis directis expressas literis non immerito friuolas, recti iudicij censura dijudicauit, duxeris palliandum. Profecto agi cautius contigisset, si tuæ circumspectionis industria prorsus a talibus abstinuisset; si per te ad ea processus habitus non fuisset. Nam quod exemplum ad ceteros Reges catholicos, tu Rex catholicus, & de Rege catholico procreatus in tali putas actione transmiseris? Quam grandem quoque, quam vberem credis, in hoc contra te materiam a malis dederis obloquendi? Quot & quantas in tui derogationem nominis linguas acueris, quatumue scandali & tur-

Proponit ornamenta virtutum quibus a Numine fit ad rem gerendam instructus

Ereptum olim diuinitus e periculo, vt Syriam liberaret. * Asinini

Hortatur, vt in priorum consilio persistat.

Differri in terea expeditione ob bella inter Christianos orta.

bationis intuleris fidelium cordibus ad liberationem aspirantium dictæ terræ; dum fideles ipsi, te qui dudum pro ea non parcens sumptibus, laborum onera non abhorrens, exercuisti sollicitum athletæ fortis officium; qui tuam inibi sollicitiam impediti, eius pregrauibus, quibus indefinenter affligitur, compassus angustijs & pressuris, talia peregris se conspicunt, & talia perpetrasse mirantur? *Et infra*: Non enim venit nobis in dubium, quod si huiusmodi tam illicitæ asportationis effectum discretio regia diligentius attendisset, ad eam non extendisses vllatenus desiderium mentis tuæ.

69 Cum igitur ad liberandam de hostis immanis manibus terram ipsam feruens nostra dirigatur intentio, & propterea illius non minui, sed potius augmentari, subsidium cupiamus; nec velimus, sicuti nec debemus, tantum eiusdem terræ præiudicium æquanimiter tolerare; serenitatem regiam monemus, rogamus, & hortamur attentè, quantum sedula meditatione recogitans, quantum in hac parte tuum offenderis Creatorem, cuius in hoc negotium agitur; quantum prædictam perturbabis Ecclesiam, quantum læseris famam tuam, pecuniam ipsam in locis, de quibus extitit imperio tuæ infisionis amota, facias sublata difficultate qualibet, excusationibus seu rationibus non obstantibus prædictis, quas omnino friuolas reputamus, cum integritate restitui seu reponi; vltèrius a similibus abstinendo, ac etiam ecclesiasticas & alias quascumque personas, penes quas dicta pecunia est deposita, vel eam deponi contigerit per Apostolicam sedem pro terræ memoratæ commodis disponendam; per te, vel alium, seu alios, nullis impetendo molestijs, nullis vexationibus perturbando: illam in hoc efficaciam, & sollicitudinem impensurus, vt debita restitutionis celeritas asportationis indebitæ ausum redimat, & sedis præfata gratia, quam libenter ad filios deuotos extendimus, circa te non immerito augeatur. Nec latere te volumus; quod quantumcumque personam tuam synceris affectibus prosequamur, regioque libenter deferamus honori, nequam pati poterimus, cum non sit defendendum homini plusquam Deo, quin super hoc, si opus extiterit, aliud remedium apponamus. *Dat. apud Vrhemuerem III. non. iulij pontificatus nostri anno III. J*

70 In Perside regnisque finitimis Mahumeth Cham Tartarorum Rex persecutionem hoc tempore in Christianos exercuit, profanauit templa, aras euerit, Tartaros Saracenorum superstitione infecit. De quo nefandissimo apostata hæc Aytonus narrat: *Post obitum Abaga Can congregauerunt se Tartari, & constituerunt dominum super eos quendam fratrem Abaga, qui Tangodor vocatur, & alios fratres suos præcesserat. In diebus quidem iuuentutis sue datum fuit sibi baptismatis sacramentum, & vocatus fuit in baptismo Nicolaus: sed postquam fuit atate perfectus, propter societatem Saracenorum, quam dilexerat, effectus fuit pessimus Saracenus: & renuncians fidei Christianæ, Mahumeth Can voluit se appellare, & toto conamine studuit facere, quod omnes Tartari conuerterentur ad sectam iniquitatis filij Mahumeti; & quibus violentiam inferre forsitan non audebat, dona, gratias, & honores conferebat. Tempore istius igitur Mahumethi Can conuersi fuerunt ad fidem Saracenorum Tartari infirmi, sicuti hodie euidenter apparet. Precepit itaque iste filius diaboli Mahumetus omnes ecclesias Christianorum dirui. Et ne Christiani aude-*

rent amplius celebrare legem & dogmata Christi, faciebat publice prædicari Mahumetem, & Christianos exules fecit ire, & in ciuitate Taurisij fecit Christianorum ecclesias totaliter deuastari. Misit etiam suos nuncios ad Soldanum Aegypti, & firmavit pacis & concordia secum fœdus, & promisit, quod omnes Christianos, qui in terris domini sui erant, compellerentur ad Saracenos, aut capitibus priuarentur; vnde Saraceni fuerunt magna exultatione repleti, Christiani vero tristes & timidi incedebant, nec eis aliud restabat, nisi Dei misericordiam inuocare: videbant enim persecutionem Christianorum maiorem quam vnquam fuerat temporibus retroactis. Transmisit etiam prædictus diabolus Mahumetes ad Regem Armenia, & ad Regem Georgia, & ad alios Christianos, vt ad ipsum accederent sine mora. Sed Christiani cogitauerunt potius mori in prælio, quam suis placere mandatis, quia nesciebant aliud remedium inuenire. De sumpta ab eo diuinitus vindicta dicitur inferius: nunc ad Græcos schismaticos fermonem traducimus.

71 Attulit magnam rerum conuersionem Michaelis Palæologi mors, qui cum prope Lysimachiam auxiliares copias, quæ e Scythia venerant, iuxta pagum inter Pachomium & Allagem (locorum nomina sunt) situm recenseret, tremore cordis correptus in extremum vitæ discrimen adductus est: quem cum ingrauescere, ac mali pertinaciam remediorum vim ac medicorum peritiam eludere cerneret, percontatus, vt ait Gregoras, quod nomen loco inditum esset; vbi Pachomium vocitari inaudisset, de se actum exclamauit, seque vehementer cepit inculcare, quod cum ab oraculo pronuntiatum accepisset, Pachomium in Imperio successurum, honestum quandam virum Pachomium nomine, vt redderet Imperio inutilem, cæca transfundendi ad suos Imperij cupidine, oculis orbasset. Describit eius obitum Georgius Pachymerius subiectis verbis. b

72 *Vi itaque dies obitus accessit, & mors iam & potissimum a medicis expectabatur, Actuario Cabasilei non tutum videbatur de discrimine verba facere: id enim non minima pars mortis ab agrotis reputatur, quasi in similibus verba facti causa sint: ex alia vero parte permittens vt imparatus abiret, indecorum valde existimabatur. Quare Andronico Imperatoris filio rem aperit, & decretum & periculum pandit, Imperatorem vitam ultra non produeturum. Ille quoque inauspicata suggerere non audebat: nihilominus preparationem hoc modo comminiscitur. Namque statim Dominicæ morti symbola præparantur, quæ accipiens ex clero & pijs alijs sacerdotibus, amictio indutus, vt par erat, nihil illi de similibus cogitanti astat: namque tum Imperator sorte fortuna versus parietem conspectum direxerat, res suas, quippe sanus & validus mentis erat, vt poterat; pensians. Stabat igitur sacerdos ex alia parte, sacra dona manibus tenens, tantum illius ad se conuersionem expectans; Imperator siue quidpiam simile subdonans, siue quid aliud in pectore voluitans, ad sacerdotem reuolutus, statim atque vidit, factum deprehendit. Et quid est hoc? inquit. Cum sacerdos responderet pro eo auxilium a Deo imploraturum, dona qua sanctitatem parerent, deferre; Imperator interrupto sermone, animos sumit, assurgit e lecto, cingulum poscit, sanctum symbolum recitat, nec non, Domine libera me ex hac hora; effatus, necessariaque ad Deum altissimum pronuncians, sacrosanctam communionem assumit: rursumque recumbens, paululum cunctatus animam efflat. Defunctus tum Tocaroriatum familiarium lacrymis cobonestatur. Illius ca-*

Excitat in Perside persecutionem in Christianos.

Palæologi e tremore cordis mortitur.

a Nicepho Greg. l. 5. sub fin. Vt quodam vaticinio delusus graue facinus admiserit.

b Georg. Pachym. hist. Græc. l. 6. Leonæ Allas. in serp. phull. alitimus.

dauer subito, qui in id destinati erant, noctu cō procurassent, ad nouum monasterium penes ea loca situm deserunt. Sicque Imperator defungitur, qui integros annos quinquaginta & octo vixerat, regnauerat vero vigintiquatuor. Non dissentit ab his nostra chronologia, cū a deiecto Imp. Balduino annos Paleologi numerauerimus, dies minus viginti. Namque Imperij rubra insignia induit ianuarij die primo, vt dictum est, diem obit decembris vndecimo, die parasceue. Sicque ipsius nota completur, quæ in triplici Græcorum elemento complebatur, quæ erat illius tessera. Inuebat porro cognomen, namque ille, erat Paleologus; locum, in quo diem obiturus erat, qui Pachomy pagus nuncupabatur; pratereaque postremum sui obitus diem, parasceuem scilicet, quæ ista peracta sunt, vndecimo vt dictum est, decembris die anno VICIDCCCLXXXI. nimirum ab orbe condito, qui in hūc Christi annum MCCLXXXIII. incidit. Consentit in designanda temporis ratione Pachymerio Gregoras: e quibus emendandi nonnulli auctores Latini, qui Palæologi mortem ad posteriora tempora contulerunt.

73 Addit Gregoras Palaologum in ecclesiarū fœderis odio sepulture ecclesiastice honoribus caruisse. Imperator illis in locis, quæ dixi, præter spem suā fato functus est anno ab orbe condito sexies millesimo septingentesimo nonagesimo primo annos LVIII. natus. At filius eius Imperator Andronicus, quamuis adfuit, patrem imperatoria sepultura adeo non honorauit, vt ne plebeia quidem sit dignatus. Præterquam quod iussit, vt noctu pauci quidam cadauer procul a castris abductum multa terra obruerent, id modo cauens, ne imperatorum cadauer a feris discerneretur. In causa erat, quod dum viueret, a reuera Ecclesiæ doctrina desciuisset. Ita auctō schismaticus impiorum instar, qui lucem tenebras vocant. Eandem causam, ob quam Palæologo funebres honores negati sint, exprimit Iordanus: Tunc factus est, inquit, tumultus magnus in Constantinopoli per calogeros, acclamantes Palæologum non debere sepeliri in cœmeterio, qui Latinis adhaesit: & usque nunc insepultus manet. Ex his non leuis coniectura tuboritur, Palæologum sceleris, postquam a Martino anathemate ob studia impensa schismaticis deuinctus fuerat, pœnituisse.

74 Constat sane Palæologum, licet ob censuras, quibus fuerat defixus, ira percitus diacono vetuisset impie, ne coram se Pontificis inter sacra mētionem faceret; iratum tamen impetum continuisse, ne editam ecclesiarum coniunctionem penitus rescinderet; nec Ioannem Beccum patriarcham catholicū, sede pepulisse, vt Pachymerius testatur, qui vbi præfatus de Martino Rom. Pōtifice Nicolai lucessore, a quo Palæologi oratores Theophanem & Leonem haud honorifice cultos fuisse, quod schisma inualeceret, subdit: Imperatorem & illius comites, utpote cauillatores, non veritate incidentes, pœnis & excommunicatione multarunt oratores nulla dignatione, vti par erat, cobonestatos, dimiserunt. Hæc intelligens Imperator post reditum, e Prussa nimirum, a Nicæa Theophane, Heraclea etenim Leo fato functus obierat, agre adeo tulit, vt diacono pro consuetudine Papa commemorationem facere Imperator silentium imposuerit. Et infra: Quare tam fœdus cum illis scdum dissoluere cogitabat, & dissoluisset utique, nisi consilij obstitisset multa ipsum eorum causa tolerasse, & vix ad exitum perduxisse, vt si e vestigio recantans opus destruxisset. Vt vero insigni flagitio Græci iactō in Christifideles processionem Spiritus sancti ex Patre Filioque professuros anathemate in pseudosynodo

Andronici auctoritate congregata funestum schisma conflagrant, sequenti anno dicitur. Nunc elogium Palæologi, quibus a Gregora afficitur, adiungemus: Ac Michaelis Palæologi hic exitus fuit, viri natura decori cum grauitate quadam & digna princeps maiestate. Erat porro in eo robur corporis & rei militaris peritia diuturni temporis parta exercitationibus. Cum autem & prudentia & eloquentia valeret, in rebus gerendis multo fuit acrior. In Imperij principio munificentissimus est visus, vt subditorum animos nimirum sibi conciliaret: deinde modum sumptibus adhibuit, cum varia bella existerent, quæ diuturnos & magnos sumptus citra vllam detractionem postulabant.

IESV CHRISTI annus 1284.

MARTINI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 12. annus 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 1.

1 A Peritur tertijdecimi seculi annus octuagesimus quartus, indictione duodecima, quo Martinus Papa omne in eo studium collocauit, vt Petrum Aragonium Siculi regni inuasorem comprimeret, prædamque ex eius manibus auelleret: atque adeo in eum scelerisque conscios censuris ecclesiasticis animaduertit, easque de cœnæ Domini, ac festorum Ascensionis Domini & dedicationis basilicæ Principis Apostolorum renouauit, quas etiam vbique promulgari, tum maxime Genæ vel in publico foro vel maiori ecclesiâ iussit, vt ab Aragonio veluti anathemate & execrationibus defixo omnes abhorrent. Cum vero Siculorum pertinacia hæcenus frangi non potuisset, in eos (quod solet sedis Apostolicæ in extremis rebus perfugium esse) crucis explicari signa, atque in bello occumbentibus amplissimam peccatorum condonationem proponere Gerardo Sabinensi episcopo imperauit, ac tum ipse de induenda cruce sacras conciones haberet, tum alijs id munus conferret.

Martinus &c. venerabili fratri Gerardo episcopo Sabinensi A. S. L.

2 Habet excessum Petri ac rebellij eorumdem non quæuis, immo grauis & enormis adiectio, quod ipsi fidem catholicam, eius persecutores protegendo, grauitè persequuntur; & dictam terram, nostri Redemptoris sanguine rubricatam, in grandem Redemptoris ipsius iniuriam, & offensam non solum prædicto modo eius impediendo, sed & alias apertius & acerbius persecutionibus infeltis impugnant. Siquidem post ingressum Petri eiusdem in insulam memoratam passim inibi, sicut per inquisitores hereticæ prauitatis accepimus, receptantur heretici; & ne iidem inquisitores, quibus propter Petri & rebellij eorumdem malitiam illuc non est tutum accedere, contra eos procedere valeant, proteguntur, protectique in eiusdem fidei derogationem horrendam quotidie multiplicantur & pullulant, libere peruersis suis persuasionibus simplicium animas subuertent.

Terræ quoque præfata, cui de dicta insula præcipuum solet in victualibus provenire subsidium, idem Petrus & sui ministri, suffragio sibi dictatorum assistente rebellij, ministrari aliqua victualium necessaria non permittunt: per quorum subtractionem graui etiam incolis dictæ terræ grauitatis inedia, quibuslibet alijs defensionibus in multitudine, quam ipsius necessitas exigit, in illis partibus infir-

Ecclesiastica sepultura honoribus multatur a schismaticis.

a Iord. M. S. v. sign. n. 1960.

Coniectura est, impensum schismaticis studij ipsi pœnituisse

b Georg. Pachym. ubi sup.

infirmi facultas admittitur; & adempta sibi per consequens necessaria copia defensorum, terra eadem se arbitrio inimicorum expositam non indigne deplorans (presertim cum dicto Petro huiusmodi suis peruersitatibus insistente, subueniri, ut expediret, non possit eidem contra impios tanta suae persecutionis, tam iniquae, tam euidentis expositionis actores) consueta remedia suae defensionis implorat.

3 Et quidem nil dubium, quin praedictarum sit fidei & terrae subuentio ipsis contra tanta discrimina subuenire: nil dubium ipsarum agi negotium, dum eorumdem discriminum actoribus obuiatur; quodque qui agnitam fidem Christi persequitur, censendus est infideli deterior, qui eam villo vnamquam tempore non agnouit. Et ideo earundem fidei & terrae negotium contra eos quos, ut praemissa perhibent, grauior quam infideles culpa commaculat, prosequentes illud opportunis & consuetis decreuimus auxilijs adiuuandum. Quocirca fraternitati tuae praesentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus ad releuanda praetacta Christianae fidei Christianitatisque dispendia, & longe maiora pericula, quae fidei, terrae, ac Ecclesiae, totique Christianitati praedictis ex ipsorum Petri & rebellium nefandis conatibus, nisi diuino & dicti Regis Siciliae aliorumque fidelium Christi compescatur auxilio, imminet propulsanda; conatusque huiusmodi taliter compescendos, quod illorum impedimentis profligatis omnino, ipsarum fidei, Ecclesiae, terrae, Christianitatisque negotia, Deo auspice, feliciter prosperentur; in omnibus terris tuae legationis contra Petrum, rebellesque praedictos per te ac alios praedices verbum crucis, & eam quibuslibet recipere volentibus, vnde cunctis; originem traxerint, largiaris, &c.] Addit indulgentiarum praemia ijs proposita, qui arma ad Petri propulsandos conatus, & Siculos ad officium reuocandos, corripuerint. *Datum apud Vrhemuerem 11. non. iunij anno 14.*

4 Non segnus in Gallijs Colletus Cardinalis legatus, ut scribit Nangius a, de capessenda aduersus Aragonum cruce conciones habuit; de quo Colmariensium annalium auctor b, & Ptolemaeus Lucensis c, cuius haec verba sunt, *Anno Domini M.CCLXXXIV. dominus Ioannes Gioetta S. Ceciliae presbyter Cardinalis mittitur legatus in Franciam per Martinum in fauorem Regis, & ad praedicandam crucem contra Regem Aragonum.* Eadem ijs pene verbis Iordanus d: quae subiectis literis confirmantur.

Martinus &c. dilecto filio Ioanni tit. S.

Ceciliae presbytero Cardinali A.S.L.

Negotio, quod Ecclesiae, immo verius totae Christianitati, ad defensionem praecipue catholicae fidei, ac etiam Terrae sanctae contra Petrum quondam Regem Aragoniae, imminet; quodque charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Franciae illustris ad earundem fidei & terrae discrimina propulsanda, tanquam princeps Christianissimus, & antiquae deuotionis sui generis sedulus persecutor assumpsit, aliisque magnis & arduis instanter vrgentibus; nos de te, cuius animam sicut adipe & pinguedine adeo repleuit Altissimus, ut vigeat in te rectitudo iudicij, consilij prouidentia, rigiditasque censura, in zelo sobrietas, in agendo strenuitas, & experientia in arduis approbata; sperantes in Domino, quod, ipso actus tuos dirigente, qui nouit, ac praua in directa & aspera in vias planas conuertente, qui potest, praemissa taliter tuo consilio, & auxilio dirigentur, quod ex tuis laboribus,

Deo auspice, fructus producentur optati; personam tuam ad illorum directionem deliberauimus deputandam.

Ideoque circumspectioni tuae, in Franciae, Nauarrae, Aragoniae, Valentiae, ac Maioricarum regnis; necnon Lugdunensi, Bisuntina, Viennensi, Tarentasiensi, & Ebredunensi prouincijs, in ea videlicet parte ipsius Ebredunensis prouinciae, quae sita est extra Prouincię ac Folcalcherij comitatus; & in Leodiensi, Metensi, Viridunensi, & Tullensi ciuitatibus & dioecibus de fratrum ipsorum consilio committimus plenae legationis officium, ut euellas & destruas, dissipes & disperdas, aedifices & plantes, prout gratia caelestis infusio, & tua tibi prudentia ministrabit. *Dat. apud Vrhemuerem 11. non. maij anno 14.*

5 Perfunctum suo munere legatum, atque in celeberrimo ordinum conuentu Carolo Valesorum duci Regis Galliarum filio Aragonum sceptrum contulisse scribit Nangius a, & alij: Regemque Francorum ad eripiendum Petro eadem regnum armorum vi se obstrinxisse: quae pontificijs literis b, quibus Cardinalis confirmata gesta, & Aragonum Regis nomen Carolo adscriptum, corroborantur. Neque Aragoniae modo, verum etiam Valentiae Pontifex regia in eundem principem iura transfudit; ut ex literis ad eum datis c patebit.

Martinus, &c. Charissimo in Christo filio Carolo Regi Aragonum & Valentiae illustri, nato charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Franciae illustris, salutem & apostolicam benedictionem.

In electione huiusmodi aliquem de charissimis in Christo filijs nostri Regis Franciae illustris patris tui filijs preferendum, multiplex ratio pertrahit: ideoque dilectum filium nostrum Ioannem tit. S. Ceciliae presbyterum Card. ad hoc ministrum idoneum de fratrum eorumdem consilio assumptum; ad occupandum regnum Valentiae, quod est de terris expositis, quae olim fuerant dicti Petri, de illo ex eiusdem Regis Franciae filijs, quem ad occupationem dicti regni Aragonum, & comitatus Barchinoniae idem Rex eligeret, & praefatus Cardinalis iuxta datam super hoc per alias nostras literas sibi formam auctoritate apostolica, quam in hac parte plene sibi commisimus, deputaret; de ipsorum fratrum consilio volumus prouideri, & ipsum ad id faciendum singulariter deputari: statuentes & decernentes, quod idem Regis Franciae filius, postquam ad occupationem ipsius Regni Valentiae deputatus fuerit per Cardinalem eundem, eo ipso in dicto regno Valentiae nomen & titulum regium, omnemque dignitatem, quam ipse Petrus quondam Rex Aragonum in eodem obtinuit, sortiretur; & tam per se, quam per alios idem regnum Valentiae libere occuparet, & faceret suo nomine occupari; & illud ipse sui que perpetuo successores in illo libere absque contradictione aliqua possiderent, & in ipso tanquam veri Reges & domini administrarent legitime, plene in eius ius Regis & domini habituri.

Quadam insuper alia in eisdem contenta literis duximus statuenda, quae noscuntur ad bonum statum dicti regni Valentiae, nec non ecclesiarum & incolarum eiusdem, ac alias imminenti negotio expedire, promittenda per eundem filium sic electum, & a praedicto Cardinali deputandum, ipsius Regis Franciae ad id interueniente consensu. Praefatus autem Cardinalis, huiusmodi negotium iuxta formam sibi a nobis traditam exequens diligenter, auctoritate apostolica eidem in hac parte commissa, de te, quem praedictus Rex Fran-

In quibus regnis & prouincijs demanda ta ei legatio.

Quae trans egerit cum Regis Franc. filio Carolo. a Nang. in gesta. b Nang. l. 3. ep. cur. 11. cl. ep. 12.

Aragonia, Valentia, & Cathalonia eidem attributa.

Vt Carolus, Philippus, Rege assentiente, præscriptas a Patre leges admiserit.

cia pater tuus ad ipsorum Regni Aragonum, & comitatus Barchinonæ occupationem elegerat, & idem Cardinalis prouiderat, ac etiam deputarat, & qui præmissa omnia promissisti, consentiente ad hoc dicto Rege Franciæ, obseruare, ad occupandum regnum Valentiaë supradictum prouidit, teque ad id faciendum singulariter deputauit. Tu vero huiusmodi prouisionem, & deputationem sic ab eodem Card. factas, prædicto Rege Franciæ genitore tuo approbante, ac in ijs expresse consentiente, acceptasti & etiam recepisti, prout in literis inde confectis ipsius Cardinalis sigillo munitis plenius continetur. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quæ in præmissis ab eodem Cardinale taliter facta sunt, rata & grata habentes, illa ex certa scientia de ipsorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus; defectum, si quis in eis, uel eorum aliquo ex quacunque causa extitit, suppletentes de plenitudine potestatis, & tenorem dictarum literarum ipsius Cardinalis de verbo ad verbum præsentibus inseri facientes, qui talis est.

Ioannis Card. legati de re gestæ ad Pontificis literas.

Sanctissimo patri ac domino suo reuerendissimo, domino Martino, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ ac uniuersalis Ecclesiæ summo Pontifici Ioannes Dei permissione tit. S. Cæcilia presb. Card. deuotus seruus eius & filius cum humili recommendatione sui deuotissima, pedum osculatore.

7 Reuerendissime sanctitatis vestrae literas ad me directas recepi, tenorem, qui sequitur, continentes.

Extorrior pars superioris anno 1225 etc.

Martinus episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Ioanni tit. S. Cæcilia presbytero Card. salutem & apostolicam benedictionem. Qui regna transfert, atque constituit, &c. a Dat. apud Urbem ueterem IV. kal. septembris pontificatus nostri anno III. Quæ inter Philippum Dei gratia Regem Franciæ illustrem & Carolum eius secundo genitum ex vna parte, & me Ioannem tit. S. Cæcilia presbyterum Card. vestro & ecclesiæ Romanæ nomine ex altera acta sunt præscriptarum auctoritate literarum iuxta mandatum vestrum tenore præsentium ad vestra deduco notitiam sanctitatis; sunt autem acta huiusmodi, quæ sequuntur.

8 Anno Domini MCCXXXIV. vigesima prima die mensis februarij, indictione XII. pontificatus vestri anno III. Memoratus Rex Franciæ, acceptato iam ab eodem Rege negotio regni Aragonum, comitatusque Barchinonæ, eisdemque regno & comitatu per me Ioannem Card. domino Carolo filio eius ab eodem Rege ad hoc electo solemniter assignatis, prout in alijs literis meis super ipso negotio confectis, quas per venerabilem virum magistrum Ægidium de Castelleto vestrum notarium vobis mitto, plenius continetur; lectis etiam supradictis literis, & a me Cardinale sigillatim per articulos expositis in vulgari, huiusmodi regni Valentiaë negotium acceptauit. Postmodum memoratus Carolus ad huiusmodi negotium a genitore suo electus, uniuersa & singula, in suprascriptis literis vestris contenta, prout eum contingunt, se ac successores suos per se ac suos officiales inuolubiler seruaturus, nec contra ea venturos; nec non & huiusmodi negotium efficaci sollicitudine ac sollicita efficacia prosecuturos absque dilacione siue intermissione, quas facti qualitas, seu emergentium casuum necessitas non inducet; mihi vestro, successorum vestrorum, & ipsius ecclesiæ Romanæ nomine, præfato

genitore suo eadem uniuersa & singula specialiter approbante ac consentiente, in ipsis expresse iuxta adiectiones, declarationes, & detractiones factas super negotio regni Aragonum, & comitatus Barchinonæ in vestris specialibus literis ad me directis, & per memoratum notarium mihi traditis comprehensas, solemniter stipulatione promisit.

Verum cum non esset adhuc ætatis habilis ad iurandum, prædicta iuramento proprio nõ firmavit; sed dictus Rex Franciæ se ac suum in Franciæ regno heredem curaturum & facturum bona fide promisit, quod idem suus filius, cum ad ætatem ad hoc aptam peruenerit, præstabit sine contradictione qualibet huiusmodi iuramentum mihi, vel alij, quem ad hoc Romana ecclesiæ deputabit. Quibus actis ego Ioannes Cardinalis de memorato Carolo Regis Franciæ filio ad occupationem Regni Aragonum, & comitatus Barchinonæ per me antea deputato, ad occupandum regnum Valentiaë, quod est de terris expositis, quæ olim fuerunt dicti Petri, prouidi, & ipsum ad id faciendum singulariter deputauit sub modo, qui sequitur infra scriptus.

9 Ego Ioannes tit. S. Cæcilia presbyter Card. auctoritate apostolica, mihi in hac parte plene commissa, de vobis domine Carole, quem pater vester Philippus Dei gratia Rex Francorum illustris ad id nominauit & elegit, sub lege, conuentionibus, pactisue ab eodem genitore vestro ac vobis mihi, sanctissimi patris ac domini domini Martini diuina prouidentia summi Pontificis & sanctæ ecclesiæ Romanæ nomine, sub forma præscripta, prout quemque vestrum contingunt, solemniter promissis, ad occupandum regnum Valentiaë prouideo, & vos ad id faciendum singulariter deputo: huiusmodi prouisionem, & deputationem taliter a me factas idem Carolus, memorato Rege Franciæ genitore suo approbante & consentiente in ipsis, expresse acceptauit & recepit, Philippo fratre suo primogenito præsentem, & in ijs eidem Carolo congaudentem. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi præsentibus appendendum. Datum anno prædicto kal. martij pontificatus nostri anno III. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis & suppletionis, &c.

Ego Martinus catholica Ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Ancherus tit. S. Præcedis presb. Card. subscripsi.

Ego Hugo tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Card. subscripsi.

Ego Geruasius tit. S. Martini presbyter Card. subscripsi.

Ego Comes tit. SS. Marcellini & Petri presb. Card. subscripsi.

Ego Gaufridus tit. S. Susanna presbyter Card. subscripsi.

Ego Iacobus S. Mariæ in Cosmedin diaconus Card. subscripsi.

Ego Gottifridus S. Georgij ad velum aureum diaconus Card. subscripsi.

Ego Benedictus S. Nicolai in Carcere Tulliano diaconus Card. subscripsi.

Datum apud Urbem ueterem per manum magistri Petri de Mediolano S. R. E. vicesancellarij III. non. maij indictione XII. incarnationis dominica anno MCCXXXIV. pontificatus vero domini Martini Papa IV. anno IV. J

10 De Aragonio & Valentino regnis traditis Carolo scripsit Pontifex ad legatum a ac presules Gallos h, ut ad ea regna armis comparanda expe-

expeditionem instruente decimas tribuerent : quos etiam a legato, si oblectarentur, cogi iussit a. Neque a Gallis solum, sed ab alijs exteris quoque praesulibus opes in id conferri voluit b. Siculos c. similiter, tum Prouincia, d. atque Arelatenfis d. archiepiscopus praesulas decimas Regi Carolo, vt hostem regno eijceret, soluere ; atque ad id a legato adigi praecipit. f

Subiecerat insuper ecclesiastico interdicto Martinus Petri Aragonij ditionem : verum cum nonnulli apostolica iussa vel infringerent, vel minus religiose seruarent, Narbonensi archiepiscopo partes imposuit g, vt rem diligentius exploraret, quo seueritatem legum in contumaces diltingeret.

Venerabili fratri archiepiscopo Narbonensi.

11 Quia, sicut intelleximus, Petrus quondam Rex Aragonum, archiepiscopi, episcopi, & alij inferioris gradus praelati, & persona ecclesiastica, religiose cuiuscumque religionis aut ordinis, & seculares ; necnon & comites, vicecomites, barones, incolae & habitatores Aragonie & Valentiae regnorum, comitatus Barchinonensis, aliarumque terrarum, quibus idem Petrus per nos est, sua nequitia exigente, priuatus ; necnon & ciuitates, castra, villae, locaue caetera, & vniuersitates ipsorum, licet monitiones & prohibitiones nostras in diuersis Apostolicae sedis processibus specialiter eis factas propria temeritate contempserint ; propter quod non est dubium, singulares personas excommunicationis, ciuitates vero, castra, & loca eadem, necnon & vniuersitates ipsorum interdicti latas propter hoc sententias, si consonae factae relictis, incurrisse ; interdictum tamen huiusmodi non obseruant, non verentes neruum dirumpere, quantum in eis est, ecclesiastica disciplina ; nos in festo dedicationis basilicae Principis Apostolorum transacto nouissime, praesente tunc multitudinis copiosa fidelium, manifeste praediximus, nostri fore propositi contra eos, & specialiter contra memoratos praelatos & alias personas ecclesiasticas religiosas & seculares taliter, fauente diuina gratia prouidere, quod huiusmodi eorum temeritas, postquam manifestius de ipsa constiterit, nequaquam impunita remaneat ; sed ita debite subiaceat ultioni, quod ipse iustus vindicta caeteris similia praesumendi audaciam interdicat.

12 Vt igitur huiusmodi prouisio rite procedat, & ex ipsa debitus, & facti veritati conueniens sequatur effectus, fraternitati tuae praesentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus ad indagandam per te, vel alium, aut alios super praemissis certitudinaliter, & rescribendam nobis seriose ac celeriter veritatem, per vias & modos, quos tibi Dominus ministrabit, partes tuas sic diligenter, sic solcite interponas, quod nos ex serie tuae rescriptionis instructi, absque alicuius incertitudinis scrupulo, circa haec in tuoto de fratrum nostrorum consilio, prout res exegerit, procedere valeamus. *Dat. apud Urbem uenerem id. ianuarij anno LII. J*

13 Interea Carolus Salerni princeps bellum aduersus perduelles apparabat, cui Pontifex omni ope adesse, ac pecuniarum & armorum subsidia suppeditare decreuit : nam & Reatinus episcopum in Siciliam trajicere molienti principi acceptae mutuo pecuniae quandam vim tribuere iussit h atque aliam ingentem vim Sabinensis episcopi & Berardi camerarij opera confectam illi comparauit i. Cumque princeps idem flagitaret, vt Ioannes de Epa pontificio succin-

tus exercitu secum veniret. Martinus licet illius opera sibi necessaria videretur, eiusdem tamen Ioannis arbitrio rem totam permisit b. *Ab eodem Carolo principe, Salernitano tibi fuisse iniunctum, supple intelleximus, vt cum ipse in instanti eius passagio in rebellem Sicilia insulam, te secum velit habere praesentem, tu cum tota gente, quam habes ad arma & etiam cum maioribus armatorum comitiua, quam habere poteris, ad eius praesentiam * ; quia tamen principis memorati negotium magno fauore prosequimur, non vellemus ipsius negotia per tuam absentiam in aliquo d. perire, tuo arbitrio ducimus relinquendum. Profectum vero Ioannem ad principem ipsum, significat postea Martinus Andrea Spiliati c. Sed quam tristis casus hanc Salernitani principis expeditionem, aliaque Caroli consilia confuderit oppresseritque, ex Ptolemaeo Lucensi d accipiamus.*

14 Superuenit, inquit, Rogerius de Loria admirallus Regis Aragonum, & quasi in portu Neapolitano existens bellum nauale petiit. Ad quae verba filius Regis Caroli, qui & Carolus vocabatur & princeps erat Salernitanus, & postea Rex, prouocatus galeas armari fecit, & ipsas ascendit ad pugnandum. Quod Cardinalis, qui erat ibidem legatus, eidem prohibuit : illo autem non acquiescente, legatus protestationem facit per manum publicam, quod * circa suum consilium facit, & voluntatem. Pugnans igitur cum Rogerio, in bello succumbit, & in portu Neapolitano capitur cum multis galeis iuxta castrum S. Saluatoris. Post captionem principis coacti sunt dare filiam Manfredi cum alijs captiuis, quia intentabat mortem eidem. Vbi considera diuinum iudicium, quia ab eo tempore quo Rex Carolus cepit cadere, nullum prosperum actum habuit, sicut infra magis patebit. Captus igitur princeps cum suis conceptiuis in Siciliam ducitur. Quo vero acerbum hunc casum animo Carolus exceperit, narrat memoratus auctor : e Veniens, inquit, versus mare Pisanum per transfuentes naucleros audiuit principem filium suum esse captum. Ille vero imperterritus statim aduocat nobiles, quos secum habebat, & sic ipsos alloquitur : Congratulamini, inquit, mihi, & congaudete mecum, quia hodie perdidimus vnum sacerdotem, qui nostrum impediabat regimen ac vigorem bellandi. Vnde nullo lamento facto, nec villo luctu offenso, sic pertransijt, tamquam si nibil esset. Eadem iisdem, pene verbis refert Iordanus f, vt recentiores omittamus. Aucta instructaque classe conatus effundere in Sicilia insulam parabat : sed dum tractatur de liberando Salernitano principe, resque Siculorum dolo extrahitur, conficiendae expeditioni idoneum tempus effluxit, classemque ob imminentem hyemem in tutiores portus subducere coactus est. Vt vero in illius belli ardore morbo ex humanis creptus fuerit, anno insequenti dicitur.

15 Nunc de Conrado de Antiochia, Caroli hoste, pluribus hoc anno censuris defixo, addimus ipsum, contractis aliquot copijs, e pontificia ditione in regnum Neapolitanum irrumpere tentasse : sed ab electo Yporiensi Capaniae & Maritimae praeside deletum, vt Pontifex in gratulatorijs victori datis literis testatur g : *Transmissa, inquit, nobis tuae literae continebant, quod Conrado de Antiochia tamquam emulo pacis regni Siciliae, ac charissimi in Christo filij nostri Caroli eiusdem regni Regis illustris aduersario manifesto cum quibusdam perditionis filijs partes ipsius regni inuadere per castrum Celle temere attentate, tu vna cum dilecto filio viro Stephano de Genazano, ac stipendiarijs nostris nonnullis alijs*

Iuuatur pecunia & milite a Pontifice. b 1b. pag. 95.

* te confertur Ioannes de Epa. dux ad eum se confert.

c 1b. pag. 99. d Ptol. Luc. l. 14. c. 9. & 9.

Princeps Salern. ad pugnam elicitur.

* contra Capitur in portu Neapolitano.

e Eod. lib. cap. II. Quo animo Carolus Rex filij casum tulerit.

f Iord. M.S. V. r. sign. n. 1960.

Dicio pontificia turbari non expers.

g To. 1. l. 4. ep. 110.

Conradus a praeside Capaniae profligatus.

Ep. 15. Ep. 16. Ep. 18. Ep. 20. Ep. 21. Ep. 19. Lib. 3. Aragoni censuras pontificias spernunt. In eos legatus age de decretis Pontificis. Cap. 11. Cap. 12. Cap. 13. Cap. 14. Cap. 15. Cap. 16. Cap. 17. Cap. 18. Cap. 19. Cap. 20. Cap. 21. Cap. 22. Cap. 23. Cap. 24. Cap. 25. Cap. 26. Cap. 27. Cap. 28. Cap. 29. Cap. 30. Cap. 31. Cap. 32. Cap. 33. Cap. 34. Cap. 35. Cap. 36. Cap. 37. Cap. 38. Cap. 39. Cap. 40. Cap. 41. Cap. 42. Cap. 43. Cap. 44. Cap. 45. Cap. 46. Cap. 47. Cap. 48. Cap. 49. Cap. 50. Cap. 51. Cap. 52. Cap. 53. Cap. 54. Cap. 55. Cap. 56. Cap. 57. Cap. 58. Cap. 59. Cap. 60. Cap. 61. Cap. 62. Cap. 63. Cap. 64. Cap. 65. Cap. 66. Cap. 67. Cap. 68. Cap. 69. Cap. 70. Cap. 71. Cap. 72. Cap. 73. Cap. 74. Cap. 75. Cap. 76. Cap. 77. Cap. 78. Cap. 79. Cap. 80. Cap. 81. Cap. 82. Cap. 83. Cap. 84. Cap. 85. Cap. 86. Cap. 87. Cap. 88. Cap. 89. Cap. 90. Cap. 91. Cap. 92. Cap. 93. Cap. 94. Cap. 95. Cap. 96. Cap. 97. Cap. 98. Cap. 99. Cap. 100.

alijs fidelibus Romanae ecclesiae, ac praedicti Regis ad castrum ipsum properare accedens, ac iniens bellum, cum eisdem rebellibus, eos in virtute diuini nominis debellasti, ex eis captis quampluribus, & occisis, &c. Datum Perusiae id. octobris pontificatus nostri anno IV.

16 Concitarunt plures motus in ditionis ecclesiasticae prouincijs nonnulli ambitione auaritiaque viri perciti, inter quos Adinolphus a Campaniam turbauit: sed Ioannes de Epa eum contudit. Fregere b quoque superbos spiritus & conciliati Ecclesiae Perusini, qui ante conculcatis pontificijs iussis Fulginates bello appetierant. Praefractiores visi Vrbinates, qui comitem c Vigniaco pontificiarum copiarum ducem e fudere. Vrbeuetero vero cum Rainerius praefectus effrenata insolentia Pontificem abire Perusum coegisset, ac dirum aliquid meditaretur in Guelphos, repente a factione contraria oppressus, meritas sceleris poenas sensit d. Cur porro Pontifex non Romam sed Perusum concesserit, dissensio Romanorum, qui mutuis odijs cocitanti inter se dissidebant, ac parum religiose pontificia imperia colebant, causa extitit. Quare antequam eo se conferret, apostolicis monitis exortas discordias extinguere est conatus, ac nonnulla ad Vrbs regimen spectantia constituit. Testis sunt paterna illius sollicitudinis subiecta litera. e

Dilectis filijs populo Romano salutem, &c.

17 More pij patris, quem filiorum delectant prospera, pariter & aduersa perturbant, summis desiderijs affectantes, vt vobis & Vrbi, quos dilectione paterna prosequimur, subductis impedimentis quibuslibet stabilis proueniat bonum pacis, quietis arrideat duratura commoditas, & prosperitatis votiue plenitudo succedat; ad sedandas discordias, & scandala submouenda, quae nonnumquam in Vrbe ipsa, procurante pacis amulo incenore malorum, latore zizaniae suscitantur, partes nostras vigilanter apponimus, cunctisque studijs opem & operam, non parcentes laboribus, impertimur; prout ex ipsa facti experientia, si vera fateri liceat, didicistis, nec etiam prouocati quantumlibet ab huiusmodi vestra dictaque Vrbs affectuosa prosecutione desistimus, cogente nos intima, qua vos & illam complectimur, charitate.

Pridem siquidem intellecto, quod in eadem Vrbe, inimici hominis instigante malitia, grauis erat exorta discordia, turbati fuimus vehementer: & ne in vestrum, Urbisque praebata periculum inualecerent fluctus eius, nos tam formidandis volentes obuiare principijs, quae dispendia grandia minabantur, tres e fratribus nostris, quantumcumque illorum praesentia carere nosceremur inuiti, ad praedictam Urbem celeriter duximus destinandos, qui vestrae, ac ipsius Vrbs pacis & quietis feruidi zelatores ad reformandum, & pacificandum vestrum & eius statum solicite laborarent, ad id sua totaliter argumentosa studia conuertendo; nonnullis per eos vobiscum tractatibus habitis, nonnullis a vobis propterea nuntijs ad nostram praesentiam destinatis, per quos a nobis quaedam cum instantia postulastis. Licet igitur super nostro Vrbs eiusdem turbato regimine tam in facto, quam modo nobiscum, si diligenter attenditur, per nonnullos valde iniuriose sit actum, cum plena nobis dicti regiminis fuerit concessa libertas, ac totum, quod vobis in hoc a nostra benignitate conceditur, gratia inquitur, eo quod indebitum, quin

immo vt vera loquamur, iniuriosum penitus fore conspicitur, quod ab aliquibus petitur in hac parte, idque vobis vestrisque profectibus, si sollicita consideratione pensetur, & ad recti iudicij deducatur examen, non credatur verisimiliter expedire, ac etiam nonnulla alia causa subsint, quas ex causa silentio praeterimus, & propter quas, aliquibus considerationibus habitis, suadeatur nobis ad praesens denegatio petitorum; volentes tamen vos in hoc prosequi gratiose, ac benigne satisfacere votis vestris; quamquam per infra scripta nullatenus intendamus potestati, concessioni, translationi, & libertati, datis nobis & factis super commisso nobis regimine supradicto, ac singulis alijs in huiusmodi concessione contentis in aliquo derogare, sed ea potius nobis illata & integra reseruari, & in suo vigore suoque robore penitus permanere velimus; dabimus tamen, seu concedemus vobis vicarium, vel vicarios, & camerarium ad certum salarium ordinandum & statuendum per vos, & ad certi temporis spatium, prout nobis videbitur, faciendum. Qui quidem camerarius redditus & prouentus Vrbs recipiat, & ad opus & commodum eius custodiat diligenter.

18 Sustinere quoque proponimus propter necessitatem praesentis caritatis, vt in hoc vestris affectibus satisfiat, quod Ioannes Cinthij, sicut capitaneus super grassia facto dumtaxat, habiturus super hoc iurisdictionem a nobis; quodque huiusmodi capitania officium per sex menses tantum exerceat, vt experientia nos doceat, vtrum id vobis expediat in futurum, & quod capitaneus super grassia nominetur, duorum millium librarum prouentuum sibi salario statuendo. Tolerauimus etiam patienter, vestrae volentes descendere voluntati, & experimento probare, an expediat vobis in posterum, quod remaneant artium capita, quae nobis tamen nostrisque obedire vicarijs teneantur. Caterum quamuis insolitum sit & nouum, vel verius iniuriosum esse regimini dignoscatur, vt vicarius, & capitaneus grassia sub eodem tecto cohabitent, & morentur, talisque commixtio scandalis aditum, & viam possit diffusionibus aperire, cum familiarum diuersitas turbationum esse soleat genitina; intendentes tamen in hoc desiderijs vestris annuere, de gratia speciali Capitolij domos diligenter inspicere faciemus, si forte in voluntate concepta duxeritis persistendum, & eidem capitaneo, ac officialibus, & familiae proprijs locum inibi congruum per eiusdem temporis spatium assignari.

19 Rogamus igitur vniuersitatem vestram, & hortamur attente, quatenus benignitatis affluentia, quam in hoc & in alijs erga vos duximus obseruandam, & exuberantem gratiam, quam vobis in hac parte facimus, sedula meditatione pensantes, ad ea, quae honorem & exaltationem Romanae ecclesiae matris vestrae respiciunt, solicite intendatis; in ipsius deuotione constantibus animis persistendo, a qua nulla vos praeva suggestio, nulla induccio venenosa, nulla fraudulenta dolosaque submissio, nulla turbatio temporis separet vel diacelat, vt in deuotione, ac obedientia dictae matris tanto semper inueniamini firmitores, quanto specialiores filij eius estis. Nos enim stabiliter in animo gerimus, vos praecipuis conseruere fauoribus, specialibus respicere gratijs, & auxilijs prosequi opportunis. Et ecce dilectum filium Citadinum dictum de Episcopo iudicem ciuem Vrbeuetanum, ecclesiae Romanae fidelem, exaltationis Romani populi zelatorem ad vos duximus destinandum, qui de-

a To. I. alt pag. 79. 85 88.

b Ibid.

Vrbinarum pertinacia.

c Mart. Pol. in.

Mart. IV.

Rainerius ab Vrbeuetanis pulsus.

d Id. ibid.

Marius discordijs Romani laborant.

e To. 2. pag. 94.

Ea de re Martini litera.

Tres Cardinales ad sopiendas dissensionis primu missi.

Pontificia auctoritas in Vrbe administranda la befactata.

intend-

intentione nostra super præmissis poterit vos plenius informare. *Dat. apud Vrhemueterem 11. kal. maij pontificatus nostri anno IV.]*

20 Funestiora longe diffidia Pisanos, ac Genuenses exercuere, quæ post acceptas & illatas primum leues aliquot clades, Pisanis demum, qui bello causam ante dederant, extremam calamitatem hoc anno inuexerunt a, non sine diuinæ vindictæ exemplo, cum ea maris ora sanguine, Pisano ruberit, in qua ij ante immani flagitio, ad tyranni Friderici gratiam, excitos a Gregorio IX. ad concilium transalpinos patres ceperant. Quam cladem Ptolemæus Lucensis hisce verbis describit b: *Eodem anno Pisani & Ianuense pugnaverunt ad inuicem in mari generali exercitu, & post magnam concertationem Pisani succumbunt: quod fuit prope portum Pisanum in loco, qui dicitur Lammellora, ubi ceperunt prelatos, sicut supra est dictum.*

Et infra: *Fuit autem in bello hoc magna hominum strages, & inter captos & mortuos plusquam duodecim millia hominum fuerunt: perdiditque præterea alia nauigia XLIX. galeas, præter aliquas submersas in mari. Ferunt Genuenses magna modestiæ laude florentissimam partam victoriam diuino Numini ascripsisse, solemnes ad agendas gratæ supplicationes indixisse, multa sacra a sacerdotibus peragi imperasse, atque inanes pompas ducere contempsisse.*

21 In Germania emerfit insignis hoc anno impostor, qui se Fridericum II. pluribus iam ante annis, vt vidimus, mortuum enentiebatur, Imperiumque affectabat; nec desuere, qui ipsius artibus irretiri se sinerent. Sed anno insequenti, vt Siffridus scribit c, comprehensus imposturæ penas igne luit; de quo Baronius d in M. S. notis: *Apud Colonia, inquit, quidam armiger Friderici ante annos triginta defuncti, vt concitaret populū aduersus Rodulphum, simulabat sese esse Fridericum: sed ab ipso Rodulpho captus fuit atque combustus.* Præterire hic silentio non possumus, Regem Sueciæ ab Apostolica sede flagitasse, vt in ipsius regio sacello sacra ecclesiæ Romanæ ritu peragerentur. Cui Martinus hisce literis annuit e.

Charissimo in Christo filio Magno illustri Svecorum & Gotorum Regi.

22 Cum, sicut lecta nobis tua petitio continebat obreuerentiam Romanæ ecclesiæ, matris tue, cupias in diuinis officijs celebrandis in capella tua ordinem ipsius Romanæ ecclesiæ obseruari; nos tuis deuotis supplicationibus aunuentes, tibi auctoritate presentium indulgemus, vt idem ordo in celebratione diuinorum ipsorum apud eandem capellam tuo & heredum tuorum Sveciæ Regum temporibus in perpetuum obseruetur: eadem auctoritate nihilominus concedentes, vt ij, qui diuina præmissa pro tempore in capella celebrauerint memorata, huiusmodi ordine dumtaxat sic possint esse contenti, quod ad ea celebrandum aliter, vel secundum alium ordinem minime teneantur. *Datum apud Vrhemueterem kal. martij anno III.]*

23 Soluit præterea f ad eiusdem Regis gratiam Pontifex leges canonicas de gradibus consanguinitatis, vt Vlpho Holingerij principis filius Helena Magni consanguineam ad concordiam restituendam Sueciæ, grauesque discordias conciliandas matrimonio sibi iungeret: *Sane, inquit, petitio dilecti filij nobilis viri Vlphonis filij Holingerij Lincopensis diæcessis, ac dilectæ in Christo filie nobilis mulieris Helena, consanguineæ charissimi in Christo filij nostri Magni Regis Sveciæ illustris, nobis*

*exhibita continebat, quod licet ipsi affectent matrimonialiter inuicem copulari; quia tamen quarto consanguinitatis gradu coniuncti, non potest, impedimento huiusmodi obistente, eorum in hac parte desiderium adimpleri: quare nobis humiliter supplicauerunt, vt super hoc de opportuna dispensationis gratia providere misericorditer dignaremur. Cum itaque, sicut ex quorundam venerabilium fratrum nostrorum episcoporum regno Sveciæ factæ dignæ relatione didicimus, pacis vnio, quæ inter charissimum in Christo filium nostrum Regem illustrem Sveciæ ex parte vna, & eundem Vlphonem ac alios barones & nobiles dicti regni temporibus præteritis dissidentes ex altera, propter quod multa personarum & animarum pericula prouenerunt, dicitur esse facta, per hoc corroboretur fortius, & dicti regni tranquillitas procuretur; nos eorumdem Vlphonis et Helena in hac parte supplicationibus inclinati, etc. Dat imperia alicui episcopo, vt ad eorum gratiam, si dicta veritati consentiant, leges canonicas soluat. *Dat. apud Vrhemueterem id. february anno IIII.]**

24 Nauasse Vlphonem Magno Sueciæ Regi egregiam operam ad Danos e Suecia pellendos, delendosque prælio, dum comestationi & crapulæ in Verendia indulgebant, refert Magnus archiepiscopus Upsalensis a: adeo vt Vvaldemarus Magni frater, cui Gothiæ sceptrum referatum vidimus, quique exteros exciuerat, victus acie in Daniam, profugere sit coactus: qui deinde magno stipatum exercitu Ericum Danorum Regem in Vvest Gothiam allexit; quæ a Danis ferro flammaque est euastata, detrectatæ Magno certaminis aleam subire. Demum Ericus in regnum reuerfus, cum fractos imperus videret, fœdus cum Magno Rege Sueciæ redintegrare constituit b, quod ijs pactio nibus sancitum, vt Magnus debita Erico stipendia, cum Danorum opera Sueciam fratri bello eripuit, persolueret. Vt vero firmiore vinculo id fœdus astringeretur, Birgerus Suecici sceptri heres, & Margarita Erici filia matrimonio coniuncti sunt, Pontifice Romano impedimentum consanguinitatis remouente c.

Martinus etc. Dilecto filio nobili viro Birgero, nato charissimi in Christo filij nostri Magni Regis Sveciæ illustris, & dilectæ in Christo filie nobili mulieri Margarite natæ charissimi in Christo filij nostri Erici illustris Regis Daciæ.

Petitio vestra nobis exhibita continebat, quod ab olim inter charissimos in Christo filios nostros Magnum tuum, filii Birgeri, & Ericum tuū, filia Margarita, patres Sveciæ, & Daciæ Reges illustres, procurante pacis æmulo incentore malorum, graues fuerunt inimicitia ac discordia suscitata, quarum occasione non modica damna rerum, quamplurima personarum, & animarum pericula euenerunt; vosque, vt huiusmodi sedentur inimicitia, cessent discordia, pericula terminentur, desideratis, cum super præmissis aliud congruum nequeat adhiberi remedium, matrimonialiter inuicem copulari: sed quia quarto estis consanguinitatis gradu coniuncti, non potest, impedimento huiusmodi obistente, vestrum in hac parte desiderium adimpleri. Quare nobis humiliter supplicastis, vt super hoc de opportuna dispensationis gratia providere misericorditer curaremus. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, volentes tantis periculis obuiare, vobiscum vt matrimonium inuicem, impedimento non obstante prædicto, libere contrahere valeatis, & tandem in contracto licite remanere, auctoritate presentium dispensamus. Nulli ergo &c. *Dat. Perusij x. kal.*

Dani Suecia pulsi.

a Magn. arch. Upsal. len. hist. Gotb. l. 20 c. 3.

Erici cum Magno bella.

b Eod. cap.

Inita inter eos concordia.

c Tot. l. 4 ep. 52.

Conciliata affinitatibus.

ianuarij anno iv.] De his nuptijs ad duo regna in concordiam redigenda initis meminit Magnus. a

a Magn. l. 20. c. 6.

b Longin. hist. Pol. lib. 7. Henricus dux Poloniae libertatem ecclesiae labefactat.

25 In Polonia b Henricus per antiphrasim dictus probus, vir auaritia deditus, plura Vratislaviensis cleri bona ac decimas inuasit. Vt vero sequenti in eum anno coacta synodus fuerit, inferius dicetur.

Hoc vero Martinus pro restituenda ecclesiastica libertate in Lusitania egregium studium posuit. Iam illa diu ante labefactata fuerat, atque ideo contentiones maxima cum Alfonso Dionysij regnantis patre exorta erant; nonnullaque Clemens IV. ad eas conciliandas concordiae capitula condiderat, ac Gregorius X. alia postea adiecerat: verum recrudescente dissensione, confecta sunt in publico ordinum conuentu quaedam concordiae leges, quarum pleraeque antea a Pontificibus Romanis corroboratae. Supererant tamen adhuc octo articuli ex ijs, quos sedi Apostolicae praesules porrexerant, quos cum emendasset Martinus, ad Dionysium misit, vt ea ab Apostolica sede confirmari flagitaret. Qua de re extant ad Legionensem episcopum datae litterae a.

Constitutione concordiae leges inter clericum & Lusitanam Regem.

a To. l. 6 ep. 11.

Martinus &c. venerabili fratri episcopo Legionensi, et dilectis filijs decano et archidiacono de Ledesma Salamantini.

26 Ex parte venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Bracharensis, & episcoporum regni Portugalliae fuit propositum coram nobis, quod nonnulli ex ipsis vna cum praedecessoribus aliorum contra quondam Alfonso Portugalliae Regem super iniurijs & grauaminibus, quae sibi, ecclesijs, & personis ecclesiasticis in derogationem ecclesiasticae libertatis; nec non concilijs & habitatoribus regni Portugalliae per eundem Regem, & suos irrogata, & irrogari dicebant, coram felicitis recordationis Clemente quosdam, & postmodum coram recolendae memoriae Gregorio summis Pontificibus praedecessoribus nostris tam illos quam nonnullos alios articulos obtulerunt; super quibus eundem Regem, vt iniurias & grauamina, quae seriatim exprimuntur in illis, iam eis illata corrigeret, & in futurum a similibus abstineret, per varias apostolicas sub certa forma litteras obtinere moneri: & demum idem praedecessor Gregorius, reputans praemissis super hoc mentionibus paritum non fuisse, super praedictis quaedam prouisionem siue ordinationem de fratrum suorum consilio edidit, diuersarum poenarum & sententiarum excommunicationis & interdicti adiectione vallatam, eamque tam ab ipso Rege, quam ab eius successoribus in regno praedicto statuit, & decreuit in perpetuum obseruandam.

27 Et quia nec dictus Rex eam obseruauerat, nec Dionysius Rex Portugalliae ipsius Alfonso filius & in regno praedicto successor obseruare curabat, idem regnum, quod per eosdem praelatos dudum antea ex certis causis fuerat interdictum, per eandem praefati praedecessoris Gregorij prouisionem siue ordinationem ecclesiastico interdicto subiectum extitit & existit; & praefatus Rex Dionysius excommunicationis sententia innodatus, non absque graui animarum periculo, quae proinde iam diutius diuinorum sacramentorum sunt participatione priuata. Propter quod archiepiscopo & aliquibus ex praelatis alijs supra dictis cum eodem Rege Dionysio conuenientibus ad pacis & concordiae inter se tractatum habendum, praefati articuli dicto Regi Dionysio in sua generali curia quampluribus religiosi, baronibus, militibus,

Quam ob causam, Lusitania ecclesiastico interdicto supposita.

Dionysius Regis cum clero gesta.

& nonnullis de communitatibus regni eiusdem, ad hoc in eadem curia congregatis, exhibiti & coram eo lecti plene, plane, & diligenter expositi extiterunt; idemque Rex Dionysius, de consensu & auctoritate ipsius curiae & consiliariorum suorum, ad eosdem articulos singulariter libera & spontanea voluntate respondit archiepiscopo & praelatis eiusdem, acceptando responsiones ipsius, si super hoc Apostolicae sedis interueniret assensus. Memoratis itaque praelatis & Rege Dionysio petentibus, per nos huiusmodi tractatum siue compositionem inter eos habitam confirmari, & firmari taliter, quod robur perpetuum obtineret; nos responsiones praedictas discussimus, & inuenimus nonnullas ex eis esse forsitan in pluribus iuri consonas, captiosis tamen adiectionibus inuolutas, quas in formam redigi fecimus iuri conformem & omnis captionis expertem, vt ei, si petitum fuerit, absque conscientiae scrupulo, prout expedire videbitur, beneficium confirmationis, accedat: reliquas vero defectiuas comperimus, nec iuris auctoritate munitas, sed ab omni censura discordes, &c. [Eos dare operam iubet, vt Dionysius se aequitati accomoderet, ac tum intam a sede Apostolica concordiam confirmatum iri] Dat. apud Vrhemuetere m. v. kal. aprilis anno iv.

28 Extat libellus in Pontificio registro a, in quo illatae ecclesiasticae rei iniuriae recensentur, atque ad singula pene capita Dionysius negat illatas fuisse, & elaboraturum ne post hac inferantur pollicetur: atque ad illius libelli calcem, singuli articuli adiecti sunt, quibus a Dionysio haecenus factum satis non fuerit, nimirum detrectatae praediorum regiorum decimas pendere, idque priuilegium nonnullis a patre traditum tueri; prohibere ne ecclesiastici vlla praedia emant, empraue, aut parta alijs iustis rationibus inuadere; eorum animalia aut possessiones emptionis specie, non soluta quarta pretij parte, diripere: ecclesiasticis pecunias e regno extrahentibus, vel ad dandam literis operam Parisijs, vel aulam pontificiam adeundam vectigalia imponere; praedia a morituris pro animarum salute ecclesijs attributa, etiam si libera forent, seruitute noua afficere; subditos nouis vectigalibus multare. Ad quae singularia regio senatu seruato iudiciorum ordine a Rege Dionysio responderi Pontifex exegit b: tum formam litterarum praescripsit c, ex qua Dionysius concordiam a sede Apostolica ratam haberi postulaturus esset. In qua haec nota digna inseruntur Dionysij Regis nomine.

29 Actum est inter nos, Rex Lusitaniae Pontificem alloquitur, & praelatos eosdem, quod postquam huiusmodi nostra & ipsorum compositio fuerit per sedem Apostolicam confirmata & firmata, prout vos decreueritis, ad perpetuum robur esse firmandam; nos & nostri successores, ac subditi, seu quicumque; alij per sepe factam prouisionem seu ordinationem eiusdem praedecessoris vestri domini Gregorij archiepiscopi poterant, ad eius obseruationem nullatenus teneantur: quare sanctitati vestrae supplicamus humiliter & deuote, quatenus compositionem, quam cum eisdem archiepiscopo & praelatis fecimus, & quam articulo-rum & nostrarum prouisionum & responsionum factarum ad ipsos series aperte declarat, confirmare ac firmare modis, vijs, ac poenis, de quibus expedire videritis, dignemini; taliter, quod perpetuum robur obtineat firmitatis decernentes ex tunc nos, successores, & subditos, aliosque praedictos ad obseruationem sepe factae prouisionis siue ordinationis eiusdem do.

domini Gregorij non teneri; & circa prefatas sententias interdicti, & excommunicationis, tam per prelatos, quam in non seruantes prouisionem seu ordinationem eandem ab Apostolica sede prolata de vestra sanctitatis prouisione elementis festinè & salutare animabus remedium adhibentes. Nec Romane ecclesie iura deperire Martinus passus, qui aliorum prefulum iura tanto studio tuebatur. Demonstrant id eius literæ tã ad Siffridũ camerã apostolicã clericũ in Anglia agentẽ, quibus veltigal fiduciario iure debitu exigere iussit a; tum ad Eduardum Regẽ, a quo mille marcharum censum lapforum duorum annorum nomine exegit. Cæterum de Eduardo sacrae in Saracenos expeditionis consilia meditato, iterum recurret oratio, vbi Christianæ rei in Asia status in luce fuerit collocatus.

30 Exercuit in oriente diuina iustitia dignam seueritatem in scelestum Christiani nominis persecutorem Mahumetum Can apostatam, quem Mahumetana superstitione Tartaros infecisse vidimus, atque Argon egregie affectus erga diuina Perficum sceptrum suscepit; de quo hæc Aytonus narrat b: *Cum fideles Christiani in tanta essent cordis amaritudine positi, quod mori potius quam viuere affectabant, ecce Deus qui sperantes in se nullatenus derelinquit, consolamen transmisit Christianis omnibus: nam quidam frater istius Mahumeti, & quidam eius nepos nomine Argon fuerunt isti Mahumeto propter mala opera sua contrarij & rebelles, & significauerunt Cobilo Can maiori Imperatori Tartarorum, qualiter isse Mahumetus, antecessorum suorum vestigijs derelictis, effectus fuerat pessimus Saracenus; Tartaros omnes quos poterat inducẽdo, ut efficerentur etiam Saraceni. Quo audito Can Imperator fuit plurimum perturbatus: unde Mahumeto precipiendo mandauit, quatenus corrigere se deberet, & a malis operibus abstinere: alioquin procederet contra ipsum. Ipse quidem Mahumetus, mandato Imperatoris intellecto, ira & indignatione fuit repletus: & quia nullus erat, qui auerteret suis voluntatibus contraire præter fratrem suum & prædictum nepotem suum Argonum, laborauit tantum diabolicus ille Mahumetus, quod fecit interfici fratrem suum, & de nepote suo Argono intendens facere illud idem, iuit cum exercitu copioso, ut ipsum caperet & teneret. Argon vero qui contra potentiam inimici nõ poterat belliger apparere, montes petijt, & in quoddam castrum fortissimum introiuit. Idem vero iniquitatis filius Mahumetes dictum castrum obsedit, stans circumcirca cum suo exercitu infelici: finaliter vero Argonus se reddidit Mahumeto cum pacis interiectis conditionibus, videlicet quod sibi & suum dominium seruaret.*

31 Postquam Mahumetus Can tenuit Argonum, tradidit eum conestabulo suo & pluribus alijs magnatibus sub custodia concludendum: & dum reuertetur ad ciuitatem Taurisij, vbi dimiserat filios & uxores, dedit omnibus in mandatis, quod post ipsum incederent paulatim. Conestabulo vero & quibusdam alijs, in quibus precipue confidebat, iussit quatenus nepotem suum occiderent, & occulte sibi caput offerrent. His itaque taliter ordinatis, festinanter precepit eis Mahumetus. Inter illos vero, qui mandatum susceperant tanti sceleris adimplendi, inuentus fuit quidam potens vir, quem Abagha nutriuerat pater ipsius Argoni: qui pietate motus, armis susceptis, conestabulum Mahumeti, & omnes suos sequaces nocte gladio iugulauit, & Argonum a mortis periculo liberauit, & constituit Argonum rectorem & dominum super omnes: unde alij timore, alij vero amore obediẽtes fuerunt suis beneplacitis &

mandatis. His itaque sic peractis, Argonus cum comitiua suorum fidelium fuit persecutus celeriter Mahumetum; & antequam Taurisium perueniret, personaliter cepit illum, quem captum iussit per medium detruncari. Et sic fuit interfectus canis ille pessimus Mahumetus, inimicus fidei Christiana, antequam duorum annorum spatium in suo solio cõpleret.

32 Inde in Perside alijsq; ad orientem submotis regionibus aucta est religio: sed in Syria Ægyptiorum & Babyloniorũ Saracenorũ conatibus in maiora quotidie discrimina adducebatur: nec tamẽ in occidente valida aliqua expeditio cõparabatur. Cogebantur quidem decimæ, sed earum partem plerique inuadebant; ex quibus Pontifex Lucanos a, Florentinos b, ac Pisanos c quosdã mercatores eius sceleris reos ad sedem Apostolicã accersuit; pars alia in suscepto aduersus Siculos, Petrum Aragonium, rebellesq; Ecclesie bello consumebatur, nec principes, alijs impliciti, trajcere facile poterant. Rodolphus enim ad stabilendam in Germania potentiam, ac propagandam in posteris incumbabat; Carolus Siculus in perduelles ducebat: mouebat Gallus in Aragonium: Castella intestino bello laborabat: Italia Pisanorum & Genuensium bello suspensa: Pontifex continendis in officio clientibus suis occupatus. Solus Eduardus Anglorum Rex eam gloriam defendenda Terræ sanctæ præ se ferebat, cui Pontifex gratulatorias hæc literas misit. d

Charissimo in Christo filio Eduardo Rex Anglia illustri.

33 Exultat in Domino Romana mater ecclesia, nouum illi canticum concinit, sibi que in gratiarum vberes actiones erumpit, quod superni Regis circumfusus auxilio, tamquam reuerentiæ filius, Rex catholicus, & princeps deuotissimus recognoscens, tenensque recenti memoria ingentium miseriarum angustias, & grauium calamitatum incendia, quibus Terra sancta, proh dolor! indefinenter affligitur; quæne proprijs inspexisti oculis, manibus contrectasti, pridem in illis partibus diuinis insitendo seruitijs constitutus; te per dilectos filios magistrum G. canonicum Vvellensem, & nobilem virum Eliam regis magnitudinis nuncios, quos affectione paterna facie serena recepimus, voluntarium obtulisti viuificæ crucis signaculum ad tui Redemptoris iniurias vlciscendas assumere in Terræ sanctæ subsidium memoratæ.

Hæc sunt, fili charissime, quæ de te libenter audimus; quæ de tuis actibus, auidis percepimus auribus. Hi sunt rumores gratissimi votis nostris. Hæc sunt acceptissima noua nobis, quæ tanto potius nostri cordis interiora demulcent, quanto personã regiam synceriori charitate prosequimur, tuæque salutis augmentum desiderio cupimus ampliore.

34 O quam salubris est, Rex inclyte, dispositio mentis tuæ! quam bonum, celebreque propositum! quam laudanda intentio! Quid enim commendabilius, quid fructuosius, quid vtilius obsequio Iesu Christi, qui pro minimis summa retribuit, pro modicis elargitur amplissima, pro terrenis æterna compenfat? Nos itaque huiusmodi oblationem regiam, tibi diuinitus inspiratam, multipliciter in Domino cõmendantes ac gratam habentes quamplurimum & acceptam; ac intendentes te in prosecutione illius opportunis, prout videbitur, subsidijs adiuuare; celsitudinem regiam rogandam attente duximus & hortandam, in remissionem tibi peccaminum suadentes, quate-

Syria Saracenorũ feuitia exposita.

a Tom. 2. pag. 100. b lb. pag. 104. c lb. pag. 107.

Eduardus Angliæ Rex de ea defendenda consiliu agit.

d Tr. I. 4. ep. 41.

Id gratulatur ipsi Pontifex.

Suscepti operis gloriam exponit.

nus humili deuotione recogitans, quod Dei Filius pro te, tuæque redemptionis commodo, post multiplices contumelias & terrores, post dira flagella sæuaque vulnera, post ignominiosa sputa innumeraque opprobria crucis patibulum pertulit; quod in hac parte salubriter concepisse dignosceris, efficaciter exequaris ad laudem diuini nominis, tuæ salutis profectum, & honoris regij memorabile incrementum. Nec mireris, si dicti nuncij moram apud nos ultra tuum & suum forte propositum contraxerunt; nam propter absentiam aliquorum ex fratribus nostris, quos tunc pro certis negotijs miseramus, & propter solemnitates festiuitatum proximo præteritarum, circa quas nos vacare decuit; & etiam propter emergentium negotiorum varietates, quæ inuitabiliter nos vrgebant, prædictos nuncios commode nequiuimus citius expedire: & sic eos mansuetudine regia merito habere poteris excusatos. *Dat. apud Vrbernæ vltimæ kal. iunij pontificatus nostri anno iv.]*

35 Præclara adeo tuendæ Terræ sanctæ consilia demum euauere: cum enim petita nonnulla grauiora exigeret, quæ Romani Pontifices expungerent, illeque ijs obtinendis instaret, nullum Syriæ auxilium attulit. Quæ vero ea fuerint postulata, quidue ijs responsum, ex sequentibus a constabit.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri salutem, &c.

Venientes ad nos diebus istis præteritis dilecti filij magister G. canonicus Vvellenfis, & nobilis vir Elias nuncij tui, nobis ex parte tua quasdam petitiones regias presenterunt. Nos autem circa petitiones easdem nostra studia conuertentes, illas cū fratribus nostris examinauimus diligenter, vt nostri tuis corresponderent affectus, & tandem super ijs deliberatione præhabita, responsiones nostras ad petitiones huiusmodi tenore tibi præsentium nunciamus, tam petitiones, quam responsiones prædictas præsentibus inseri facientes, quarum tenores tales sunt.

36 Prima petitio tua. Quod concedatur tibi tota decima nunc collecta in regnis Angliæ, & Scotiæ, & in omnibus terris tuis, videlicet in Ibernia, Vvallia, Vvasconia, & Pontiuo.

Responsio. Tibi signum crucis infra festum natalis Domini proximo futurum in Terræ sanctæ subsidium solemniter assumpti, & publice deferenti concedimus decimam collectam in Regno Angliæ, Iberniæ, & Vvallia, & etiam in regno Scotiæ, ita si ad id charissimi in Christo filij nostri Regis Scotiæ consensus accedat. In quo casu de decima ipsius regni Scotiæ tenearis magnatibus eiusdem regni transfretare volentibus iuxta provisionem sedis Apostolicæ subuenire. Huiusmodi autem decima tibi assignabitur per biennium ante terminum ad passagium per sedem Apostolicam præfigendum. In Vvasconia vero & Pontiuo decima eadem concedi non potest, quia charissimo in Christo filio nostro Regi Franciæ illustri secundum ordinationem Lugdunensis concilij est concessa.

37 Secunda petitio. Quod Romanus Pontifex mittat ad partes prædictas aliquem, de quo confidat, qui possit inquirere, an decima sit rite & tempore suo soluta; & an collectores aliquos multauerint pro decima nullo modo, seu suo tempore non soluta; vel si collectores sub alio quocumque colore pecuniam receperint, & inuis suos conuerterint, & quod huiusmodi multa, & pecuniæ sic receptæ tibi similiter assignentur.

Responsio. Mittetur aliquis, de quo tu possis, & debeas confidere, cui per te ac per tuos assistere poteris in commissis, cum ab eo extiteris requisitus, qui inquiret, an decima fuerit debite ac rite soluta, & quod per inquisitionem huiusmodi inueniri poterit & haberi, assignabitur tibi eo modo, vt decima supradicta. De multis vero & pecuniæ per collectores male recepta quod petitur, non potest decenter admitti: cum enim collectores ad id non habuerint potestatem, constat eas extortas fuisse illicite: sed qui eas extorsunt, puniendi sunt, & pecuniam iuxta ordinationem ipsius sedis illis, a quibus extorta fuerat, est reddenda.

38 Tertia petitio. Item quod illi nuncio sic mittendo possis aliquem de tuis adiungere, ita quod illi duo auctoritate apostolica possint inquirere & exequi supradicta.

Responsio. Ista non conceditur, quia nulli inuentur esse concessa. Immo licet aliquando petita fuerit, tamen fuit ex causis rationabilibus denegata tempore concilij Lugdunensis.

39 Quarta petitio. Item petis decimam secundum verum valorem in prædictis regnis & terris ad quinquennium pro Terræ sanctæ subsidio tibi dari.

Responsio. Tibi signum crucis infra festum natalis Domini proximo futurum in Terræ sanctæ subsidium solemniter assumpti & publice deferenti concedimus decimam in Angliæ, Vvallia, & Ibernia per tres annos competenti tempore, prout videbitur, colligendam, & assignandam per biennium ante dictum terminum ad passagium præfigendum.

40 Quinta petitio. Item petis omnia, & singula ad Terræ sanctæ subsidium in Lugdunensi concilio assignata tibi solemniter assignari.

Responsio. Fiet iuxta ordinationem sedis Apostolicæ, quod in ista petitione continetur, in terris illis, in quibus decima concedetur.

41 Sexta petitio. Item ea, quæ de redemptionibus votorum proueniunt legata indistincte relicta, legata specialiter in Terræ sanctæ subsidium, & bona intestatorum ad tam pium negotium profequendum petis tibi de benignitate apostolica assignari.

Responsio. Tibi signum crucis infra festum natalis Domini proximo futurum in Terræ sanctæ subsidium solemniter assumpti & publice deferenti, concedimus in terris illis, in quibus & decimam, redemptiones votorum Terræ sanctæ, & legata in subsidium Terræ sanctæ indistincte relicta: bona vero intestatorum concedi non possunt, quia bona illa de iure ad alium debent deuolui, & nunquam inuenitur hoc fuisse concessum.

42 Septima petitio. Item petis primos fructus beneficiorum vacantium in prædictis regnis & terris ad decennium tibi dari beneficiorum cura, rectoribus ad sustentationem eorum portione congrua per locorum ordinarios primitus assignata.

Responsio. Hæc petitio non conceditur, nec vlli adhuc principi, etiam in Terræ sanctæ subsidium, est concessa.

43 Octaua petitio. Quod prædictis petitionibus exauditis, tu signum viuificæ crucis assumes, ita quod citra quinquennium ad arripiendum iter versus Terram sanctam nequaquam arcearis; nec iter huiusmodi ultra quinquennium nimium fortassis donec senseris differatur.

Responsio. Piacet quod infra quinquennium ad

Ep. 40.

Missi ea de causa ad Pont. oratores ab Eduardo.

Petitæ ab Eduardo Angliæ Vvall. Hibern. Scot. Vasc. & Pontin. de cimæ.

Angliæ, Hiberniæ, & Vvall. concessæ.

Et Scotiæ ea lege si Scot. Rex assenserit.

Vasconia & Pontini negat Martinus, cum Regi Franc. fuerint attributa.

Secundū postulatū, vt vir magna fidei ad exigendas a collectoribus rationes mittatur.

ad iter arripiendum nequaquam arceris, nec vltra prædictum quinquennium cogaris adeo id differre, quod ad negotium profequendum inhabilis habearis.

Scire quoque te volumus, quod si in præmissis assumptione, delatione, & insuper voti crucis prosecutione, iuxta dicte sedis arbitrium te deficere forte contigerit, intendimus quod dispositio prædictorum omnium ad Romanam ecclesiam deuoluatur; & apud eam remaneat libere, ac si facta per nos responsiones seu concessiones huiusmodi non fuissent. *Datum apud Vrhemueterem VII. kal iunij pontificatus nostri anno IV.*

44 Quod ad Græcorum res attinet; Andronico schismaticeorum fautore rerū potito, Beccus a patriarcha catholicis, vt schismaticorū furori se subduceret, ad monasterium confugit: cui Iosephus ætate grauis succectus est. Sed mox schismatici in varias inter se sectas difcisi, cum plures ob Arsenij schismatici recentem memoriam, a quo Iosepho sacris interdictū dicebant, ab eo disiderent; vnde sedem relinquere coactus, paulo post obiit.

Cæterum tanta inter Arsenij & Iosephi sequaces exarsit contentio, vt cum illi dirimendæ nullus iudex par esse posse videretur, deliberalunt aduersæ partes Atran yttijin ignem libellos conijcere, vt eorum causa superior censeatur, quorum libellus flammarum vi non abfumeretur. Sed post multas tota nocte fufas preces, accenso in medio templo igne, libellos causæ suæ magno religionis supercilio, suspensis rei expectatione astantibus, in flammis coniecerunt: qui mox in cineres redacti, religionem in risum conuerterunt. Ita delusi schismatici, dum Numen vt miracula ederet sollicitarunt, quæ profecto extra catholicam Ecclesiam expectari nequeunt. Frustra igitur schismatici a Deo flagitabant, vt impiæ causæ patrocinaretur, cum nec Arsenius nec Iosephus, sed Beccus catholicis verus patriarcha Cōstantinopolitanus esset, quem merito colere debuissent; eo vero repudiato, intrusus est Georgius Cyprius, qui instituta monastica professus Gregorij nomen sibi indidit, insignis impostor, qui cum antea, dum Palæologus Imperator ad ecclesiam orientalis cum Romanâ ineundam coniunctionem contentis studijs incumberet, magno ardore ad schismaticos ad Romanæ ecclesiæ obsequium traducendos desudauit b: conuersis vero rebus, vbi Andronicum evertendæ fidei orthodoxæ operam dare vidit, inuadendi patriarchatus insana cupidine percitus infensissimum Romanæ ecclesiæ hostem se professus est, quamuis in Latino ritu educatus fuisset. Qua de causa Ioannem Beccum patriarcham catholicum, iniuria throno deturbatum, querelis hisce Græcos laceffuisse refert Georgius Pachymerius c:

Quid passi, dicebat Beccus, me apud Græcos & ex Græcis natum & adultum frequentibus omistum maledicentijs fugitis: virum vero apud Italos & natum & adultum, prætereaque ipso habitu & lingua in Græcos intrusum non sine laude accipitis? Cum æquitatem causæ perspicuis argumentis probaret Beccus, ne sine causa exaucltoratus videretur, Andronico & alijs impijs nefariam pseudosynodum contra Lugdunensē concilium œcumenicum congregandam visum est, in qua pie in illo promulgata de processione Spiritus sancti ex Patre Filioque damnata sunt, vt dicemus inferius. Quæ vero hominum colluquies foret, quibusne stimulis ad tantum facinus inflammata, ex auctore schismatico a audiamus.

45 Omnes, inquit, ij, qui studium religionis simulabant, metropoles & ceteras dignitates partim iam partiti, partim partituri abrogationem pontificum & clericorum omnium, qui Michaeli Imperatori assensu fuissent, in vniuersum inclementer decreuerunt, fortuna non moderate, nec humaniter vsi. Nam cum plerique ex circumforanea & male educata & contumaci turba essent; quibus paulo antequam vultum quidem Imperatoris intueri licuisset, nunc vero benignissime ab illo accepti essent, suæ conditionis obliuati sunt, ab ebris nihil differentes. Nam potestate ab Imperatore accepta, quippe qui eis propter ardentem vniuersam ecclesiæ, hoc est vtriusque schismaticorum sectæ, cupiditatem nihil non concederet, plane securitatem eos omnes, contra quos infame illud suffragium latari erant, velut oves in magnum Blacernium templum congregarunt. Qui cum supplicibus & verbis & gestibus commiserationem elicere studerent, & similia veterum humanitatis exempla cum alia, tum duplicis illius iconomachia proferrent, quod illi, cum grauius deliquissent, humanos eos experti essent, qui orthodoxam sententiam defendissent, & suum cuique locum retinissent, ab immanitate decreti sui non recedendum putauerunt. Sed omnem clementiam, omnem misericordiam improbitatis fluctus in maris Atlantici fundum deiecerunt; tanta inuidia in sacro illo cœtu, tantaque acerbitas initio statim præclara illius concordia grassabatur. Quis autem adeo durus est & animo adamantino, vt contumeliam illam & maximum inhumanitatem referre queat, qua contra miseros episcopos & sacerdotes vsi sunt? Nam post verborum conuicia præsides inferioribus imperabant, vt direptos illis pileos humi abijcerent, ter acclamantes: *Indignus est; alijs vero aliorum vses exuerit, easque a simbria inuersas ad caput applicare, atque iterum ter acclamare iuberent: Indignus est. Deinde, alapis impactis, tanquam sicarios vt extrudere sacro loco. At humanus Iesus & Seruator etiam latronem admisit, & proditoris poenitentiam, modo ipse voluisset, desiderauit & expectauit. Proinde sero illi quidem, sed iustas tamen pœnas luerunt: neque enim novorum istorum legislatorum vllus in sua dignitate decessit: sed turpissime suis pulsus sedibus, vt postea dicemus, præ animi aegritudine vitam abruperunt.*

46 Spectabant eo impiorum consilia, vt ne rite crimen peregrisse viderentur, obtenta iudiciorum specie Romanam ecclesiam, & orientales omnes, qui cum ea recte de processione Spiritus sancti sentiebant, damnarent: adductique in iudicium reorum instar fuere egregij confessores. Beccus patriarcha, & Meletenota & Metochita archidiaconi, a quibus pseudopatriarcham orthodoxi dogmatis rationem exegisse, compellato Becco, quidue ab ijs responsam, refert hisce verbis Pachymerius b: *Cum resumpsisset sermonem patriarcha Gregorius: Quidnam illud est, ait, quod opinantur, qui circa te sunt? Namque erant cum eo, qui multo ante archidiaconi munere fugebantur Constantinus Meletiniota, & Metochita Georgius archidiaconi. Tum illi: Si syncere theologiam addiscere cupis, & opinionem, quam & corde tenemus & ore profitemur, hæc est quam quilibet, nec a theologia aberrans tenet; in eaq; nos ad extremum vsque Spiritum persistemus. Quod si eam quoque qua patrum est exposcis, nullo modo fidei simbolo aduersariam; sed explicationem & declarationem potius eorum, qua in simbolo sunt, profitemur. Intuimus in sacris literis Spiritum sanctum exhiberi, dari, mitti, prouenire cum eo Patre per Filium; in non-*

a Niceph. Greg. l. 6. Infana eorum ambitio, qui schisma renouarunt

Vt ab impio Andronico suffulsi fuerint.

Eorundem proteruitia

Sumpta de illis diuinitus vltio.

Quantum fuerint meditati flagitium.

Producti reorum instar fidei defensores.

b Georg. Pach. hist. Græcor. l. 7. interpres. Leone Al. lat. l. 2. c. 2. de perp. cōsens.

Melitenotes & Metochita illam profitentur.

Denotat Pont. si iter non susceperit decimas ad sedem Ap. de uoluntas. Beccus patriarcha. Causa catholici digni non abiit. Nic. Greg. l. 6. Iosephus iussu suffectus. Ceterum cæsto subrogatur Georgius Cyprius. Multos patriarcham emulsi. Schismatici de Deum honorantes illi. De patre vobis. Georgij Cyprius monastico habitu in curia Gregorij non accipit. Niseph. Greg. l. 5. Impietate ad patriarchatum usurp. Georg. Pach. hist. Græcor. l. 7. interpres. Leone Al. lat. l. 2. c. 2. de perp. cōsens. De patre vobis. Causa catholici digni non abiit.

nullis etiam patribus habetur procedere. Ait vero & magnus Damascenus Ioannes: Et productor per Verbum Spiritus, agnoscimus autem idem esse & productorem & causam. Is Græcorum mos est, ut causæ nomine vice principij vtantur. Et infra: Patrem causam per Filium Spiritus dicimus, cum productor in locum causæ accipitur. Beccum patriter, adductis similitudinibus lucis e radio & sole emanantis, ac fluminis e riuo & fonte deriuati, processionem Spiritus sancti explicari declarasse, narrat memoratus auctor. Nec prætermittendum visum est, editum aureum opusculum (de quo alias mentio insinuata est) a Ioanne Becco, quo ex dictis sanctorum patrum lectissimis processio Spiritus sancti e Patre & Filio confirmatur: quod e Vaticano M. S. Petrus Arcudius Corcyraus in Latinum sermonem conuertit a, atque aliquot ante annis typis Romæ cūsum est b. In quas patrum sententias a Ioanne Becco collectas cum Gregorius Palamas schismaticus (quem ab eodem Becco impietatis conuictum in memorata pseudosynodo non negat Georgius c Pachymerius) venenatos commentarios conscripserat, Bessarion d Cardinalis, suscepta Becci & fidei causa, illos pie & erudite confutauit: cuius præclarum opus memorato Arcudio interprete donatum Latinitate euulgatum est: sed ad institutam orationem reuertamur.

47 Cum respuerent veritatis catholice lucem admittere schismatici, & Beccum vigerent, ut cōcordia, bello quousq; functionis, studio cum ipsis sentiret, hæc respondit: *Quemadmodum vultis, cum ipse pacem æque ac vos peroptem, simplici ac minime curioso sermone sententiam feram. Nos itaque dicta hæc patrum tempore id poscente compertientes, ut tutis ac recte fidei consonis animum aduertimus, & eum, qui Spiritum sanctum ex Patre procedere consuevit, exofeulati sumus, & nunc exofeulamur: quippe ea Saluatoris verba sunt & synodi, nos quoque quotidie ita consistemur. Præterea eum quoque, qui Spiritum ex Patre per Filium procedere dicit, ut est Septima vniuersalis synodus, qua ita sentit, excipimus. Eum porro, qui patrum dicta in pretio, & dignitate non habet, audacia condemnamus.* Et infra: *Quare quod a me poscitis, & me & hos, qui una mecum sunt, cogitis patrum dogma tam antiquum & a multis dicto comprobatum neicere, & de his vos curam habere dicitis, non mihi videtur rationi consonum: namque angor timeoque ne a reo deerram.*

48 Addunt schismaticorum acta, ipsam ad dogma orthodoxum damnandum assensisse. Sed auctorem schismaticum pietatis odio id confessioni egregio probrum impigisse ex Ioanne Chamata constat, cum is testetur Beccum ac socios vinculis a schismaticis mancipatos, dum pietatem constantissime profitebantur. Tomum a Cyprio patriarchatum obtinente, & orientalis ecclesie habenas præterius omne moderante, cum suis sequacibus aduersus occidentalem ecclesiam dominationem ambiente compositum, cui impio, iniquo ac pessimo tomoprior orientalis ecclesie Pontifex, Beccus nimirum, patriarcha, et eiusdem magnæ ecclesie magnus charitophylax, & dictus diaconus Metochita, quod tomus ille in derisionem ecclesiarum expositus maligne fuerat, nolentes subscribere, carceribus traduntur. Is tomus mihi a doctissimo viro Iacobo Sirmondo theologo Societatis Iesu, qui summa Cardinali Baronio amicitia coniunctus fuit, eique plura ad locupletandos Annales suppeditauit, Parisijs transmissus est; in quo anathema ab impijs ia-

cum in eos, qui Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere senserint, Patrem, & Filium, vñ esse principium Spiritus sancti, contenderint Spiritum sanctum procedere ex Patre per Filium idem sonare, ac procedere ex Patre Filioque; vel sacrosanctæ Romanæ adhaerint Ecclesiæ. Contra hæc venena addimus Ioannem Beccum inter collectanea sanctorum patrum dicta egregio capitulo probasse a Basilij Magni, Cyrilli, & Athanasij testimonij in quæstione processionis Spiritus sancti præpositiones, Per & Ex æquipollentes esse; quam veritatem cum Gregorius Palamas argutijs obscurare ausus esset, Bessarionem Cardinalem alliciendorum ad fidem Græcorum cupidum docto opusculo illustrasse: sed ad Ioannem Chamaram redimus, qui edita nefariæ synodi aetorum & Metochitæ mentione addit b: *Propterea hic Metochita diaconus, cum pessime in custodia tractaretur, ad comprobationem veritatis volumine hoc, de causis, ob quas Græci se a Romana ecclesia diuulserunt, quam optime conscripsit, & male ab illis tradita & constituta artificioso sapienterque refutauit, primumque reliquorum omnium Pontificem occidentalis ecclesie præfulem ostendit, & auctoritate diuinorum ac sanctorum, qui præcesserant, patrum demonstrauit diuinum et sanctissimum Spiritum ex Patre & ex Filio procedere: nec ideo esse duas causas, nec duo principia; sed unum & idem, &c.*

Eadem Pachymerius negare non audet, & quæuis Ecclesia catholica hostis faceret, illi nullis terroribus frangi, nullis blanditijs ait ab Andronico emolliri potuisse: *Illos itaque tunc, Beccum nimirum, Meliteniorem, & Metochitam, dissoluta synodo Cosmidij monasterium habuit conuenientibus carceribus custodijsque circummunitionis. Ad eos mittens Imperator, ut quiescerent hortabatur, & causa sua iuribus neglectis, ut libitum foret vitam traducerent, sua præmuneri beneuolentia: sin minus, exilia ipsis minabatur, & malis atque ærumnis affligendos: neque enim fieri posse, ut aliter, quam statutum esset, fieret: eos autem turpitudine atque infamia notatos vitam perdere, nisi resipiscentes pacem amplecterentur. Hæc Imperatore sapius denanciantes, & bona promittente, illi neque tristium metu terribi sunt, neque honorum promissionibus delinunt; quin utrique vires assumentes, promptos se exhibebant ad omne id, quod Imperatori placuisset: libentius enim omnia se passuros, quam cum ita condemnantibus foedus inuituros. Porro magis ac magis in eos concitabatur Imperator, omnino pertinaces & obstinatos, pertinaciam ac pernicitiam appellat auctor schismaticus catholice fidei athletarum inuictam constantiam. Cum itaque nihil illi reliquum esset, quo delinere eorum animos posset, tandem exilijs agendum esse duxit: sicque ad arcem S. Gregorij in Asiaco sinu nauiganti dextra sitam iubet nauigio impositos abduci, ibique clasibus commissosque Celtis custodibus, et nescio cui ex procionibus Imperatoris, relinquere rebus necessarijs destitutos.*

49 Tulit magna animi constantia patriarcha Beccus vincula, atque ex diuturno carceris squalore moriturus, nuncupato subiecto testamento, contestatus est, se non ob aliam causam, quam ob fidem catholicam professam carceri additum fuisse.

Testamentum Constantinopolitani patriarchæ Ioannis.

Multi homines in exilio & carcere vitam cursum conficiunt: qui licet forte nihil præterea habeant de quo testentur; nihilominus sub testamenti forma facinus abrogans, ob quod in exilium aut carcerem de-

a Ib. pag.

99.

b Inscriptum est,

Opuscula

aurea

theologica

posteriori

Græcorum

c Georg.

Pachym.

sup. l. 7.

d Ext. il-

lius opus.

inter alia

Græc. sup.

opus. pag.

5. Arcudio

interpret.

Negat se.

standam

pacem, quæ

bellum.

Deo mifer-

at.

Schismatici

corum nuge

ad per-

uertendos

orthodo-

xos.

Io. Chan.

Leon. Al-

las. interp.

l. 2. de per-

p. c. 15.

Beccus &

socij ob

veritatem

fidei car-

ceri tradi-

ti.

Beccus &

socij ob

veritatem

fidei car-

ceri tradi-

ti.

Beccus &

socij ob

veritatem

fidei car-

ceri tradi-

ti.

Beccus &

socij ob

veritatem

fidei car-

ceri tradi-

ti.

Beccus &

socij ob

veritatem

fidei car-

ceri tradi-

ti.

daſi ſunt; nihil inde aliud ſibi procurantes, ſed tantummodo maleficium, cuius cauſa multi ſimiles penas luunt, repellentes. Mibi autem humili & peccatori, deque ſede, quam ineffabili Dei iudicio obtinueram, pulſo, & exilijs & carceribus ad extremum uſque ſpiritum condemnato, tantum abeſt ut curam ſit, cum miſerum inopſque teſtamentum conficere debeam, ut horum mihi cauſam facinus abnegem, ut etiam ſtudio id confitear, quod iam extrema neceſſitate preſſus teſtor, atque confiteor; quemadmodum enim alijs, ad amolitionem dedecoris, facinoris abnegatio plurimum facit, ſic mihi ad eundem ſcopum reſponſio vertitur. Innuat hiſ verbis obſcurioribus Beccus, ſibi propulſandam infamiam, immo ingens colligendum decus, ſi cauſas, ob quas a ſchiſmaticis coniectus ſit in vincula, nimirum ob conſtanter profeſſum de proceſſione Spiritus ſancti orthodoxum dogma hiſce tabulis euulgarit.

50 Quando enim a Patre per Filium proceſſionem Spiritus ſancti a Patre per Filium exiſtentiam ſentire & aſſerere dilectum mihi, pro quo e patriarchico ſolio depellerer, appetitum eſt, dignumque exilio & carcere, quibus tandem e vita truderer; facinus nō detrecto, non inficior ut opprobriū & dedecus non amolior: & ſi in quoquam infamia dignū cenſetur, illius ipſe infamia corona cingi minime reuſo. Quomodo enim dedecus pro dogmate reuſarem, quod in dedecus ipſius Chriſti, aduerſarij nobis appingunt? Etenim ſi vllum dedecus Chriſti ſcriptura enuntiat, hoc ipſe nullum aliud eſſe affirmo. Illi quippe, qui a ſcripturarum examine anguſtiantur, coguntur per Filium proceſſionem patrum eſſe ſententiam affirmare; nec recte in proceſſionis homonymia ambulant a ſcripturis arctati, hypſtaticam Patris proprietatem proceſſionem edicentibus, nihilominus tamen ex ſolo Patre inuerecunde nimis exiſtentiam Spiritum habere aſſerentes, omni neceſſaria demonstrationis vi contra ipſam proceſſionem redarguunt: idem enim eſt dicere exiſtentiam quam, ut ipſi aiunt, ex ſolo Patre habet Spiritus ſanctus, & inſtrumentaliter per Filium tranſire tamquam id, quod conſequitur hanc ſententiam, & verbis tantum nudis proprium Filij, re tamen vera ab ipſo alienum conſtituere. Cum nulla fuerit ratio, que ſuadere valeat propriam eſſe Filij, quod ex ipſo non eſt, aut per ipſum propriam exiſtentiam non habet.

51 Hæc itaque duo abſurda ac impia, ut verum fatear, dicta inſtrumentale Patri miniſterium Filij in proceſſione Spiritus, & Spiritus ex Filio alienatio neceſſario demonſtrantur ex ijs, que dicunt qui ex ſolo Patre Spiritum exiſtentiam habere aſſerunt, & per Filium proceſſionem ſecundum ſcripturarum examinis anguſtiam cum proprietate proceſſionis inſicias ire non valentes, in opprobrium, ut ego dico, Chriſti ex Patre per Filium proceſſionem præuertunt. Quid enim in Chriſti opprobrium quiſpiam iniquius auderet, quam proprium ipſius Spiritum, qui vera ipſius eſt gloria, ut ipſe Patris, ab eo alienare? Et quid in opprobrium Chriſti excogitari poſſet immanius, quam miniſteriale eundem organum Patris fateri? Plane hæc Ariana ſunt. Et ego vitans opprobrium non refugio, licet non nemini dedecus videatur, ex Patre per Filium proceſſionem, ex Patre per Filium exiſtentiam tenere, & palam profiteri. Et hanc confeſſionem huic meo teſtamento præfigo. Deinceps vero teſtor non opes, non diuitias, non poſſeſſiones, quibus omnibus vna cum throno ſpoliatuſum, proprijs alieniſque diſtribuens; ſed hæc que mihi ſuppentunt, modica & deſecta miniſtris, qui in carcere vna mecum perſiterunt, quorum vnus filij, alius ſerui loco eſt, ſecundum meum elargior iudicium.

Ioannes, humilis miſeratione diuina archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, ob verum autem patrum dogma, ex Patre ſcilicet per Filium proceſſionem Spiritus ſancti exilio carcereque maſtatus, hoc meum teſtamentum propria manu ſcripſi, ſubſcripſique.

52 Obiſſe imperante Andronico in carcere, ac in eodem ſepultum, refert Pachymerius, a per contemptum, ut ipſe interpretatur; vel ne potius egregij Chriſti confeſſoris corpus a catholicis meritis honoribus afficeretur. Plures edidit elucubrations ad fidem catholicam propugnandam, conſutandosque ſchiſmaticorum errores, quæ a Leone Allatio recenſentur. Laxatos dein carcere Meliteniorem & Metochitem; iterumque, cum magna conſtantia catholicum dogma propugnarent, vinculis conſtrictos, refert memoratus Pachymerius b, qui de Meliteniſis morte addit: *Menſe Boedromione noua dominica, qui in carcere erat Meliteniota moritur, in eadem ſententia, cui ab initio inbaſerat, perſiſtens. Ab ipſo Imperatore tantum impetrauit, ut ad aliquam inhabitatarum inſularum, que circa Byſantium ſunt, cadauer eius aſportaretur, & ſepultura daretur: quod & factum eſt, & ad Platam conuehitur, ibique contemptim ſepelitur.* At quouis contemptu generoſe tolerato, ingens ſibi gloria decus pepererit.

53 Quod ad Gregorium Cyprium, horū temporum facem & impietatis ſigniferum attinet; patriarchatu diu potiri non potuit: adductus enim in ſuſpicionem noui dogmatis, cum S. Damasceni ſententiam, quæ dogma catholicum conſtabilitabat, in alienos ſenſus detorſiſſet in memorato libello, quo acta impie pſeudofynodi conſcripta ſunt, porrecta eſt inde ſchiſmaticis anſa vocandi illius in crimen, ut Pachymerius tradit. Demū Gregorium arcano Dei iudicio ſede per nefas adeptæ cedere coactum, atque Andronici odia, cui aſſentandi ſtudio pietatem omnem eiurarat, contraxiſſe ex Gregoria c, exploratum eſt, Pachymerio d qui ait: *Gregorius, qui ante patriarcha fuerat, morbo diutino conſectus, ut vero nonnulli dicebant quod contemni ſe videret ex puſillanimitate, non multo poſt vitam finiſt, & iuſta illi, uti par erat, cum canticis fieri concedebant: at ut pontificem, quemadmodum ille opinabatur pontificatum ſibi vendicans, ſapius Imperator nuncios mittens ſepeliri interdixerat; ſuæque nepti, que erat Raulena, ne quid contra tentaret, mandans iuſſerat: quod & factum eſt.* Hæc quamuis pluribus annis diſcreta, inſtituta oratione coniungenda fuerunt, ne eadem ſapius repetere cogereſtur.

IESV CHRISTI

Annus 1285.

HONORII IV. PP.
annus I.RODVLPHI ROM. REG. 13.
ANDRONICI IMP. ORIN. 2.

CVmulatis Caroli Sicilia Regis ac Martini ſanctiſſimi Pontificis funeribus, perduellium Siculorum res anno a Chriſto nato milleſimo ducentefimo octuageſimo quinto indictione tertheadecima, auctæ admodum & confirmatæ fiere. Inſtruentæ hoc anno ineunte claſſi, adornandoque bellico apparatus operam nauabat Carolus, cum ob filium Salernitanum principem tentum in vinculis, Siculorum pertinaciam, frequentes prodiciones, atque arte militari toties deluſum ſe ab hoſte non ferens, ne in rebelles impetus ſuos effunderet, aſtutidine correptus eſt; quæ cum ingra-

a Pachym.
l. 9.b Georg.
Pachym.
l. 13. c. 23.
c 15
Meliteniſis in fidei
orthodoxa profeſſione
mors.Georgius
Cyprius
panto ſeclere pa-
triarchatu
morus.
c Greg. l. 6.
d Pachym.
l. 8.Carolus
Rex in
Siculi bel-
li appa-
ratu mori-
tur.

grauesceret in dies, porrectas iam ante, dum Burdegalam in Aquitania proficiscebatur, Pontifici preces repetijt a, vt ad remouenda firmissima. sanctione grauamina omnia, quibus populi attritos se fuisse querebantur, studia apostolica conferret, testamento regni Siculi (modo Romanus Pontifex assentiretur) procuratorē dixit b Robertum comitem Atrebatensem e fratre nepotem, quem eo munere a Martino IV. vna cum legato exornatum dicemus inferius. Cum itaque consulisset regno, curas omnes ad diuina traduxit, ac receptis, vt ait Iordanus c, prius ecclesiasticis sacramentis, et cum fidei inuocatione nominis Christi Fogia in Apulia proxima ab Epiphania die e vita migravit d. Tribuit Ptolemæus Lucensis e aegritudinis, & mortis causam nimio ex aduersis concepto doli.

2 Ceterum tradit Ioannes Villanus f illū maximo pietatis sensu delibutum, cum ad se sacra Eucharistia allata esset, in hæc verba prorupisse: *Credo Domine te meum seruatorem esse, vique misereris anima mea supplex deosco.* His consonat S. Antoninus, qui illius corpus traditū Neapoli sepulture addit: *Ad extrema, inquit, deductus, cū magna deuotione sumptis ecclesiasticis sacramentis septimo ianuarij Deo reddidit spiritum, cuius corpus delatum Neapolim honorifice sepultum est in ecclesia archiepiscopali.* Quibus cōsentit chronicon Suesanum; h *De mense ianuarij venit apud Fogiam; die vero septima dicti mensis MCCLXXXV. dictus Rex Carolus obiit apud Fogiam, qui regnauit in regno Sicilia XIX annis; cuius corpus translatum fuit intus maiorem ecclesiam Neapolitanam die XXIII. eiusdem mensis, existente ibidem domino Girardo de Parma Sabinensi episcopo A.S.L. cum pluribus prelati regni ad ipsius exequium faciendum.* Addimus Caroli elogium a S. Antonino i illi ex Leonardo Aretino j datum: *Valde strenuus fuit hic Carolus in armis, et egregius; longe tamen belli artibus quam pacis insignior: res quidem a se præolare armis gestas impunita suorum licentia in pace sc̄dauit, atque nimio despectu ad rebellionem coegit. Duabus præcipue in Italia victorijs est auctus, scilicet contra Manfredum et Conradinum; sed virasque secuta rebelliones minus letas esse permisit.* Dispersam mox post eius mortem ingentem illam classē, quam Carolus ad recuperandam Sicilia insulam compararat, refert Ptolemæus Lucensis: m *Mortuo Carolo omnia nauigia sunt dispersa: legatus autem se ibidem firmat ad firmamentum regni. Insuper et Rex Francia cum militia comitem Atrebatensem illuc transmittit ad defensionem patriæ. Interim vero princeps Salernitanus, hoc est filius Regis Caroli, qui et postea Rex Carolus dictus est, in Catalonia vincētus deducitur, et in quodam detinetur castro.*

3 Vincētus igitur ab hoste Carolus II. cum paternum sceptrum non posset moderari, Pontifex ad temperandum Sicilia regnum optimis legibus apostolicam sollicitudinem applicuit, ac primum morientis Caroli & Neapolitani regni ordinum precibus impulsus, Sabinensi episcopo munus demandauit n vti vrbium magistratus, proceresque moneret, vt mitterent oratores ad Apostolicam sedem, cum quibus optima consilia pro restituendo Guillelmi II. iure, ac tollendis publicis grauaminibus explicaret.

Venerabili fratri episcopo Sabinensi A.S.L. Ad statum regni Sicilia reformandum a longis retro temporibus Romanæ matris Ecclesiæ, non absque innumeris sumptibus, immensis laboribus, grauibusque dispendijs, pia laborauit affe-

ctio. Sed & nunc eo feruet ardentius, quo nostris in hoc & eiusdem ecclesiæ desiderijs anxijs, & claræ memoriæ Caroli Sicilia Regis, & sui primogeniti vota multimodis insinuata concurrunt, & incolarum dicti regni, Siculis & alijs per paucis exceptis, sincera deuotio & laudanda fidelitas memorati Regis hereditus post eius obitum (sicut lætanter audiuius, & valde nimirum acceptum habuimus, & ex totis præcordijs non immerito acceptamus) laudabiliter & euidenter exhibitā nos adeo prouocat, adeo stimulis gratis proculdubio & acceptis instigat, vt vna cum nostris fratribus concordī & intenso feramur affectu celeriter in præmissis eorum iusta desideria fatiare. Præfatus siquidem Rex, non solum in itinere dudum constitutus eundi Burdegalam per suas patentes sub certa forma literas super directione, ordinatione, vel reformatione, seu quacunque alia dispositione quorumcumque grauaminum dicti Regis, ecclesiarum, vniuersitatum, & singularum personarum ipsius nobis, nostræque directioni, reformationi, dispositioni, ac ordinationi plene & libere, alte & basse, submitit; verum etiam nuper sanus mente, licet infirmitatis grauatus incommodis, quæ ipsum, prout ei placuit, qui aufert spiritum principum, infra paucos dies ab hac luce subtraxit, prædictas suas literas per alias patentes (quod irreuocabilem & immutabilem suā in hoc voluntatis soliditatem probat) apertius confirmauit in eisdem literis huiusmodi confirmationis, adiiciens, quod ipsi nequaquam obstaret, si eum humana fragilitate laborantem naturalis fortæ solutione debiti contingeret præueniri. Omnia enim quæ faciendā, mandandā, ordinandā, determinandā, declarandā, & statuendā duxerimus de præmissis per heredes suos in perpetuum voluit, & in eisdem confirmationis literas mandauit, ac statuit inuolabiliter obseruari.

4 Dicitus quoque promogenitus, voluntatis aut verborum in hoc terminis non contentus, ad quædam statuta, vt dicitur, ob eiusdem regni grauamina releuanda, immo potius tollenda processit. Et licet aliqui probi viri de regno præfato ad obtinandam celeriter editionem ordinationis, reformationis, & dispositionis huiusmodi prudenter infliterint, & cum eorum instantia intentio nostra concurreret; quia tamen dicti status, cuius declaratio petebatur, ignorantia ex causis causata diuersis, quas in literis nostris tibi expressimus, non permisit memoratis viris (ad petitionem ipsorum tunc remissis ad propria, pro eo quod inuestigationem status eiusdem, quam facti exigebat necessitas, expectare non poterant commode, vt dicebant) nos ex tunc ad inuestigandam veritatem status ipsius, prout in earumdem literarum nostrarum tenore prædiximus, solcite intendentes, sollicitudinem inuestigationis huiusmodi tuæ solertiæ, sicut nostris apostolicis super hoc inculcatis literis duximus committendam, tuque super ijs, quæ in hac parte tibi commisimus, solerter inquirens, ea quæ circa præmissa per inquisitionem huiusmodi contigit inueniri, nobis intimare curasti. Et quamquam ad examinationem prædictorum nostra feruens dirigeretur intentio, ex causis tamen legitimis multipliciter extitit impedita.

Nuper autem, non absque grandium aliorum negotiorum omissione, prædictæ inquisitioni vacauimus, & ad efficacia excogitanda remedia, & exquirendos vtilis solidosque modos & vias, per quæ regnum ipsum tranquillitate gaudeat, & li-

a Mart. l. 4 ep. cur. 23.

b Ib. ep. 24

c Iord. M. S. Vat. sign. n. 1960. Summōt. bist. Neap. lib. 3. & alij.

d Chron. Sues. M. S. e Ptol. Luc. l. 24. c. 11.

f Pia illius mors. j Io. Vill. l. 7. c. 94. g Anton. 3 p. 11. 20. c. 4. S. 9.

h Chron. Sues. M. S.

i Antonin. ibid. l. Leonard. Aret. bist. Flor. l. 3.

m Ptol. Luc. bist. ecl. M. S. l. 24. c. 12.

n De Caroli studio pro leuandis grauaminibusque Siculis illata erāt.

o Mart. l. 4. ep. cur. 23.



bertate debita potiatur, collationibus exactis institimus, & assidue instare proponimus, donec quod benigna patris circa hæc concepit intentio, desideratum nobis, & eiusdem regni filijs, iustitiamque ipsorum desiderijs consonum, opitulante divina clementia, producat effectum, &c. *Dat. Perusij 11. id. februarij anno IV. J.*

5 Perducere ad exitum meditata Martinus non potuit immatura morte oppressus, successitque illius curis Honorius, a quo saluberrimas leges promulgatas, ac pristinam Neapolitano regno libertatem restitutã visuri sumus. Ne vero regnum tento ab hostibus in Catalano carcere Carolo II. sine certo moderatore fluctuaret, Pontifex ad quem sapremi in Siciliam imperij iure illius administrationem capessere veteri more, & institutum ex pactionibus cum Carolo primo initis spectabat, Gerardum episcopum Sabinensem A.S.L. ac Robertum Atrebatensem comitem regis Siciliæ procuratores instituit, cum nondum Carolus Martellus Salernitani principis maior natu filius ad ætatem illi moderando parẽm adoleuisset. Correptas ab his regni habenas meminit etiam chronici Suesiani scriptor a: sed in eo emendandus, dum ea auctoritate instructos a Carolo, inspecto rerum exitu putauit: *In prædicto, inquit, regno Sicilia dictus Rex Carolus reliquit dominum Robertum comitem Atrebatensem, et dominum legatum prædictum ballios regni Caroli eius primogeniti: et tempore eius dominum Carolum dimisit sub protectione & defensione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; dominante domino Carolo magnifici principis Salernitani primogeniti regni Sicilia: dominus vero Carolus primogenitus Regis Caroli detinebatur in carcere.* Ad rei grauißimæ afferendam lucem, ac Romanæ ecclesiæ in Siciliam illustranda iura adducendum visum Martini diploma b, ex quo perspicue enitescit, Carolum Roberto Atrebatensi regni gubernacula commendasse, dummodo Pontificis assensus accederet: Martinum vero ijs tractandis ipsam vna cum Gerardo episcopo Sabinensi A.S.L. admouisse.

Martinus, &c. Venerabili fratri G. episcopo Sabinensi A.S.L. & dilecto filio nobili viro R. comiti Atrebatensi baiulis regni Sicilia per Romanam ecclesiam constitutis.

6 Dum claræ memoriæ Carolus Rex Sicilia, charissimus Ecclesiæ filius, temporalis vitæ solatio fruebatur; dum regno præsidebat eidem, ipse suæ immensitate prudentiæ, qua eum decorarat Altissimus, dicti regni gubernacula dirigens, illud suæ potentiæ brachio tuebatur ab hostibus, defendebat ab exulis, a peruersorum conatibus protegebatur: sed Rege ipso, prout Domino placuit, qui aufert spiritum principum, de medio iam sublato, quod non sine multa mentis turbatione referimus, de ipsius regni gubernatione sollicita curæ potioris stimulis angimur, feruentius & solertius cogitamus multorum detestandam nequitiam, ad ipsius regni turbationem omnimodam nefandis fatagentem nisibus, attendentes. Ideoque, licet præfatus Rex, dum adhuc mentis suæ compos existeret, quique infirmitatis incommodis grauaretur, de ipsius regni regimine sollicitè cogitans, & ad eius tranquillitatem intendens, te fili comes, de quo Rex ipse non immerito confidere poterat, cum sibi esses proxima consanguinitate coniunctus, generalem ipsius regni, prout asseritur, baiulum, vt suis vtamur eloquijs, ordinari, apostolicæ in hoc nihilominus voluntatis beneplacito reseruat; nos tamen

considerantes attentius arduitatem & difficultatem negotij, & tam ampli, tam spatiosi, diffusique terminos dicti regni, ac innumeram in illo gentium multitudinem populorum, non facile, vtique gubernandam; pensantes etiam graues, immo grauißimas & vicinas inimicorum insidias ad regnum ipsum aspirantium vsurpandum; & quod eiusdem Regis primogenitus, ad quem successione iure memoratum regnum pertinere dignoscitur, captus a rebellibus detineatur; quodque ipsius primogeniti filius per incrementa temporum nondum ad primos limites legitime peruenit ætatis; recogitantes quoque solertius, quod præfata Ecclesia, cuius esse conspicitur regni proprietatis prælibati, se in tam periculosis, tam dispendiosis temporis turbine, digne ac rationabiliter de ipsius regni regimine intronmittit; consulte, quinimmo necessario de fratrum nostrorum consilio duximus ordinandum, vt tu, frater episcope, ac tu, prædicte comes, cõmuniter & simul exerceatis curam, gubernationem, & regimen dicti regni.

7 Vt igitur cautius, & efficacius, ac vtilius in huiusmodi negotio procedamus, baiulatum, curam, regimen, gubernationem, administrationem, potestatem, omnemque iurisdictionem, & plenam in prædicto regno ad honorẽ Dei & eiusdem Ecclesiæ, ac ipsius regni statum pacificum & quietum vobis in solidum de ipsorum fratrum consilio præsentium auctoritate cõmittimus, per vos, prout declaratur inferius, exequenda. Speramus etenim & fiducia secura deducimur, vestra pensata solertius excellentia meritorum, quod ad commissionem huiusmodi vtiliter, auctore Domino, exercendam studium efficax operamque sollicitam curabitur exhibere. Volumus autem, vt vterque vestrum se vna cum altero regni Sicilia baiulum nominet per sanctam Romanam ecclesiam constitutum: sed nihilominus tu, prædicte episcope, in huiusmodi nomine baiulatus tuæ legationis titulum non omittas, vt simul legatus & baiulus vna cum alio in tuis literis exprimaris; & tu, prædicte R. comes Atrebatensis, & cum legato baiulus, vt prædicatur, nomineris. Neutri vero vestrum absque assensu alterius aliquatenus liceat regni eiusdem curias ordinare, vel magistrum, iustitiarium, seu vicemagistrum, & quatuor iudices eius, aliosque iustitarios, *Et infra.*

8 Cæterum personarum dicti regni laboribus & sumptibus parcere intendentes, volumus & ordinamus, vt non solum a maioribus officialibus & iudicibus prælibatis; verum etiam ab alijs inferioribus ad quemlibet vestrum in causis, & iudicijs appelletur, quemadmodum ad Regem Sicilia, qui existit pro tempore, contingeret appellari: non intendentes per hoc debere vel posse ab alijs, vel aliter appellari, quam fieri deberet, & posset ipsi regno Rege personaliter præside; ac etiam a vobis, & vnoquoque vestrum in causis & iudicijs prælibatis, absque cuiuslibet contradictionis obiectu ad sedem Apostolicam appellationem interponere valeant litigantes, quoties ipsi rationabiliter visum fuerit expedire. Baiulatum autem, curam, regimen, gubernationem, administrationem, potestatem, & iurisdictionem huiusmodi tandiu volumus perdurare, donec præfatum primogenitum dicti Regis pristina libertati restitui, vel per sedem eandem aliud in hac parte contigerit ordinari. Nulli ergo, &c. Nostræ ordinationis, commissionis, & voluntatis, nostrique præcepti infringere, &c. *Dat. Perusij xiv. kal. martij anno IV. J.* Quod ad Robertum comitem Atrebatensem spe-

Adiungit illi in administrando regno socium Pont. Gerardum episc. Sabinensem.

Forum auctoritatem circumscribit certis limitibus.

In controuersijs ad ipsos viximo prouocandum decernit.

a Io. Vill.
l. 7. c. 49.

Appuli &
Calabri
moliti de-
fectionem
coerciti.

b Tom. 2.
pag. 126.
Conradus
de Antioch
in Apru-
tium irru-
pit.

c Ibid.
pag. 117.

d Ibid.
pag. 116.

Nonnullas
arces oc-
cupat.

* Caroli

Ioannes
de Epa ad
frangendos
illius con-
atus mis-
sus.

Portuensis
episc. A. S.
L. in Vrbi-
nates ex-
peditione
decernit.

Vrbinate
certis legi-
bus dedi-
tionem
facere pol-
licentur.
eib. p. 119

stat; filiorum Caroli secundi, quorum maior natu Carolus Martellus a postea materno iure Vngariæ Rex, tunc duodecimum annum inerat, tutelam suscepisse scribit Nangius, atque Appulos & Calabros, qui defectionem moliebantur, in officio continuisse. Nec partes suas segniter adhibuit Martinus, vt eorum conatus comprimeret, qui heredes Caroli deicere moliebantur: extant enim ad Siffridum literæ, quibus nonnullos Anconitanos, qui Aprutij rebellibus opem ad consilia, defectionis perducenda præstabant, coercere iussit. b

9 Irruperat tunc in Aprutium nonnullis copijs succinctus Conradus de Antiochia, antiquus Ecclesiæ hostis; ac nonnullas iam arces occupat; cum Martinus ad eius frangendos conatus Ioannem de Epa pontificij exercitus ducem, eo mittendum censuit c. De cuius aduentu ad Andriæ ciues, quorum in seruanda fide constantiam effert, confirmandos certiores fecit a: *Mirantes, inquit, audiuius & referimus perturbati, quod Conradus de Antiochia, cuius detestanda malitia semper in deteriora prolabitur, præteritis ab ipso commissis excessibus non contentus, sed mala malis adiciens, & excessus excessibus coaceruans, in tantam prorupisse dicitur temeritatis audaciam, ac in illam superbiam, quinimmo insaniam deuenisse, quod regnum Sicilia per partes Aprutij, prout ad vestram credimus peruenisse notitiam, cum non modica suorum in hoc fautorum, & complicum comitiua ingressus, iam nonnulla castra ipsarum partium temere occupauit non sine graui Romanæ ecclesiæ, ac heredis claræ memoriæ Caroli Sicilia Regis iniuria, & contemptu. Cum itaque tanta presumptionis excessus, tantaque superbia ausus non sint aliquatenus tolerandi, dilectus filius nobilis vir Ioannes de Epa, nostris precibus & exhortationibus excitatus, ad partes illas propter hoc cum ipsius Ecclesiæ gente non modica, cui eum præesse voluimus, donec super hoc aliud contigerit ordinari, se personaliter conferat, non solum Conradi fautorum, & complicum prædictorum, verum etiam aliorum quorumlibet rebellium heredis eiusdem præfatas presumentium partes inuadere, velturbare conatus nefarios, auctore Domino, repressurus, &c. Dat. Perusij 111. non. february anno IV.*

10 Nec rebelles modo Siculi audita Caroli Regis morte extulerant animos; verum etiam Ecclesiæ perduelles collegerant: contra quos Bernardus episcopus Portuensis A. S. L. summa prudentia mox omnium ordinum conuentu habito, decerni in Vrbinate expeditionem operam dedit: qua re illi accepta non nihil conterriti, ea lege dedicationem facere polliciti sunt, si exteri incolumes abire permitterentur. Sed Martinus non aliter in gratiam admittendos censuit e, quam si nullis conditionibus expressis Ecclesiæ arbitrio se permetterent, vt cæteris rebellandi audacia adimeretur.

Venerabili fratri B. episcopo Portuensi
A. S. L.

Nuper fraternitatis tuæ transmissæ nobis literæ inter alia continebant, quod pridem intellecto obitu claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia ad robur, & consolationem fidelium ipsarum partium generale colloquium ordinasti, in quo cum diuina gratia tuis labijs sit infusa, vt necessarium scias proferre sermonem tempore opportuno, quæ ad exaltationem Romanæ ecclesiæ, ac depressionem ipsius rebellium pertinebant, fuisi laudabiliter profecutus, in eodem colloquio specialiter ordinato, vt in kal. maij proximo futuis contra re-

ceptaculum impiorum, Vrbinum videlicet, generalis exercitus in virtute diuini nominis congregatur. Nos autem ex hoc tuam diligentiam dignis in Domino laudibus commendantes, super eo, quod eadem tuæ literæ continebant, Vrbinate velle sub ea conditione ad mandata nostra redire, videlicet quod alienigenæ rebelles inibi receptati, saluis personis & rebus abire libere permittantur; fraternitati tuæ totaliter duximus respondendum, quod nisi ipsi sine aliquo pacto, & conditione, ac intendimento expresso voluerint ad mandatum nostrum redire, ipsos in talibus aliquatenus non audias, nec admittas; cum id tamquam votis nostris contrarium manifeste in perniciosum exemplum, ac depressionem Romanæ ecclesiæ redundaret. *Dat. Perusij 1x. kal. martij pontificatus nostri anno IV.*] Ad promouendam vero decretam expeditionem, Aefinos a aliosque populos b, vt se bello strenue accingerent, prouocauit; imperauitque Siffrido Marchiæ præfecto c, vt Picones ad id induceret. Cum vero plerique in Pontificis obsequio fluctarent, præcepit Martinus episcopo Portuensi d, vt cum in Flaminia, de plurium locorum defectione timeretur, discutiendis coniuratorum consilijs operam adhiberet.

11 Qua vero solitudine tuendis pontificijs iuribus, ne in remotissimis etiam regionibus, si contemnerentur, consenescerent, scriptæ ad Ioannem archidiaconum Gnesnensem, vt in Polonia, censum debitum cogeret, demonstrant e: quo argumento Polonia ducibus, atque inter alios Cracouiensi datæ literæ f. Is erat Lescho Niger g, partis victorijs illustris, a cuius imperio cum minoris Poloniae proceres desciuissent, excito Conrado Massouia duce, ille Cracouiensi arce militum prædiario Theutonico egregie communita, in Pannoniam ad Ladislaum Regem auxilia quantum confugit: ac mox Vngarorum & Cumanorum copijs cinctus reuersus occurrentem cum validissimo exercitu Conradum, quem æquitate vincebat, etsi viribus impar, deuicit. Conradus effusa fuga in Masouiam se proripuit: Lescho supplices proceres defectionis veniam flagitantes in gratiam recepit. Hæc pluribus Longinus, qui etiam narrat ineunte anno provinciale concilium a Suinka archiepiscopo Gnesnensi celebratum, in quo Henricus dux ob Vvratislaniensis ecclesiæ bona occupata censuris defixus, atque ducatus interdicto suppositus est; cuius religionem violatam a Minoritis auctor memoratus queritur h, subditque nonnullos, qui Leschonem bona ecclesiastica inuasisse coarguerant, ab eo trucidatos. At de Leschone, a quo diuina vindicta diu non abfuit, iterum inferius: nunc Martini acerrimi iuris ecclesiastici defensoris pia mors lugenda est, quam multis consecutis miraculis illustrata ferunt.

12 Et quidem eius M. S. vitæ scriptor hæc tradit i: *Martinus Papa obiit in Perusio kal. aprilis in octaua Pasche anno Domini mclxxxv. ferturque a quibusdam miraculis claruisse post mortem.* Post hæc Martini gesta in M. S. doctissimi Luca Holstenij Vaticanæ basilicæ canonici hæc verba adduntur: *Hucusque supplementum Pandulphi Pisani ex M. S. codice Vaticano nu. 3762.* At Martini Poloni appendicis auctor l non ambigue, sed diserte patrat a eo miracula asserit, quæ suis hausisse oculis testatur. *Die, inquit, resurrexionis Domini, que fuit in die annuntiationis Virginis Mariæ, postquam celebrasset, solitamque resurrectionem cum suis capellanis sumpisset, arripuit eum*

infirmitas occulta, ex qua, licet se grauiter pati diceret, eius phisici morbum & causam in eo nullam, nullumque mortis indicium assererebant esse. Ipse vero die mercurij proxime sequenti circa noctis horam quasi sextam debitum conditionis exoluens humana, ad Dominum, vt certis opinatur indicijs, transmigravit: & vacauit sedes quatuor diebus. Nam diuersarum afflicti passionum, & specialiter visus, auditus, & loquela prostrati iuxta feretrum, in quo extitit sepultum, infra paucos dies, videntibus & assistentibus clericis & laicis quampluribus, multi sunt sanati: nec adhuc, quando fuit hac scriptura protrahita, XII. mensis maij cessabant ibidem miracula: verius immo diebus singulis occurrenti populo se fidelium multitudini misericorditer a Domino largiuntur: & qui scripsit hac, vidit ea. Iis consentanea tradit Nangius hisce verbis: Diuersarum afflicti passionum & morborum ad tumulum eius venientes, multis videntibus, sunt sanati. Ex his cauere discat lector a Nouatorum fraudibus, qui odio & furore in sedem Apostolicam perciti sanctissimum Pontificem, a Deo miraculis illustratum, conficiis criminibus onerarunt, vt meritis illius laudes obscurarent; atq; epitaphium b confictum, impie imperiteque ad memoriam ipsius in odium adducendam scriptis commendarent.

13 Cum vero de tanti Pontificis obitu die, auctorum sententia discrepent, omnibus ea in re praeferendus Honorius ipsius successor, qui in literis ad Mediolanensem archiepiscopum, ceterosque praesules de sua electione datis e in IV. kal. aprilis incidisse testatur, cui plures alij consentiunt. Atque ita Martinus, qui, vt vidimus VIII. kal. martias anno MCLXXXI. ad solium pontificium est euectus, annos quatuor mensem vnum dies septem sedisse affirmandus est. Ex quibus auctorum errorem emendes, qui minorem annorum numerum Martini pontificatui adscribunt. Sepulturae locum sibi delegisse in templo Assisij S. Francisci sacro affirmat idem Pontifex Honorius, qui cum extremae voluntatis executor a Martino relictus esset, adepta postea dignitate, magistratibus ac populo Perusinis scripsit d, vt Martini corpus, qua par erat reuerentia, Assisium deferri operam darent. Praetereundum etiam non est, illum ecclesiae S. Caeciliae, vbi ante adeptum pontificatum Cardinalitios apices gesserat, icona argenteam gemmis eleganter distinctam, vt eiusdem Honorij Papae literae d ostendunt, testamento reliquisse, atque etiam duo millia librarum turonensium pro Terrae sanctae subsidio instruendo contulisse. e

14 Vita sancto Martino Papa f Jacobus e nobilissima Sabellorum Romana familia ortus, S. Mariae in Cosmedin diaconus Cardinalis IV. nonas aprilis, consentientibus omnium animis sententisq; , in locum eius Perusij substituitur. Qui mox in Urbem se conferens, sacris Pontificalibus initiatus, ac papali tiara decoratus est, vt traditur subiectis verbis apud Martinum g Polonium: Honorius IV. natione Romanus de Sabellensibus, prius diaconus Cardinalis, electus fuit Perusij anno mill. simo ducentesimo octuagesimo quinto die secunda aprilis, & Romae apud S. Petrum consecratus & coronatus. Et paucis interiectis verbis: Hic fuit omnino homo temperatus, & magnus discretione; impeditus tamen corpore in pedibus & manibus, libenter ubique pacem quarens. His consentanea scribuntur a Bernardo h, & Ptolemaeo Lucensi i, ex quo hac decerpimus: Anno Domini

MCLXXXV. Honorius IV. in octauis Paschae (alij dicunt die lune post octauam) in cathedra Petri sedet. Secundus hic natione Romanus de domo Sabellorum, quae antiquum genus erat in Vrbe, dictus dominus Iacobus de Sabello. Hic sapiens homo fuit, nulli laeuus: sed suis bene profectus. Hic habuit fratrem multum prudentem & virum humanitatis non modicae: ambo autem multum podagrati. Qui Honorius ita impeditus in manibus & pedibus, quod celebrare non poterat nisi cum quibusdam instrumentis. Et infra: Statim creatus in Urbem se transfert, & in monte Auentino iuxta sanctam Sabinam magna fabricat palatia, & ibidem sedem pontificalem constituit, totusque ille mons renouatur in edificijs. Respondent ijs, quae ab ipso Pontifice in literis encyclicis de inito pontificatu exarata, fuerunt. Sed primum nobis nonnulla de illius primitijs sunt delibanda. Literis ipsum annis pluribus operam dedisse in Parisiensi academia, quae scientiarum omnium gloria efflorescebat, ipse testis est in pontificio diplomate ad Ioannem tit. S. Caeciliae presbyterum Cardinalem Apostolicae sedis legatum, cui dirimendae exortae controuersiae inter eandem academiam & illius scrinij praefectum prouinciam demandauit. a

15 Coniunctae vero pietatis cum literis monumentum illustre extitit monasterium, ab ipso in paterno fundo excitatum, magnisque amplificatum opibus, quod anno MCLXXXII. religiosus viris, qui S. Guillelmi sacra instituta sectabantur, contulit, vt in publicis tabulis eo anno contractus, ac postea anno MCLXXXVI. ab ipso apostolica auctoritate corroboratis b patet: gessisse praeterea sacerdotium in ecclesia Cathalaunensi ipse testatur c his verbis in literis Ioanni tit. S. Caeciliae presb. Card. anno insequenti datis: Nos igitur, quibus ex apostolatus officio sollicitudo omnium ecclesiarum imminet generalis, praedictam Cathalaunensem ecclesiam, de cuius gremio, dum eramus in minori officio constituti, noscitur extitisse, canonicatum & praebendam in eadem ecclesia obtinendo; praeter illum charitatis affectum, quem ex debita pastoralis officij circa ecclesias tenemur gerere vniuersas, specialem benevolentiam prosequentes; multoque desiderio affectamus, vt inter personas eius ecclesiae, submotis, quarumlibet discordiarum & dissensionum fomitibus pulchritudo pacis vigeat & requies opulenta. Emensus dein varios honorum gradus & purpura cardinalitia ab Urbano IV. ornatus, ab Adriano V. vna cum Sabinensi episc. & Nicolao III. tum Cardinale S. Nicolai in carcere Tulliano Viterbium missus est, vt diximus d, vt in eundi inter Rodolphum Romanorum & Carolum Siciliae Reges foederis interpretis munere fungeretur, quamquam ob immaturam Adriani mortem, ceptis superfedit; demum ob perspectas virtutes clauo Ecclesiae admotus.

16 Cum inter caetera sua mole granissima negotia, quae noui Pontificis humeris incumbabant, Siculi regni cura Honorium premerent, illius praedecefforis Martini vestigia sectatus, qui totius Italiae decimas ad comprimendam Petri Aragonij pernicitiam ad triennium Carolo Regi concesserat, earum colligendarum Hugoni Bethlemitano episcopo prouinciam tradidit e: cum etiam archiepiscopos ceterosque praesules illius securitati cauere iussit f. Quod munus etiam cogenda decima Iacobo episcopo Ferentino iniunxit g: tum Christophoro capellano nonnullas leges in exigendis decimis obseruandas transiit h. Confirmatur apud Martinum Polonium, Hono-

De ipsius exordijs. In Parisiensi academia literis operam dedit.

a Lib. 1. ep. 263. Monasterium fundauit in paterno solo.

b Ibid. ep. 431. c Lib. 2. ep. 270. In Cathalaunensi ecclesia sacerdotia gessit.

d Ann. Chr. 1276 n. 26.

Italiae decimas in bellum Siculorum contra Pet. Arag. deriuat.

e Ib. ep. 12

f Lib. 1. ep. 126. g Ib. ep. 33 h Ib. ep. 36

rium promouendis Siculis rebus studuisse, atque Atrebatensi comiti, & alijs ducibus stipendia ad bellum gerendum suppeditasse: & in Siculos, vibratis pluribus sententijs, seueritatem ecclesiasticam exeruisse videbitur. Vnde Ioannem Villanum emendes, qui tradit a nouum Pontificem heredum Caroli causam deseruisse, afflixisseque; atque ideo Siculorum & Petri Aragonij potentiam magnis incrementis effloruisse. Porro Honorius vbi aliquandiu pontificatu suscepto Perusij versatus esset, Romam ad pontificiam tiaram solemniter excipiendam pompa se contulit, ac rite consecrationem adeptus, encyclicas literas ad fideles scripsit b, vt eos promotionis suæ certiores factos ad diuinam illi opem suis precibus conciliandam prouocaret.

17 *Honorius, &c.* Quis loquetur potentias Domini, auditas omnes faciet laudes eius; mira & innumera suæ virtutis opera, quæ ipse potens ex omnibus potenter & ineffabiliter operatur, ita sufficienter enuntians & explicite disserens, vt audiantur ab alijs, & audientes laudibus ipsum condignis attollant, laudandum proculdubio sine fine secundum multitudinem suæ magnitudinis infinita? Profecto admiratio mixta quæstioni præmissa, non tam raritatem ad quæsitam sufficientiam veridica insinuatione designat: nec enim quisquam ea explicare loquendo, vel comprehendere sufficit meditando, cum sint incomprehensibilia Dei iudicia, & inuestigabiles viæ eius. Et idcirco nec ad comprehendendum vel etiam inuestigandum humana ratio proficit; sed inuestigando miratur, stupet, & deficit, cur ipse terribilis in consilijs super filios hominum, & præcipue circa regimen sacrosanctæ matris Ecclesiæ innotescens, interdum rectores ipsius virtutibus fortes, & viribus pro suæ dispositionis libertate subducit; interdum in successoris substitutione illis, quos aptiores ad id communis hominum censura perhibebat, omittis, Ecclesiæ ipsius gubernationem, & curam longe disparibus in vtrisque alto suo consilio, licet nobis occulto, & nimirum admirando, saltem permittendo committit; in hoc etiam sua omnipotentia, & nihilominus eandem Ecclesiam per ipsum principaliter gubernari euidenter ostendens. Euidens etenim est opus potentia, virtusque potentis, immensi oneris sarcinam culmini apostolatus annexam adeo leuigare debilibus, vt leuigantis ope salubriter supportetur, & proinde manifestius pateat ipsam Ecclesiam regi, & dirigi potius opitulantis arbitrio, quam illius, cui regimen eius erat sua dispositione seu permissione commissum.

18 Sic, sic ille Pater omnipotens prouidentia cuncta gubernans, constitutos inter maris mundi huius amari procellas sine rate saluificat populum, qui alias vbi non est rector, facile corrui, a ruina sine rectoris idoneitate præseruans. Non enim vocat multos sapientes secundum carnem, non multos nobiles multosue potentes, sed infirma mundi eligit, vt superbiam innitentis sibi fortitudinis humanæ rerudens, fortia quæque confundat; nec aliquis creaturæ, sapientia, nobilitati, vel potentia ipsius Ecclesiæ directionem erronee præsumat ascribere; sed totaliter attribuat Creatori.

Ex hoc etiam eos, quos conscientia insufficientia suæ premit, spe roborans, fiduciaque confortans, vt si quem huiusmodi ad iugum Domini & ipsius onera in eiusdem Ecclesiæ regimine sub-

eunda vocari contingat, instante necessitate non sic defectus proprii considerationi succumbat, quod cedens laboribus, colla subducens oneribus, seque mercenarium exhibens, custodiam dominici ouilis effugiat, & eandem piam matrem Ecclesiam, in tempestatibus varijs fluctuantem, impie derelinquat; sed de seipso diffidens confidat in Domino, & de illo sperans, Ecclesiæ que compatiens subire, prout res exigit, ipsius onera non pauescat. Huiusmodi spe fiduciaque reficiamur in eo, quod in eadem Ecclesia ijs accidisse diebus ad humiliationem nostram, & conditoris omnium gloriam in vestram notitiam, licet iam volantis famæ præconio forte deductum, censuimus seriose & certius deducendum.

19 Nuper si quidem quarto Kal. aprilis felicis recordationis Martino Papa prædecessore nostro, prudentia ac scientia, multarumque aliarum virtutum dono pollente, per naturalis mortis occasum de nequam seculi huius angustijs liberato, & ipsius corpore cum debita exequiarum solemnitate sepulto, prima die dicti mensis cum fratribus nostris, de quorum numero tunc eramus, libere nulla inclusionis coactione præambula, quam aliquando in Ecclesiæ ipsius vacationibus damnable præsumpsit abusus, conuenimus ad tractandum de substituendi electione pastoris. Et post missarum solemnitas ex more in honorem sancti Spiritus celebrata, tractatu aliquo habito, tandem in crastinum scrutinijs via electa concorditer, factoque ac publicato scrutinio, quod nec sequens habuit, sicut nec oportuit, nec præcedens, vrorum fratrum eorumdem directorum in nos, eo tempore S. Maræ in Cosmedin diaconum Cardinalem tanta est inuenta concordia, & de vnanimitate eorum omnium voluntate adeo concors de nobis in summum Pontificem electio subsequuta, quod nos de tam grandi tamque inexpectata, immo & nobis omnino inopinata nouitate plus, quam verbis exprimere possimus, attoniti facti sumus, velut in mentis excessu. Filijs namque matris nostræ, ipsis videlicet ecclesiæ Romanae communis matris & dominae, Cardinalibus contra nos pugnantibus, vt nobis iugo apostolica seruitutis imposito, custodem nos in alienis vineis poneret, qui ex nostrorum meditatione defectuum, nos nec propria custodienda sufficere humiliter confitemur; & post defectus eosdem, quos ipsis ad maioris voluntatis indicium quasi palpandos exponebamus, obiectos ad obtinendum super hoc consensum nostrum non solum importune instantibus, sed infeste.

20 O quantæ animi nostrum perplexitatis vexabat anxietas! O quam acutis, quam amaris cor nostrum pungebatur aculeis, diuersis suggestionibus sub conscientia ac rationis examine confligentibus altrinsecus in eodem! Hinc enim nostra debilitas suggerebat a molis importabilis vniuersali mundi regimine nostros imbecilles humeros subducendos; nec Apostolorum Principis cathedram tremendæ altitudinis, vitandaque insufficientibus sollicitudinis speculam conscendam. E regione vero eiusdem status Ecclesiæ, orbisque totius impacatus grauitate, immo in gentes fide catholica insignitas, non tantum infidelibus, sed & orthodoxis insurgentibus gentibus, & regnis in regna periculose diuisis; Terræ sanctæ nimis damnose retardata subuentio, & aliorum negotiorum fidei eiusdem impedita promotio, aliaque ipsius orbis satis nota discrimina contrarium suadebant. Habebat quoque huiusmodi sua-

a 10. Vill.
l. 7. c. 112.
Romam
profectus
solemni
tu conse-
cratur.

b Lib. 1.
ep. cur. 5.

Circula-
res de sui
electione
lit.

De diuina
prouiden-
tia in dan-
dis Eccle-
siæ pasto-
ribus.

suasionis adiectio, quod cum matri sit honor ex præcepto Domini exhibendus, qui in scripturis non in salutationum solummodo, sed in aliorum suffragiorum exhibitione sentitur, non erat eisdem reuerendæ matri Ecclesiæ, quin potius orbis toti, maxime hoc tempore, tam necessarij subsidij solatium subtrahendum: præsertim cum de præteritis vacationibus coniectura confurgens filialem in nobis, & dictis fratribus ad prosperitatem ipsius matris affectum sollicitatione timoris solliciti plena concuteret, ne si tam prompta eorumdem fratrum concordia (quæ non absque illius gratia, qui vnanimis habitare facit in domo, prouenisse deuote supponitur) negligeretur, seu præteriret inefficax, inimico homine supersemillante zizania, instantis tunc prouisionis negotium in discordiam laberetur prolixioris vacationis ipsius Ecclesiæ, aliaque grandia pericula comminantem.

21 His autem & alijs, quæ subterici ad præsens breuitatis suasit obtentus, non leuiter alternantibus anxie deliberationis nostræ iudicium, occurrit deliberantis obtutibus ille Israelitici populi protector egregius, & strenuus bellorum Domini præliator, qui alijs terrore concussis præ multitudine nimia insurgentium ex aduerso, constanter ait, inquit intrepide: *Melius est mori nos in prælio, quam videre mala gentis nostræ & sanctorum: sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat;* exemplari doctrina uocatum ad regendam Ecclesiam, dirigendam, & protegendam tanquam Saluatoris vicarium in summi pontificatus apice, populi Christiani salutem instruens & informans, ut instar ipsius pericula regendi gregis abhorreat, in occurrendo illis sua non metuat; & non solum quieti suæ non consulens, immo & vitæ non parcens, nequaquam sic de virium suarum adea, quæ imminent imparitate desperet; quin sub spe cælestis auxiliij se illis confidenter exponat, & diuinæ voluntati committat. Præmissis sane spe, ac fiducia roborati, & instructione ac informatione deducti, præacta Ecclesiæ, fidei, terræque discrimina, variaque orbis dissidia in nostræ mentis arcano, non absque graui amaritudine recensentes, elegimus potius nos ipsos ministerio, quod supra nostras est vires, exponere; quam Ecclesiam fidem, ceteraque prædicta relinquere discriminibus tantis exposita, conscientia reluctante. Sicque humiliato spiritu oculos in excelsa leuantes ad celi terræque factorem, a quo auxilium procedere confitemur veraciter eximus prophetarum; sub ipsius spe onus iniunctum, electioni præmissæ consentiendo, cum multo timore ac tremore subiimus, de insufficientia nostra nimis, nihil vero de sua omnipotentia hæsitantes; sed apud ipsum deuotis supplicationibus insistentes, ut sicut memorato bellorum Dei belligero, in manu ipsius eiusdem Israelitici populi salute directæ, optatum de hostibus tunc imminentibus dedit euentum; sic & in manibus nostris gregis sui, curæ nostræ commissi, salutem dirigat; & de dictarum Ecclesiæ, fidei terræque persecutoribus votium exitum sua pietate concedat, ut vertantur impij, & conuersi ad Dominum impij amplius non existant, de persecutoribus persecutores effecti, Excelsi eos dextera immutante.

Quod ut efficaciter vestris adiuti suffragijs obtinere possimus, charitatem vestram assiducè instanter expetimus, & cum instantia humili eadem suffragia imploramus; vos vniuersos & singulos intimo rogantes affectu, & affectuo-

sa exhortatione monentes, quatenus considerato prudenter, quod cum sitis in partem tantæ sollicitudinis vocati, decet vos in prosecutione illius cooperatores esse sollicitos, humilitati nostræ insuscepti executione ministerij deuotas, & sedulas fundendo pro nobis preces ad Dominum; & in plebibus diligentia vestra commissis, extirpando vitia, inferendoque virtutes, sic studiose cooperari uelit, quod uobis peruigilis in illis pastoris partes implentibus, adeo nobis quoad eas onere partito, sit leuius, quod in alijs officij nostri debitum liberius exequentes, retributionis æternæ præmium sequamur instantius, & vna cum grege nobis credito efficacius de retributoris bonorum omnium misericordia consequamur: vos quoque præter participium retributionis eiusdem in vestris opportunitatibus, in quibus gratiose, quantum cum Deo poterimus, adesse uobis intendimus, proinde fauorem apostolicum propitium sentiat. *Dat. Roma apud S. Petrum, v 11. kal. iunij pontificatus nostri anno 1. J*

22 Misit ad nouum Pontificem Rodolphus Romanorum Rex cum subiectis literis a oratores suos, qui ab eo flagitarent, ut diem pro accipiendis Imperij ornamentis constitueret.

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio, diuina prouidentia, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ summo Pontifici Rodolphus, Dei gratia, Romanorum Rex semper Augustus cum filiatis obedientia, & reuerentia promptitudine deuotissima pedum oscula beatorum.

Quia de fide sincera & deuotione purissima honorabilium virosum magistrorum Leupoldi de Vvift Dingin, Vvillelmi de Selloforti, & Petri præpositi & electi ecclesiæ Maguntinæ, capellani nostri, dilecti ac strenui viri Marguardi de Hyfendal familiarium nostrorum dilectorum; quoniam in ipsis laudabilibus & præclaris operibus sumus experti multoties fructuose, & quotidie experimur præ cæteris, fiduciam gerimus ampliorum; ipsos, quibus secreta cordis nostri aperuimus, ad beatitudinis vestræ pedes fiducialiter destinamus; dantes eis auctoritatem plenariam, & liberam potestatem, ac speciale mandatum petendi, impetrandi, & acceptandi diem nobis de vestra paterna prouidentia præfigendum pro suscipiendo de vestris sacrosanctis manibus imperiali diademate, & imponenda nobis corona Cæsareæ dignitatis; & iurandi in animam nostram super obseruatione omnium illorum, quæ circa præmissa ab eisdem vestra reuerenda paternitas duxerit requirenda; ratum & gratum habituri quicquid prædicti acceperunt, ordinauerint, seu fecerint in præmissis. In cuius rei testimonium præsens scriptum exinde conscribi, & maiestatis nostræ sigillo fecimus communiri. *Dat. Lausana x. kal. decembris indictione xiv. anno Domini mclxxxv. regni vero nostri anno xlii.*

23 Pollicitus vero alijs literis est Rodolphus, in quibus Honorio de adepra omnium augustissima causâ dignitate gratulabatur, se heredem Caroli causam suscepturum, ob quam egregiam erga Ecclesiam uoluntatem Pontifex grates egit; ipsumque monuit, ne grauius ferret nonnullas decimas in Leodiensi, Metensi, Virdunensi, & Basiliensi episcopatibus esse concessas Philippo Francorum Regi, cum ille pro tuenda Ecclesiæ causâ in Petrum Aragonum expeditionem suscepisset.

Regi Romanorum illustri.

Regie celsitudinis literas, quas nobis dilectus filius magister Henricus protonotarius tuus, &

Rodulph^o ab Honorio imperio cōsecrationē deposcit.
a Extant in arce S. Angeli in lib. pruu. Rom. eccl. 20. 2. pag. 341. & inter collect. Plat. iussu Six. IV. edito. 1. pag. 184. atque in cod. Vallie. sign. lit. B. n. 12. pag. 53. & D. 1. pag. 1.

Pollicetur Caroli II. causam in Petrum Arag. suscepturū. b Lib. 1. ep. cur. 9.

nuncius præsentavit, solita benignitate recepimus, & tam quæ continebantur in illis, quam quæ dictus nuncius ex parte regia coram nobis proponere voluit, intelleximus diligenter. Sane credimus, fili charissime, quod intellectus nostræ promotionis laetitia copiosa, ut eadem literæ continebant, lætitia exultasti. Sed hæc affectio tam sincera sicut exuberantem animo tuo iucunditatem suggerit, sic ingentis ad nos compassionis affectum debet pariter suadere, quoniam summi Pontificis altitudo, summi ponderis sarcinam secum trahit: & sicut honorat, sic onerat; sicut eleuat, ita premit; & quemadmodum ad generale dominium ampliat, sic & arctat ad publicam seruitutem. Prosequimur autem veribus gratijs tam affectuosæ sollicitudinis studia, ut tuas nobis literas speciales, & præfatum nuncium destinantes per eos magnitudinem regiam, tuique animi promptitudinem, quam acceptissimam gerimus, nostris & Apostolicæ sedis beneplacitis totaliter offerendo. Commendamus quoque quamplurimum, & attollimus laude multiplici voluntatem bonam, intentionem piam, & laudandum propositum, quæ, prout ex literis supradictis collegimus, geris circa heredes claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia, plenis favoribus, consilijs & auxilijs conueniendos, affectuosius exhortantes, ut propositum & voluntatem huiusmodi stabiliter prosequaris, tanto proinde nobis, & Romanæ ecclesiæ propensius placiturus, quanto specialius ad eandem Ecclesiam heredum cura spectare dignoscitur prædictorum.

24. Præterea preces recepimus regias, ut de dilecto filio . . . præposito ecclesiæ Maguntinæ, quem regalis sublimitas multipliciter commendauit, prædictæ dignarentur ecclesiæ prouidere. Super quo: talis responsio nostra subsequitur, quod in eadem ecclesia, prout notitiam regiam latere non credimus, duabus dudum electionibus in discordia celebratis, huiusmodi quæstio apud sedem Apostolicam ventilatur: ad cuius expeditionem sollicitis intenditur studijs, & speramus, quod actore Domino cito debeat terminari. Si autem prouisionem ipsius ecclesiæ ad nos deuolui contingerit, nostræ intentionis existit eidem personam talem Deo largiente præficere, quæ regiam celsitudini merito debeat complacere. Cæterum mirari non sufficit excellentia regia, ut scripsisti, quod in Leodiensi, Metensi, Virdunensi, & Basiliensi, ecclesijs charissimo in Christo filio nostro . . . Regi Francorum illustri decima est concessa: propter quod cum instantia postulabas, concessionem huiusmodi per sedem Apostolicam reuocari. Cum autem propter grauem necessitatem ecclesiæ Romanæ, tunc temporis imminentem, sicut ad tuam credimus peruenisse notitiam, felicitis recordationis Martinus Papa prædecessor noster prædicto Regi Franciæ contra Petrum quondam Regem Aragonum persecutorem ipsius Ecclesiæ manifestum, grande ac sumptuosum de mandato eiusdem Ecclesiæ aggredienti negotium, præfatam decimam duxerit concedendam; aduertat quæsumus tua prudentia, quod minus conueniens videretur, si nos ad præsens, prædicto Rege commissum sibi negotium multis laboribus & expensis magnifice prosequente, concessionem reuocarem eandem. Rogamus itaque excellentiam regiam, & exhortamur in Domino, ut moleste non ferat; quin potius ob reuerentiam Apostolicæ sedis, & nostram patienter sustineat, quod circa hoc per dictum prædecessorem extitit ordinatum; præfer-

tim cum in memoratis regni tui ecclesijs decima pro modico tempore, quo dignoscitur esse concessa, non ad magnam credatur ascendere quantitatem. *Dat. Tibure kal. augusti anno 1.]*

25. Quod ad Philippi in Aragoniam expeditionem susceptam attinet; consentiunt auctores magnò ipsum apparatu ac terrore bellum in Aragoniam mouisse, de quo hæc Iordanus: *Eodem anno Rex Francia exercitum maximum parat, & vadit ad occupandum regnum Aragonum: propter quod Petrus Rex de Sicilia in Aragoniam transijt. Legatus autem, qui tunc in Francia erat, crucem prædicans contra Aragonensem, & Cathalantem, venit Perpinianum; & inde, fauente Rege Maioricarum, siue ex timore damni sui, siue ex amore, quia cognitus eierat, transijt montes Pyrenæos. Fuisse Balearem Regem Philippo consentiunt Nangius, ostenduntque pontificiæ literæ, illum Ecclesiæ partes aduersus fratrem secutum: a quo cum sibi timeret, ad muniendas arces in Aragonia imite sitas triennales decimas a Pontifice obtinuit.*

Honorius, &c. charissimo in Christo filio Iacobo Regi Maioricarum illustri.

Affluentis deuotionis affectus, quo progenitorum tuorum laudanda vestigia prosequens, erga Romanam ecclesiam matrem tuam, non sine multæ laudis præconio, feruere conspiceris, promeretur, ut eandem Ecclesiam tibi opportunis temporibus sentias in subuentione propitiam, in fauore munificam, in gratia liberalem. Sane petitio tua nobis exhibitæ continebat, quod cū verissimiliter dubites, ne Petrus quondam Rex Aragonum eiusdem Ecclesiæ inimicus; pro eo quod ipsi Ecclesiæ, ac etiam charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Francorum illustri adherere dignosceris contra eum, terram tuam Aragonia regno vicinam occupet vel inuadat; tu volens in hac parte opportuna prouisionis remedium adhibere, ciuitates, castra, & alia loca regni Maioricarum; necnon & Rosilionis, Consenti, & Seritanæ comitatum tuorum, per quæ præfato Regi ad prædictum regnum Aragonia occupandum patere poterit aditus, intendis, ut expedit, necessarijs præmunire. Sed quia in ijs maximæ requiruntur expensæ, propter quas Apostolicæ sedis subsidium tibi fore proponis quamplurimum opportunum, nobis humiliter supplicasti, ut decimam omnium ecclesiasticorum prouentuum tam religiosarum, quam secularium personarum regni Maioricarum, & comitatum prædictorum, aliorumque locorum, quæ regiam sunt iurisdictioni subiecta, tibi vsque ad certi temporis spatium de benignitate apostolica concedere dignarentur. Nos itaque, &c.] Attribuit illi triennales decimas. *Dat. Petrus 14. non. ianuarij anno 14.]* Verum Balearem Regem ob suorum defectionem sua ditone exutum ab Aragonijs, ac deinde ex fœderis pactionibus illi restitutam visurum sumus. Quod ad Philippi expeditionem attinet; illam Iordanus hisce verbis perstringit: *Capit vnã ciuitatem circa dictos montes, nimirum Pyrenæos, a parte Cathalonie vocatam Gerundam. Volebat autem ulterius procedere: sed tanta fuit epidimia in exercitu, ut consuleretur Regi, ne omnino ultra procederet. sed de ea lue inferius. Addit auctor: Quadam militia pars descendit in vallem Cathalonie, quæ obuium habuit Regem Aragonum cum sua militia: & cum pugnasent, multi utrinque ceciderunt. Ibi quoque Rex Aragonum vulneratur, de quo vulnere tandem moritur.*

Gratulatur ob iurum confilium successum Honorio Rodolpho.

Querentē nonnullas Germaniæ decimas Regi Franc. attributas mulcere nititur.

Addit Ioannes Villanus e e funesto casu, dum vna cum meretrice impudice versabatur nondum curatis vulneribus apertisque, ebullientis sanguinis vi infelici morte occubuisse. Id etiam a nonnullis traditum scribit S. Antoninus s; non tamen eius rei meminere scriptores Hispanici: quamquam Mariana g conscientia grauioribus aculeis ob censuras contractas extimulatū innuat: *Mors, inquit, ad Villamfrancam oppressit v. l. id. nouembris integra adhuc etate annos natum quadraginta sex. interiectisque eius elogijs subdit: Vna tantum anathematis ignominia ad vita finem notatus, quam imaginem menti morientis atque oculis inersasse fama est; verane affirmare non ausim: inter est tamen publice vt vera videatur, tametsi ea etiam religione a Tarraconensi praesule procuratus est sub mortem ecclesiae Romanae, cui parere recusarat, obedientiam conceptis verbis iuratus. Corpus ad S. Crucis cenobium quod vicinis locis est sepultum. Filios reliquit Alfonso natu maximum, quem paterni imperij heredem testamento dixit (de Sicilia regno mentio nulla) praeterea Iacobum, Fridericum, Petrum.*

26 At Aragonij Regis mortem celarunt, ne illius fama ad Gallos efflueret, territique populi victoris iugum acciperent: vt tradat Nangius a nuncium illius ad Gallos non peruenisse, etiam cum Gerundenses commeatus inopia adducti se Gallis dederunt. In ea porro obsidione, quae in tertium mensem ducta est, ex aeris grauitate, atque ex putrescentium equorum foetore exorta pestis in Gallorum exercitu grassata est: auctam vero scribit Mariana b ob violatū S. Narcissi sepulchrum & direpta donaria; ereptumque Gallorum ducibus consilium adeo, vt partem classis, quam conduxerant, ob nimios sumptus dimiserint, nec alia vt par erat instruxerint. Secutā inde cladem describit Ptolemæus Lucensis: *Rudrigus Delloria cū suis galeis nauale exercitum Regis Francia prope Narbonem fortiter inuadit, & omnes quasi galeas dicti Regis cōbussit, quia ipsas magistri curia propter auaritiā reliquerunt immunitas: vnde Rex Francia in infirmitate constitutus magnū dolorem concepit, ex quo & mors ipsius citius fuit accelerata, et si vixisset, vltionem sumpsisset de ijs, qui curam habebant dē illi nauigij. Cōsentit Ptolemæo Lucensi Iordanus d.*

27 Aduerso illo casu percussus Philippus, cum in dies difficiliora fore prauideret, nec iam classis ad commeatus inferendos suppeteret, in Tholosanam prouinciam regredi decreuit, atque ex caeli intemperie, aduersisque rebus concepto animi morore morbo implicitus adeo debilitatus est viribus, vt hærere in equo nō posset. Redenti fauces Pyrenæorum occupauere obuij Aragonij, ferroque iter perumpendum fuit: vbi post atrocissimum praelium, pugnabant enim Galli pro Regis sui libertate, quiletica vehebatur, propulsati Aragonij; sed magno cruore stetit victoria, amissaque impedimentorum pars. Progresso Perpinianum magnis laboribus exercitu, Philippus perceptis (vt ait Nangius h) ecclesiasticis sacramentis obiit, sui que ingens omnibus Gallis desiderium reliquit. Luxit illius, vt fortissimi Ecclesiae defensoris, mortem Pontifex, ac fidelibus sacra indulgentiarū præmia proposuit, qui pro illius anima & flammis expiatorijs liberanda preces Numini porrexissent, quo argumento ad totius orbis Christiani fideles hac sequenti anno scripsit h.

Honorius, &c. Qualiter hoc clara memoria Philippo Regi Francia nuper defuncto, suis exigentibus meritis debeatur, illud inter cetera euidentius manifestat, quod ipse tan-

quam princeps Christianissimus, & deuotionis antiquæ sui generis sedulus prosecutor, quondam Petrum olim Regem Aragonum (per cuius nequitiam, Dei & Ecclesiae, immo totius Christianitatis negotia, & praecipue Terræ sanctæ, non est dubium impedita fuisse haecenus, & adhuc etiam impediri) defensionem ipsius Christianitatis, & fidei Christianae, quæ propterea liberius a Crucifixi hostibus, praecipue in partibus transmarinis impetitur; & impugnationem dicti Petri sic feruenter assumpsit, quod sumptibus non vitatis innumeris, illas in persona propria potenter & viriliter prosequens, seque ipsam laboribus immensis, & discriminibus diuersis exponens, praesentis vitæ curricula, prout permisit Altissimus, in ipsarum prosecutione finit.

Merito itaque multiplicatis orationum suffragijs pro ipso implorandus est pius omnium Conditor & Redemptor, vt ipse sua ineffabili pietate optatæ indulgentiae sibi concedat effectum, ipsamque in lucis aeternae beatitudine collocet, culpis omnibus expiatum. Et vt ad suffragia huiusmodi apud Altissimum fundenda pro eo cuncti renati fonte baptismatis tanto efficacius inducantur, quanto amplius spiritualis remunerationis exinde praemium consequentur; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui pro remedio animæ dicti Regis orationem dominicam dixerint, decem dies de iniunctis eis poenitentijs misericorditer relaxamus, praesentibus post decemium minime valituris. *Dat. Tibure 111. non. aug. anno 11.]*

Philippus eius nominis maior natu filius ob oris elegantiam atque egregiam membrorum conformationem Palcher dictus, Galliarum, & Nauarræ Ioannæ vxoris iure Rex sceptrum capessit. Quibus enarratis Nangius historiae suae finem adiecit.

28 Afflicte admodum Regis Francorum morte sunt Neapolitanæ res, quæ dum ille in Catalonia bellum gereret, sese efferebant: plures enim Siculi victoris signa mox secuti, auditis Philippi in Aragoniam irruptionis rumoribus, ad officium reuersi sunt, quos Honorius censuris, quibus deuncti erant, a Gerardo episcopo Sabinensi A.S.L. liberari iussit a.

Consultum etiam est regnicolis grauissimo iugo iam ante attritis ab Ecclesiae hostibus insensissimis Friderico II. olim Imperatore & Conrado ac Manfredo filijs; cum Carolus primus vtriusque Siciliae Rex imposita onera nondum sustulisset, nec restituisset libertates, quæ Guillelmi II. Siciliae Regis temporibus vigerant, vt Clementem IV. inter & ipsum conuentum erat, cum Siculum regnum apostolica liberalitate iureq; fiducia traditum est. Ipsos itaque Siculos citiores Honorius IV. summus Pontifex subiectis legibus a durioribus oneribus leuatos in pristinam libertatem asseruit. b

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

29 Iustitia & pax complexæ sunt se, ita societate indissolubili sociatæ, sic se comitatu indiuiduo comitantes, vt vna sine altera plene non possit haberi, & qui laedit alterutram, pariter offendet vtramque. Hinc complexus earum grauius impeditur iniurijs, per eas etenim, laesa iustitia, pax turbatur; ipsaque turbata facile in guerrarum discrimina labitur: quibus inualescentibus iustitia

Philippi d;
Et Auda-
cis elogia
ab Hono-
rio illi at-
tributa.

Indulgen-
tiarum
praemia
concessa
preces
pro eo da-
turis.

Siculos &
rerum Ita-
tus.

a Lib. 1.
ep. cur. 10.

b Honor. 4.
l. ep. 92.
pag. 25.

Ob male
admini-
stratam iu-
sticiam col-
labuntur
regna.

inefficax redditur, dum debitum fortiri nequit ef-
fectum. Sicque ipsa sublata, nimirum pax tollitur,
opus eius & ipsius fructus subducitur seminadus in
pace, ac proinde complexis deficientibus necessa-
rio deficit & complexus. In horum vero defectu,
licentia laxata dissidijs, multiplicantur bella, peri-
cula subeunt animarum & corporum, crimina fre-
quentantur; nec rerum vastitas præteritur: hæc
in præfidentium iniurijs processibus, & inducta-
rum in subditos oppressionum excessibus patent
apertius, & euidentius ostenduntur. In quorum
multiplicatione fauciantur corda læsorum, &
quãto minus datur opportunitas licite propulsan-
di, quæ illicite inferuntur, tanto rancor altius ra-
dicatur interius, & periculosius prorumpit exte-
rius, opportunitate concessa. Fiunt enim plerum-
que hostes ex subditis, transeunt auxilia securita-
tis in metum, munitiones in formidinem conuer-
tuntur, nutant regnantium folia, redundant reg-
na periculis intestinis, quatiuntur insidijs, ex-
trinsecis insultibus impetuntur audacius, & re-
gnantes in eis, qui operantes iusticiam, exaltatio-
nis gloriam mererentur, humiliati propter iniustitias
frequenter opprobrium deiectionis incur-
runt.

Ve Siculi
a Frid.
Imp. gra-
uiore iu-
go sint op-
pressi.

30 In præmissis, etsi scripturæ nos instruant,
efficacius tamen notis docemur exemplis. Quan-
tis enim tempore quondam Frederici olim Roma-
norum Imperatoris propter illatas regnicolis affli-
ctiones illicitas, & oppressiones indebitas in regno
Siciliæ, non absque immensitate grauaminum in-
ductas ab ipso, regnum ipsam tempestatibus flu-
ctuarit; quot & quantis rebellionibus concussum
extiterit, quot inuasionibus attentatum; quãtum
per ipsum & posteros suos depauperatum opibus,
quot incolarum exilijs & stragibus diminutum;
nullum fere angulum orbis latet; quam præcipi-
ti Fredericus idem, & genus ipsius ruina corrue-
runt, probat notorius casus eius, & manifestum
eorundem exterminium posterorum. Verum
adeo Frederici eiusdem in dictis continuata & au-
cta posteris, ac in alios exemplari deriuatione,
transfusa processit iniquitas, quod per eum inuen-
ta grauamina vsque ad hæc tempora durauisse,
nec non & augmentata dicuntur aliqua eorun-
dem, & adiecta nihilominus alia non minima:
propter quod nonnullorum supponit opinio,
quod claræ memoriæ Carolum Regem Siciliæ,
quem prosecutionis dictorum grauaminum eo-
rundem Frederici & posterorum perniciofa exem-
pla fecerit saltem permissione participem; dum
opinaretur forsitan licita, quæ ab illis audierat
tam longis temporibus vsurpata; reddiderunt
etiam prædictorum consequentium ad illa discrim-
inum non prorsus expertem, prout Siculorum
rebellio multis onusta periculis, aliorumque ipsam
fouentium persecutio manifestant, non solum in
eiusdem Regis ac heredum suorum graue adeo
excitata discrimen, quod ipsis heredibus, nisi per
nos celeri occurratur præactorum subductione
grauaminum, instans perditionis totius dicti regni
periculum comminantur; sed & in grande nostrum
& ecclesiæ Romanæ dispendium prorogata: cum
sit per eas in Siciliæ insula & nonnullis alijs eiusdem
regni partibus ipsarum, incolis nec nobis nec
Ecclesiæ ipsi parentibus, sed adherentibus potius
inimicis, nostra & ipsius Ecclesiæ ciuilibus interuersa
possessio, & in cæterarum aliquibus turbata fre-
quentius, & turbetur. Ex quo datur parenter in-
telligi, quantum in ijs nostrum & Ecclesiæ præfata
interesse versetur, quantumque ad nostrum spe-

Nec leua-
ri a Ca-
rolo.

Inde con-
fiata ab
exaspera-
tis populis
coniura-
tio.

ctet officium, & heredum ipsorum præcipue ne-
cessitas exigat, non tantum præmissis obortis in
eodem regno, quod est ipsius Ecclesiæ speciale,
tamquam ad ius & proprietatem eius pertinenti,
dictisque Regi & heredibus in feudum ab ipsa
concessum, obuiare periculis; sed etiam ne simi-
lia oriantur in posterum, diligentem curam & cu-
riosam diligentiam adhibere, prætracta grauamina
eorundem periculorum, vt veritati concurrat ex-
pressio, manifestas occasiones & causas congrue
prouisionis beneficio abrogando, cum proprietatis
domino prædium, in quo est ius alij constitu-
tum, pro eo quod sua interest tueri fines ipsius, eu-
stodire liceat eo etiam, cui ius debetur, inuito;
custodiæ autem nomen id habeat, quod qui te-
netur ad eam non solum id debeat, vt si casu viderit
in re custodienda fieri quid aduersum, prohibeat
facientem; verum etiam vt curet dare operam, ne
id fiat.

31 Multiplex itaque nos ratio interpellat &
exigit, illud in huiusmodi grauaminibus, super qui-
bus fama publica, & variæ inquisitiones per vene-
rabilem fratrem nostrum Gerardum Sabinensem
episcopum Apostolicæ sedis legatū factæ de specia-
li mandato sedis ipsius, & indagaciones alias habi-
tæ nos informant, nostræ prouisionis edicto reme-
dium adhiberi, per quod, iniustis submotis one-
ribus circa ea, in regno præfato solide stabilita ius-
titia regium thronum firmet, pacis tranquillita-
tem producat; sit inibi publicæ tranquillitatis silen-
tium cultus eius, & ipsa vinculum societatis hu-
manæ sic superiorem populo sibi subiecto do-
mesticet, eique ipsius populi corda consolidet,
quod superior, insidiarum sollicitudine absolutus,
securitatis incunditate latetur, populus pressuris
indebitis liberatus in pacis pulchritudine sedeat,
& in requie opulenta quiescat; & in vnanimitate
ipsorum, ac mutuo sinceritatis affectu, eiusdem regni
statu roborato pacifico, non sit, profligatis hos-
tibus, qui foris exterreat, aut qui, pacatis incola-
rum eiusdem animis, intus turbet.

32 Instantiæ quoque præmissæ interpellatio-
nis non modicum adijcit, quod memorati Regis,
dum viueret, & dilecti filij nobilis viri Caroli sui
primogeniti ex eo manifeste percepimus, ad id
vota concurrere, quod idem Rex super directione,
ordinatione, reformatione, seu quacumque alia
dispositione, collectarum, exactionum, matrimo-
niorum, aut aliorum quorumlibet, quæ grauamina
dicerentur, vel dici possent; tam circa ecclesias,
monasteria, & alias ecclesiasticas personas, quam
circa communitates, & vniuersitates ciuitatum,
castrorum, & aliorum locorum, & etiam circa singu-
lares personas totius regni prædicti, aut cuiusli-
bet partis eius felicitis recordationis Martini Papæ
IV. prædecessoris nostri directioni, reformationi,
dispositioni, & ordinationi se plene ac libere, alte-
& basse submitit; dans & concedens eidem super
ijs plenam & liberam potestatem; ac promittens
quicquid per eundem prædecessorem ipso Rege,
dictoue primogenito, tunc eius vicario in regno
eodem, & alijs suis officialibus requisitis, vel irre-
quisitis etiam actum foret, se ac heredes suos ad
hoc specialiter obligando, inuolabiliter obserua-
re, suis super hoc patentibus literis prædecessori
concessis eidem. Præmissa quoque in mortis ar-
ticulo per alias suas similiter patentibus literas plenius
repetens & confirmans, eidem prædecessori per
eas humiliter supplicauit, vt omnia onera fidelium
regni sui, & quæ grauamina dici possent, remouere,
tollere, & cassare, dictumque regnum prospere re-
for-

formare, omniaque statuere, quæ ad bonum statum heredum suorum, & fidelium eorundem, expedire videret, sua prouisione curaret: non obstante si Regem ipsum tunc infirmitate grauius laborantem naturalis debiti solutione contingeret præueniri, sicut præmissa ipsius Regis literæ, quæ per nos & aliquos ex fratribus nostris diligenter inspectæ in archiuo eiusdem seruantur ecclesiæ, manifestius attestantur. Et tam idem Rex, quam dictus primogenitus super tollendis aliquibus eorundem grauaminum constitutiones varias edidisse dicuntur, licet & illæ plenioris executione obseruationis indigeant, non plene ut intelleximus hæcenus obseruatæ. Volentes igitur & illis robur apostolicæ confirmationis adijcere, ut inferius exprimitur, & prædictum nostrum exequi accommodatæ prouisionis adiectione propositum, infrascripta omnia, prout subiecta eorum series indicat, de fratrum nostrorum consilio & assensu, ac potestatis plenitudine prouidendo a grauamine illo deliberauimus inchoandum, quod maiorem scandali materiam & generalius ministrabat. Ideoque ut omnino cesset in regno eodem onerosa exactio collectarum, præfenti edictali prouisione ac constitutione valitura perpetuo prohibemus, per Reges, qui pro tempore fuerint, seu pro eis dominantes in regno prædicto, vel ministros ipsorum collectas fieri, nisi tantum in quatuor casibus infrascriptis.

33 Primus est pro defensione terræ, si contingat inuadi regnum inuasionem notabili siue graui, non procurata, non simulata, non momentanea, seu transitura facile, sed manente; aut si contingat in eodem regno notabilis rebellio, siue grauis similiter non simulata, non procurata, non momentanea, siue facile transitura, sed manens. Secundus est, pro Regis persona redimenda de suis redditibus & collecta, si eum ab inimicis captiuari contingat. Tertius est pro militia sua, seu fratris sui consanguinei, & vterini, vel saltem consanguinei, siue alicuius ex liberis suis, cum se huiusmodi fratrem suum, vel aliquem ex eisdem liberis militari cingulo decorabit. Quartus est pro maritanda sorore simili coniunctione sibi coniuncta, vel aliqua ex filiabus aut neptibus suis, seu qualibet alia de genere suo ab eo per rectam lineam descendente, quam & quando eam ipse dotabit.

34 In prædictis enim casibus, prout qualitas tunc imminentis casus exigerit, licebit Regi collectam imponere ac exegere a subiectis: dum tamen pro defensione, inuasionem, seu rebellionem prædictis, aut ipsius domini redemptionem quinquaginta millium, pro militia duodecim millium, pro maritatio vero quindecim millium vnciarum auri summam collectæ vniuersalis totius regni eiusdem tam ultra Farum quam citra quantitas non excedat. Nec concurrentibus etiam aliquibus ex prædictis casibus, collecta in vno & eodem anno nisi vna tantummodo imponatur. Sicut autem collectæ quantitatem prædictas summam in suis casibus limitatas excedere, ut præmittitur, prohibemus, sic nec permittimus indistincte ad ipsas extendi, sed tunc tantum cum casus instantis qualitas id exposcit. Et ut in prædictis etiã casibus possit Rex, qui pro tempore fuerit, eo vitare commodius grauamina subditorum, quo vberiores fuerint redditus & obuentiones ipsius, eum a demeritorum donatione volumus abstinere, id sibi consultius suadentes.

35 Simili quoque prohibitioni subiicimus mutationem monetæ frequentem, apertius prouidendo.

quod cuilibet Regi Siciliae liceat semel tantum in vita sua nouam facere cudi monetam; legalem tamen, & tenentem secundum consilium peritorum in talibus competentis, sicut in regnis illis obseruatur, in quibus est vsus legalium monetarum; quodque vsualis moneta sit valoris exigui, & talis, quod in eodem valore sit apta manere toto tempore vitæ Regis, cuius mandato cuderetur, nec pro ea vel aliqua magna moneta, quam idem Rex semel tantum in vita sua fecerit, expendenda, fiat collecta vel distributio, sed campforibus & alijs mercatoribus, volentibus eam sponte recipere, tribuatur: & hoc ita præcipimus perpetuis temporibus obseruari.

In homicidijs clandestinis prouidendo præcipimus, nihil ultra pœnam inferius annotatam, ab vniuersitatibus exigendum; videlicet, ut pro Christiano, quem clandestine occisum inueniri contingeret, ultra centum augustales, pro Iudæo vero vel Saraceno ultra quinquaginta nihil penitus exigatur, augmento, quod circa eandem pœnam idem Rex dicitur induxisse, omnino sublato: præsertim cum memorati Rex & primogenitus dicantur idem per suas constitutiones nouiter statuisse; quas quoad hoc decernimus inuiolabiliter obseruandas; & hæc intelligi tantum in homicidijs clandestinis, in quibus ignoratur maleficus, nec aliquis accusator apparet: adijcentes, quod non nisi tantum in locis magnis & populosis exigi possit quantitas supradicta; in alijs vero infra quantitatem eandem pro quantitate locorum exactio temperetur.

36 Eidem prouisioni adijciendo præcipimus, vniuersitates ad emendationem furtorum, quæ per singulares personas contingit fieri, nullatenus compellendas; nec ad mutuandum Regi, aut curiæ suæ, aut officialibus, vel ministris ipsorum; aut recipiendum aliquatenus regiæ massariæ custodiam, siue onus, seu possessionum regalium procurationem, aut cabellæ, vel nauium, seu quorumcumque vassellorum fabricandorum curam quemquæ cogendum inuitum, vsurpationibus, quæ contrarium inducebant, penitus abrogatis: maxime cum dicti Rex & primogenitus ad releuanda, non tamen plene, grauamina in præmissis inducta constitutiones varias promulgasse dicantur. Concedimus autem, ut si casus emergat, in quo sit necessarium naues vel alia vassella pro vtilitate publica fabricari, liceat tunc regnanti committere curam fabricationis huiusmodi expensis regijs faciendæ personis idoneis, videlicet huius rei peritiam habentibus, & quos officium tale decet, & ipsis satisfiat pro susceptione curæ prædictæ de competenti mercede; & idem seruari præcipimus in faciendis biscotto. Ad captiuorum custodiam vniuersitates vel singulares earum personarum nullatenus compellantur; præsertim cum hoc ipsum dicatur eiusdem Regis constitutione prouisum, quod præcipimus inuiolabiliter obseruari.

37 Grauamen quod in pecunia destinanda Regi vel regali camera, seu ad loca quæcumque alia vniuersitatis alicuius expensis per aliquas personas eiusdem vniuersitatis periculo eligendas inferri dicti regni vniuersitatibus dicebatur, prouisione simili prohibemus ipsis vniuersitatibus, vel singularibus personis earum de cætero irrogari: maxime cum dicatur idem quoad vniuersitates dicti primogeniti prohibitoria constitutione prouisum, quam in hac parte decernimus inuiolabiliter obseruandam.

Illud, quod in eodem regno dicitur

Nouum monetæ genus semel tantum conflandum à singulis Regibus.

Quæ multa infligenda in homicidijs clandestinis.

Naues seu priuatorum constructæ.

Edicta ab eisdem ad populos plures sessiones.

Decernit Honorius quibus causis subditarum colliguntur.

Item prouidendum in illis.

Item prouidendum in illis.

vſurpātum; videlicet quod incolæ ipſius regni ad reparanda caſtra, & conſtruenda in eis expenſis proprijs noua adificia cogebantur, emendatione congrua corrigentes, prouidendo præcipimus, vt nihil vltra expenſas neceſſarias ad reparationem illorum antiquorum caſtrorum, quæ conſueuerunt hætenus incolarum ſumptibus reparari, & ædificiorum, quæ in huiusmodi caſtris fuerant ab antiquo ab eiſdem incolis peti poſſit: & conſtitutio, quam circa hoc idem primogenitus edidiſſe dicitur, in huiusmodi antiquis caſtris & ædificijs ſolummodo intelligenda ſeruetur. Antiqua vero caſtra intelligi decernimus in hoc caſu, quorum conſtructio annorum quinquaginta iam tempus exceſſit.

Quæ caſtra publi- ca impen- ſa inſtauranda.

38 Circa perſonas accuſatas, quæ in eodem regno iniuſte capi dicebantur, etiam ſidoneos fideiuſſores offerrent, licet dictus Rex aliquid ſta- tuiffe dicatur ad grauamen huiusmodi temperandum; nõs tamen, vt nulla ſuper hoc querela ſuperſit, prouidendo præcipimus iura ciuilia obſeruanda: & eadem obſeruari volumus circa deſtitutionem poſſeſſorum comitum, baronum, & quorumlibet aliorum, qui per regalem curiam, & officiales ipſius, ac alios alienigenas feuda tenentes in regno ſuis poſſeſſionibus, ſi quando curia, officiales, vel alienigenæ prædicti ſe ius habere prætendebant in illis, ſpoliari ſiue deſtitui dicebantur, & de poſſeſſoribus effici petitores, nullo iuris ordine obſeruato; nec non & cum aliquis dicitur inueniſſe theſaurum, & etiam cum quis apud eandem curiam pro alio fideiuſſit; ita quod nec aliquis ſuæ deſtituatur poſſeſſionis com- modo, vel ſpolietur, aut deſtituatur eadem, nec quo ad illum, qui deſertur, aut conuincitur de inuentione theſauri; nec quoad fideiuſſores curiæ datos aliter, quã eadem inra ſtauant, procedatur.

De theſau- ro inuen- to.

39 Regibus futuris pro tẽpore in regno prædicto & memoratis incolis, qui de inordinata paſſuum eiſdem regni custodia querebãtur, de paſſu ſe im- moderate grauari, ſimiliter prouidentis eidẽ custo- dia moderamen competens adhibemus; videlicet quod tempore impacato, ſeu imminente tur- batione, aut veriſimili turbationis ſuſpicionẽ, & contra ipſum Rẽgem, aut dictum regnum, ſeu in regno eodem Rex poſſit facere paſſus eoſdem ad euitandam pericula custodiri. Tempore vero pa- cifico incolis regni habitantibus in eodem, ac alijs non ſuſpectis liber ſit ex eo exitus & ingreſſus in illud; ita tamen quod equi ad arma nullo tempo- re ſine Regis licentia extrahantur exinde ad ven- dendum. Viſtualaia vero quælibet de ſuis poſſeſ- ſionibus vel maſſarijs, ſeu oues, boues, & alia animalia humano cõpetentia vſui, de proprijs gre- gibus, armentis, vel redditibus habita extra reg- num; dum tamen non ad inimicõs eorundem Regis & regni, vnusquiſque libere mittat etiam ad vendendum, niſi ſterilitas aut præacta tur- bationis inſtantia ſeu veriſimilis ſuſpicio ſuadeat, circa miſſionem huiusmodi per Rẽgem eius tem- poris aliud ordinandum. Si vero prædicta viſtua- lia vel animalia ex negotiationis commercio ha- beantur, etiam fertilitatis tempore abſque re- gnantis licentia extra regnum mittere, vel ex ipſo extrahere non liceat ſic habenti; in omnibus præ- miſſis miſſionis ſeu extractionis caſibus, iure quod- cumque Regi competit, per omnia ſemper ſaluo. Infra regnum vero etiam per mare liceat cuilibet eccleſiaſtica ſeculariue perſonę frumentum & alia blada, nec nõ & legumina de proprijs terris, maſſa- rijs, atque redditibus habita ſine iure exituræ

Quæ præ- ſida adhi- benda.

Liber cõ- mercij v- ſus per- miſſus.

fundici ſeu dohanæ in loco, in quo viſtualaia re- cipiantur, vel deponantur præſtando de vno loco deferre ſeu facere deferri ad aliũ, a Rege, ſeu ipſius officialibus licentia non petita. Emptitia vero iure exituræ ac fundici non ſoluto, ſed alio, ſi quod Regi debetur, dummodo emptitorum delatio de portu licito ad ſimilem portum & cum barcais par- uis centum ſolummodo ſalmarum, vel infra capa- cium tantum fiat, & deferretes, ſeu deferri facientes præmiſſa emptitia dent particulari portulano loci, in quo fiet oneratio eorundem, fideiuſſoriam cau- tionem, quod literas teſtimoniales de ipſorum vi- ctualũ, & leguminum extractione a ſimili portula- no loci, in quo exoneratio ipſa fiet, habeant infra certum terminum pro locorum diſtantia præſi- gendum: & hæc omnia perpetuo præcipimus ob- ſeruari.

40 Abuſum contra naufragos, vt fertur, indu- ctum, in eo quod bona, quæ naufragium euade- bant, capiebantur per curiam, nec ipſis nauſtagis reddebantur, eiſdem prouiſionis oraculo peni- tus abolemus, præcipientes bona huiusmodi illis reſtitui, ad quos ſpectat.

Querelam grauẽ hominum regni eiſdem ſuper eo nobis exhibitam, quod curiales, ſtipen- diarij regij, & alij regalem ſequentes curiam in ci- uitatibus & locis, ad quæ cum dicta curia vel ſine ipſos declinare contingit, domos ciuitatis, ſeu lo- corum eorundem pro ſuo arbitrio dominis intra- bant inuitis; & interdum eiectis, eiſque in altilibus animalibus & alijs bonis eorum, & quandoque horum occaſione in perſonis ipſorum graues iniu- rias inſerebant, ſopite competẽtis prouiſionis re- medio cupientes; prohibemus, ne aliquis curialis, ſtipendiarius, vel alius ſequens curiam memora- tam, domum vel hoſpitiũ aliquod capere ſiue in- trate propria auctoritate præſumat; ſed per duos, vel tres, aut plures, prout ciuitatis aut loci magni- tudo popoſcerit, per eandem curiam, & totidem electos a locorum incolis, auctoritate tamen regia de- purandos, hoſpitia memoratis curialibus, ſtipendiarijs, & alijs aſſignentur. Iſdem autem curiales, ſtipendiarij, & alij nulla bona ſuorũ hoſpi- tũ capiant, nec in illis aut in perſonis eorum ipſis aliquam iniuriam inferant, nec ipſorum aliquis pro eo, quod ſibi hoſpitiũ fuerit aliquando tali- ter aſſignatum, ſi eum alias ad eundem locum cum curia vel ſine curia venire contingat, ſibi ius ho- ſpitandi vendicet in eodem, aut ipſum intrare au- deat, niſi fuerit ſibi ſimili modo iterum aſſigna- tum. Huiusmodi autẽ hoſpitia taliter aſſignata præ- fati Rex, & illi de domo ac familia ſua gratis ſem- per obtineant. Reliqui vero ſiue ſtipendiarij ſiue quicumque alij per vnum meſem ſolum, ſi tan- to tempore in eodem loco contingat curiam reſi- dere; ſi vero vltra reſederit, vel ipſos, ſtipendia- rios, aut alios ad aliqua loca ſine curia venire con- tigerit, ſatisfaciant dominis hoſpitiõrum, ſeu ipſorum auctoribus de ſalario competenti per de- putatos, vt præmittitur, moderando.

41 Similiter prohibemus, ne in locis, in qui- bus vina & viſtualaia poſſunt venalia reperiri, quã ea per regalem curiam, aut curiales, ſeu quocumque miniſtros ipſorũ, vel quocũque alios inui- tus vendere cõpellatur: nec aliqua bona nolenti- bus vendere auferantur, nec eorum vegetes con- ſignentur: & ſi de facto fuerint conſignata, ſigna- eis impoſita liceat dominis auctoritate propria re- mouere: præſertim cum præſatus Rex hoc ipſum de remotione huiusmodi ſtauiſſe dicatur. Si vero in loco, ad quem curiam, curiales, & alios prædi- & os

Et declinare contingit, talia venalia non habentur, abundantes in illis, per aliquem vel aliquos ad hoc a regali curia, & totidem a locorum incolis electos, auctoritate tamen regia deputandos, omnia huiusmodi, quæ habent ultra necessaria, suis & familiarum suarum vsibus, non solum curiæ, sed curialibus & alijs eam sequentibus cogantur vendere pretio competenti per deputatos, vt præmittitur, moderando.

42 In matrimonijs, in quibus volentibus ea contrahere varia impedimenta contrahendi adimentia libertatem per Regem, & suos ingeri dicebantur, apostolica prouisionis beneficium deliberrauimus adhibendum. Ideoque prouisione irrefragabili prohibentes regnicolis regni habitatoribus matrimonium inter se contrahere volentibus per Regem, & suos officiales, aut alios quoslibet inhibitionis, seu cuiuslibet obicem impedimenti præstari, declaramus & declarando præcipimus libera esse matrimonia inter eos; ita quod bona mobilia vel immobilia, feudalia vel non feudalia libere sibi mutuo dare possint in dotem; nec iidem regnicolæ regni, vt præmittitur, habitatores eiusdem super matrimonio inter se contrahendo aut in dotem dando bona quælibet licentiam petere teneantur: nec pro eo quod matrimonium, cum bonis quibuslibet, aut dote quantacumque contractum fuerit, a Rege licentia non petita, contrahentibus, aut alterutri eorumdem, vel parentibus, consanguineis, siue amicis ipsorum in personis aut rebus impedimentum, dispendium, vel grauumen aliquod irrogetur, nulla in præmissis constitutione, vel consuetudine contraria de cætero valitura.

43 Prouidendo præcipimus, vt si quando in regno prædicto contra certam personam fuerit inquisitio faciendi, nisi ea præsentem, vel se per contumaciam absentante, non fiat. Si vero præsens fuerit, exhibeantur sibi capitula, super quibus fuerit inquirendum, vt sit ei defensionis copia, & facultas. Simili prouisione præcipimus, vt pro generalibus inquisitionibus nihil vel sub compositionis colore, vel alias ab vniuersitatibus exigatur; sed si procedendum fuerit, iuste procedatur ex eis, præsertim cum dictus Rex Carolus hoc idem statuisse dicatur. Huiusmodi præcepto adijcimus, vt quoties inter fiscum & priuatum causam moueri contingit, non solum in examinando iura partium, sed & ad diffinitiuam sententiam iuste ferendam, siue pro priuato, siue pro fisco, nec non & ad ipsius executionem nulla in hoc difficultate ingerenda per fiscum efficaciter procedatur; ita quod nec in prædicto examine, nec in prolatione, vel executione sententiæ iniusta moram, vel aliam iniuriam patiat per fisci potentiam iustitia priuatorum.

44 Prouidendo districtius inhihemus, forestas per Regem, aut magnates suæ curiæ, vel officiales, seu quoscumque ministros in terris fieri priuatorum; vel aliquarum forestarum occasione per regiam curiam, magistros, vel custodes forestarum ipsarum aliquem in cultura terrarum, suarum, seu etiam perceptione fructuum impediri, siue ipsis, propter hoc damnum aliquod, vel iniuriam irrogari: factas vero de nouo forestas huiusmodi omnino præcipimus amoueri.

Omnes ecclesiasticæ secularisue personæ regni Siciliae libere suis salinis vtantur: & præsentis prouisionis oraculo prohibemus, ne illis per Regem, officiales, aut quoscumque ministros ipsius vsus, aut exercitium interdicitur earum; neque

quisquam prohibeatur sal de salinis ipsis proueniens emere ab eisdem. Abusiones castellanorum, per quas homines dicti regni ad portandum eis paleas, ligna, & res alias etiam sine pretio cogebantur inuiti; & iidem castellani de rebus, quæ circa, seu per castra eadem portabantur, pedagia exigebant, præsentis prouisionis beneficio prohibemus.

45 Eiusdem prouisionis edicto præcipimus, vt pro literis regijs & sigillo nihil ultra ipsius regni antiquam consuetudinem exigatur: videlicet vt pro literis iustitiæ nihil omnino; pro literis vero gratiæ, in qua non est feudi, vel terræ concessio, nihil ultra quatuor tarenos auri ab impetrante soluat, nulla in præmissis distinctione habita inter clausas literas, & apertas. Pro literis autem super concessione feudi, vel terræ concessis; nec non & pro priuilegijs alijs, pro concessione, seu priuilegij qualitate, ac benevolentia concedentis curiæ satisfiat; dum tamen summam decem vnciarum pro quolibet concessio feudo integra satisfactio non excedat. Sed nec prætextu sigilli regij, iustitiæ siue gratiæ literis in aliquo casuum prædictorum impressi, vel appensi, forsitan impetrans ultra quam præmittitur, soluere compellatur.

Animalia deputata molendinis, quæ centimuli vulgariter nuncupantur, per regalem curiam, officiales aut ministros ipsius, eamue sequentes, stipendiarios vel quoscumque alios nullo modo ad aliquod eorum ministerium dominis capiuntur inuitis, nec alia etiam; sed pro competentem pretio, de quo conuentum fuerit inter partes, a volentibus conducantur. Et hæc ita de cætero præcipimus obseruari: maxime cum idem Rex statuisse dicatur, quod iustitiarj & subofficiales eorum ac stipendiarij & subofficiales non capiant animalia deputata ad centimulos: sed cum est necesse, inueniantur alia habilia ad vecturam, & loerium conueniens: & si contra fecerint, restitutionis animalibus cum toto damno eorum dominis pœnæ nomine, & pro qualibet vice & quolibet animali soluant curiæ vnciam auri vnam. Præmissam quoque constitutionem dicti Regis similiter obseruari præcipimus; de creatione officialium, præsertim extraneorum, qui propter ignorantiam status regni & fauorem, qui eis a regali curia præstatur, subiectos impune grauabant; consule suggerimus, quod Rex creare studeat officiales idoneos, qui subiectos iniuste non grauent.

46 Super eo, quod regnicolæ querebantur, videlicet quod eis grauatim pro releuationis obtinendo remedio ad Regem aditus non patebat; suademus per Regem taliter prouideri, quod querelæ subditorum ad eum valeant libere peruenire. Prohibemus ne quisquam pro animali siluestri extra defensionem, vel limites defensionis inuenito sine aliqua inuenientis impulsione, arte, vel fraude aliquatenus puniatur; etiam si illud capiat vel occidat. Nullus comes, baro, vel alius in regno prædicto de cætero compellatur ad terridas, vel alia quæcumque vassella proprijs sumptibus facienda. Per hoc autem iuri regis in lignaminibus & marinarijs, vel alio seruitio vassellorum, quæ a quibusdam vniuersitatibus & locis alijs, siue personis singularibus dicti regni deberi dicuntur, nolumus in aliquo derogari.

47 Si contingerit baronem aliquem mori filio vel filia superstitibus, ætatis quæ debeat curabali gubernari; prouidendo præcipimus, quod

Præfectorum arcium grauumina sublati.

Animalia regio nomine capi vendita.

Consultus Regis vt liberum aditum iniuriam passis tribuat.

Procerum morientium proles clie tela accipienda a Rege.

Rex alicui de consanguineis eius balium concedat ipsius, & qui ad hoc inter consanguineos proximior, si fuerit idoneus, præferatur. Si aliquem, feudum a Rege tenentem, in capite, vel etiam subfeudatarium, nullo herede legitimo per lineam descendente, sed fratre aut eius liberis superstitibus, mori contingat; si decedentis feudum ab aliquo ex parentibus sibi & fratri communibus perueniat ad defunctum, idem frater, aut ex liberis suis vsque ad trinepotem ille, qui tempore mortis supererit, defuncto proximior, in feudo succedat, habiturus illud cum onere seruitij consueti; ad successionem feudi omnibus personis feudatario, aut subfeudatario defuncto simili gradu coniunctis, eodem ordine admittendis. In successione vero præmissa inter feudatarios & subfeudatarios, viuentes in regno eodem iure Francorum, sexus & primogenitura prærogatiua seruetur, vt inter duos eodem gradu feudatario defuncto coniunctos sceminam masculus, & iuniorem maior natu præcedat, siue sint masculi, siue sceminæ concurrentes; nisi fors duabus concurrentibus esset primogenita maritata, & iunior remanserit in capillo, tunc enim iunior, quæ in capillo manserat, primogenitæ maritatæ in successione huiusmodi præferatur. Sed si nulla remanente in capillo, duæ vel plures fuerint maritatæ, maiori natu primogenitura seruetur, vt alias in dicta successione procedatur. Si vero feudum, de quo agitur, non ab aliquo parentum processerat, sed inceperat a defuncto, tunc solus defuncti frater in eo succedat; nisi lex concessionis in præmissis aliud induxisset. Et hæc ita de cætero præcipimus obseruari, qualibet contraria consuetudine, vel constitutione cessante.

48 Nullus subfeudatarius pro feudo, quod ab aliquo feudatario Regis tenet, compellatur ipsi Regi seruire: sed si aliquod aliud feudum ab ipso Rege tenet in capite, pro eo sibi seruiat, vt tenetur. Si contingat subfeudatarium crimen committere, per quod publicanda fuerint bona eius, aut ipsum sine legitimis heredibus fati munus implere; si feudum eius fuerit quaternanum, nihilominus immediatus dominus, illud cum onere seruitij consueti personæ concedat idoneæ, Regi postmodum præsentandæ, vt eius super hoc habeatur assensus. Si vero quaternanum non fuerit, sic ad eundem immediatum dominum reuertatur, vt ipsum huiusmodi personæ pro sua voluntate concedat, nec eam Regi præsentare, aut eius super hoc requirere teneatur assensum; ijs ita deinceps ex nostro præcepto seruandis, constitutione, vel consuetudine contraria non obstante.

Vassalli baronum percuriam, vel officiales ipsius ad aliqua priuata officia non cogantur: & si ea voluntarij subeant, ratione debiti ex huiusmodi officij receptione, vel gestione contracti, vel delicti fors in ea commissi baronibus eorum dominis in bonis vassallorum ipsorum, vel alijs præiudicium nullum fiat. In terris ecclesiarum, comitum, & baronum regni prædicti magistris iuratos poni de cætero prohibemus, & positos exinde præcipimus amoueri. Ad nouas communantias vassalli baronum, vel aliorum ire non compellantur inuiti: sed nec voluntarij admittantur, si sint adscriptitiæ similisue fortunæ, vel ratione personæ, non tamen rerum, personalibus seruitijs obligati. Si vero ratione rerum tantummodo huiusmodi seruitijs teneantur, & ad easdem communantias transire voluerint, res ip-

fas dominis suis sine conditione dimittant. Barones vel alij extra regnum, nec seruire personaliter, nec addohamenta præstare cogantur: in casibus quoque, in quibus intra regnum seruire, vel addohamenta præstare tenentur, seruitia exhibeant, & addohamenta præstent antiquitus consueta, videlicet vt vel tribus mensibus personaliter seruiant cum numero militum debitorum, vel pro singulis militibus, ad quos tenentur, pro quolibet trium mensium prædictorum tres uncias & dimidiam auri soluant: & hæc ita de cætero inconcusse de nostro præcepto seruentur.

49 Caterum vt contra pericula, quæ sicut prædictum est, propter grauamina illata subditis excitata creduntur (ne, quod absit, recidant in tanto periculosius reciduum, quanto recidenti solet esse deterius quam cadenti) eo maior sit regnantibus, in regno prædicto securitas, quo minus erit libera eadem grauamina irrogandi facultas; prouisioni præmissæ subiungimus ad perpetuum sui roboris fulcimentum, quod si ventum fuerit in aliquo contra eam, licitum sit vniuersitatibus, & grauato cuilibet libere ad Apostolicam sedem habere pro sua querela exponenda, & obtinenda illati grauaminis emendatione, recursum: adijcentes inter illa, in quibus contra prouisionem eandem fieri contigerit congrua distinctione delectum, videlicet vt si ea fuerint, quæ per ipsam prohibitorie vel præceptorie sunt prouisa, & principaliter factum regnantis respiciunt, nec solent absque ipsius auctoritate præsumi, vt est collectarum impositio, monetæ mutatio, matrimoniorum prohibitio, vel impedimentum aliud eorumdem, nisi Rex eius temporis illa infra decem dies reuocauerit per se ipsum, eo ipso capella sua ecclesiastico sit supposita interdicto, duraturo solum quousque grauamen fuerit reuocatum.

50 In reliquis vero prohibitorijs & præceptorijs, & specialiter si vniuersitas singularisve personæ, grauata volens propterea recurrere ad sedem eandem, per officiales regios, seu quoscumque ministros, vel quoslibet alios fuerit impedita, vel ipsos aut alios pro eis exinde dånium passis; nisi satisfactio læsis præstita, impedimentum infra mensem postquam ipse Rex sciuerit, reuocetur, ex tunc sit capella eadē similiter interdicta. In quolibet autem casu præmissorum si regnans interdictum huiusmodi per duos menses sustinuerit animo contumaci, abinde loca omnia, ad quæ ipsum, vxorem, vel filios suos declinare continget, donec ibi præsentis fuerint, simili subiaceant interdicto. Et si deinde per sex menses interdicta huiusmodi sustinuerit animo indurato, exinde sit excommunicationis sententia innodatus: quam si per alios sex menses contumacia obstinata sustineat, ex tunc subditi ad mandatum sedis eiusdem ipsis propterea faciendum in nullo sibi obediant, quamdiu in huiusmodi obstinatione persistet.

51 Ad maiorem quoque prouisionis huiusmodi firmitatem, eidem specialiter illud adijcimus, quod quilibet Rex Sicilia, quando iuramentum fidelitatis, & homagij præstabit summo Pontifici, solemniter eidem & Ecclesiæ Romanæ pro se, ac suis heredibus in regno sibi successuris eodem, promittere teneatur, quod prouisionem præsentem in omnibus & per omnia, quantum in eis erit, obseruabunt inuiolabiliter, & facient ab alijs obseruari; nec contra eam, vel aliquam partem ipsius per se, vel per alium quoquo modo aliquid attentabunt; & super hoc tam ipse, quam quilibet

Successio
nis ratio
seruanda
in bonis
fiducia-
rijs.

Nouæ ser-
uitutes nõ
imponen-
dæ.

eorumdem successorum dent ipsi Pontifici & Ecclesia suas patentes literas; sui pendentis sigilli munimine roboratas. Licet autem pramissa prouisionis verba grauamina certa respiciant, de quibus ad nos querela peruenit; Reges tamen, qui continuanda temporum & successorum perpetuitate regnabunt in regno predicto, non propterea existimet grauandi alias subditos arbitrium sibi fore concessum; sed sciant potius se debere ipsos in bono statu tenere, ab omnibus illicitis exactionibus, & indebitis eorum oneribus per se ac alios abstinendo. Sane si quod in eadem prouisione, vel aliquo eius articulo dubium non tam sollicitam, quam rationabilem dubitationem continens oriri contingat, interpretationem dubij huiusmodi nobis, quamquam etiam de iure competat, reseruamus expresse. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae prouisionis, constitutionis, inhibitionis, praeccepti, declarationis, abolitionis, & abrogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Ego Honorius catholicae Ecclesiae episcopus.
Ego Ordonius Tusculanus episcopus subscripsi.
Ego frater Benteuenga Albanensis episcopus subscripsi.

Ego fr. Latinus Osiensis, & Velletrensis episcopus subsc.

Ego fr. Hieronymus Penestrinensis episcopus subsc.

Ego Bernardus Portuensis & S. Ruffinae episcopus subsc.

Ego Ancherus tit. S. Praxedis presbyter Card. subscripsi.

Ego Hugo tit. S. Laurentij in Lucina presbyter Card. subsc.

Ego Geruasius tit. S. Martini presbyter Card. subsc.

Ego Comes tit. SS. Marcellini & Petri presbyter Card. subsc.

Ego Gaufridus tit. S. Susanna presbyter Card. subsc.

Ego Gottifridus S. Georgij ad velum aureum diaconus Card. subsc.

Ego Iordanus S. Eustachij diaconus Card. subsc.

Ego Iacobus S. Mariae in via lata diaconus Card. subsc.

Ego Benedictus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Card. subscripsi.

Dat. Tibure per manum magistri Petri de Mediolano S. R. E. Vicecancellarij xv. kal. octobris in aet. xliiii. Incarnationis Dominicae anno mclxxxv.

Pontificatus vero domini Honorij Papae iv. anno i.

52 Quae apostolica constitutio non solum in regesto Vaticano extat; sed in antiquo etiam formularum regesto a scrinio Regij Neapolitani, (quod a scriptoribus Neapolitanis citatur frequentissime, & in tabulario Vaticano non minori Dei prouidentia extat, & ego praemanibus habui ac peruolui; quod regestum authenticum ac probatissimum esse ex similitudine membranarum, & characterum, quae in praecedentibus & subsequen- tibus memorati archiui regij voluminibus probari potest) eadem capitula extant b, hoc praefixo titulo: Capitula edita per dominum Papam pro bono statu regni. Praeterea in antiquis regni Neapolitani capitulis & gratijs typis impressa esse, & in Neapolitana vrbe circumferri accepi. Immo ipsummet perlegi peruetustum diploma in praegranda charta pergamena exaratum,

quod tum temporis ad Siculos citeriores transfmissum fuit, ac postea diuina prouidentia decursu temporum Romam delatum, nunc apud sedem Apostolicam asseruatur a, in quo Cardinalium subscriptiones, & signa varijs efformata crucibus visuntur, vna cum Pontificio signo, & in eius orbe hoc Honorij Papae iv. symbolum legitur: Pars mea Deus in secula.

53 Data sunt porro Gerardo episcopo Sabinen- si Apostolicae sedis legato ab Honorio Papa imperia, vt superiores leges promulgaret in Neapolitano regno, seruaretque: Quia, inquit b, parum esset prouisionem seu ordinationem huiusmodi edidisse, nisi eam obseruationis diligentia tueatur; volumus & fraternitati tuae per apostolica scripta praecipiendo mandantes, quatenus praedictam prouisionem seu ordinationem nostram; necnon & praedictas alias literas super reseruatione praedicta, nimirum ne Siculi rebelles eo beneficio potiantur, conceptas in Neapolitana & alijs solemnibus ciuitatibus & locis dicti regni, & specialiter in terris finitimis insula Sicilia conuicinis, prout commodius fieri poterit, per se vel per alium, seu alios, de quibus tua uiderit expedire discretio, solemniter pub- lices, & diligenter obserues; & ab alijs, ac praecipue ab officialibus, in quibusuis eiusdem regni parti- bus deputatis, facias obseruari, &c. Dat. Tybure x. kal. octobris anno i.

Eadem etiam imperia Roberto comiti Atrebatensi baiulo, vt vocant, regni Siciliae imposita sunt c: quae operi fuisse mandata ostendunt subiectae literae sequenti anno ad prouinciarum praefides transmissa, vt leges a Pontifice editas religiosissime colerent. De praedictis enim, & non de alijs conditis a Carolo II. & ab Honorio confirmatis intelligendum esse patet, cum dicatur expressis verbis, editas ab Honorio. Eregesto namque eiusdem Caroli II. d haec excerpta sunt.

Iustituario Basilicatae, &c.

54 Cum sanctissimus in Christo pater & dominus, dominus summus Pontifex super statu & regimine regni capitula certa ediderit ab olim per nostrum cobaldum publicata, deuotioni uestrae firmiter & expresse mandamus, quatenus sicut personam nostram diligitis, nec regni heredibus, vel eis, aut nostro honori & profectui derogari cupitis, capitula eadem, quatenus ad vos spectat, tenaciter obseruetis & faciatis per quoscumque officiales curiae tam secretos, vicesecretos, castellanos, & forestarios, quam quoslibet alios inuiolabiliter obseruari: scituri quod si secus inde per vos vel illos fieret, contra transgressores ad poenam debitam procederetur. Datum Fo- giae instante die xliiii. martij xlv. indictionis.

55 Similia post sequentem annum praecipisse dictum Robertum comitem Atrebatensem Apuliae praefectis, de conditis ab Honorio legibus seruandis, ostendunt subiectae literae e peruetusto eiusdem Roberti regesto, penes sedem Apostolicam asseruato e, decerptae f: Deuotioni, inquit, uestrae firmiter iniungentes, quatenus officium su- praedictum ad honorem & fidelitatem regionum herede- dum curiaeque profectum diligenter & fideliter exerce- cere curetis, constitutiones & obtentas consuetudines regni, & Apostolicae sedis capitula super ipsius statu regni nouiter edita, in quibus officium uestrum tangunt, tenaciter obseruando, prout in nostri praesentia corporaliter praesensistis ad sancta Dei Euange- lia iuramenta, &c. Dat. Barols anno mclxxxviii. die xxii. octobris primae indictionis. Datis praeterea alijs literis Robertus post plura sancita haec ad-

a Extat in eod. archi- uo Vatic.

Data de- ca pro- mulganda imperia. b Honor. l. i. ep. 94.

Robertus regis Neap pro- curator il- lam obser- uari iubet c Reg. post eod. ep. 94.

d Reg. Ca- r. li. 11. fig. n. 1291. lit. A. fol. 349 a tergo.

e Extant etiam in M. S. Vatic de rob. Sic. sig. lit. A. pag. 386.

f Magistratus ad iu- stitiam ex illius praes- cripto ad ministran- dam ob- stricti.

g Extant archi- uo Vaticano. f Reg. Ro- bert. comit. Atrebat. pag. 111. &c.

h Solemni ad id de- uincti sa- cramento.

addit a: *Cautos tamen vos reddimus, quod si aliqua premissorum per constitutiones regias, vel Apostolica sedis capitula super regni statu edita ex toto tollantur; aut ab eis in parte dissonent, constitutiones & capitula ipsa, ijs non obstantibus, totaliter profectui ac seruare curetis. Dat. Baroli anno Domini MCLXXXVIII. die XXII. octobris prima indiſt.*

56 Consulturus postea Nicolaus Papa IV. Carolo II. Regis e Cathalano carcere reuerſi quieti, cum graues censuræ aliæque pænæ Siculis Regibus prædictas Honorij leges violaturis incussa essent, legis seueritatem literis ex arcano datis, quoad pœnas tēperauit. Qua de re meminit inter ceteros Petrus de Mōforti in additionibus ad Andream Iserniam b: *Dicta, inquit, capitula Honorij suspensa fuerunt per Papā Nicolaum IV. ad instantiam Regis Caroli II. sed dicta suspensio est quoad pœnas in eis appositas. In quibus libranda suis ponderibus est ea vox, Sed, quæ legum ipsarum suspensionem, non absolutam, at sublata iuris acerbitate circumscriptam ostendit; Regemque Carolum non immunem ab iisdem legibus obseruandis pronuntiatum, sed pœnarum grauitate liberatum. Ad quæ probanda, & illustranda subiectam diplomatis pontificij partem decerpsi: Volentes, inquit Nicolaus c, tuæ ac successorum salubriter providere quieti, pœnas prædictas in præfata ordinatione, seu prouisione contentas, & earum effectum ex nunc suspendimus de apostolica plenitudine potestatis; donec aliud per sedem Apostolicam contigerit ordinari. Per huiusmodi autem suspensionem nolimus, nec intendimus, quod iuri nostro, & Ecclesia memorata, seu conuentionibus, siue pactionibus prædictis in ijs, quæ inter eosdem patrem tuum & Ecclesiam super regno prædicto facta, ordinata, & promissa fuerunt, in aliquo præiudicium generetur, &c.*

In qua postrema sententia perpendendum occurrit, Reges Siculos alijs grauisimis pœnis in Clementis IV. constitutione obiectis non fuisse solutos, vt supra allatæ Honorij leges quoad ea, quibus pronuntiatum est, in quibus antiqua Siculorum libertas, sustinente regios apices Guillelmo II. consisteret, impune transgredi liceret: cum profiteatur Nicolaus conuentis inter Clementem Papam, & Carolum Regem sancitis non detrachere. Cum enim inter ceteras pactiones, subiecta contineatur d, qua potissimum proposita libertatis spe Siculi ad Caroli, & Ecclesiæ partes alleſti fuere, his concepta verbis: *Comites vero, barones, milites, & vniuersi homines totius regni & terra prædicta viuent in eadem libertate, & habebunt illas immunitates, aliaque priuilegia, ipsisque gaudebunt, quos & qua tempore clara memoria Guillelmi II. Sicilia Regis, & alijs antiquis temporibus habuerunt;* deinde vero contigerit vt cum Carolus I. solij, quod administrorum extorsiones concusserant, firmandi cupidus polliceretur in publicis conuentibus Guillelmi II. priuilegia seruirentur; idemque Carolus II. tum princeps Salernitanus, absente patre, regni moderator promulgaret, amboque profiterentur religiosissime seruaturus omnia, in quibus Romanus Pontifex Guillelmi II. iura, antiquam libertatem, & auita priuilegia consistere pronuntiaſset; dein vero Martinus sepius Gerardo episcopo Sabinēſi A.S.L. partes demandasset, vt accuratissime de antiquis Guillelmi II. priuilegijs inquireret; cumque post diligens, ac diuturnum examen in Cardinalium senatu, intermissa re a Martino ob mortem immaturam, demum Honorius ea priuilegia & iura edita dicta constitutione redintegrarit; con-

stat Siculos Reges ad eadem priuilegia seruanda accepti beneficentia apostolica regni, addictæque fidei nomine religiosissime obstrictos fuisse; nec pœnis a Clemente IV. præuicatoribus impositis solutos.

57 Et quidem superiores ab Honorio editas leges post memoratas Nicolai literas viguisse consentiunt iurisperiti, vt Tassonus a: *Ista eadem, inquit, Papæ Honorij capitula in regio archiuo b. uis regni conseruata fuere; & ideo a doctoribus sunt allegata vti iura, & signanter per Andream in pluribus locis. Quinimo Matthæus de Afflictis testatur b, illa se allegari vidisse in sacro consilio, & esse in viridi obseruantia: Quia fuerunt, inquit, facta de voluntate Regis Caroli, vt patet in proœmio illorum capitularium: & sic videtur lex regia.*

Confirmantur hæc ex Formularum libro peruetusto archiui olim regij Neapolitani, qui nunc, vt supra memorauimus, apud sedem Apostolicam extat; ex quo manifeste patet Honorij Papæ sancita post Nicolai IV. tempora a Regibus culta fuisse, cum is liber anno Christi millesimo trecentesimo secundo exaratus fuerit, vt constat ex eo, quod scriptum est c, *Tunetanum vectigal pro viginti annis a tempore rebellionis Sicilia non pensitarum, ac regio fisco debitum: ea vero rebellio anno Christi millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, vt vidimus, eruperit. Cum porro in eo formula descriptæ sint, quæ in publicis conferendis muneribus, proponendis regijs imperijs, iurisque seruando ordine vsurpandæ essent; atque in ijs sapius earundem legum Honorij fiat mentio, quæ a præfectis prouinciarum, arcium, ac portuum, & alijs magistratibus religiose obseruari debeant; exploratum est tum temporis, nimirum tertio decimo seculo ineunte, papalia illa edita viguisse. Et sane vbi de subsidiario auro a ceterioribus Siculis colligendo agitur, proposita formula est d subiectis concepta verbis, præfixo hoc titulo.*

Forma de imponenda generali subuentione.

58 *Orta est de celo iustitia inconcussa Conditoris æterni soliditate firmata. Et infra: Cum homines regni Sicilia, quorum statum tranquillum affectamus & prosperum, ad quod iam studia nostra operationis extendimus, cum tyrannorum præsentium hætenus operante malitia, diuersis immoderatisque grauaminibus oppressi fuerint & afflicti; dominusque Honorius summus Pontifex, ipsum ex alto Regis æterni dextera dirigente, leuans in circuitu oculos suos, & videns, assentiente sibi dispositione vltima clara memoria illustris Caroli Ierusalem & Sicilia regis circa ordinationem & statum præfati regni Sicilia, propriæ ecclesiæ Romanæ peculijs benigno prospexerit, & de ipso oppressiones varias, velut pungentes spinas, per sua sacra capitula resecat; considerato quod regnans in regno tempore imminētis necessitatis de redditibus proprijs sibi non potest sufficere, & onera imminētia supportare; in specialibus casibus collectam suæ tailliam in ipsis capitulis quantitate taxata per præfatos homines in toto regno ultra citraque ipsi regnanti seriosa exhiberi ordinatione distinxerit; inter quos casus ille specialis, & expressus includitur, quod rebellionem, vel inuasionem regni notabili quinquaginta millium vnciarum in prædicto regno collecta taxetur, ipsius regnantis applicanda subsidio, prout in præfatis capitulis distinctius aperitur; cum exigentibus peccatorum lasciujs rebellio sit ad præsens in regno notabilis, quia est in insula tota Sicilia, & Calabria partibus, at inuasio Aragonensium hostium satis propatula; existit*

16. pag.
114.

Ut obie-
ctæ Regi-
bus pœnæ
ad eorum
quietem
relaxatæ.

b Petr. de
Monſ. in
conſtit. re
gni l. 3. tit.
25. Conſtit
incipien.
Post mortē
sub fin.

c Nic. IV.
rom. I. ep.
cur. 45.
pag. 311.

Pactiones
ab Eccle-
ſia cum
Carolo I.
initæ illi-
baræ de-
cernūtur.

d Lib. priu.
Rom. eccl.
29. 3. pag. 19
& alibi.

Inter alias
Guillelmi
II. iura re-
ſtitui ius-
ſa.

Res inter
missa re-
dintegrata
ſit ab
Honorio
Papa.

Stemma iustitia, requirit fidei debitum, & causa rationabilis equitatis inducit, ut ad predictorum hostium & rebellium collidendam malitiam regnicolarum prompta deuotio, citra Farum in deuotione, in exolutione quantitatis pro causa subventionis, instantis promptam se exhibeat & paratam, ut trames iustitia aequalitate seruetur. hinc inde sicque ipsi iuribus proprijs & praestitis immunitatibus gaudeant, quod regni dominus, cui ipsius gubernacula sunt diuina prouisione concessa, sui iuris debito non fraudentur, &c. Constat ergo ex hac formula, qua Carolus II. decimotertio seculo utebatur, Honorij capitula viguisse. Si enim, alia formula tum scrinarijs regijs fuisset propofita, illa sine dubio in praedicto codice, superiori pretermissa, descripta foret. Utque rei veritas clarius enitescat, adducemus nonnulla ex alia insigni formula a, in qua praefectorum portuum, & procurationum leges sunt expressae, hoc titulo consignata.

Super officio portus, & procurationis.

59 *Item portus &c. pluribus interiectis, dantur haec in obeundo demandato munere de papalibus legibus, ab Honorio nimirum editis, obseruandis imperia: Item quod thesauros, & omnes res, & singulas inuentitias, prout haecenus extitit consuetum in regno capere, & pro parte curia conseruare procures: quorum omnium quantitatem, & qualitatem statim nobis, & magistris rationalibus supradictis districte per tuas literas nunciabis: ordinatione tamen inter caetera facta per supradicta capitula per sanctam Romanam ecclesiam edita, super inuentione thesauri tenaciter obseruanda.*

Item quod baliatum aliquem filiorum comitum & baronum, qui tempore obitus patrum eorum in minori aetate constituti sunt, tam videlicet pupillorum illorum, quorum patres mortui fuerunt tempore officij praecessorum tuorum, & ipsorum baliatum praecessores tui praedicti pro parte curiae gerebant, quam aliorum pupillorum comitum, & baronum, seu feudatariorum quorumlibet, quorum patres tempore tui officij morientur, fideliter, & diligenter inquiras, & nobis significes sub sigillo tuo per literas continentes nomina & cognomina tam patrum mortuorum, quam filiorum ipsorum superstitem, ut inde procedi mandemus, sicut in praedictis capitulis per sanctam Romanam ecclesiam editis inter caetera continetur. Demum post plura a particularibus casibus ad genericos ascendendo, ita concluditur.

60 *Volumus insuper & expresse mandamus, ut tam capitula per praedictam sanctam ecclesiam Romanam, quam alia capitula per illustrem Regem Carolum recolenda memoria, & dominum Carolum Salernitanum principem edita super pacifico statu regni in omnibus, qua praedicta tangunt officia, debeas inuolabiliter obseruare. Cum vero in his postremis sententijs Honorij IV. Pontificis, Caroli I. & Caroli II. Regum leges distinguantur, patet papales sanctiones de constituendo, componendoque regno Siculo decimotertio seculo excurrente floruisse, atque hallucinatos iuris peritos, illos, qui scripsere, regia edita de pontificijs legibus seruandis promulgata, de ijs, quae a Carolo II. promulgatae erant & confirmatae ab Honorio, intelligenda: qui error facile irrepsit, cum parum accurate aduerterint alia capitula de tollendis e regno Siculo grauaminibus sancita, iterumque eorum legum, quae a Salernitano principe latae erant,*

potiorem partem ad libertatem ecclesiasticam spectantem corroboratam: quas nos suis discretas locis historiae mandauimus.

61 *Violatae postea non sine graui iniuria fuere decursu temporum superiores Honorij leges ob varias rerum conuersiones, ut queritur Sammontius a. Cum enim inter alia constitutum sit ab Romano Pontifice, non exigenda nisi certis de causis consuetis vetustis temporibus, dum Guillelmi II. ius florebat, a Siculis vestigalia, exhaustum saepius impune administrorum culpa, populorum sanguinem luget auctor b. Sane si regij administri Honorij Papae sanctiones seruassent, non tot tantaque mala, quae flore potius quam narrare libet, emerissent. Ex quo discant qui praesunt, Pontificiam auctoritatem colere: cum nulla re magis quam eius obseruantia firmari solia possint: atque experientia compertum sit, eos Christianos principes Numinis diuini praecipua clientela subnixos ad summa quaeque asseruisse, qui summorum Pontificum monitis obsequentissimos se praestiterunt.*

62 *Ceterum Honorius ad pellicendos ad officium Siciliae insulanos, aliosque rebelles, edixit e superioris constitutionis beneficio priuandos, ni quamprimum excusso Aragonio iugo in Caroli posterorum fidem & clientelam redirent. Tum nonnullas leges a Carolo Salernitano principe Siculi regni herede latas ad ecclesiasticum ius asserendum promulgatas confirmauit d: quae a nobis antea suo loco insinuatae fuerunt. Praeterea praesentiorum ecclesijs cathedralibus in regno pastorum curam sedi Apostolicae, flagrante Siculo bello, reseruauit e, ne a memorati Caroli voluntate alieni ad dignitates ecclesiasticas irreperent: maximi enim id interesse Lارينensis episcopi, qui seditionem concitabat in Gallicam stirpem, defectio ostenderat: cui propterea ab archiepiscopo Beneuentano iudicium apud subellia apostolica intentatum est f.*

63 *Priuatim etiam iam sacrorum vsu fuerant Veneti a Bernardo episcopo Portuensi, qui cum a Martino IV. missus esset, ut classem Venetijs instrueret ad Siciliae insulam ad obsequium Ecclesiae & Caroli Regis cogendam, spe & expectatione deiectus fuerat, senatu Veneto obsoletam legem renouante, ne quis inconsulta republica arma pro vilo extero principe capesseret; inde enim meditata in Siciliam expeditio magno rei pontificiae damno atque Aragonij incremento dissoluta fuerat: tenuitque diu iustitiam sacrorum. Cum vero senatus affirmaret, non ad efferendas perduellium aut Petri Aragonij partes eam legem promulgatam, sed ne quadam mali contagione extera bella in rempublicam inferrentur; missisque oratoribus posceret ab Honorio, ut diuina Venetijs restitueret; Pontifex episcopo Castellano dissoluedi ecclesiastici interdicti auctoritatem contulit g, ea lege ne Siculis Veneti starent.*

Venerabili fratri episcopo Castellano.

64 *Accedentes ad Apostolicam sedem dilecti filij nobiles viri Andreas Dandolo natus nobilis viri . . . ducis Venetorum, Leonardus Venerius, & Nicolaus Faletrus de Venetijs syndici, seu procuratores ipsius ducis, consilij & communis Venetorum in nostra & fratrum nostrorum praesentia proponere curauerunt, quod dux, consilium, & commune praedicti ab olim pro bono, & pacifico ciuitatis Venetiarum statu salubriter conseruando, sub certis paenis & conditionibus statuerunt, ne quis Venetus ciuitatis habitator eius-*

Ut fuerint ob varias conuersiones tenebrae.

a Summo. hist. Neap. lib. 3.

b Inflictae exinde populis graues calamitates. b Id. ibid. Et concitati tumultus in Reges.

Diuina in obseruantissimos auctoritatis pontificiae prouidentia.

c Hon. I. I. ep. 95.

d Perduellens Honorianae constitutionis beneficio priuati.

e 1b. ep. 93

f Episcopatum sedis in Sicilia prouiso reseruata sedi Apostolicae.

g Eod. l. ep. cur. 23.

Larinensis episcopi, perduellionis reus.

f Id. ep. cur. 1.

Venetici interdicti implorant sedis Apostolicae clementiam.

g Ep. cur. 12.

Proposita pro eorum causa rationes.

eiusdem, seu prædicti ducis fidelis, contra quem-
piam dominum seu commune aliquod absque du-
cis eiusdem, ac minoris, maiorisve consilij sui li-
centia, cum armis procedere quomodolibet at-
tentaret. Postmodum autem tempore felicitis re-
cordationis Martini Papæ IV. prædecessoris nostri,
venerabili fratre nostro Bernardo episcopo Por-
tuenfi, tunc in partibus illis Apostolicæ sedis lega-
to, pro certis Romanæ Ecclesiæ ac Sicilia regni
& commune statutum huiusmodi, quibusdam pœ-
nis appositis, innouarunt: propter quod idem
Cardinalis, reputans ciuitatem eandem per sen-
tentiam ab eodem prædecessore in omnes fauo-
res Petri quondam Regis Aragonum promulga-
tam ecclesiastico interdictione fore suppositam, fecit
in ciuitate præfata interdictionem huiusmodi obser-
uari. Quare memorati syndici seu procuratores
pro parte ducis, consilij, & communis prædicto-
rum nobis humiliter supplicarunt, vt cum statu-
tum ipsum in iniuriam Romanæ ecclesiæ nequa-
quam editum fuerit siue factum; sed ad ciuitatum
& gentium dicti ducis, & Venetiarum tuitionem,
& guerram ac scandala euitanda, prout iidem
syndici seu procuratores nomine prædictorum
ducis, consilij, & communis, habentes ad hoc ab
eis speciale mandatum, iuramento firmarunt;
prouidere super hoc illis de benignitate Aposto-
lica dignemur.

Vt Arago-
nijs faue-
riat.

65 Verum etsi dux, consilium, & commune
præfati ex eo quamplurimum in hoc deliquisse
noscantur, quod in eiusdem Cardinalis præsentia,
qui contra dictum Petrum & nefarios conatus ip-
sius negotium prosequeretur ecclesiæ memora-
tæ, ad innouationem statuti huiusmodi processerunt;
cum illa, si diligenter attenditur, & sollicita
meditatione pensatur, in fauorem Petri prælibati
non modicum videatur extitisse præsumpta; pro-
pter quod latas in fautores ipsius Petri per eum-
dem prædecessorem excommunicationis & inter-
dicti sententias, prout in eius processibus, & de-
clarationibus super hoc habitis continetur ex-
pressius, incurrisse videntur; nos tamen confide-
rantes attentius antiquæ deuotionis affectum,
quo iam dicta ciuitas erga Romanam ecclesiam
inter cæteras vrbes Italia quasi quodam clariori
titulo refulgebat; ac intendentes tum propter
hoc, tum etiam obtentum Cardinalis eiusdem,
nobis propterea cum instantia supplicantis, beni-
gne agere cum eisdem; spe concepta, quod quan-
to prædictos ducem, consilium, & commune gra-
tiosius in hac parte prosequimur, & eis apostoli-
cæ benignitatis gremium propensus explicamus,
tanto amplius in ipsius ecclesiæ ac etiam here-
dum claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia deuotio-
ne concreuant, & reddantur ad nostram, & eorum
beneplacita promptiores; fraternitati tuæ per
apostolica scripta mandamus, quatenus interdi-
ctum ciuitatis eiusdem auctoritate nostra, sublata
difficultate relaxans, ducem, consilium, & com-
mune prædictos ex parte nostra moneas diligen-
ter, vt clara prædecessorum suorum vestigia lau-
dabiliter imitantes, in deuotionem ipsius ecclesiæ
stabiliter perseuerent, ipsam specialiter in prædi-
ctis eiusdem ecclesiæ, ac Sicilia regni negotijs effi-
caciter ostensuri; ita quod ecclesia eadem semper
in illis filios deuotos & fideles inueniat, ac ipsi ve-
luti quodam mutæ relationis officio, matrem
gratiosam & benignam reperiât in eadem; aperte
nihilominus prædicturus eisdem, quod si contra-
rium, quod vix credere possumus, attentarent,

Explicat
in cos Ho-
norius cle-
mentiam.

Interdi-
ctum ec-
clesiasticum
dissolutum.

non solum prædictas præfati prædecessoris sen-
tentias contra illos & ciuitatem eorum faciemus,
actore Domino, inuolabiliter obseruari; verum
etiam grauius spiritualiter & temporaliter, prout
expedire putabimus, & qualitas facti suaserit, pro-
cedemus: cum dignum sit & consonum rationi, vt
quos a prauis actibus monitionum lenimenta
non retrahunt, acris disciplina verberibus ar-
ceantur. Cauent autem illi, qui propter fauo-
rem eidem Petro ab ipsis impensum prædictas
excommunicationis sententias incurserunt, nese
officijs diuinis immisceant, donec super hoc ab-
solutiois beneficium consequantur. *Dat. Tibu-
re non. augusti anno I.]*

66 Adducti eodem tempore in crimen Flo-
rentinæ republicæ magistratus, iniquiores leges
iuri ecclesiastico aduersantes condidisse, atq; ideo
Raymundo Argerio demandatæ partes, vt illis
peremptorium diem apud sedem Apostolicam ad
dicendam causam constitueret: *Nos igitur ne præ-
missorum contagium, quæ impietati deseruiunt, su-
per, præsumptione similium inficiat sinceras mentes
fidelium, & maxime vicinorum, volentes prædicto-
rum potestatis, capitanei, consilij, & communis refraga-
ri conatibus, & tam temerarijs actibus consilio
prouisionis debita obuiare, discretionis tuæ per apo-
stolica scripta mandamus, quatenus te ad ciuitatem
prædictam personaliter conferens, præmissa indagine
non solemnem, vel iudiciali, si absque figura iudicij
prædicta statuta vel alia ijs similia edita, & procla-
mationes huiusmodi, vel similes eis, factas fore in ci-
uitate præfata inueneris; potestatem, capitaneum, con-
siliium, & commune prædictos, ac priores artium
memorata ciuitatis, quorum consilio, vel mandato,
prædicta statuta de nouo edita facta esse dicuntur; siue
idem priores in officio ipso existant, siue iam esse
desierint; ex parte nostra peremptorie citare procu-
res, vt infra quindecim dies post tuam citationem edi-
ctum, potestas, capitaneus, ac priores prædicti perso-
naliter; consilium vero & commune præfati per pro-
curatorem idoneum nostro se conspectui representa-
rent, nostris super prædictis mandatis & beneplacitis
parituri, ac facturi, & recepturi quod iustitia sua-
debit. Diem vero citationis, & formam, & quic-
quid super præmissis duxeris faciendum, nobis per
tuas patentes literas, harum seriem continentes, stu-
deas fideliter intimare. *Dat. Romæ apud S. Sabinam
non. nouembris anno I.]**

67 Grauiissime quoq; in Insubria violata erat
ecclesiastica dignitas in Terdonensi episcopo, qui
ex insidijs a facinorosis hominibus necatus fuerat.
Cum enim Guillelmus marchio Montisferrati im-
petu Terdonensem ciuitatem expugnasset, ipsius
milites fugientem episcopum cepere, & in vincula
coniecere: cui mox, eo aduolans marchio, com-
pedes detrahi iussit. Cum vero consanguinei epi-
scopi quandam arcem, cui Sorli nomen erat,
præfidiario milite munitam tenerent, missus est
episcopus militum manu stipatus, vt consanguineos
ad arcis deditioem pelliceret: dumque res
tractaretur, episcopus cum fratre ac tribus alijs
Terdonensibus cæsus est, præfente marchionis fa-
milia, quamuis nebula interiecta rei conspectum
eriperet. Audito facinore marchio magnum præ-
se animi dolorē tulit, atq; episcopi corpus magno
funebri apparatu extulit: iussusque paulo post le-
di Apostolicæ se sistere, plures excusationes attu-
lit: si discederet, ditionem suam in apertum di-
scrimen coniectum iri: filium septennem esse: de-
esse fratrem cui principatum crederet: Sabaudum
sibi insensum: non permissuros Genuenses, in-

eorum civitatem ingredi: non tutum mare, si Genuensem nauim conscendat ob Pisanorum odia: non licere naui Aragonia vehi; atque ita sibi vndique ad sedem Apostolicam aditus obseptos esse. Quibus auditis Honorius, cum rei gravitas seueritatem posceret; hinc aequitas clementia seueritatem, si excusatio valeret, temperari suaderet; Consanensi episcopo & Dominicanæ familie in Insabria absolui flagitaret, nec tamen accedere ad Pontificem posset, descriptas in diplomate penas illi infligerent.

68 Ab eodem marchione ad deuotam requisitionem suam de stando mādatis nostris & Ecclesie, corporali prestito iuramento, & de parendo precise mandatis eisdem idonea cautione recepta, inter alia specialiter imponatis eidem, quod dictus marchio a loco, in quo dictus episcopus captus extitit, vsque ad ecclesiam Terdonensem, nudis pedibus, & a portis Vercellensis, & Iporiensis, ac Albanensis ciuitatum, vsque ad cathedrales ecclesias ciuitatum ipsarum, pedes, nullum vestimentum super tunicam ferens, & capite discooperto, publice ac patenter accedat: ipsumque marchionem & posteritatem suam auctoritate nostra priuare curetis omni iure patronatus, vel alio, & feudo, ac locationibus emphyteoticis & alijs, quæ ab ipsa Terdonensi tenent ecclesia; ita quod ad eandem Terdonensem ecclesiam libere deuoluantur: ac reddatis eadem auctoritate posteritatem ipsam vsque ad quartam generationem inhabilem ad obtinendum ecclesiasticum beneficium in dicta ecclesia Terdonensi. Prefato quoque marchioni districte precipiatis, quod castra, possessiones, & terras ad predictam ecclesiam Terdonensem spectantia, quæ detinet occupata, eidem ecclesie integre restituere sine qualibet difficultate procuret. Post hac peti- tum absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesie hac vice auctoritate nostra impendatis eidem, sibi- que imponatis districtius & mandatis, ut infra unius anni spatium altare construi faciat in dicta ecclesia Terdonensi, & dotari de bonis suis, ex quorum pro- ductibus, duo presbyteri, quilibet eorum videlicet vigintiquinque libras Genuenses annis singulis percipere valeat, ut ibi continue circa seruitium cultus diuini morentur. Passagium quoque ultramarinum, vel peregrinationis iter ad ecclesiam S. Iacobi Compostellani, prout & quando nos duxerimus disponendum; & præter predicta etiam sibi iniungatis ieiunia, orationes, & alia pia opera, prout iuxta qualitatem excessus animæ suæ salutis videritis expedire.

69 Volumus insuper, quod marchione ipso, ut præmittitur absoluto, ex parte nostra districte precipiatis eidem, quod infra annum, postquam excusationes ipsæ cessauerint, ita quod tute possit apostolice se conspectui presentare, ad sedem accedat eandem mandata quæ sibi fieri contigerint, auditurus, & effaciter impleturus. Quod si non fecerit ea, quæ super constructione & dote altaris, ultramarino passagio, vel peregrinatione, & personali aduentu ad præfatam sedem sibi, ut præmittitur, duxeritis iniungenda, volumus ut ex tunc eo ipso in eandem sententiam, a qua ipsum absolueritis, reducatis eundem; ita quod, sicut prius, penis, & pœnitentijs subiacet iniungendis, nisi super ijs ei per eandem sedem aliter consulatur. Per hæc autem, quæ dicto marchioni, non requirenti iudicium, sed humiliter imploranti misericordiam pœnitentiæ salutaris, imponi mandamus, secularibus principibus vel personis non adimimus facultatem utendi, prout iustitia suadebit, contra ipsum legibus, quas aduersus sacrilegos ca-

tholici principes ediderunt. Dat. Romæ apud S. Sabina XII. kal. ianuarij anno 1.

70 Vfus etiam est Honorius apostolica clementia a erga Adinulphum iam ante censuris ob Frufinonis arcem occupatam irretitum. In Viterbienses vero, qui ob Matthæum & Iordanum, Vrsinos Cardinales, post Nicolai III. obitum e conclaui in vincula abreptos censuris defixi, criminis veniam a Martino poposcerant; eoque defuncto magna demissione sedis Apostolicæ gratiam exoptabant, ita mansuetudinem explicuit b, ut ne disciplinam ecclesiasticam dissolueret, seueritatem coniunxerit: Solicita, inquit, meditatione pensantes, quod etsi Viterbiensium prædictorum excessus, iniuria, & offensa vsque adeo graues, atroces, & enormes extiterint, quod facti circumstantijs vniuersis exacta consideratione discussis, pœnis compensari quibuslibet vix valerent; quia tamen iisdem Viterbienses prædictam excommunicationis sententiam, ac sumptus & labores quamplurimos occasione huiusmodi, non sine multis angustijs, doloribus, & anxietatibus varijs & diuersis iam non breuis temporis spatio patienter & humiliter pertulerunt; & volentes benignius circa illos censura temperare rigore, ac mitius agere cum eisdem; habita super ijs cum fratribus nostris deliberatione solemnī, de ipsorum consilio sententiando decernimus, & pronunciamus, atque precipimus, quod per ipsum commune tantum demuris dicta ciuitatis Viterbiensis, ac ipsorum murorum turribus per circuitum, dicti communis sumptibus diruatur, quod de muris, & turribus ipsæ, duo dumtaxat fenatus orbis palatia remaneant super terram; quodque ipsam dirutionem præfatam, commune infra duos menses teneatur & debeat inchoare; ac insuper hospitale vnum in ciuitate ipsa vel in loco aliquo, de quo nobis visum fuerit circa eam, dictum commune fundare, seu construere, ac dotare pro pauperibus teneatur: quodque tum in fundatione, seu constructione, ac dotatione hospitalis eiusdem, quod hospitali nostro sancti Spiritus in Sacca de Vrbe pleno iure volumus esse subiectum, vsque ad viginti quatuor millia librarum papalinarum infra quatuor annos, computandos ex nunc, commune tribuat supradictum, quantitatem ipsam pro quarta parte annis singulis persoluendo, per deputandas super hoc a nobis personas, prout utilius expedire viderint, expendenda.

71 Quia vero memoratum commune per assumptæ, quamuis indebita, iurisdictionis audaciam, in tanta presumptionis profiliuit excessum, commune ipsum ut in eo, in quo deliquisse dignoscitur, puniatur, mera, mixto imperio, ac iurisdictione omnimoda, donec super hoc per Apostolica sedis prouidentiam aliud ordinari contigerit, apostolica auctoritate priuamus; rectoriam seu potestariam ciuitatis eiusdem nobis & præfata Romane ecclesia interim retinentes, prout per nos, seu sedem ipsam ordinatum fuerit, exercendam: reseruata nobis plena, & libera potestate procedendi contra singulares personas, quæ in predicto excessu fuere culpabiles, prout culparum suarum suaserit qualitas, & viderimus expedire. Actum in palatio episcopatus ecclesie Tiburtinae 11. non. septembris pontificatus nostri anno 1.

72 Flagitata etiam criminis venia, fidelium communioni est restitutus Lesko Niger Craconiae dux, qui ob coniectum in vincula Paulum illius vrbs episcopum, quem exiuisse in Polonorum, perniciem barbaros accusarat, anathemate deinctus fuerat: atque eius capellani, qui ob diuina coram duce antea celebrata Pontificum legibus sacris erant interdicti, Honorij iussu sunt absolu-

Adinulphus ab Honorio censuris liberatus. a Ibid. ep. 125. Sententia fert in Viterbiensium causa Honorius. b Lib. 1. ep. cur. 18. Impositæ ijs ad crimen expiandum pœnæ. Moenium partem solo aquare iussit. Xenodochium extruere & dotare vestigialib. Iuris dicti di auctori- tate priuatur. Lescho Niger Craconiae dux coeui fidelium redditus.

Pinibus se excusat marchio, ad aulam Pont. accedere non posse. Lib. 1. p. 224. Prententia publi. illi iungenda. Iussus marchio iudicis pedibus reuocata tantum annuallis in locis incedere. Prententia, Terdonensi ecclesie restituere. Condere castra, & quod licet castra, iussus uel pœnitentiæ. Prententio in Asia tam vel tempo illam in pœnitentiæ. Prententia in Asia tam vel tempo illam in pœnitentiæ.

Lib. 1. ep. 109.
Denariū S. Petri a Polonis & Pomeranis exigit Honorius 116. ep. 192
16. ep. 193
Reg. post. 194
16. ep. 194
Ep. 195.
Long. 1. 7
Card. Bar. in no. 15. M. S.
aliq.
Cumani Tartaros in Vngariam euocant. Ladislaus oblibidinem iusta clade attritus. Tartarorū exercitus peste absūptus. Homines animalū inopia bigas trahere coacti. Vvaldemarus Rex Sueciae ob intemperantiam regno orbatus. Ann. Christi. 1277. 711. 63.
Conic. ad reprimenda illius vicia in carcere. Extat apud Magnū 120. 6. 5.

ti a. Cum vero res Polonicas attigerimus, addendum videtur, Honorium veſtigal S. Petro in Polonia & Pomerania debirum exegisse: quo argumento ad Polonia dices b, archiepiscopum Gnesnensem c atque alios d, præterea ad Opoliæ dices e, earumque regionum præſules f scripsit.

73 In Pannonia exoritur hoc anno belli Tartarici fragor, vt scribit Longinus. g Cumanienim acceptæ cladis vlciscendæ cupiditate incensi, Tartaros exciuerē: qui tanta multitudine se in illud regnum infadere, vt Ladislaus bellum cum illis conserere perhorruerit. Grassati itaque ferro, flamma, rapinis barbari furori fræna libere laxauere, indeque in Constantinopolitani Imperij terras irrupere, easque pariter vastauerunt. Meruit sane Ladislaus ob effusos in libidinem mores diuina virga percuti, qui toties monitus turpissimam vitam non emendarat; eademque pœna inuolui Vngari, qui eius exemplo imbibebant mores Cumanorum, quos iuste fauissimos carnifices senserunt. Misertus vero est populi Christiani Deus, nec diu in ira misericordias suas continuit: peste enim atroci percussit Tartaros, adeo vt multitudine eorum millibus absumptis, reliqui ex Vngaria se subduxerint. Ceterum in tantam inopiam ac vastitatem infelix terra redacta est, vt homines iumentorum instar aratra & bigas trahere cogentur.

74 Granem etiam pœnam impudiciæ sensit Vvaldemarus Rex, qui exultates cupiditates intra coniugale thorum non coercebat: non enim modo antea exutus fuerat regno Sueonum, quod in ipsius fratrem Magnū, vt supra vidimus, h traductum est; sed cum noua consilia ad sceptrum amissum recuperandum moliretur, atque in vilium muliercularum amores insanos se effunderet, ab ordinum conuentu in carcerem detrudendus pronuntiatus fuit: quorum decretum i afferendum visum est.

Benedictus Dei gratia episcopus Lineopensis, & Finlandiæ dux, Magnus eadem gratia electus Vpsalensis, ceterique consiliarij.

Sane confitemur & publice profite mur, nos illustri domino nostro domino Magno Dei gratia Sueonum Gothorumque Regi salubriter consuluisse, & modis omnibus suggestisse, quod dominum Vvaldemarum fratrem suum, quia omni iure, quod in regno nostro dignoscebatur possidere, libere renuntiato, memoratum regnum nihilominus interdum per se & suos, nec non alienos attentauerit immaniter perturbare; qui etiam dimissa vxore propria & legitima, quasi mente captus, & suæ famæ prodigus, & antiqui hostis suggestione & instinctu, formidine diuinæ vltionis minime refrenatus, mulierculis vilibus interdum per coitum damnatum, quandoque etiam sceleri adulterij publice adhærebat, contemnens per salutarem prælatorum regni monitionem ab earum nefario confortio resilire; & ad tantam vergebat ignominiam atque inopiam, vt in alienis partibus degere cœpit vagabundus, in maximum suæ animæ præiudicium & scandalum plurimorum; vsque ad emendationem vitæ suæ & morum reformationem, deputatis ei seruatoribus competentibus, faciat custodiri. *Dat. anno Domini m c c l x x v.*] Addit Ioannes Magnus l de Sueco Rege: *Magnus, habitis bis literis a toto regni senatu, non statim fratrem custodia mancipauit: sed in tertium annum, si forte mores suos emendaret, expectandum putauit.*

75 At de pœnis impudicis a Numine hominibus, que irrogatis hæc suffecerint: nunc quid in hæreticos scelusa Romano Pontifice decretum sit, intueamur. Confluxerat hisce temporibus magna hæreticorum in Sardiniam illuies: cum enim nullus in ea insula institutus fidei censor esset, ex alijs regionibus depulsi impij, tuto ibi indulgere scelerari posse arbitrati, illuc se contulerant: sed ea re animaduersa Honorius, in huiusmodi hominum luem inquirendi prouinciam Minoritis demandauit a; pariq; exarsit zelo in nonnullos Carcaffonenses b, qui sacros fidei censes munere suo funguetuerant.

76 Adductus in suspicionem a Parisiensibus doctoribus Ægidius Augustinianæ familiæ insignis theologus, ipsum non recte de nonnullis sentire, post varias concertationes ad subsellia apostolica accersitus Christiana demissione Pontificio decreto se suaque scripta submisit. Iustus itaque est Parisijs ea reuocare, quæ Sorbonicos doctores offenderant, atque a Stephano episcopo fuerant damnata, quæ vt in celeberrimo conuentu fierent, data hæc ab Honorio imperia. c

Venerabili fratri episcopo Parisiensi.
Licet dilectus filius frater Ægidius Romanus de ordine fratrum Eremitarum S. Augustini, olim Parisijs vacans studio, aliqua, sicut intelleximus, dixerit & redegerit in scripturam, quæ bonæ memoriæ Stephanus Parisiensis episcopus prædecessor tuus per se ipsum examinans, & per cancellarium Parisiensem eius temporis, ac per alios theologice facultatis magistros examinari faciens, censuit reuocanda, & ea minime reuocarit, quin potius varijs rationibus nifus fuerit confirmare; nuper tamen apud sedem Apostolicam constitutus humiliter obtulit, se paratum reuocanda, quæ dixerat siue scripserat, reuocare pro nostræ arbitrio voluntatis.

Nos vero huiusmodi eius oblationem humilem acceptantes, & moti spiritu compassionis ad ipsum, quia decentius, & vtilius reputauimus, vt præmissa ibi consultius reuocentur, vbi dicta, & scripta inconsulte dicuntur, ipsum ad te duximus remittendum; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandantes, quatenus dilecto filio magistro Nicolao Parisiensi cancellario, & omnibus alijs magistris theologice facultatis, Parisijs commorantibus, tam actu in eadem facultate regentibus quam etiam non regentibus, ad hoc specialiter conuocatis, procedens de ipsorum consilio in prædictis, dicto fratre coram omnibus eis reuocante, quæ de dictis contra ipsum vna cum maiori parte magistrorum eorundem iudicaueris reuocanda; & specialiter que dictus prædecessor tuus mandauit, vt prædicatur, reuocari, circa licentiam & expeditionem ipsius auctoritate nostra prouideas, prout secundum Deum, fidei catholice, ac Parisiensis studij vtilitati de consensu maioris partis magistrorum ipsorum videris expedire. *Datum Romæ apud S. Petrum kal. iunij anno 1.*]

77 Explicuit Christianam demissionem Ægidius, ac Romanæ ecclesiæ doctrinæ pie adhæsit. Coniuncta itaque virtutis & scientiæ laude, in dies efflorescens, ad Bituricensem archiepiscopatum est euectus; cuius elogium Sixtus d Senensis his verbis perstrinxit: *Ægidius archiepiscopus Bituricensis, patria Romanus, ex illustri familia Columnæ prior quondam generalis ordinis Eremitarum, D. Thomæ Aquinatis discipulus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia Aristotelica nulli suo tempore secundus, ingenio subtilis, sermone scholasti-*

Lib. 1. ep. 109. Denariū S. Petri a Polonis & Pomeranis exigit Honorius 116. ep. 192 16. ep. 193 Reg. post. 194 16. ep. 194 Ep. 195. Long. 1. 7 Card. Bar. in no. 15. M. S. aliq. Cumani Tartaros in Vngariam euocant. Ladislaus oblibidinem iusta clade attritus. Tartarorū exercitus peste absūptus. Homines animalū inopia bigas trahere coacti. Vvaldemarus Rex Sueciae ob intemperantiam regno orbatus. Ann. Christi. 1277. 711. 63. Conic. ad reprimenda illius vicia in carcere. Extat apud Magnū 120. 6. 5. Dat. anno Domini m c c l x x v.] Addit Ioannes Magnus l de Sueco Rege: Magnus, habitis bis literis a toto regni senatu, non statim fratrem custodia mancipauit: sed in tertium annum, si forte mores suos emendaret, expectandum putauit.

cus, & ob doctrinam constantiam Fundatissimi cognomen adeptus. Scripsit in sacras literas multas egregias explanationes, de quibus feruntur. In Hexameron libri duo, &c. percenset illius opera, de quibus Cardinalis Bellarminus, qui ipse inter doctores ecclesiasticos meminit magna cum laude, additq; a Magna ex parte non extant, nisi manuscripta in varijs bibliothecis, &c. Ea vero fufissime a Possuino enumerantur b. At de eo haftenus: nunc ad Syriacas res nos conferimus.

Egregia per id tempus euertendae Saracenorum potentiae se offerebat occasio, antequam illi reliquias Christiani nominis absorberent, nisi mutuae dissensiones, Siculorum rebellio, ac Petri Aragonij perfidia occidentem turbassent. Tartarorum enim in Scythia Imperator, & Argon in Perside Rex hoc anno ad summum Pontificem, Francorum & Siciliae Reges (nondum enim Caroli mortis nuntius ad eos peruenerat) scripsere, vt cum ipsis vires coniungerent, & ex parte vna Aegyptum ipsi inuaderent; se ex aduersa copias ducturos: atque ita facili negotio Saracenos debellatum iri: summum Can Christianis sacris imbutum esse, ac gerere in votis vt superstio Mahumetica deleatur, ac religio Christiana efflorescat. Ad quoru illustrandas literas, quae ob Latini interpretis imperitiam maximis scaten erroribus, ex Aytono c referemus, vt Argonus Christianorum studiosissimus in Perside alijque regnis finitimis Mahumeto Cam apostatae, ac religionis hosti atrocissimo successerit, animamque ad fidem amplificandam conuerterit.

78 Anno, inquit, Domini m c c l x x v. post necem pessimi Mahumeti Argonus filius Abagha Can primi Imperatoris noluit se vocari Can, quousq; haberet a maiori domino in mandatis: & super eo misit Argonus ad magnum Can nuncios speciales, quos magnus Can Tartarorum benigne suscepit, & honorifice tractauit, & de morte pessimi Mahumeti fuit plurimum consolatus; & transmisit de maioribus domus suae & Argonum in dominio confirmauit: & ex tunc Argonus fuit ab omnibus Can vocatus, & fuit ab omnibus honoratus. Iste vero Argonus fuit aspectu pulcherrimus, & dominium suum tenuit viriliter & prudenter, Christianos dilexit, & ipsos plurimum honorauit: ecclesias, quas Mahumetus dirui fecerat, reparauit: vnde accefferunt ad eum Rex Armeniae, & Rex Georgiae, & alij Christiani partium orientis, & supplicauerunt ei, quod consilium apponeret & iuuamen, vt Terra sancta liberaretur de manibus paganorum. Argonus quoque benigne respondit, quod libenter faceret quidquid posset ad honorem Dei & fidei Christianae: vnde intendebat foedus pacis componere cum vicinis, vt securius ire possit ad subsidium Terrae sanctae.

79 Meditatum Argonum Saracenorum imperium euertere, ac sacra baptismalia Hierosolymis, postquam eas expugnasset, daccipere, dicemus inferius, atq; ex dictis literis e exploratum est agitate, quarum exordium a gloriosissimo Christi nomine Tartarus auspicatur.

In Christi nomine Amen. Gratia Magni Can & verbum de Argonum, domino sancto Papa patri. Gingiscam primo patri omnium Tartarorum. Hunc Aytonus Changium Can appellat f: de quo ad imperium Tartaricum e fabro ferrario diuinitus euecto plura narrat Aytonus, ac promulgatam a nouo Imperatore hanc primam sanctionem: Primum, inquit, preceptum fuit, quod Tartari omnes crederent & obedirent Deo immortalis, cuius nutu adeptus fuerat imperatoriam dignitatem: & hoc mandatum Tartari tenuerunt, & ex tunc ceperunt

nomen Dei immortalis inuocare, & usque hodie in omnibus eorum operibus Tartari inuocant nomen Domini. Pergunt memoratae literae: Et serenissimo domino Rege Francorum & serenissimo domino Rege Carolo preceptum * sum omnium Christianorum; Maxima de excindenda penitus Mahumetana superstitione, viuo praesertim S. Ludouico inter Tartarorum, Francorum, & Siciliae Reges, Romanosque Pontifices agitata sapius consilia, ex alijs ipsorum literis suo loco allatis a perspicuum est. & omnium Christianorum: non dentur aliquid de tributum, & fiant franci in sua terra: Christianos in Perside alijsque orientis oris ab Argono affectos beneficijs, ac regia tectos clientela fuisse, restis etiam est Aytonus. Magnus Can fecit gratiam ad Ise Turciman. Roba, & tus quod mixi ad ordo Cam Argum. Et praedictus Ise Turciman seruitus istis partibus donec compleantur esset tarde, & Bogagoc, & Mengilic, & Tomas Bancruic & Vgedo Turciman praedictis miximus in ista ambascata, si esset ad principium. Nostra mater erat Christiana. His consentiunt quae de ipsa in superiori tomo allata sunt, b vbi Presbyteri Ioannis filiam exitisse ex Nangio diximus b: Magnus Can nostrum bonum patrem Alaum, & bonus Abaga filius eius, quod custodiebantur omnium Christianorum in terra sua, & possessio, & nobis domino sancto patri potestis intelligere. De Holoano Christiano Rege, Saracenorum glorioso expugnatore, eiusq; filio Abagha Christianorum federatis plura a nobis suis locis dicta sunt. & modo Cobla Cam, sicut erat primum principium, fecit gratiam. Eratis summus Tartarorum in Scythia Imperator, quem a Ioanne XXI. sacerdotes, vt fide Christi imbueretur, ac orthodoxe fidei puritatem ab sede Apost. hauriret, flagitasse dixi c, atq; a successore Ioannis Nicolao III. ad eum missos, vnde fides propagata atque in regia vrbe, cui Cambalu nomen est, archiepiscopalis sedes instituta. & habui in corde voluntatem vel pensamentum ad domino sancto patri Papa mittantur robas, vel vestimentas, et tus; & nos Argoni preceptum de Cam, sicut erat mox terra Christianorum, faciebimus gratia, et habuerimus in nostra custodia. Et habemus in pensamentum, de eos custodire, & facere gratiam anno praeterito.

Ameto erat intratus in moribus Saracinarum. Plura de hoc scelesto apostata sub Mahumetis Cham nomine diximus: a quo maxima Tartarorum multitudo Mahumetana superstitione contaminata. Et terra Christianorum, quod non custodi. Et ideo venit tarde nostris ambascatoribus, & sciat modo, quod terra Saracinarum non sciat nobis in medium nostrum bonum patrem, nos qui sumus in istis partibus, et vobis qui estis in vestris partibus terram Scami, videlicet terram Aegypti inter nos, et vos estrengibimus, id est comprimemus, vobis mittimus melaticis, hoc est nuntios, supradictis, et vos quod mixistis pasagium et pralium in terram Aegypti, et sciat modo nos de istis partibus, et vos de vestris partibus estrengibimus in medium cum bonis hominibus, et mittatis nobis per bonum hominem, vbi vultis quod sciat praedictum factum: Saracenis de medio nostri leuabimus dominus sciat, et dominum Papa et Cam nostra litera anno de Gallo de luna. madj die xvii. in coris.

80 Hac Tartarus: sed iam ante Caroli expeditionem in orientem Siculorum rebellione disturbatam vidimus, nec poterat Francorum Rex eam profectorem adornare: cum hoc anno inuadenda Aragonia, quae ipse filio Carolo attributa fuerat, lethali morbo ex aeris grauitate

* sum

a Anno
Christi.
1267. nu.
70. & al.
bi.b To XII
an. Christi.
1248. nu.
36.Alaum &
Abaga Re
ges Persa
rum Chri
stianoru
studiosi.c Anno
Chr. 127 &
n. 18.
Tartar.
Imp pietas
in mien
tendis ad
Pont. mu
neribus.De Aegy
pro vrin
que inua
deuda agi
tatum.Quand
rei Chri
stianae
extium
Sicu
lorum
rebellio
at
tulerit.

Eduardus
Rex Angl
accipiendi
crucis
symboli
tempus pro
rogari po-
stular.

a Lib. 1.
ep. cur. 11.

Annuat il-
lius perit
Hono-
rius.

correptus occubuerit. Eduardus quidem Anglie Rex suscipiendæ sacræ expeditionis consilium agitabat: sed alias ex alijs eo necente moras, res tota euauit. Subiectis porro literis accipiendi crucis symboli tempus ei prorogatum est. 4

Regi Angliæ illustri.

Licet nuper excellentiæ regiæ per nostras sub certa forma literas inter cætera duxerimus concedendum, vt infra festum natalis Domini, vel in ipso natalis die posses assumere viuificæ signum crucis; quia tamen, sicut intelleximus, tuis vtilitati congruit, & voto concurrat, vt idem terminus in tempus prolixius prorogetur, nos qui libenter, quantum cum Deo possumus, & tuis votis annuimus, & vtilitatibus prouidemus, præmissum terminum vsque ad festum Pentecostes secundo venturum, vt infra ipsum, vel in ipso idem signum assumere valeas, de speciali gratia prorogamus; cæteris per easdem literas tibi concessis, in suo nihilominus robore duraturis. *Dat. Tibure v. kal. augusti anno 1. 7*

81 Hactenus ad Anglum Pontificis literæ, qui postulanti Scotiæ decimas subiunxit b, eas sine Regis assensu concedi non posse: alia vero eius petita admisit c, quæ de coniungendo quodam monasterio Cisterciensium abbatia, quam regijs sumptibus excitarat, ac bonis amplissimis auxerat, porrecta erant. Quod pertinet ad Regem Scotiæ; eum apostolica libertate perstrinxit e Honorius ob nonnullas iniurias ab eius ministris Rossensi, & Morauensi episcopis magno ecclesiastici splendoris damno irrogatas.

Honorius, &c. Regi Scotiæ illustri.

Quia ex debito pastoralis officij cura nobis ecclesiarum omnium imminet generalis; & propterea prædictorum episcoporum & ecclesiarum iniurias, molestias, & offensas, sub dissimulatione transire non possumus, nec debemus; serenitatem regiam rogamus & hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus sollicita meditatione recogitans, quod omnipotenti Domino, per quem Reges regnant, & principes dominantur in terris, quique te regiæ dignitatis insignijs decorauit, tanque sublimi prætulit potestate; ad hoc specialiter inter cætera non indigne teneris, vt ecclesias, & personas ecclesiasticas benigne prosequens & affectuose pertractans, iura & bona illorum regij fauoris præsidio tuearis, prædictis grauaminibus, iniurijs, molestijs, & offensis (quæ non moleste ferre non possumus, vt pote tuæ saluti obuia, & proinde contraria votis nostris) pro diuina & Apostolicæ sedis, ac nostra reuerentia, sublato difficultatis obstaculo, metamponas, ne procedant, vel cõmittantur vltterius, efficaciter inhibendo. *Dat. Tibure xv. kal. aug. an. 1.*

Dum Tibure agebat Honorius (eo enim ad declinandos ætatis ardores se receperat, ac medio circiter mensis octobris reuersus apud S. Sabinam moratus est) delatum ipsi est institutas olim a Guidone Flandriæ comite canonissas seculares in ecclesia Audanensi, latamque eam legem, vt nulla ad eam dignitatem admittenda esset, quæ non paterno maternoque genere nobilitate insignis esset, septemque viri nobiles id sacramento confirmarent: sed cum ea res multis peierandi occasio esset, Honorius eam legem rescindi iussit d.

82 Migravit hoc anno e rebus humanis ad immortalitatem B. Philippus Seruita, qui e Lutetia, vbi medicæ rei operam dederat, in patriam reuersus, cum augustissimo missæ sacrificio interesset, vbi ex actis Apostolorum hæc

verba legi audiuit: *Philippe accède & adiunge te ad currum istum; in ecstasim raptus, in curru aureo beatissimam Virginem insidentem ac sibi pulli coloris indumenta porrigentem suscepit: ac nocte insequenti Seruitis se aggregare ab eadem Virgine iussus est, admittusque, serio mentem tot tantisque virtutibus excoluit, atque adeo egregia earum exempla siue in habendis sacris concionibus, siue Guelphis ac Gibellinis Pistorij & Florentiæ conciliandis, siue in conuerendis viris nefarijs explicuit, vt post mortem Clementis IV. a nonnullis Cardinalibus propositus fuerit, vt ad summum pontificatum eueheretur. Quo ille cognito ad montem Tuniatum fuga se subduxit: vbi delitescens balneis vim medendi a Deo obtinuisse creditus est. Præbuerat vero Cardinalibus illius proponendi occasionem insignis miraculi fama: cum enim in agro Senensi leproso nudo detractam sibi vestem tradidisset, mox ille mundatus est. Edidit plura alia miracula, tum in Italia, tum in Germania, vbi ingentem animarum messem Christo collegit.*

83 Consensit vitæ antea felix exitus, cuius piam historiam ex annalibus Seruitarum decerpemus. Vbi enim illum ecclesiasticis sacramentis rite communitum auctor descripsit, subiicit a: *Dum in litanijs sanctorum suffragia, Deique cœpisset implorare auxilium, cum ad illud peruenisset: Peccatores te rogamus audi nos, sensibus simul & animo adeo defecisse refert Thadæus Adamar, vt facile defuncti speciem præ se ferens, quasi ad tres horas veluti mortuus ab astantibus fratribus iudicaretur, donec per fratrem Vbaldum Florentinum superuenientem, cui mors Philippi diuino monitu reuelata fuerat, excitatus animi viribus mox collectis in hanc prorupit sententiam: Eia fratres mei, in magno dudum certamine versatus sum: nam tentator ille subdolos, dum meas culpas ante oculos obijcit, quibus me perpetuis inferni cruciatibus dignum ostenderet, salutis desperatione me protinus confundere nixus est. At benedictus Iesus & astantes angelorum Regina sic nequissimi illius hostis tela contriuerunt, adeoque sua pietate ineffabili me protegerunt, vt expulso profligatoque colluctatore paratum nobis regnum certaminisque coronam pro sua misericordia demonstrare dignati fuerint. Vos igitur, fratres charissimi, tam varias illius callidi prauaricatoris insidias diligenter caute, cuius omnino studium in fallendo versatur, vt qui celestibus premijs sua culpa fraudatus perpetuo manet, inuidia quoque percitus multis modis artificijsque varijs eadem gloriæ mercede nos semper expoliare conatur. Contra quem re vera, fratres charissimi, non desunt, mihi credite, victricia arma; abstinentia, humilitas, patientia, & quæ omnium est maxima & valde supereminens, charitas.*

84 His quidem armis circumsepti inexpugnabiles prorsus euaditis. Quibus dictis aciem in calum tendens, & rursus quodammodo ecstasim patiens, hucque atque illuc lumina voluens, librum suum sibi dari obnixè postulabat. Cum vero a fratribus, hinc inde astantibus, codices ei diuersi porrigerentur, unumquemque illorum respuebat, acrius & intensius vociferans & importune flagitans, sibi dari librum suum: illum tantummodo desiderare, illum & non alium se omnino velle dicebat. Quem cum fratres non intelligerent, vnus frater Vbaldus eius alumnus, cuius inter brachia languens quiescebat vir Dei, tandem deprehendit illum in imaginem illam ex ebore sanctissimi Crucifixi oculos defixisse, quam in tota vita manibus gestare solitus fuerat. Talem

b Eod. lib.
1. ep. 14.

c lb. ep. 15

Petenti
Scotiæ de
cimas negat
Pontifex, non
assentiente
Scoto, attribui
posse.

d lb. ep. 59.
Rossen. &
Morauic.
episcopi a
Rege Scotiæ
exagitati.

Vigetur
ab Honorio,
vt ab eorū iniurijs
sibi pereret.

Instituta
a Guid.
com. Flad.
in ecclesia
Audan.
canonissæ.

d Ep. 144.
B. Philippus
Seruitæ
pia mors.
e Forar.
die 2. aug.
ex actis
M. S.

igitur titulo libri crucifixum tunc manibus acceptum, orique approximatum Philippus deosculans, illum dicit esse librum suum. Eo itaque bilari & alacri vultu sic suscepto, plurimaque beneficia per totam vitam ab eo recepta commemorans, mox varia sanctissima passionis mysteria meditatus, tandem totus latibundus integrum illud canticum profecutus est: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, &c.* Et deinde, ad extremum urgente morbo, psalmum prouultauit: *In te Domine speraui, &c.* Cumque peruenisset ad eius finem, quae potuit tremula voce ob superuenientem mortem dixit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Dum interim psallentibus fratribus, latantibus angelis, huiusmodi audiuntur voces: *Euge serue bone & fidelis, qui a Virgine super familiam suam fuisti constitutus, intra in gaudium Domini tui.* Ecco statim odoris fragrantia totam impleri domum, & eius rutila facie, quamvis nocte superueniente, splendescere locum; fratresque, quod insolitum videri debet, omni merore deposito, circum illud corpus psalmis & hymnis veluti spirituali letitia perfusos asitare canentes. Contigit autem huic Desipara famulo beata mors (quidquid alijs visum fuerit) die mercurij XXII. augusti MCLXXXV. post solis occasum, quando vniuersa ciuitas pulsaret de more campanas ad gloriosam Dei matrem salutandam, in octaua eiusdem Assumptionis. Longe maioribus post mortem prodigijs effloruit. Quare Leo X. Pontifex maximus, cum illum sanctorum numero addere ob grauiore curas non potuisset, eius familiae fodalibus, vt de illo canonicas preces sub ritu dupplici x. kal. septembris persoluerent, concessit.

85 Repertae caelestibus monitis fuere hoc anno S. Odiliae virginis & martyris reliquiae ac solempni pompa Hoyum translatae, vt refert Ioannes Chapeauillus his verbis: *Anno MCLXXXV. secundum Ioannem presbyterum, chronicon Gemblacense, Brussemium, & alios transfertur corpus S. Odiliae virginis & martyris ex caetu undecim millium virginum ad ecclesiam fratrum cruciferorum oppidi Huyensis.* Haec sacratissima virgo in sarcophago marmoreo iuxta ecclesiam Gereonis sepulta latuit in corde terra per annos mille & quadraginta octo ad vsque annum domini Ioannis Flandrensis episcopi Leodiensis, cuius sacra reliquia hoc ordine inuenta sunt. *Erat in Parisiensi cenobio fratrum cruciferorum frater conuersus quidam Ioannis de Oppa, simplex & illiteratus; sed iustus & timens Deum, in lege Domini meditans die ac nocte, non vacans a colloquijs diuinis & oratione.* Huic nocte quadam quiescenti quasi in ecclasi posito apparuit regia quadam virgo vultu venerabilis, schemate redimita splendissimo, signaculo sanctae crucis insignita, quae & admirantem & stupentem ita affata est: *Ego sum, inquit, de beata Vrsula consortio vna clarissima de decem generosis illius nobilis Britannicarum exercitus virginum ductricibus, redtricibusque denariis & prapositionibus, habens millenas virgines sub mea militia, quas & Domino dedicaui, & ad martyrium simul incitavi, suiq; natione Britannica Maromei tunc temporis Regis famosi filia, & Regis Anglia ex sorore eius, patris videlicet Eiberei, B. Vrsula sponsa, consolubrina, nomen habens Odilia, ad solatium sanctissimae castissimaeque praefatae virginis Vrsulae tradita, cum eadem pluribusq; alijs elegantissimis Deo destinatis virginibus commartyrizata, nunc cu eisdem in caelis coronata.* A Deo autem misericorditer ordini & collegio fratrum S. Crucis in perpetuam patronam, promotricem, & propugnatricem data sum, & delata. De-

inde adiecit: *Surge ergo frater, acquiesce visioni, aperi festinanter meum monumentum, quod certis tibi indicijs demonstrabo. Vade ad urbem Agrippinam Coloniensem, inquirens iuxta sancti Gereonis ecclesiam ciuis opulenti nomine Arnulphi domum: in suo etenim viridario subtus pirum camerae domus suae contiguam in tumba subterranea ac marmorea ossa mea reperies. Et quia amatrix S. Crucis in vita sepe extiti, idcirco assume tecum corpusculum meum et in primario S. Crucis cenobio iuxta Hoyum oppidum transferas, quod est omnium tui ordinis caput conuentuum. Quae omnia simplex suo priori exposuit: & tandem obtenta ab eo licentia sacrae virginis monita, etsi cum difficultate maxima, compleuit.*

86 Inuenta est cum sacro corpore ollula quadam, in qua charta erat continens eiusdem virginis & genus & martyrium. Rediens praedictus frater cum sacris reliquijs, & chirographo, ac literis domini Gifridi Coloniensis archiepiscopi, gestorum fidem pandentibus, confecto pedetentim itinere, venit ad cenobium dominarum ordinis Cisterciensis, quod vetus vinetum vulgo Viuegnis dicitur, non distans procul ab Herstallio, vbi monialis quadam paralytica, dum sacrum feretrum tangeret, repente sanata est. In crastinum vero, transita vrbe Leodio hora vespertina, Hoyum oppidum deuenere, atque in basilica S. Petri apostolici in suburbio Hoyensi cum feretro pernoctarunt. Sequenti vero die cuncti fratres S. Crucis loci illius cum maximo cleri populique tripudio sanctis reliquijs decenter obuiantes, ad collegiatam ecclesiam diuae Virginis detulerunt. Mulier autem quadam infirma alienis manibus deducta, in ipso itinere, dum feretrum tangit, coram omnibus plenam sospitatem recepit. Nouissime, Te Deum laudamus illic cantato, sacras reliquias ad ecclesiam fratrum S. Crucis, locum utique praelectum, asportant: vbi vsque in hodiernum diem, multis coruscans miraculis, veneratione digna honoratur. Praeter praeuocatos auctores venit nouissime ad manus meas officium diuinitus, quod in ecclesia Hoyensi, Leodiensi, & alijs eiusdem ordinis fieri quotannis solet, cum nouem lectionibus, in quibus antedicta historia pene de verbo ad verbum habetur.

Patrae
sacrarum
reliquiarum
contactu
miracula.

IESV CHRISTI

Annus 1286.

HONORII IV. PP.
annus 2.RODVLPHI ROM. REG. 14.
ANDRONICI IMP. ORIEN. 3.

Voluebatur Christianae salutis annus millesimus ducentesimus octuagesimus sextus, in diectione quartadecima, cum Honorius, a quo Rodolphus, vt anno superiori vidimus, Imperij coronam flagitaret, iustis eius votis morem gerere decreuit; quae apostolicis literis illustranda sunt, quibus Pontifex, vbi nonnullis verbis de Sacerdotij & Imperij mutua coniunctione praelusit, ad excipienda ornamenta imperialia in basilica S. Petri diem purificationi B. Virginis sacrum praefixit, ac si noua aliqua difficultas emergeret, consilio Ioannis Tusculani episcopi Cardinalis componendam: horatus vero est Rodolphum, vt qua par erat pompa & apparatu ad celeberratis augendam maiestatem se compararet.

Rodulphus
ad imperiale
insigne accipiendum
excitatus
ab Honorio.

Honorius &c. charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Nuper venerabili fratre nostro H. Maguntinensi archiepiscopo, tunc episcopo Basiliensi, propter hoc a tua magnificentia destinato, in nostra & fra-

a Hon. l. 2.
ep. 54.

* Henrico

Miffus a
Rodulpho
ad Honor.
Bafilien.
ep. pro fla
gitand
imperiali
inūctione.

& fratrum noſtrorum præſentia tuo nomine cum
iſtantia poſtulante, ad vñctionem, confeſratio-
nem, & imperialis diadematis coronationem de
noſtris recipiendas manibus tibi terminum affi-
gnari; nos cum eiſdem fratribus diligenti colla-
tione præhabita, & ijs quæ circa hæc attendenda
putauimus, perpensa deliberatione diſcuſſis, ex-
cellentia regiæ ad petitas vñctionem, confeſratio-
nem, & coronationem imperialis diadematis in
baſilica principis Apoſtolorum de Vrbe recipien-
das a nobis, Domino fauente ſermoni, feſtum pu-
rificationis B. Virginis primo venturum de ipſo-
rum fratrum conſilio aſſignamus.

Feflus
dies puri-
ficationis
Virginis
ad perfici-
endam
celebrata-
tem con-
ſtitutus.

2 Quod ſi forſan interim, quod abſit, aliqua
difficultas emergeret, quæ tuum ad præmiſſa in-
diſto termino impediret aduentum, quodcumque
aliud ad hoc tempus duxeris eligendum, de con-
ſilio venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Tu-
ſculani (quem probatæ vtique diſcretionis virum,
ſcientia præditum, & virtute; vt tibi ab inuio
præcauens, tuos ponat grefſus in via, teque in-
tuis opportunitatibus conſilio dirigat, & auxilio
fulciat efficaci; ad tuæ petitionis iſtantiam lega-
tum in Alemannia, ac quibuſdam alijs partibus
duximus deputandum) id nobis adeo mature
pronunciare procures, quod nos & fratres eoſ-
dem Deo actore, inuenire valeas, prout exigit
negocij tanti ſolemnitas, ad prædicta proſequen-
da paratos.

Pontificia
ad Rodul-
phum ad-
hortatio,
vt Romã
accedat.

Eia ergo, princeps Inclyte, age ſolicite: ad
honoris tui conſummandi ſolemnia ſic te præpara,
ſic diſpone, vt nequaquam tranſeat tam prom-
pta exhibitio noſtri paterni fauoris inefficax; ſed
in eodem termino, vel ſaltem alio, quem tibi, vt
præmittitur, videris opportunum, iuxta magnifi-
centiæ tuæ decentiam ſic diſpoſitus, ſic paratus
occurras, quod tuo voto in præmiſſis impleto,
votiuæ ex eodem fauore noſtro commoda effica-
citer, Deo auſpice, conſequaris. *Dat. Romæ apud
S. Sabinam 11. kal. iunij anno 11.]*

Solicitati
ad eum ſti-
pandum
principes.
a 1b. ep. 55

3 Eodem argumento ad Othones duos Al-
bertum & Conradum marchiones Brandebur-
genſes a, Ludouicum & Henricum duces Baua-
riæ & comites Palatinos Rheni, Menardum du-
cem Charintiæ, Regem Boemiæ, ducem Saxonie,
aliosque Alemannos & Slavvos principes; tum
archiepiſcopos Imperij electores datæ literæ b,
vt ad ſtipandum Cæſarem, atque imperialis con-
ſecrationis ornandam pompam ſe accingerent: ad
quos etiam Tuſculanum epiſcopum legationis
munere decoratum tranſmiſit c. De qua lega-
tione annalium Colmarienſium auctor hæc tra-
dit d: *Eodem tempore legatus a latere domini Papa
miſſus cum plenaria poteſtate Baſileã venit, & domi-
num Baſileenſem electum conſecrauit.* Verum geſſiſſe
Ioannem legati munus in finitimis etiam regnis,
Boemia, Dania, Suecia, Polonia, & Pomerania,
declarat pontificium regeſtum, dum poſt memo-
ratas literas apoſtolicas, quibus legationis geren-
dæ prouincia ipſi demandata eſt, adiicitur eadem
ſententia ad eorum regnorum ac prouinciarum
præſules ſcriptum e. Id vero præ cæteris ei mu-
nus impoſuit f, cum a Rodulpho flagitatus eſſet,
vt eius conſilio in inſtruendo imperiali inaugu-
rationis apparatu fulciretur.

b Reg. poſt
eand. ep.

c Lib. 2. ep.
cur. 3.

d Annal.
Colmar.
p. 1.
In Boem.
Dan. Suet.
Pomeran.
& Polon.
demanda-
ta legatio.

e Reg. poſt
ep. cur. 3.

f Eand. ep. 13

*Venerabili fratri I. epiſcopo Tuſculano Apo-
ſtolice ſedis legato.*

4 Subitè aſſidue noſtræ mentis arcanum
plena, & anxietate non vacua conſideratio illa
terribilis, qua nos ad illius domus cuſtodiam de-
putatos aduertimus, cuius magnitudinem cum

ſtupore Propheta miratur: O, inquies, *Iſrael,
quam magna eſt domus Dei!* Cumque in eiſdem
conſiderationis examine reſidentes, opus aſti-
mamus iniunctum, noſtrarum metimur virium
quantitatem, non ſufficientes virtutum ſumptus
diſpungimus, & merita comparamus; ſtupentes
attendimus, quod ſupra vires noſtras eſt, nobis
imminere negotium, quodque ſoli proculdubio
portare nequimus: ſed ſuper eſt nobis ſpes in-
ſolo auxilio diuino reſoſita, ad quod humiliter
recurrentes deuotius imploramus, vt ille, qui no-
bis vniuerſum mundum cuſtodendum credidit,
illum ſtudioſe, ac vtiliter cuſtodire concedat.
Subeſt etiam Ietro Moyſi cognati conſilium, il-
lum conſultius admonentis, vt ex omni plebe vi-
ros potentes & Deum timentes, in quibus ſit
veritas, & auaritiã oderint, eligat, ipſosque con-
ſtituat ad populum iudicandum, vt ſic impleri
omnipotentis imperium, ac ipſius poſſint ſuſten-
tari præcepta, & ad loca ſua cum pace populus
reducatur. Huiusmodi ſane conſilio & nos ſedu-
lo commonemur, vt cum ſimus commiſſæ nobis
cuſtodie vniuerſis Chriſti fidelibus debitores, & ad
debitum exoluendum huiusmodi per nos ipſos
circuire nequeamus ſingulas regiones, fratribus
noſtris ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, vi-
ris electis ex millibus, viris ſcientia præditis &
virtute, nonnunquam regna, nonnunquam prou-
incias aliquas decernamus, eos in illis conſti-
tuendo legatos, vt ipſis partes noſtræ ſolicitudi-
nis prudenter exequentibus, & imminentiã inibi
ſalubriter dirigentibus in eiſdem, portantibus
onere partito ſit leuius, iniunctumque nobis mi-
niſterium per nos & ipſos commodius, & vtilius
impleatur.

5 Conſiderantes itaque partes Alemanniæ
longius iam exactis temporibus non fuiſſe per le-
gatum ſedis Apoſtolice, præſertim miſſum de late-
re viſitatas; ſupplicatione inſuper chariſſimi in-
Chriſto filij noſtri Rodulphi Regis Romanorum
illuſtris, ad hoc poſt multiplicatæ petitionis in-
ſtantiam inſiſtentis inducti; aliquem de ipſis fra-
tribus, vt in diſtis partibus legationis fungatur
officio, & memoratum Regem ad recipiendum,
vt proponit, de noſtris manibus Imperij diadema,
Deo actore, venturum in ſuis opportunitatibus
conſilio dirigat & auxilio fulciat, deliberauimus
deſtinandum. Ideoque ad perſonam tuam, quam
multis virtutibus in ſuæ abundantia bonitatis ſic
virtutum Dominus inſigniuit, vt ſis in conſilio
prouidus, reſtus in iudicio, rigidus in cenſura, in-
zelo ſobrius, & ſtrenuus in agendo, deliberatio-
nis exitum dirigentes, & te ad præmiſſa de ipſo-
rum fratrum conſilio deputantes, circumſpectio-
ni tuæ in diſtis partibus Alemanniæ plenæ lega-
tionis officium, vt inibi euellas & deſtruas, diſſi-
pes & diſperdas, ædifices & plantes, prout gratiæ
cæleſtis inuſio, & tua tibi prouidentia miniſtra-
bit, duximus committendum.

Quocirca fraternitatem tuam monemus, ro-
gamus, & hortamur attente, per apoſtolica tibi
ſcripta mandantes, quatenus impoſitum tibi onus
laboris huiusmodi, deuote ſuſcipiens, illud ſic ſo-
licite, ſic viriliter & laudabiliter exequi ſtudeas,
quod diuina fauente clementia tuos labores &
ſtudium deſideratus commendet effectus; tuque
proinde retributionis æternæ præmium, & lau-
dis præconium merearis. Nos enim ſententias,
quas tuleris in rebelles, ratas habebimus, & fa-
ciemus, actore Domino, inuiolabiliter obſeruari.
Dat. Romæ apud S. Sabinam 11. kal. iunij anno 11.]

De hac quoque legatione Ioanni Tusculano episcopo commissa, ad Ioannem tit. S. Cæcilie presbyterum Card. in Gallijs legatum literas dedit, atque vtriusque legationis limites circumscripsit, ne alter prouinciam alterius inuaderet. Hic porro addendum videtur de memorato Ioanne Card. episc. Tusculano creato ab Honorio hæc tradi a Ptolemæo Lucensi: *b Hic unam solâ ordinationem fecit, in qua unum solum Cardinalem fecit, videlicet dominum Ioannem Bactamanum, quem episcopum Tusculanum instituit.*

6 Vt porro Honorius iusta Rodulphi petita admisit, atque insignibus Imperij ipsum se redimturum est pollicitus, ita Iacobum Petri filium tyrannidis paternæ heredem, qui Siciliæ sceptrum nefas corripuerat, anathemate defixit; ac matrem illius Constantiam, Manfredi tyranni filiam, a Martino IV. ijs, qui Siculos in rebellionem adhererent, & Regi Siciliæ Gallici generis bellum mouerent inflicto, deuinctos teneri pronuntiavit; recurrente cœnæ dominicæ die, intentatoque iudicio, monuit *d* vt Siciliæ insula facefferent, respicientibusque imperia diuinarum humanarumque penarum terrorem obiecit.

Honorius &c. Ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Quia Constantia & Iacobus sæpediti turbationem & rebellionem præfatas fouere, nutrire, ac etiam pro viribus augmentare non cessant, propter quod prædictas excommunicationis ipsius prædecessoris [nimirum Martini IV.] sententias, sicut præmittitur, incurrisse noscuntur; quia etiam iidem Constantia & Iacobus, quibus nihil omnino iuris competit in dictis regno Siciliæ, vel insula, seu aliqua parte ipsorum, prout præfati eiusdem prædecessoris processus manifeste declarant, & nos nihilominus decernimus, & etiam declaramus; & insulæ præfate incumbunt, & alias eius partes per gentem suam turbant, impetunt, & molestant; nos eosdem Constantiam & Iacobum, ac Siculos, præfente hac multitudine copiosa fidelium, denuntiamus ex causis præmissis excommunicationis vinculo innotatos: attente monentes eosdem, vt iidem Constantia & Iacobus de præfato regno Siciliæ, vel aliqua parte ipsius se nullatenus intromittant; sed infra festum ascensionis Domini primo venturum, quod eis ad hoc pro preceptorio assignamus, de insula ipsa cum tota eorum gente penitus exeant, ad eam contra eandem Ecclesiam vel heredes præfati regis Siciliæ nullo vnquam tempore reuersuri.

7 Præcipimus quoque Siculis memoratis, vt Constantiam, Iacobum, & gentem prædictos, de insula ipsa, infra eundem terminum prorsus expellant, eosque vterius inibi non admittant: alioquin contra Constantiam, Iacobum, & Siculos ipsos spiritualiter & temporaliter, & specialiter ad reddendum eosdem Siculos prouisionis præfate constitutionis expertes, quando & prout qualitas facti suaserit, & expedire viderimus, auctore Domino, procedemus, &c. *Actum in Vrbe ante ecclesiam S. Sabinae in die cœnæ Domini pontificatus nostri anno I.]*

8 Contempsit Iacobus pontificia imperia, ac Siculam coronam, quam Alfonsus maior natus frater Gallico distractus bello, inque Aragonia contra Carolum Valesium, quem a Martino IV. creatum Regem vidimus, defendenda curis implicitus tueri non poterat, corripuit; regis que munitionis honoribus a Cephaludensi & Neuca-

strensi episcopis solemnè pompa affectus solum conscendit. Qua de re hæc rerum Sicularum anonymus auctor tradit a: *Anno ab incarnatione Domini MCLXXXVI. in die purificationis Virginis conuenientibus ex proposito maioribus, & syndicis omnium Sicularum, Iacobus filius Petri Regis Aragonum vigore testamenti genitoris sui, iniqui nimirum confictique, in Regem Sicilia coronatur. Ipse paterni moris non immemor, gratum se omnibus præbuit, Sicularum animos, quod potissimum est regnantibus, immensis donis variisque honoribus quasi funiculo regis liberalitatis allexit. Hæc auctor Iacobi partium studiosissimus: sed ad flagitium, quod hisce verbis ornat, vlciscendum Honorius sacro ascensionis dominicæ die hac illum sententia percudit.*

Honorius &c. Ad certitudinem presentium & memoriam futurorum.

De cubro regulus prodijt, & de parte nequitia filius iniquitatis exiuit; Iacobus videlicet quondam Petri olim Regis Aragonum, persecutoris Ecclesiæ manifesti, filius. *Ei infra:* Qui nouissime propria & Sicularum ipsorum ductus infania, non sine diuinæ maiestatis offensa ac Apostolicæ sedis, ac heredum claræ memoria Caroli Regis Sicilia præiudicio, iniuria, & contemptu coronari, vel verius execrari se fecit in Regem prædicti regni, solumque conscendere, verecundia qualibet a se penitus relegata, præsumpsit; seque Regem Siciliæ nominans, regio sigillo abutitur, titulum regum exprimente, prout literarum suarum inspectio, & sigilli, quo signabantur, impressio plenius profitentur. Nos igitur eiusdem Iacobi præsumptionem tam temerariam, & superbam, ac eius iniquitates, dolos, fraudesque multiplices abominabiliter detestantes, ac ipsum declarantes, & denuntiantes excommunicationis vinculo innodatum, de fratrum nostrorum consilio cassamus & irritamus, vel potius cassum, & irritum nunciamus quidquid circa præfatum Iacobum extitit per vñctionem, immo verius execrationem, & coronationem huiusmodi, quas recipere de facto non metuit, & quas vtique constat nullas esse præsumptum. Ciuitates præterea, castra, cæteraque loca, ad quæ dictum Iacobum, extra etiam insulam Sicilia, quæ alias ex causis varijs ecclesiastico subiaceret interdictione, deuenire contingeret, quamdiu ibi fuerit, eidem interdictione decernimus subiaccere; ita quod nec publice vel priuatim missarum solemnè celebrentur ibidem, excepta missa, quam semel in septimana, si tamdiu inibi moram contraxerit, submissa voce clausis ianuis, & exclusis generaliter omnibus, præter duos vel tres ministros, pro facienda Eucharistia, in extrema necessitate articulo infirmantibus exhibenda, benigne permittimus celebrari; nullumque aliud officium palam celebretur ibidem, neque secreto etiam in communi; nullaque in eis ecclesiastica sacramenta, exceptis sacramentis baptismatis & pœnitentiæ, ac etiam Eucharistiæ exhibendæ infirmis, in extremis laborantibus, ministrantur, &c. [Addit grauiores pœnas, quas ecclesiasticum interdictum violaturis, vel rem diuinam præfente Iacobo Sicilia tyranno peracturis inuit: præfules proceresque a Iacobi obsequijs iubet discedere: iudicio postulat Cephaludensem & Neucastrensem episcopos, qui ipsum regis corona cinxere; ac recurrente festo omnium Sanctorum die ad dicendam apud subsellia pontificia causam euocat. Denique Constantiam Iacobi matrem ac Siculos ob impensa Iacobo in corripienda Sicula corona studia anathematis

a M.S. comit. Vbal. de reb. Siculis pag. 58.

Insulanos beneficijs sibi adstringit.

b Lib. 2. ep. cur. 1.

Lata in eum ab Honorio sententia.

Multata insula ecclesiastico interdictione.

nexibus se deuinxisse pronuntiat. *Actum in Vrbe in predicta ecclesia S. Sabina die ascensionis dominice pontificatus nostri anno 11.*

a Honor. lib. 2. ap. cur. 40. Episcopi, qui regia illum inuentione assecerant, postulati iudicio.

b Ead. ep.

Ob contumaciam anathemate percuss.

9 Obtriuere ij omnes a pontificia imperia: Iacobus enim non modo arreptos regios honores abijcere detrectauit, sed ad firmandum solium ac tyrannidem proferendam Neapolitanum regnum bello concussit: nec Cephaludensis. & Neucastrensis episcopi, qui regia illum inuentione assecerant, postulati iudicio. *Cum Iacobus, tanquam ad actus nefarios, & opera detestanda dispositus, quin potius ad malorum profunda festinans, culpas culpis adijciat, et presumptiones presumptionibus coaceruet; ac dolos, fraudes, & iniquitates varias et diuersas exerceat, possessionem insula detinendo Sicilia, partemque alteram dicti regni temerarijs conatibus impugnando; eum propter hoc et alias nequitias, prauitates multiplices, autemque ipsius contumaciam denunciamus vinculo excommunicationis innexum: ac processum huiusmodi per nos contra eum et Constantiam, Siculos, aliosve predictos habitum approbamus, ratificamus, & etiam confirmamus, nihilominus eum auctoritate apostolica innouantes. Et infra: Cephaludensem autem et Neucastrensem, ac alios episcopos, et prelatos, qui eiusdem Iacobi uentioni et coronationi, vel uerius execrationi presumpserunt personaliter interesse; quique citati, sicut pramittitur, comparere coram nobis in predicto termino, vel post ipsum etiam contumaciter non curarunt; excommunicauimus, ab administratione spiritualium, et temporalium suspendentes, etc. Constituit iterum diem qua canitur Latere Ierusalem, ad crimen impertite Iacobo regie inuentionis purgandum: ac si iudicium declinarint, episcopali munere denuntiat exauctorandos. *Actum in vrbe in predicta ecclesia S. Sabina in die dedicationis basilice Principis Apostolorum, pontificatus nostri anno 11.* Superiora paucis complectitur Iordanus c his verbis: *Iacobus frater eius cum matre in Siciliam iuit. Honorius autem Papa sententiam Martini contra Petrum, contra filios renouauit. Alfonsus uero contra Regem Maioricarum patrum suum, qui cum Ecclesia se tenebat, insurrexit, et terras aliquas occupauit. Inuestum classe ineunte hoc anno Alfonsum e maiori Baleari insula, quam superiori anno subegerat, in Ebusum arcemq; armis septam compulisse ad deditioem; ac dein Casar-Augusta regij honoris insignia sumpsisse, tradit Surita. d**

c Iord. M. S. v. at. sign. n. 1960.

Baleares subacta ab Alfonso.

d Surit. in die. l. 2. & in annal. lib. 4. c. 74. & 76. & alij.

Alfonso Aragoni pontificias censuras declinare nititur.

10 Non tantam uero ac Iacobus in spernendis pontificijs imperijs contumaciam præ se tulit Alfonsus ipse, illius frater maior natus, ad retinenda Aragoniæ & Valentini scepra, quæ a parente Petro, Martini IV. sententia exauctorato, acceperat: ueritus enim, ne apostolicarum censurarum religio, potentiaque Gallicæ terror populos mouerent ad Caroli ualesij, in quem Aragonij & Valentini regnorum, tum Barchinensis comitatus iura transfusa erant, partes amplectendas, mulcendum Pontificem censuit, ut concussum præterito bello solium confirmaret. Excusatorijs igitur literis veniam deprecatus, si mox a paterno obitu oratores ad sedem Apostolicam non misisset, eosque accessuros est pollicitus. At Honorius recurrente cœnæ dominicæ die, qua impios ecclesiastica execratione desigmos

est, ea obsequij specie retardatus, edictum promulgauit a, ex quo hæc decerpfi.

11 *Quia idem Alfonsus per suas literas, tam nobis quam eorumdem fratrum nostrorum collegio destinatas, de non missis ad nos post obitum diei patris sui nuncijs causis præsentis varijs se excusans; et supplicans excusatus haberi, asserit se in presentiarum nuncios ad nostram presentiam destinare; nos, etsi uideretur aliquibus nequaquam propter hoc ab habendis aduersus ipsum processibus abstinendum; nec desissent, qui de ipsius intentione certiora expectanda suggererent argumenta; uolentes tamen solitam maturitatem sedis Apostolicæ obseruare, de ipsius sedis mansuetudine consuetæ contra eundem Alfonsum omnem processum, usque ad festum ascensionis dominicæ primo venturum duximus sustinendum; tanto contra ipsum ex tunc, si apparuerit per eum nobis illusum, grauius spiritaliter et temporaliter, prout expedire uiderimus, processuri, quanto amplius ipse suam contumaciam per illusionem huiusmodi aggrauaret. *Actum in Vrbe ante ecclesiam S. Sabina in die cœnæ Domini pontificatus nostri anno primo.**

12 Illuxerat dominicæ ascensionis dies, nec dum Alfonsi oratores ad aulam pontificiam peruenierant: sed cum iter aggressos fama esset, ac nonnullis iustis impedimentis implicitos teneri, ferenda sententiæ tempus iterum extraxit b. Accessisse demum ad sedem Apostolicam regios oratores, quorum princeps erat Raymundus e Rifulden, ostendit data ab Honorio tuti commeatu syngrapha c, qua reuersuris ab aula pontificia liberos aditus aperiri in Aragoniam iussit. Haud tamen excusationes Alfonsi in tuædo paterno regno, cuius iura edicto pontificio in Caroli ualesij traducta erant, admittæ: imposita enim Ioanni tit. S. Cæcilie presbytero Card. prouincia d, ut ad Carolum in possessionem regni Aragonij, iure honorario ipsi ab Apostolica sede tradiri, inducendum ecclesiasticos, qui Alfonso studerent, sacrorum usu sacerdotiorumque uetigalibus priuaret.

13 Dum Alfonsum inter & Carolum ualesij de Aragoniæ regno certabatur, Eduardus Anglorum Rex pacis ineunda interpret accessit, tum ob iura sanguinis, tum ut pacata Europa Syriacæ profectio tutius se compararet, ut narrat Prolemæus Lucensis e, cui etiam Iordanus f consentit his verbis: *Anno eodem, nimirum mcccxxxvi. Odoardus Rex Angliæ (facto prius homagio Regi Franciæ pro ducatu Aquitaniæ, & alijs quæ in regno Franciæ tenebat) uenit * Vasconiam, liberaturus Regem Carolam, qui erat in Cathelonia, nati enim erant ex duabus sororibus, & * cum Alfonsus tunc Rege Aragonum primogenito Petri, qui Petro successerat. Honorium itaque rogauit, ut ad se internuntios summa ad conciliandam concordiam auctoritate instructos mitteret. Cui Honorius respondit g, tantis rem obseptam difficultatibus; atque Apostolicam sedem, Siculum Regem, Gallorum stirpem regiam, ac filios Ferdinandi Alfonsi maioris nati filij in eo bello ita implicitos uideri, ut nullis legatis, quamuis summa præditi prudentia, tanti momenti negotia permittere possit: *Fili charissime, sollicite considerare te cupimus & aduertere diligenter, quam sit arduum, quam difficile, quam profundum præteritum negotium, pensatis eius circumstantijs uniuersis, cum illud Romanam ecclesiam & clarissimam domum Franciæ, ac dilectos filios nobiles viros Carolum primogenitum claræ memoria Caroli Regis**

Sicilia; liberos quoque quondam Fernandi, nati in-
elyta memoria Alfonsi Regis Castella, nec non &
eundem Alfonsum, nempe Aragonum, ac Iacobum
germanum & matrem ipsius, & etiam Francie
Castelleque regna; quinimo totius fere Christiani-
tatis populos propensius & profunde contingere di-
gnoscatur: propter quod penitus expedit, ut in
illo non perfunctorie, non praeperere; sed exacte
potius & mature, ac etiam cum deliberatione præci-
pua procedatur, ut a Deo firmiter solidiusque con-
fistat, quod agi contigerit in hac parte. Ideoque cel-
itudinem regiam rogamus & hortamur attente,
quatenus non moleste ferat regalis benignitas, si ve-
nerabilibus fratribus nostris Bonifacio Rauennati
& Petro Montis Regalis archiepiscopis, ad te pro iam
dicto negotio destinatis, potestatem huiusmodi non
duximus concedendam, &c. Dat. Roma apud S. Sa-
binam VII. id. nouembris pontificatus nostri an-
no II.

14 Ne in difficillima re nuntijs illuderetur ab
Aragonijs, Pontifex ad periculum auertendum
prudentia Bonifacio & Petro archiepiscopis ea-
lege perficiendæ pacis potestatem permittit, si
Alfonsus Aragonius leges, quas in scriptis reda-
ctas tradiderat, admitteret: monuit tamen ne, si
eas respueret, propterea tractatum pacis abrum-
peret: *Si contigerit*, inquit b, *quod idem Alfonsus*
conditiones easdem, vel ipsarum aliquas recuset
fortitan adimplere, vos propterea nequaquam rum-
patis negotium; sed potius iuxta nostra directionis
& informationis tenorem studeatis prudenter procedere
in eodem. Datum Romæ apud S. Sabinam VII. id.
id. nouembris pontificatus nostri anno II. At quam-
uis Honorius eam adhibuisset prudentiam ad do-
los dissoluendos, perfunctorios tamē male suo mun-
re pontificios nuncios visuri sumus: dum enim ini-
quiores leges pro liberando Carolo agitabantur,
sedem Apostolicā de ijs certiores facere præter-
misere: quare a Nicolao IV. increpiti, eaque
leges rescissa fuerant, de quibus inferius. Nunc
reliquas Siculas res coniungamus.

15 Inustus proditoris nota Adinolphus Acer-
rarum comes, ac postulatū iudicio a Roberto
comite Atrebatensi, Sicula regis procuratore
vna cum Gerardo Card. legato, iustasque singula-
ri certamine causam experiri, ad pontificium asy-
lum perfugerat: Cuius auditis excusationibus
Pontifex Roberto Atrebatensi illum exagitare, vel
ad pugnam singularem adigere vetuit.

Honorius &c. Dilecto filio nobili viro R. comiti
Atrebatensi, & vna cum venerabili fratre nostro G.
episcopo Sabiniensi A. S. L. bairio Regis Sicilia per
Romanam ecclesiam constituto.

Magnitudini tuæ per apostolica scripta distri-
cte duximus iniungendum, quatenus sublato cu-
iuslibet difficultatis obiectu, a quolibet inquisi-
tionis processu contra comitem ipsum habendæ
omnino desistens, ab indicenda sibi necessitate
duelli per se vel per alium inuendi, quod inter
predictos nobiles agi seu fieri penitus prohibemus,
prorsus abstinere procuret; nec aduersus eundem
comitem occasione inquisitionis, contra eum post
huiusmodi nostram inhibitionem (quam quidem
inquisitionem omnino viribus vacuamus, irrita-
mus, ac nullius volumus esse momenti) vel etiam
ante inhibitionem ipsam habitæ, quoquo modo
procedas. Nos enim procedendi quomodolibet
ad predicta occasione huiusmodi contra comi-
tem memoratam, & bona ipsius, tibi de fratrum
nostrorum consilio omnem ex nunc interdiximus
& expresse adimimus auctoritate presentium po-

testatem, &c. Dat. Tibure iabus iulij anno II.]
16 Hoc anno, admissis iā in Ecclesiæ gratiam ab
Honorio, ut vidimus, Venetis; cū ij pœnis gratiori-
bus eos multassent, qui arma pro Ecclesia & Caro-
lo gesserant, ut illius legis reos, qua senatus consul-
to cautum erat, ne quis inconsulta republica ex-
teriorum principum castra sequeretur, Pontifex,
qui iam sacrorum vsum ipsis certis legibus res-
titui iusserat, re ob nonnullas difficultates extra-
cta, repetitis imperijs episcopo Castellano dissolu-
endi interdicti auctoritatem contulit a eo pacto,
ut in legitimis codicibus referrent, superius senatus
consultum aduersus Ecclesiam & Carolum con-
ditum non fuisse; ac pœnas ijs incussas, qui pro
Ecclesia vel Carolo stipendia senatu inconsulto
fecerant, rescinderent, pristinisque restituerent iu-
ribus.

Honorius, &c. venerabili fratri episcopo
Castellano.

17 Olim tibi tibi certa forma per literas nos-
tras iniunximus, ut interdictū, quod venerabilis
frater noster Bernardus Portuensis episcopus, tūc
in illis partibus Apostolicæ sedis legatus, occasio-
ne quorundam processuum felicitis recordationis
Martini Papæ IV. prædecessoris nostri in ciuitate
Venetorum seruari mandauit, relaxares difficul-
tate sublata; & intellecto quod nobilis vir dux,
consilium, & commune Venetorum contra illos
de ciuitate ipsa eiusque districtu, qui ad requisiti-
onem ipsius episcopi ad partes regni Sicilia in-
feruitum Romanæ ecclesiæ, ac claræ memoriæ
Caroli Regis Sicilia seu ipsius Regis heredum,
absque ducis & consilij prædictorum licentia se-
personaliter contulerunt, graues & diuersos va-
rijs temporibus ordinauere processus, & pœnas
varias infligendas eisdem; volumus inter alia,
& per alias literas tibi districte præcipiendo man-
dauiimus, vt antequam ad ipsius interdicti rela-
xationem procederes, prædictos ducem, consi-
lium, & commune ex parte nostra diligenter mo-
nere ac inducere procurares, vt statutum illud, de
quō in ipsis primis literis mentio habebatur ex-
pressa, declarare studeant, quod ipsum in prædi-
ctorum Ecclesiæ, seu Regis, aut heredum iniu-
riam, vel in fauorem quondam Petri dudum Re-
gis Aragonum nullatenus ediderunt; ac huius-
modi declarationem in libro statutorum suorum
conscribere non tardarent; quodque processus
prædictos totaliter renocarent, & pœnas easdem
eis, qui vt prædicitur, in ipsorum Ecclesiæ, Regis,
& heredum seruitium perrexerunt, omnino remitte-
rent, nullam illis huiusmodi occasione molestiam
vltterius inferendo; & si quid ab eis occasione
prædicta fortitan exegerunt, eisdem quantocyus
restituere non postponerent. Quibus omnibus
ad effectum perducis, non differes interdictum
huiusmodi relaxare: cumque tu, sicut accepimus,
ad huiusmodi mandati nostri executionem inten-
deres, fuit tibi ex parte dictorum ducis, consilij,
& communis responsum, quod ipsi proponebant
propter hæc ad nos speciales nuncios destina-
re.

18 Venientibus itaque ad presentiam nostram
ipsis nuncijs, videlicet dilectis filijs fratribus Ba-
xiano & Daniele Prædicatorum, ac fratribus Ei-
dentio & Alexandro Minorum ordinum, expo-
suerunt nobis ex parte dictorum ducis, consilij, &
communis, quod per eosdem ducem, consilium,
& commune extiterat declaratum, quod statutum
ipsum siue consilium non fuit factum in iniuriam
ecclesiæ prædictæ, sed pro conseruatione pacifici

Veneri cœ-
suris solu-
ti.
Qua de
causa ijs
fuerant
impliciti.

Lib. I.
ep. 311.

Handwritten mark

Handwritten mark

Handwritten mark

Non Ec-
clesiæ &
Caroli o-
diosæ pu-
blicæ pa-
cis causa
illud edi-
tum sunt
cōtestari.

status eorum, & pro guerra & scandalo euitandis: nec fuit factum in præiudicium vel fauorem alicuius domini de mundo, vt eorum verbis vtamur; & quod super processibus prædictis incolæ ciuitatis eiusdem proponebant se apostolicis beneplacitis conformare. Nos autem attendentes deuotionem synceram, qua ijdem incolæ hactenus erga prædictam ecclesiã viguerunt, ac ipsis fauorabiliter annuentes, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus prædicta ipsius statuti declaratione, prout ijdem nunciij retulerunt, in libris statutorum conscripta prædictis, & eisdem reuocatis processibus, & pœnis omnino remissis, & restitutione, vt prædicatur, subsecuta, interdictum huiusmodi, auctoritate nostra relaxare procures; prædicens omnibus publice, quod caueant illi, qui propter fauorem eidem Petro ab ipsis impetum excommunicationis sententiam incurrerunt, ne se diuinis officijs immisceant, donec super hoc absolutionis beneficium assequantur. *Dat. Romæ apud S. Sabinam xv. kal. aprilis anno 1.*



19 Adiungendum hic videtur, Ecclesiæ pertinacissimum persecutorem, Guidonem nimirum comitem Montisferetri ad pontificia imperia supplicem procubuisse, veniamque præteritorum deprecatum. Cum enim, ad Flaminiam occupandam multum sanguinis humani fudisset, innumeraque alia patrasset scelera; iamque conuersa rerum alea Fauentiam & Ceribiam, quæ Ecclesiæ conciliatæ erant, amisisset; siue in disperationem rerum meliorum adductus, siue violata toties Ecclesiæ pietatis penitens, pontificijs imperijs se submitit: qui ipsum in Pedemontem, ne turbas nouas concitaret, amandauit, atque duos ipsius filios obfides accepit: ita vniuersa Flaminia pontificijs obsequijs se addixit, cui Honorius Guillelmum Durantium præfecit.

20 Admissus pariter in gratiam est Henricus Ferrandi olim Regis Castellæ filius, cum illius ferocia diuturnis incommodis perdomita esset, veniamque præteritorum criminum inita cum Conradino aduersus Carolum conspirationis, læsiuris pontificij, expulatarumque ecclesiarum supplex deposceret: datæque partes fuere Gerardo Cardinali legato, vt respicienti penitentiam imponeret.

Honorius, &c. venerabili fratri Gerardo

Sabinensi episcopo A. S. L.

Cum nobilis vir Henricus filius claræ memoriæ Ferrandi Regis Castellæ ac Legionis pro eo, quod contra monitiones, comminationes, & inhibitiones Apostolicæ sedis quondam Conradino nepoti olim Frederici dudum Romanorum Imperatoris, adhæsit, impendens ei auxilium, consilium & fauorem; nec non pro eo, quod domos Apostolicæ sedis, ecclesiæ S. Petri de Vrbe, ac alia bona dictæ sedis & ecclesiæ Romanæ occupauit, & pro offensis ac damnis, quæ felicis recordationis Nicolao Papa prædecessore nostro tunc in minori officio cõstituto, & dilectis filijs nostris Matthæo S. Mariæ in Porticu, & Iordano S. Eustachij diaconis Cardinalibus, eodem Iordano tunc existente capellano sedis prædictæ, intulit; & pro eo etiam, quod diuersos clericos cepit seu capi fecit, & sub custodia detineri, ac nonnulla deposita diuersorum Christi fidelium & ecclesiarum de factis & idibus Vrbe, seu locis eis adiacentibus extraxit, seu fecit extrahi, tam per sedem præfaram quam etiam a canone sit diuersis excommunicationum sententijs innodatus; fuit nobis ex parte sua humiliter supplicatum, vt ipsum ab huiusmodi sententijs absolui de benignitate apostolica mandaremus. Licet igitur di-

ctus nobilis enormiter peccauerit, se Deo & Ecclesiæ pertinaciter opponendo, propter quod eorum meruit iustitiam experiri; quia tamen, intellectum sibi vexatione salubriter tribuente, ad humilis confessionis confugit remedium, misericordiam dictæ sedis contrito ac humiliato spiritu, ac supplicationum instantia flagitanti, nos quamuis immeriti, eius variarij constituti, qui parcendo & miserando suam omnipotentiam maximè manifestat, libenter in cunctis actibus nostris misericordiam amplexantes; cum sciamus, euangelica veritate dicente, beatos esse misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur; fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus eiusdem nobilis per te vel per alium confessione audita, ipsum, postquam prædictis Cardinalibus & heredibus, qui prædicto prædecessori nostro in bonis patrimonialibus successerunt, de præfatis offensis & damnis, ac alijs, quorum interest, de prædictis depositis plenarie satisfecerit, ab eisdem sententijs iuxta formam Ecclesiæ per te vel per alium absoluas auctoritate nostra; iniungens ei penitentiam salutarem, & alia, qua de iure videbis iniungenda. Et specialiter quod de cætero Romanam ecclesiam non impugnet, nec impugnantibus ipsam præter auxilium, & consilium, vel fauorem. Si vero propter paupertatem de offensis & damnis, ac depositis prædictis ad præsens satisfacere forte nequirit, tu ab eo bonorum suorum cessione, ac iuratoria cautione, cum aliam, vt asserit, tunc præstare non possit, receptis, absolutionis beneficium a prædictis sententijs impendens eidem, præcipiens ei sub debito præstiti iuramenti, quod quam cito ad pinguiorem fortunam peruenerit, dictis Cardinalibus & heredibus, ac alijs de offensis, damnis, & depositis satisfaciatur supradictis. *Dat. Romæ apud S. Sabinam viii. id. martij anno 1.*

21 Motus etiam est Honorius misericordia in Sugerium Gadicensem episcopum, qui ob impensam operam ad liberandos Ferdinandi maioris natu fratris Sanctij regnantis filios, in exilium pulsus fuerat; precibusque Regis Francorum adductus Ioanni Cardinali legato munus iniunxit, vt ei quosdam in nonnullis ditioribus monasterijs prouentus ad triennium attribueret.

Honorius, &c. dilecto filio I. tit. S. Cecilia presbytero Cardinali Apostolica sedis legato.

Mouet nos apostolicæ pietatis affectus, & officij debitum pastoralis inducit, vt venerabilem fratrem nostrum Sugerium Gadicensem episcopum fauoris beneuoli exhibitione fouentes, ad releuandum inopiam, & miserabilem statum eius, benignæ sollicitudinis studium impendamus. Nuper siquidem pro parte ipsius episcopi propositum extitit coram nobis, quod ea occasione, quod ipse dudum de liberatione dilectorum filiorum virorum nobilium liberorum quondam Fernandi nati claræ memoriæ Alfonsi Regis Castellæ, se sollicite intromisit, & ad id pro viribus operam tribuit, laboribus & sumptibus proprijs non parcendo, ecclesia, & alijs bonis suis est nequiter spoliatus; sicquæ iam dictus episcopus pro pijs actibus impia perferens, & pro laudandis operibus dura passus, iamdiu ab eadem ecclesia dicitur exulasse, in partibus Franciæ morari coactus: quare pro parte ipsius a nobis suppliciter petebatur, vt cum de sui episcopatus prouentibus nihil percipere valeat, nec alias habeat, vnde possit commode sustentari, prouidere sibi super hoc, ne in derogationem pontificalis officij amaræ mendicitatis opprobrium

Abstinere factis ij inlli, qui anathemate ob Petri Aragon. studij fuerat defixi.

Guido comes Montisferetri ad Ecclesiæ obsequium reuocatus.

a Iacob. Mole. p. c. 227. 228. Jo. Villan. l. 7. c. 107. S. Ant. 3. p. tit. 20. c. 5. ante S. 1. c. 9. alij. Romano la asserta Ecclesiæ.

Henricus olim senator venia poscit scelerum. b Lib. 1. ep. 197. c Ibid. ep. 318.



experire cogatur, de solita benignitatis clementia dignaremur. Nos itaque super tantæ aduersitatis euentu, ac tantis & tam grauibus iniurijs episcopo compatiens eidem; & benignius attendentes, quod eo sibi durior redditur, ipsumque stimulo acriori perurget onerosa, qua deprimi dicitur sarcina paupertatis, quo prius bonis abundare amplius conseruit; ac dignum & congruum reputantes, vt idem episcopus in tantæ necessitatis articulo Apostolicam sedem propitiam sibi reperiat, & per effectum sentiat gratiosam; huiusmodi petitionem ipsius episcopi charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris, & dilectæ in Christo filia nostræ nobilis mulieris Blanca amitæ Regis ipsius precibus circumfultam, benigne duximus admittendam. Ideoque discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem episcopo pro se, ac etiam competenti familia sua sic prudenter & provide facias ab aliquibus monasterijs regni Francia, de quibus expedire putaueris, in aliqua quantitate pecuniæ annis singulis vsque ad triennium subueniri (nisi ante ad suam ecclesiam redire valeat, vel ei contingat aliter prouideri) quod & subuentio congrua episcopo memorato pro se ac prædicta familia competenti proueniat, & prædicta monasteria non grauentur, contradictores super hoc per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, &c. cõpescen. *Dat. Romæ apud S. Sabinam* *iv. id. nouemb. an. 11.*] Relicti fuerant ij principes Alfonso & Ferdinandus, quoru salutem Sugerius episcopus cõsuluerat, substituti inter se relictæ sceptri Castellani heredes ab auo Alfonso Rege, cuius mortem superiori anno ex Hispanis annalibus contigisse tradit Mariana, illiusque elogiũ subiectis verbis adducit a.

Hispani ex morbo defunctus est poenitentia atque Eucharistia de more procuratus ad xi. kal. maij, vt quidam tradunt. Certe salutis anno mcccxxxiv. superiori nouembri mense testamentum nuncuparat, in quo Alfonso & Ferdinandum nepotes, inter se substitutos, regni heredes nominauit; & vitroque sine prole defuncto Philippum Gallia Regem ad priores Castella Reges maternum genus referentem. De filijs atque fratribus mentio nulla Sanctij odio, in quem Francorum vires eo testamento mouebantur. Ioanni tamen filio sub mortem Hispaniam & Pacem Augustam eo expetente, Iacobo Murciam legauit, utriusque Regis nomine, sed vt Castella Regum beneficiarijs. In Caluarie monte cor sepeliri mandauit, loci religione sanctitateque adductus. Corpus Hispani sepultum est prope patris & matris sepulchra impensa monumenti non maxima neque necessaria, quoniam vita meruerat, vt duraret effectus immortalis nomen. Maximus & prudentissimus Rex, si sibi sapere didicisset, felixque, nisi sub vitæ exitum multis calamitatibus esset vexatus, atque præclaras animi & corporis dotes avaritia, seueritas, atque impotens dominatus scõdassent. Primus Hispania Regum vendendi atque paciscendi vulgari Hispanorum lingua potestatem concessit, eius lingue nimirum, quæ rudior erat, excellens locupletandæque studio. Sacros bibliorum libros in matrem linguam vertendos curauit. Ex eo tempore in regijs diplomatibus, ac publicis tabulis Latina lingua, cuius antea usus erat, desijt usurpari: vnde pudenda literarum ignoratio in nostram gentem, atque vitrumque ordinem inuasit.

22. Quod ad Blancam Alfonso nurum, Ferdinandi maioris natu filij viduam, & Francorum Regis Philippi amitam attinet; ea erat S. Ludouici filia, qua cum nuncium mundo, cuius spes infidas

ac promissa fallacia etiam in conditione florentissima experta erat, remittere, seque monasterio includere decreuisset, Pontifex sacrum illius consilium collaudauit. a

Dilectæ in Christo filia nobili mulieri Blanca nata clara memoriae L. Regis Francorum.

Literarum tuarum series aduersorum illistonis euentuum, quæ tui pectoris penetralia, magna nimirum amaritudine repleuerunt, seriose describens; tuumque laudabile propositum cum humilis & deuotæ supplicationis instantia in calce supponens, nostris præsentata conspectibus, & multæ compassionis in nobis excitauit spiritum, & congaudendi tibi de tuo salubri voto materiam ministravit. Licet enim tibi tanto & tali orbatæ parente, tanti viri priuatæ consortio, tantorum germanorum solatio destitutæ, grauata insuper de natorum, licet viuentium, subtracta præsentia, paterno ex intimis compatiatur affectu; considerantes tamen te in tantis aduersitatibus non muliebriter succumbere fletibus, non substerni gemitibus; sed tamquam fortem proculdubio, vt hæc perhibent, mulierem in aduersis animo virili consurgere, ad consolatorem confugere optimum, ad animarum hospitem aspirare dulcissimum, habitationis secretæ confugium salutari quærendo consilio, in quo a secularibus segregata strepitibus, desiderata illius, prout ipse concesserit, consolatione fruaris; tam deuotæ in Christo filia non immerito congaudemus. Ideoque tuum in hoc desiderium delectabiliter adiuuantes, iuxta tuæ supplicationis instantiam præsentium tibi auctoritate concedimus, vt infra septem monasterij de humilitate B. Mariæ Virginis Parisiensis diocesis cum mulierum, & puellarum honestarum numero, dilecti filij, ministri ordinis fratrum Minorum Francia, nec nõ & dilectæ in Christo filia abbatissæ ipsius monasterij arbitrio moderando, tibi liceat habitare. Volumus tamen vt per eosdem ministrum & abbatissam ita diligentia prouideatur exacta, quod nec per hæc, nec per aduentum aliquorum tuamvolentiam adire præsentiam dicti monasterij aut personarum ipsius honestati, seu famæ derogetur in aliquo, vel in ipso monasterio religionis obseruantia quomodo libet detrahatur. *Dat. Romæ apud S. Sabinam* *xii. kal. nouembris anno 11.*]

23. Cum ad Castellam res defluerit oratio, fiendum non est, Honorium hoc anno Tolerano & Burgenfi præsulibus, relaxandi in nonnullis Castellæ & Legionis locis interdicti, quod a Martino Papa ob defectionis ab Alfonso Rege crimen vibratum fuerat, cum iam Alfonso e viuis sublatus esset, prouinciam imposuisse. b

Venerabili fratri archiepiscopo Toletano & episcopo Burgenfi.

Dudum felicitis recordationis Martinus Papa prædecessor noster intellecto, quod in clara memoria Alfonso Regem Castellæ ac Legionis filij, & Emanuel germanus, ac subditi eius subito insurgentes, & aspirantes ad totalem exheredationem illius; officiales etiam, quos idem Rex in regnis & terris suis instituendos duxerat, penitus amouere, instituere alios, sibi que vniuersa iura regalia subtrahere attentarant, & eundem Regem nullum dominium, nullamque potestatem in terris eidem permittebant habere; quodque venerabiles fratres nostri archiepiscopi & episcopi, ac dilecti filij electi, abbates, priores, & vniuersi & singuli ecclesiarum prælati, ac prior hospitalis Ierosolymitani & magistri templi, S. Iacobi Calatrauensis,

a Lib. 2. ep. 140.

Laudat illic consilium Honorius.

Castella olim a Martino sacris interdicta.

b Lib. 2. ep. cur. 41.

Ob pulsus filijs & fratre Emanuele Alfonso

& Alcantaræ militiarum; ac capitula, & conuentus, nec non & nobiles viri comites, barones, & alij tam clerici quam laici per Castellæ, ac Legionis, Toleti, Galletiæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murtiæ atque Gihennij regna constituti, vel eorum aliqui dicebantur fidelitatis violasse debitum, quo Regi tenebantur eidem; volens super ijs opportunum remedium adhibere, præfatis archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, & alijs cæteris supradictis duxit per suas sub certa forma literas iniungendum, vt eidem Regi efficaciter intendentes, omnes ciuitates, munitiones, terras, & villas; omniaque castra, bona & iura Regis ipsius libera sibi dimitterent & quietas; ipsumque suo dominio, suaque libere vti permetterent potestate, ac fidelitatis iuramenta, & alia omnia consueta; prout tenentur exhibentes eidem, omnes coniurationes, confederationes, colligationes, & societates contra hæc factas ab eis dissoluerent penitus, & etiam ab iurarent, nec seruarent statuta edita super ijs, etiam si iuramenta de obseruandis præmissis, vel eorum aliquibus præstitissent: ad quorum obseruationem eos, & quemlibet eorumdem præfatus prædecessor non teneri decreuit, venerabili fratre nostro . . . archiepiscopo Ispalensi, & dilectis filijs . . . decano ecclesiæ Tutelanæ Tirafonensis diocesis ac magistro Fernando archidiacono de Nendis in ecclesia Compostellana per suas literas executoribus deputatis. Qui sicut asseritur, mandati apostolici forma seruata in huiusmodi negotio procedentes, in nonnullas personas excommunicationis & suspensionis, ac in certa loca interdicti sententias occasione huiusmodi promulgarunt, personis ipsis pœnas etiam alias nihilominus infligendo.

Cum autem prænominatus Rex, propter quem per executores eosdem huiusmodi processus habitus extitit ad prædicta, viam sit vniuersæ carnis ingressus; nos diligentius attendentes, quod cessante causa, si etiam affuisset, cessare deberet effectus; volentes quoque animarum profectibus providere, omne interdictum per executores ipsos occasione prælibata impositum auctoritate apostolica duximus suspendendum. Per suspensionem autem huiusmodi interdicti personas quaslibet, quæ prædictam excommunicationis vel suspensionis sententiam, aut irregularitatis notam, interdictum huiusmodi non seruando, incurrisse noscuntur, nequaquam intendimus a sententia eadem absoluere, vel super irregularitate huiusmodi dispensare; sed eadem personæ suis animabus provideant, prout viderint expedire: alioquin contra personas easdem, prout de iure faciendum viderimus, & expediens fore putabimus, auctore Domino procedemus. Quocirca fraternitatibus vestris per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum per vos, vel per alium, seu alios huiusmodi suspensionem, præmissaque alia per regna prædicta in eorum videlicet locis, de quibus expedire videritis, publicetis & faciatis etiam publicari. Quod autem in hac parte feceritis, nobis per vestras patentes literas, harum seriem continentes, studeatis fideliter intimare. Datum Romæ apud S. Sabinam VII. idus nouembris anno II.]

24. Coniecta est hoc anno Scotia in grauissima bellorum discrimina ob regiæ familiæ interitum. In primis Alexandri Scotici sceptri heredis, ac dein Margaritæ Regi Norvvegorum nuptæ funera luxerat, cumque propagandæ sobolis studio

Alexander Rex Iolantam Gallici generis secundam uxorem duceret, horridum spectrum nuptiales iocos confudit, vt Hector Boethius narrat: In secundis, inquit, Alexandri nuptijs cum consueto nuptiarum more sponsus sponsam suam in chorea, subsequente magna seminarum virorumque nobilitate caterua, duceret, extremos clausisse effigies hominis mortui carne nudatis eius ossibus visa est: quam cum Rex caterique inspexissent attoniti paulum subsistentes, ac mox consternati tam malo omnino ludis deinceps abstinere. Tradit idem auctor triste mortis genus, quo Alexander periit: Non sane diuturna ea fuit læticia; nam eodem anno cum iuueniliter equo ferociter ad Kynhorn veberetur, ac insolentibus quibusdam motibus equum ageretur, cecidit in terram pronus, confracta infeliciter ceruice, repente exanimatus est: sepultus vero in Doumfermylem anno regni trigesimo septimo, salutis vero humani generis supra millesimum atque ducentessimum sexto & octogesimo. Iungendi mox Anglico Scotici sceptri cupiditate Eduardus Rex Alexander neptem e Margarita Regina Norvvegiæ filio despondebat, cum illa vita functa supremi in Scotiam imperij specie illam subijcere meditatus est. Tum Ioannes Baliolus, Robertusque Brusius, regiæ Scoticæ principes asserendi sibi regni studio atrocia bella gesserunt, de quibus pluribus inferius: nunc Anglicanas res prosequimur.

25. In Anglia Iudæi in tantam audaciam prorupere, vt ob grauiora scelera, quæ magno religionis Christianæ dedecore patrabant, Honorius ad Cantuariensem archiepiscopum, & suffraganeos scribere coactus sit, vt ad comprimendos nefarios homines incumberent.

Venerabili fratri archiepiscopo Cantuariensi, & eius suffraganeis.

Nimis in partibus Anglicanis, prout accepimus, Iudæorum damnata perfidia in nostri contumeliam Creatoris, & detrimentum catholicæ fidei nefandis actibus, & horrendis operibus relaxauit habenas. Ipsi enim librum quendam maligna fraude compositum habere dicuntur, quem Thalmud vulgari nuncupant, abominationes, falsitates, infidelitates, & abusiones multimodas continentem. In hoc quippe libro damnabili suum continent studium, & circa ipsius nefaria documenta ipsorum praua sollicitudo versatur. Illius insuper doctrinæ lethifere proprios ab annis teneris filios deputant, vt eius venenosis pabulis imbuantur, eosque instruere ac informare non metuunt, quod magis in libro contentis eodem, quam expressis in lege Mosaica credi debet, vt iidem filij, Dei Filium fugientes, per deuia infidelitatis exorbitent, et ad veritatis semitam non accedant. Præfati quoque Iudæi non solum mentes fidelium ad eorum sectam pestiferam allicere moluntur; verum etiam illos, qui salubri ducti consilio infidelitatis abiurantes errorem, ad lucem catholicæ fidei conuolarunt, donis multimodis ad apostatandum inducere non verentur, quorum aliqui dolosa Iudæorum ipsorum seducti malitia publice illis cohabitant, & iuxta ritum, & legem ipsorum in parochijs, in quarum ecclesijs renati sacrosante baptismatis extiterunt, obscenam, immo nequissimam vitam ducunt, in nostri Redemptoris iniuriam, fidelium scandalum, & derogationem fidei Christianæ: ac etiam nonnullos ex talibus iidem Iudæi ad alia loca nequiter deflinant, vt ibi tanquam incogniti ad suam perfidiam reuertantur.

26. Non omittit Iudæorum ipsorum nequitia, quin

Iussi præfules Alfonso partes tueri.

Missi in eam rem ab Apost. sede nuntij,

Incursum ab ijs censuræ.

Honorius, erepto e viuis Alfonso, eas viribus carente ad reus iuberet.

Toletano archiep. & Burgeni episc. ea prouincia imposita.

64. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

xandri IV. a Clementis IV. Gregorij X. zelum eximium est imitatus.

28 Gallicum sceptrum suslinere ceperat Philippi Audacis dicti maior natu filius eiusdem nominis, ob oris elegantiam Pulcher dictus, S. Ludouici nepos; cui Honorius, vt diuinam gratiam ad moderandum bene regnum conciliaret, nonnulla indulgentiarum præmia ijs, qui pro ipso ad Deum preces funderent, proposuit. Is vero, susceptis regni insignibus, fratrem Carolum in regnum Aragoniæ, ab sede Apostolica concessum, inducere est aggressus: quare Honorius Ioanni Cardinali legato præcepit, vt si vtile fore putaret, arces, quas archiepiscopi, episcopi, alijque viri ecclesiastici in Aragonia obtinebant, Regi Philippo milite præfidario muniendas tradi imperaret, daretque operam, vt quas Martinus IV. decimas Philippo iam pro Aragonia armis comparanda attribuerat, ad quadrienniũ Regi nouo concederentur. Concessit vero eidem Regi d vt clerici, quos S. Ludouicus in sacello regio pretiosissimis Dominica passionis reliquijs instructo exornatoque condiderat, a soluendarum decimarum onere immunes essent.

29 Qua vero solitudine Honorius viros ecclesiasticos a potentioribus oppressos defenderet, demonstravit cum Lugdunensi archiepiscopo munus iniunxit e, vt contra Ludouicum Sabaudũ, qui Guillelmum Viennensem archiepiscopum captiuum abduxerat, atque iniquum ab eo sacramentum extorserat, inquireret.

Venerabilibus fratribus archiepiscopo Lugdunensi, Eduensi & Vapincensi episcopis.

Nuper ad nostrum peruenit auditum, quod nobilis vir Ludouicus de Sabaudia, & alij eius coplices in hac parte laici diuersarum ciuitatum & diocesum venerabilem fratrem nostrum Guillelmum Viennensem archiepiscopum, Dei timore postposito, temere capientes, seu capi facientes, ipsum tandiu detinere captiuum, donec idem archiepiscopus mediante venerabili fratre nostro Guillelmo Gratianopolitano episcopo quasdam eidem nobili promissiones, & obligationes fecit illicitas, & pro illis seruandis per vim & metum huiusmodi, qui cadere poterat in constantem, fidei iussores exhibuit, & prestitit iuramentum. Nos autem nolentes, sicut etiam nec debemus, sic temerarium excessum sub dissimulatione trãsire, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duõ aut vnus vestrum, si est ita decens, archiepiscopum & fidei iussores decernentes ad obseruationem promissionis seu obligationis huiusmodi non teneri, non permittatis eos super ijs ab aliquibus molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; & ab huiusmodi iuramento indebito hac vice archiepiscopum absoluentes eundem, imposita ei propter hoc penitentia salutari, dictos sacrilegos tandiu, appellatione remota, excommunicatos publice nunciatis, & denunciari faciatis diebus dominicis & festiuis in locis, in quibus expedire videbitis, & faciatis ab omnibus arctius euitari, donec super ijs satisfecerint competenter, & ad sedem Apostolicam venerint absoluedi, vel alias per sedem eandem meruerint absolutionis beneficium obtinere. Dictum autem episcopum super eo, quod promissionum & iuramenti prædictorum auctor dicitur extitisse, cum id debuisset potius pro viribus repugnasse, ex parte nostra peremptorie citare curetis, vt infra trium mensium spatium post citationem huius-

a Lib. 1. ep. 279.

Philippus Pulcher Rex Fræ. inungitur.

b Lib. 1. ep. 371.

Fratrem Carolum Regem Arag. in regni possessionem inducere meditatur.

Decimæ illi ea de causâ attribuitur ab Honorio.

c Lib. 1. ep. 391.

d Lib. 2. ep. 162.

Ecclesiasticos contra potentiorum iniurias tuetur Pont.

e Lib. ep. 37.

Guillelmus Viennensis archiepiscopus a Ludouico Sabaudia abreptus in vincula.

In iusto sacramento adigitur.

Solutus illius religionis pronuntiat.

Ludouicus Sabaudia alijque iniurie auctores per cussu anathemate.

Gratiano polito episcopo postulatus iudicio.

quin fidei orthodoxæ cultores quolibet die fabricati, ac alijs solemnitatibus eorundem inuitet, ac instanter inducat, vt in synagoga suis ipsorum officium audiant, illudque iuxta sui ritus consuetudinem solemnizent, rotulo inuoluto membranis, seu libro, in quibus lex eorum conscripta consistit, reuerentiam exhibentes: quamobrem plerique Christianolæ cum Iudæis pariter iudaizant.

Præsumunt quoque præfati Iudæi Christianos in sua familia retinere, quos in diuinæ maiestatis opprobrium diebus dominicis, & festiuis operibus occupari seruilibus, a quibus est potius abstinendum, nefaria iussione compellunt.

Admittunt etiam in suis domibus Christianas ad ipsorum infantes seu pueros educandos; & tam idem Christiani, quam Christianæ Iudæis ipsis cohæbitant, eisque conuiuunt: sicque, dum oportunitas suggerit, & prauis actibus tempus fauet, Iudæorum mulieribus Christiani, & Iudæi Christianorum sceminis, frequenter in fausto commercio commiscuntur. Alij nihilominus Christiani & Iudæi vicissim in domibus proprijs saepe conueniunt, & dum simul commestrationibus, & potationibus vacant, erroris materia præparatur.

Singulis quoque diebus in orationibus, vel verius execrationibus suis in maledictionem Christianorum damnabili præsumptione prorumpunt, alia nonnulla committendo nequissima, quæ noscuntur in offensam Dei & animarum Christianorum dispendium redundare. Verum, etsi nonnulli ex vobis saepe sapius fuerint, prout asseritur, requisiti, vt super ijs opportunum curarent remedium adhibere; id tamen efficere neglexerunt: de quo tanto propensius admirari compellimur, quanto ex debito pastoralis officij se promptiores, & efficaciores exhibere tenentur ad vlciscendas nostri Saluatoris iniurias, & hostium fidei Christianæ conatus nefarios reprimendum.

27 Cum itaque non sit tam pestilens & periculosus morbus aliquatenus contemnendus, ne (quod absit) relictus neglectui, tractu temporis inualefeat; & aduersus tantæ tamque damnabilis temeritatis audaciam promptis teneamini consergere animis, & ad eius repressionem, & confusionem omnimodam efficacis studium operamque sollicitam impertiri, vt frenatis huiusmodi peruersis ausibus, catholicæ fidei dignitas gloriosis proficiat incrementis; fraternitati vestræ per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus per vos super præmissis, & singulis præmissorum per inhibitiones, & pœnas spirituales & temporales, aliosque modos, de quibus expedire videritis, in prædicationibus vestris, & alijs ad hoc temporibus congruis per vos, & alios exprimentes, studeatis iuxta officij vestri debitum sic efficaciter & solcite providere, vt morbus huiusmodi per adhibendæ medicinæ remedium amputetur; vosque proinde apud æterni Regis clementiam præmium consequi valeatis, ac nos vestram curiosam solertiam, & diligentiam vigilantem dignis in Domino laudibus attollamus. Quod autem in hac parte feceritis, nobis per vestras literas plenius intimetis. Dat. Romæ apud S. Sabinã iv. kal. decemb. anno 11. 7

Conuertere quidem illos ad Christianæ religionis cultum gerebat in votis pro zelo, quo flagrabat, cuius non leue specimen edidit, cum clericos Arabes, atque alios ex orientalibus terris lingua discrepantes Parisijs sacris literis imbui, atque erudiri voluit, vt reuerfi in orientem suos excolerent, Parisiensisque ecclesiæ cancellario ijs providere iussit: qua in re Innocentij IV. Ale-

Simplices ad fabricam oblationem pellicunt.

Seruos & servas Christianas sibi comparant.

Secura mada ma.

Christiana merces in offite precurat.

Quæritur Honorius præfatum Angliæ regem.

libet pro par zolo malis dicit.

Quæritur Honorius præfatum Angliæ regem.

Quæritur Honorius præfatum Angliæ regem.

Quæritur Honorius præfatum Angliæ regem.

Quæritur Honorius præfatum Angliæ regem.

modi personaliter compareat coram nobis, recepturus pro meritis, & alias mandatis nostris super ijs efficaciter pariturus. Diem autem citationis huiusmodi, & quicquid inde feceritis, nobis per vestras literas; harum seriem continentes, fideliter intimare curetis. *Dat. Roma apud S. Sabinam id. iunij anno 11.*]

30 Distringenda quoque Honorio seueritas ecclesiastica fuit aduersus Henricum Vvratislauensem ducem, qui cum ob inuasa ecclesiæ Vvratislauensis iura, aliaque crimina iam anathemate bis ictus fuisset, in tantam pertinaciam obriuerat, vt violatis etiam ijs, quæ a Firmano episcopo, tunc in Polonia Apostolicæ sedis legato, atque a duce, & episcopo electo arbitro statuta fuerant, episcopum vna cum clero exulare cogeret: ob quod flagitium Honorius iterum solemniter ducem e fidelium cœtu depelli, ac ipsius ditionem interdicto percelli imperauit. a

Venerabilibus fratribus Vvadislauiensi & Poznaniensi episcopis.

Oblata nobis venerabilis fratris nostri episcopi, & dilectorum filiorum capituli ecclesiæ Vvadislauiensis petitio continebat, quod cum nobilis vir Henricus dux Slesie & dominus Vvadislauiæ, praua patris imitando vestigia, cuius heres existit, dictos episcopum, capitulum & ecclesiam, decimis, villis, possessionibus, iuribus, & alijs bonis suis nequiter spoliasset; necnon, & homines, & vassalos episcopi, capituli, & ecclesiæ prædictorum capiens, eisque indebitas seruitutes imponens, tam episcopo, capitulo, & ecclesiæ supradictis, quam hominibus & vassalis eisdem damna graua irrogasset; orta inter præfatos episcopum & capitulum ex parte vna & prædictum nobilem super præmissis ex altera materia quæstionis, tandè partes super ijs in venerabilem fratrem nostrum Philippum Firmanum episcopum, tunc in Polonia partibus Apostolicæ sedis legatum, tamquam in arbitrum, arbitratorem, & amicabilem compositorem sub pœna mille marcharum auri, & excommunicationis sententia compromittere curauerunt; ita quod pars, quæ ferendum per dictum legatum arbitrum non seruaret, medietatem dictæ pœnæ parti arbitrium seruanti præfatum; reliquam vero medietatem Romanæ ecclesiæ soluere teneretur; & licet idem Firmanus episcopus dum in partibus illis existeret, æquum super hoc tulerit arbitrium inter partes, idem tamen nobilis illud non solum obseruare non curat, verum etiam contra episcopum, capitulum, & ecclesiam Vvadislauiensem prædictos peiora prioribus committere non veretur; sed aspirans potius ad quasdam villas, & terras episcopi, capituli, & ecclesiæ prædictorum, & hostiliter ad eas accedens, illas occupare & occupatas detinere, ac in ipsis nouas seruitutes imponere; nec non bladum, & nonnulla alia horrea prædictorum episcopi, & capituli exinde asportari facere, ac eisdem insuper damna plurima & iniurias irrogare temerario ausu præsumpsit; propter quæ idem Vvadislauiensis episcopus in præfatum ducem, quia diligenter ab eo monitus occupata restituere, seruitutes reuocare, ac de damnis & iniurijs eisdem satisfactionem debitam sibi & capitulo prædicto impendere contumaciter non curauit; nec aliquam rationabilem causam proponeret, quare hoc facere non deberet, & ea essent adeo in partibus illis notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari; excommunicationis auctoritate ordinaria, & in omnia loca, ad quæ dux prædi-

ctus accederet, dum moraretur in ipsis, interdicti sententias promulgauit: & super obseruatione sententiarum ipsarum prædictus episcopus ad venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Gnezensem, & dilectos filios Dobegueum archidiaconum Vvadislauiensem, ac . . . abbatem monasterij de Henricovv Vvadislauiensis diocesis apostolicas in communi forma literas impetrauit.

31 Et licet prædicti archiepiscopus, & archidiaconus, prædicto abbate desuper hoc excusante, eisdem sententias, quas inuenerunt rationabiliter fore latas, mandauerint inuiolabiliter obseruari; dictus tamen dux sententias ipsas damnabiliter vilipendens, non solum super præmissis satisfacere non curauit; verum etiam tamquam suæ salutis profusus oblitus, peiora prioribus committendo, quasdam ciuitates, castra, oppida, villas, aliaque suburbia, terras, & loca ad episcopalem sedem Vvadislauiensem; necnon decimas, census, redditus, possessiones, ac alia bona quamplurima ad nonnullas ecclesias suæ ciuitatis, & diocesis sibi subiectas spectantia, temere occupans, aliquas de terris, & alijs bonis prædictis vendere, ac alias distrahere pro suæ voluntatis libito non expauit: sicque dictus episcopus, & alia persona prædictarum ecclesiarum bonis suis ecclesiasticis per præfatum ducem taliter destituti, coacti sunt miserabiliter exulare. Propter quod idem episcopus, cum hæc adeo notoria existerent, quod aliqua tergiversatione celari non poterant, in præfatum ducem iterato excommunicationis, & in totam terram ipsius interdicti sententias protulit, iustitia suadente. Sed præfatus dux maleum Ecclesiæ tamquam stipulam reputans, easdem sententias per annum, & amplius pertinaciter tolerauit, redire non curans ad Ecclesiæ vnitatem.

32 Vnde cum crescente contumacia, pœna sit merito augmentanda, fraternitatibus vestris per apostolica scripta mandamus, quatenus si præmissis veritas suffragatur, vos vel alter vestrum, per vos, vel per alium seu alios, eundem ducem excommunicatum, dictam vero terram interdicto fore suppositam, singulis diebus dominicis & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis, vsque ad satisfactionem condignam (non obstantibus friuolis appellationibus super hoc ad sedem Apostolicam interiectis, seu literis, veritati & iustitiæ præiudicantibus, a sede impetratis eadem) publice nuntietis, & ab alijs nuntiari faciatis dictumque ducem ab omnibus actibus euitari, & nihilominus alias contra eum aggraueris, prout eius pertinacia exegerit, manus vestras; nobis, quod in hac parte feceritis, fideliter & plenarie rescripturi. *Dat. Roma apud S. Sabinam v. kal. aprilis anno 1.*] Vt vero insigni prodigio reuocatus ad officium fuerit, & censuris solutus, sequenti anno dicetur nunc Danicos tumultus perstringimus.

Hoc anno Ericus Rex a coniuratis ex insidijs captus est a, cuius scepra Ericus filius capessit. Meminit illius cædis Magnus b archiepiscopus Vpsalensis, additque Ingeburgem Magni Regis Sueciæ filiam, Erico iuniori cõnubio coniunctã, vt ea regna amicitie fœdera colerent; vicissimque noui Regis sororem in Sueciam, vt Birgero paterni sceptri heredi nuberet, adductam. At hæc indicasse suffecerit. Iam a septentrionalibus rebus ad orientales sermonem traducamus.

33 In Syria Christiani, quo perirent citius Hierosolymitani regni reliquias laniarunt, arque Hæricus Cypri Rex Ptolemaidem Carolo Sicilia Regi

Henricus Vvratisl. & Slesie dux eccl. Vvratislauensem opprimat.

a Lib. 1. ep. 428.

Vt primū controuersiarum arbitrum A. S. L. elegerit.

Resilierit ab sententia.

Grauiora damna in fluxerit.

Ab episcopo Vvadislauiensi nota tus sit anath.

Regieripuit: *Ioannes Rex Cypri moritur*, inquit, Iordanus, nempe anno superiori, cui successit *frater Henricus: qui MCLXXXVI. intravit Ptolemaidam cum pulchro stolo, & gente receptus est: sed Hugo de Pilincin pro Rege Carolo ibi erat, & tenuit contra Regem castrum, & fecit intrare omnes, qui erant ibi ad stipendia pro Rege Francia, quorum erat capitaneus, exceptis paucis, qui amore Regis Henrici intrare noluerunt. Obsesso castro, quinta die Rex Henricus castrum obtinuit, & postea Tyri Rex Hierusalem coronatus est, dimisitque dominum Pbelippum de Tbelin auunculum suum baiuum Ptolemaidis. Eadem a Marino Sanuto b traduntur.*

34 Exacta interea constituta pro instauranda religione decima; sed nulla validiora auxilia submissa. Vguitio in Dania & Suecia collector creatus, c scriptumque est Regi Norvegia, vt decimas e regno efferri d permetteret, tum etiam sollicitatus, vt legem qua sterlingos argentumue clericis vendi vetuerat, reuocaret e, cum ea in rerum Terra sancta dispendium verteretur.

Honorius, &c. charissimo in Christo filio Regi Norvegia illustri.

Intelleximus quod felicitis recordationis Martinus Papa IV. praedecessor noster, perpenso quod de curia regia generalis prohibitio emanarat, ne quis laicus regni tui sterlingos, vel argentum aliud praedicti regni clericis vendere quomodolibet attentaret; & si secus praesumeret, certa poena pecuniaria puniretur; serenitatem tuam per suas literas rogandam duxit attentius & hortandam, vt pro diuina, & Apostolica sedis reuerentia prohibitionem huiusmodi, cum in negotij Terrae sanctae dispendium redundaret, sublata difficultate qualibet reuocares. Cum igitur, ad ipsius promotionem negotij solcite intendentes, eius quolibet studeamus obstacula submouere, celsitudinem regiam rogamus & hortamur attente, quatenus ob diuinam & sedis reuerentiam supra dicta, prohibitionem praedictam, quae si diligenter attenditur, in tui cedit derogationem honoris, non differas reuocare; ita quod proinde a Domino praemium consequi merearis, nosque regiae deuotionis promptitudinem non immerito commendemus. *Dat. Romae apud S. Sabinae non. Ianuarij anno 1.]*

35 De Graecorum rebus nil aliud occurrit, quam Pantaleonem patriarcham Constantinopolitanum Latinum obiisse, atque electionem Petri ab Honorio fuisse confirmatam; de qua resubiecta litera edita. f

Honorius, &c. venerabili fratri Petro patriarchae Constantinopolitano.

Facta super hoc nobis a Cardinalibus relatione fidei, nos praedictam electionem, quia eam inuenimus de te, viro vtique literarum scientia praeclaro, morum elegantia & honestate decoro, vitae munditiae nitido, & virtutum fulgore praesigni, ac spiritualium & temporalium prouidentia circumspiceo, canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam; tibi que de mandato nostro per venerabilem fratrem nostrum Latinum Ostiensensem episcopum munere consecrationis impenso, demum pallium de corpore B. Petri sumptum, insignis pontificalis officij, cum ea, qua decuit instantia postulatam, tibi fecimus exhiberi; firma spe, fiduciaque tenentes, quod ecclesia ipsa per tuam solerter industriam, & prudentiam circumspicam spiritualibus & temporalibus, Deo

autore, proficiet incrementis, & tam clerus, quam populus, tuo commissus regimini, tua salubri doctrina & pia actionis exemplo ad salutem aedificabitur animarum. Tu ergo iactans in Domino cogitatum, ac iuxta spem nostram & gratiam a Domino tibi traditam, commissum tibi super gregem dominicum virgae vigilantis officium officiose ac vigilanter exercens, extirpandis vitijs & plantandis virtutibus sollicitudine inuigiles efficaci; vt tanquam stella fixa in Ecclesiae firmamento tibi per vitae meritum, & alijs proficiens per exemplum, dum plures erudieris ad salutem, in aeternitatis gloria gratulari, ac relucere inter alias clarus merearis; & nos, qui tibi in omni opportunitate fauorabiliter adesse proponimus, in tuis delectari laudibus merito valeamus. *Dat. Tibure x. kal. septemb. anno 11.]*

36 Ad huius anni calcem congerere visum est, quae Honorius ad religiosas familias ad cultum sanctitatis reuocandas, excindendas nonnullas subnascentes sectas, quae religiosorum habitu erant insignita, tum ad alias fouendas amplificandasque; decreuerit. Confirmasse ipsum in primis Carmelitarum ordinem, ac nonnulla de eorum cultu sanxisse, refert Ptolemaeus Lucensis his verbis: *Ordinem Carmelitarum solidauit, qui prius in concilio remanserat in suspensio. Tunc mantellos subuariatos mutauerunt in cappas albas. His similia traduntur a Card. Baronio b; Facta est, inquit, reformatio Carmelitarum: inter alia cappas variatas, quas portabant ex albo & nigro, in albas commutarunt. Constitutum id ab Honorio, quod variegata vestis religiosam grauitatem dedecet, docet S. Antoninus c: *Et tempore inquit, cum fratres ordinis Carmelitarum desererent habitum, qui minus conuenire videbatur viris religiosis, scilicet cappam circulatam largis virgis albis, & griseis, quem habitum asserere fuisse Heliae prophetae habitantis in monte Carmelo in Syria (quod tamen neque in sacra Scriptura, neque in authentica scriptura reperitur) Papa Honorius IV. propter maiorem honestatem mandauit, habitum illum dimittere, & desuper cappas ex toto albas, & tunicas subius griseas cum scapularibus assumere. Hi habuerunt initium sub quodam patriarcha Hierosolymitano, cum in Syria habitabant Christiani Hierosolymis, & in alijs multis ciuitatibus. Degebant autem in monte Carmelo vt eremites, & sub regula beati Basilij: sed Honorius III. confirmauit ordinem illum, & postmodum is Papa commisit Hugoni Cardinali ordinis Praedicatorum, vt adderet aeternae religioni quasdam constitutiones, quas in posterum obseruarent. Sed in processu temporis occupantibus Saracenis ex toto partes Syriae, recedentes Carmelita de locis illis, dispersi per orbem in terris Christianorum aedificauerunt plurimos conuentus ex elemosynis fidelium collatis propter eorum deuotam conuersationem, & exemplarem. Aliqui tamen referunt, quod Soldanus Saracenorum, qui prius eos habebat in reuerentia, propter Heliam prophetam, mutato habitu eis dato a Papa, in contemptum Papae & fidelium fecit eos expelli de monte Carmelo, unde Carmelita dicuntur non quod ab Helia habuerint initium. Pulsos etiam hac occasione fidei odio Carmelitas a barbaro, vt praenarratores prophetici instituti, meminisse Ioannes Villanus d: quos quidem tanta multitudine montem Carmelum incoluisse tradunt e, vt numerus ad septem millia & quingenta ascenderet, in quibus centum octoginta sacerdotio initiati forent. Ceterum de praescripta ijs religiosa disciplina formula ab Alberto patriarcha Hierosoly-**

Mutatus Honorij iussu Carmelitarum cultus.

a Ptol. Luc. hist. eccl. MS. l. 24. cap. 13.

b Baron. in notis MS.

c S. Anton. 1. 3. tit. 20. c. 5. in prin.

E monte Carmelo a Sultano cuncti.

d Io. Vill. l. 7. c. 108. e Continuatur bellum sacr. l. 5. c. 3. & a. 9.

a Exstat
in bullar.
in Ho-
nor. III.
sub finē.

Apostoli-
corum or-
do dissolu-
tus ab Ho-
norio.

b Lib. I. ep.
306. ext. in
bull. in
Honor IV
Guillelmi
ta ab eo
aucti be-
neficijs.
c Ibid. ep.
331.

mitano, confirmataque ab Honorio III. extat pontificium diploma typis cufum a. At de Carmelitibus hæc tenens:

Vt perspecta horum virtute Honorius ipso- rum res vehementer auxit, ita se statum vestigia Gregorij X. qui in concilio Lugdunensi omnia religiosam vitam colentium sodalitia, quæ ab sede Apostolica confirmata non erant, dissolui iusserat, in mendiculos quosdam impostores, qui se Apostolicos ad inanem gloriolam aucupandam, cognominabant, censuris animaduerrit: cum nonnulli, maxime sub eo religioso habitu, hæresi aspersi inuenti essent; præcepitque, vt ni eam vestem ponerent, conijcerentur in vincula, ac fideles ijs elemosynas dare vetarentur: si qui vero ex ipsis religiosa vitæ amore tenerentur, approbato a sede Apostolica religioso cœtui se aggregare imperauit *b*. Fuit vero paterna benevolentia eos, qui virtutem non fide sed ex animo colebant: inter quos S. Guillelmi alumnos, quibus ante adeptum pontificatum monasterium extruxerat, singulari amore, vt ex literis apostolicis anno superiori datis patebit, est persecutus. *c*

Honorius &c. dilectis filijs generali, ceterisque prioribus, & fratribus ordinis sancti Guillelmi.

37 Dum humanæ. Et infra: Nos dum essemus in minori officio constituti, ijs infra nostræ mentis claustrum accuratius recensitis, subiti quasi stuporis ex hoc percussis spiculo, protinus cogitantes, in operis pietate præoccupare faciem maiestatis æternæ, caduca in æterna, & terrena in cælestia felici commercio commutando, in fundo paterno consistente in Albano monasterium in honorem B. Pauli Apostolicecimus construi, & dotauimus de bonis proprijs intuitu retributionis diuina: Ac postmodum de laudabili congregatione pfallentium Deo nostro ibidem instituenda solliciti; personas religione conspicuas quæsiuimus diligenter: & post exactam habitam in hac parte indaginem, in ordinem vestrum (cuius curam auctoritate apostolica tunc gerentes, ipsius professorum qualitatem experimento didicimus & abundantia pietatis laudabilem, & charitatis igne succensam) direximus, nec mirum, nostræ intentionis affectam: licque de conspicua honestatis vestræ mentis plenam notitiam obtinentes; ac sperantes, quod in dicto monasterio, velut oliua fructifera fructificabitis cælestis gratia rore perfusi; prædictum monasterium cum omnibus iuribus & pertinentijs suis vobis, & per vos eidem ordini duximus concedendum; ordinato expresse, quod præter familiares opportunos, duodecim clericos, non computato priore, quorum octo sacerdotes existant eiusdem ordinis, in eodem monasterio continue teneatis: quædam quoque alia salubria, & honesta vobis consentientibus inibi ordinauimus obseruanda, prout in instrumento publico inde confecto plenius continetur, venerabilis fratris nostri episcopi Albanensis ad hæc libero accedente assensu. Sane nos postmodum, licet immeriti, ad apicem summi apostolatus assumpti, desiderantes hæc apostolice muniminis adiectione falcire, concessionem, & ordinationem huiusmodi, necnon & alia pro salutari statu ipsius monasterij & conseruatione ac gubernatione bonorum eiusdem in instrumento ordinata præfata, habentes rata & grata, ipsa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communitimus, &c. Datum Rome apud S. Sabinam XII. kal. maij anno I.]

38 Absoluimus hunc annum felici ad æternitatem transitu a B. Ambrosij Sanfedonij ordinis Prædicatorum, de quo Baronius in notis ad martyrologium Romanum: *Migravit ex hac vita anno Domini MCLXXXVI. die xx. martij. Hunc martyrologio Romano adscribi S. D. N. Clemens merito præcepit, subiectis nimirum verbis: Senis in Tuscia B. Ambrosij Senensis ordinis Prædicatorum sanctitate, prædicatione, & miraculis clari.*

39 Describit apud Leandrum Sebastianus Flaminius *b* edita ab Ambrosio sanctitatis signa in extremo vitæ actu: *Cum tempus, inquit, superuenisset quadragesimale, in quo Senis solita vehementia, & animi feruore prædicabat, ijs de causis nocte accidit quadam, vti vim sanguinis ingentem ore euomuerit, & ob id eum fratres orabant, nollet amplius prædicare, quoad non foret sanatus. Quibus parere recusans, mane sequenti tanta vehementia in sceneratores est inuectus, vt finita prædicatione, cum aliquantisper quiescisset, maior postmodum vis sanguinis exierit. Sensit Ambrosius sese iam ad extremum vitæ diem peruenisse, quod fratribus & discipulis circumsedentibus, & multas effudentibus lachrymas statim manifestauit: quos omnes etiam melliflua adhortatione solatus est; nequaquam, eos monens finis a se tam optati debere tristari. Finito sermone eos rogauit omnes aliquantulum e camera secederent: illum quietis causa hoc facere autumantes, vnum dumtaxat intus reliquerunt. Tum flexis genibus ad Dominum, ac omnium redorem luculentissimam, sicut accepimus, habuit orationem, quam nonnulli fratrum, ostio, vt audirent, inhaerentes penè totam scripserant, cuius formulam videre non potuimus.*

40 Peracta oratione Eucharistiam petijt, quam is priusquam sumeret, magna reuerentia e leño surgens, licet imbecillis humi poplitem flexit, & aliamve orationem habuit, qua presentes omnes singulas lachrymasve complurimas compulse sunt emittere. Dein sumpto sacramento membra denuo reponens thoro, cætera, quæ morientibus solent adhiberi, petiuit. Tunc præcipue eius discipuli, & vna cæteri fratres cum huiusmodi consortio se priuari cernerent, in lachrymas effusi sunt. Quod ubi conspexit Ambrosius, iterum ad eos conuersus hortabatur, exemplum afferens sanctorum multa, ne sui ipsius sortem ingemiscerent. Dein effereus caput, singulos complexus eius benedictionem rogantes desculabatur. Interim hominum faminarumque ingens numerus, audita Ambrosij morte, ad diui Dominici templum ingemiscientes concurrebant. Plerique in platea ante ecclesiam boni viri, cælum conspicientes, nimbum effulgere conspicati fuere, in cuius medio stella ingens & radiosa sita erat, cui inhaerentes fixis oculis paulatim abeuntem viderunt. Extempore ex his vnus: *Emigravit Ambrosius, alte inclamauit; tumque fratrum sonos plorantium omnes audiuerunt. Non defuerunt puerorum præfagia.* Nonnullique interiectis, quibus pueri innocentissimi professi sunt vidisse Ambrosij animam ab Angelis in cælum transferri, subdit: *Mortuus est anno MCLXXXV. numeratis nimirum annis ab incarnato Verbo, mensis martij; e cuius corpore suavissimus emanabat odor.* Ad duntur ab auctore plura miracula a Deo ad B. Ambrosij imploratâ opem patrata, quæ breuitatis studio præmittimus: ea vero fusius a Iulio Sanfedonio episcopo Grossetano, qui B. Ambrosij vitam tribus libris est complexus, publicis tabulis consignata e afferantur vna cum Gregorij XIII. Sixti V. & Pauli V. diplomatibus *d*, quibus indulgentiæ eius reliquias recurrente die Ambrosij nominis sacro venerataris propositæ sunt.

IESV CHRISTI

Annus 1287.

HONORII IV. PP.
annus 2.RODVLPHI ROM. REG. 15.
ANDRONICI IMP. ORIEN. 4.

Annus a Virginis partu millesimus ducentisimus octuagesimus septimus, indictione quintadecima, Romani Pontificis obitu, adductaque in discrimen ob Ladislai Regis impietatem in Vngaria Christiana re acerbus exitit. Detorserat adeo in flagitia mores impudicos Ladislaus, vt Cumanos, Tartaros, Neugerios, Saracenos in familiaritatem ascisceret, ac nil minus aberat, quam vt eorum vitij imbutus religionem Christianam in Vngaria euerteret. Nicolai itaque exemplo Honorius illum monuit, vt vxorem regio thoro restitueret, ritusque paganorum, quos imbibisse fama erat, proscriberet: ac ni pareret, Strigoniensi archiepiscopo se prouinciam demandasse, vt Vngaros ad sacra arma corripienda in Saracenos, Neugerios, Cumanos, Tartaros, aliosque gentiles religionis hostes, tum in omnes qui eos fouerent, concitaret.

Charissimo in Christo filio Ladislao Regi Vngaria illustri.

Si sparsa semina de gremio matris Ecclesie seminata colligeres, diuina gratia participatione sentires, quod ipsa Ecclesia, progenitorum tuorum merita clara rememorans, te baiulare ac lacrare cepit vt filium; & tandem, causa suggerente, maternis allocutionibus, ne sic clarum germen decideret, te informauit, ac direxit, indefessis sollicitudinibus & studijs opportunis, specialiter a tempore felicitis recordationis Nicolai Patris predecessoris nostri, prout ipsius predecessoris actus salutiferi presentant.

Sed, proh dolor! sicut diuersis scripturis & relictibus, ac alias fama diuulgante, amare percipimus, tu desistis, progenitorum eorumdem vestigijs fallibili collusione degenerans, licet interdum eiusdem matris exhortationibus acquiescere ore pratenderes; tamen in ruinam sponte proficere dignosceris, dum Deum contemnere non vereris, vel reuereri contemnis; & alias in precipitum te deuoluis, destructionem fame propriae non aspernas, cuius notabiliter prodigus, positus es in notabile spectaculum gentibus, vt tantum criminofus merearis a singulis denotari; pro eo maxime quod religione Christiana postposita, vel potius abiecta, in contemptum diuini nominis te cum Tartaris, Saracenis, Neugerijs, paganis conuersatione damnata confederare te diceris; specialiter viuendi cum eisdem Neugerijs norma sumpta, & abiecta, immo potius carceri tradita immaniter vxore propria, videlicet charissima in Christo filia nostra E. Regina Vngariae illustri; desquiens in te ipsum, & regiam domum Vngariae, quae consuevit claris germinibus saecundari, in ipsius domus exterminium, thorum foedere non metuis coniugalem: sicque, si praemisissis veritas suffragatur, degis diuina & humana legum vetiti criminis labe pollutus, in scandalum hominum, & redderis in conspectu superni Numinis odiosus.

2. Vnde cum ex iniuncto pastoralis nobis officio animarum curam gerere teneamur, dolentes & merito si talem de te reddere nos contingat in examine superni iudicij rationem; & cupientes,

vt salutis vitato dispendio, electorum aggregari confortio merearis; celsitudinem regiam moneamus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus eorumdem Tartarorum, Saracenororum, Neugeriorum, & paganorum, ac aliorum infidelium dimissis erroribus; in quorum obseruatione a via lucis deuiatur, & itur in tenebras; quae docet & seruat vniuersalis Ecclesia, velut plantatus in domo Domini, deuota conuersionis studijs amplectaris, & eandem Reginam resumens, & in securo statu conseruans, eam vt teneris maritali affectione pertractes; ita quod tu per haec plene percipiens salutis diuinae flagrantiam, efficacius ad amorem eius allectus, ad dona caelestis gratiae valeas peruenire; ac fugato nubilo, dicta domus Vngariae reliceat titulis solita claritatis.

3. Et ne videatur correctio paterna tepescere circa filium delinquentem, venerabili fratri nostro archiepiscopo Strigoniensi, de cuius circumspicione ac examinata probitate confidimus, per alias diuersas literas nostras iniungimus, vt in hac parte datas sibi a Domino virtutes exercens, te a sic nefandis erroribus retrahat, & ad viam salutarem studiosa operatione reducat. Et si dicti Tartari, Saraceni, Neugerijs, & pagani damnatos suos conatus contra catholicae fidei professores exercitare voluerint, ne ipsum inualeseat temeritas in dispendium fidei Christianae; contra praedictos Tartaros, Saracenos, Neugerios, & paganos, ac alios adherentes eisdem, vel eos in ijs quomodolibet conuolentes, cuiuscumque status, aut conditionis extiterint, per se vel per alium, seu alios studeat sollicitè proponere verbum crucis: & contra te specialiter, nisi praedictam Reginam resumpseris, & eam, vt praedicitur, tute tractaueris, exerceat censuram ecclesiasticam, auctoritate nostra munitus. Et nihilominus ceteris Regibus, ducibus, comitibus, & baronibus, ac populo illarum partium scribimus, vt super ijs archiepiscopo assistant eidem: nec cessabimus, quantumcumque inuite, si oportuerit, quod non credimus, ad tuam correctionem partes apostolicae sollicitudinis, sicut expediet, adhibere. Per hoc autem, quod te in praesenti litera, cum solita benedictionis eloquio salutamus, quia nondum de huiusmodi tuis actibus patet nobis veritas narratorum, scutum alicuius confidentiae non assumas, quominus hominis & canonis sententijs, si eas forsan incurreris, sis ligatus. *Dat. Roma apud S. Sabinae IV. id. martij anno II.*

Eadem sententia ad archiepiscopum Strigoniensem scriptum ostendit regegitum pontificium a: iussus enim est in eo lucuosissimo tempore zelum, quo tuendae religionis ardebat, explicare; eodemque argumento plures Vngariae proceres ecclesiastici & laici ad defendendum Christi nomen excitati b. Vt vero, Ladislao ob scelera pereunte, regnum Vngaricum multis laceratum bellis, demum a Ladislai e sorore pronepote regiae Siculae principe splendori pristino fuerit restitutum, suo loco dicitur: nunc ad tractatum de liberando Carolo agitur historiam traducimus.

4. Suscepta conciliandi foederis prouincia, Eduardus Anglorum Rex imposuerat iniquas adeo leges Carolo II. ac dignitati Ecclesiae aduersantes, vt constitutas pactones Honorius ex Cardinalium consilio penitus resciderit: quarum praecipuae erant, vt Sicilia insula cum adiacentibus insulis, ac Tunetani regni vestigali, terrisque

A suo confortio infideles ablegare iussus.

Aduersus ipsum & infideles, nisi emendarit, sacrum bellum indicendum pronuntiat Pont.

Finitimis Regibus de ea rescribit.

a Ibid. ep. 265.

b Reg. post eand. ep.

Eduardus Rex Alfonso inter & Carolum foedus paciscitur.

omnibus infra Rheginensis archiepiscopatus limites sitis Iacobo assereretur, Alfonso Aragoniæ iura redderentur, Carolus sedem Apostolicam ad ea rata habenda adduceret; aliæque adiectæ conditiones, quæ in literis a Honorij inspicere possunt.

Nobili viro Carolo clara memoria C. Regis Sicilia primogenito.

Venerabilis fratris nostri R. episcopi Vapincensis, & dilecti filij Gaufridi de Lancelllo ecclesiæ Aptensis præpositi nunciorum tuorum relatione didicimus, quod nonnullis pacis tractatibus inter te ac Alfonso & Iacobum, natos quondam Petri olim Regis Aragonum, hætenus habitis, dictus Alfonso tibi per ecclesiæ Salsensis præpositum intimavit, quod idem Iacobus, & Constantia mater eius ipsum per nuncios speciales duxerant requirendum, ut a compositione, siue concordia pridem inter te illosque tractata, dum adhuc esses in Sicilia partibus, recedere non deberet; quodque ipse intendebat omnino eorum in hac parte profequi voluntatem: veruntamen procuraret, eosque compelleret, quod contenti existerent, ut absque conditione, vel retentione aliqua, Sicilia insulam cum insulis omnibus, quæ sibi adiacere noscuntur, terramque totam infra Rheginensis archiepiscopatus limites consistente, Tunitijque tributum, Regi Sicilia debitum, eidem Iacobo & heredibus suis in perpetuum duceres concedenda: & quod insuper procurares & faceres, ut concessionem seu donationem huiusmodi sedes Apostolica confirmaret, ac processus contra eundem Petrum super priuatione regni Aragonie, & alios quoslibet contra præfatos Alfonso, & Iacobum, & Constantiam, eorumque vassallos per sedem ipsam habitos; necnon & concessionem, de prædicto Aragonum regno factam, totaliter reuocaret.

5 Adiecit quoque sæpessatus Alfonso per Salsensem præpositum supra dictum, quod nec per obsides, neque per securitates alias posses quomodolibet libertati restitui, donec præmissa perducta fuerint ad effectum; ac etiam eundem Iacobum natamque tuam natu maiorem, & primogenitum tuum ac Isalandam Alfonso & Iacobi prædictorum sororem contingeret matrimonialiter copulari. Et ut prædicta possent melius perfici, efficaciusque compleri, treugæ, quæ Romanam ecclesiam & eius valitores, ut patriæ verbis utamur, includerent, inirentur a medietate mensis maij venturi proximo inchoandæ, ac ex tunc per biennium duraturæ; ita tamen, quod idem Iacobus præfatus Alfonso in guerra qualibet posset auxilium impertiri, prout hæc omnia in quadam cedula conscripta vulgariter ac nobis per nuncios tuos suprascriptos exhibita percepimus plenius contineri.

6 Sane, fili, nisi consideratio tui status aliud suaderet, grandis subiret audientium mentes admirationis, nec minus turbationis occasio, ex eo quod auditum etiam exposito tibi per dictum Salsensem præpositum præbuit tractatui, vel illum per eosdem nuncios tentauit nobis exponere; dictiue nuncij ministerium expositionis huiusmodi assumere præsumperunt. Numquid enim dictorum Alfonso, vel Iacobi aut patris, & matris eorum demerita meruerunt, ut tantum de suis iniquitatibus commodum consequantur? In quo vnquam ipsi Alfonso & Iacobus, eorumque genitrix, etiam post memorati Petri obitum eiusdem Ecclesiæ se beneplacitis coaptarunt, aut quæ cor-

rectionis, vel humiliationis indicia prætenderunt, ut talia postulare præsumant? Numquid per detentionem tuam arctam, hæc vel ipsa similia cogitant obtinere? Profecto contumacia, & proteruita non benevolentiam prouocant, sed indignationem irritant.

Cum itaque petitiones, in dicto contentæ tractatu, nihil rationis habeant, nec petentium meritis adiuentur; sed in eiusdem Ecclesiæ ac tuum grande præiudicium redundare noscantur, ut tibi, Alfonso & Iacobo, matrique prædictis de ipsius consummatione, vel approbatione tractatus, ab eadem sede villo vnquam tempore obtinenda spes deinceps aliqua non superfit, sed præcidatur omnino; nos tractatum eundem tibi, ut præmittitur, per memoratum præpositum Salsensem expositum, de fratrum nostrorum consilio reprobantes expresse, ac nihilominus si forte de facto processit, cassantes, & penitus reuocantes, ipsum omnemque alium ei similem præsumi de cætero districtius inhibemus: & si quis huiusmodi fuerit deinceps quoquo modo præsumptus, illum ex nunc decernimus irritum & inanem, ac nullius existere firmitatis. Si tamen memorati Alfonso, Iacobus, eorumque genitrix se ipsius Ecclesiæ gratia habitare studerent, a suis desistendo excessibus, & circa te, tuamque liberationem præcipue se humiliter ac benigne gerendo; quia numquam gremium redeuntibus claudit Ecclesia, ipsius misericordiam se humiliantibus, & ut res exigit, pœnitentibus exhibendam, ad tuam maxime instantiam eadem Ecclesia non negaret. *Dat. Romæ apud S. Sabinam IV. non. martij pontificatus nostri anno 11.*

7 Ne vero capto principi ad permulcenda seruitutis incommoda diuina solatia subtraheret, cui hostes humana eriperant, concessit ei a Honorio, ut quamdiu interdictum, quo Aragonia & Cathalonia percussa erant, teneret, sacra coram eo peragi possent: *Tuis, inquit, supplicationibus inclinati, volentes tibi gratiam facere specialem, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut ecclesiastico interdicto, cui regnum Aragonie, & comitatus Barcelona auctoritate apostolica supposita sunt ad presens, durante, dum te captum inibi contigerit detineri, liceat tibi & familie tue tecum per capellanos & clericos tuos submissa voce, excommunicatis & interdictis exclusis, missarum solemnia, & alia diuina officia facere celebrari.* *Dat. Romæ apud S. Sabinam IV. non. martij anno 11.* Inter hæc Robertus comes Atrebatensis regiæ Neapolitanæ procurator ad recuperandam Sicilia impetus effudit, cepitque Augustam, cumque validam classem ad propagandam latius victoriam immitteret, Rogerius Loria Iacobi Aragonij classis præfectus obuiam progressus, Gallosque in compositos adortus fudit, ac paulo post Augusta ad deditonem cõpulsata a Iacobo; de qua victoria hæc Iordanus tradit historix: *b. Galea regnicolarum cuntes contra Sculos obuiam habuerunt Rogerium de Loria, qui eas multo ingenio superauit, ubi erat comes Theatinus dictus Philippus filius comitis Flandrie.* Captum inter ceteros proceres Guidonem Montisfortis comitem addunt Ptolemaus Lucensis & in historia ecclesiastica, Ioannes Villanus d., & S. Antoninus, e hunc vero e carcere numquam dimissum, ad inuendam ab Anglo Rege illi infestissimo gratiam, quantum alijs multo auro se redemerint, atque ita in carceris squalore periisse, sed insigne virtutis exemplum explicuisse nonnulli referunt, cum nimirum in morbum rei venerez vsu leuandum incidisset, ne

Lib. 2.
ep. cur. 47.



Iniquæ
admodum
illius leges
fuerunt.

Corripitur
Carolus Rex
ijs assensisse.

dis in Polonia prædis armorum socios habuerant, duces prohiberent, venenis artibusque magicis flumina, fontesque infecere: adeo ut pestis crudelissima Russorum magnam partem deleuerit: ac iusto Dei iudicio, cum ij Christianis sacris imbuti ad Christianos excindendos cum gentilibus arma coniunxissent. Qua vero ratione eam crearint luem Tartari, narrat auctor: Corda, inquit, Christianorum hominum Polonorum ex captiuorum grege, quos pro sortilegiorum, diuinationum, incantationum, & auguriorum officijs, quibus gens illa magnopere dedita est, peragendis plusquam centum numero occiderant, de cadaueribus occisorum extracta fortissimis venenis inebriant, & inficiunt, & tam in profuentes & stagnantes aquas verubus, & lignis in longum proiectis, ut diutius durarent, imposita immergunt, a quibus aquæ infecta adeo in Ruthenos, qui aquas illas quocumque usu contingebant, venenum & morbos vulgauerant, ut subito procumbentes, nullis antidotis profectum afferentibus releuati, occiderint. Sero tandem, & plurimis per tabem in corpora ingesta consumptis, latens malum deprehensum est, & aquarum usus velut fatalis & pestifer a Ruthenis falsiditus. Hæc sequenti anno contingere, quæ ne cæpta oratio abrumpatur, coniungenda visa sunt.

14 Cæterum visum est diuinum Numen memorata barbarorum irruptione Polonos principes plectere, qui insana violandi iuris ecclesiastici, & sacrarum expilandarum opum cupidine episcopos diuexabant. Et quidem inter alios Vratislauensem episcopum dux tanto furore est infectus, ut Rathiboriam, in quam is perfugerat, exercitu cinxerit: impendentisque populo insonanti calamitatis commiseratione episcopus exul permotus, illius iras satiare suo sanguine, quam Rathiboriensibus optime meritis exitium parere, potius ducens, ad ducis Vratislauenfis castra se contulit. Quo viso hostis repente diuino nutu emollitus, Deum in ipsius ministro veneratus, procubuit in genua, ac veniam criminis supplex poposcit: quam insignem historiam his verbis narrat Longinus a: *Induit, inquit, vestes sacras, nonnullos quoque ex clero iubet amicum eiusdem: ac sic tiara & pontificalibus insignijs cum clero suo vniuerso secum exulante, oppido egressus ad castra, pergit, tyranni iras sauas supremo humilitatis genere placaturus. Cuius tyrannus viso a longe aduentu, tanto metu diuinitus percussus est, ut de tabernaculo suo exiliens, in occursum pontificis ocyus procurreret & corruens pronus in terram quasi diuinum aliquod Numen in episcopo videns, & in spem illius æternum Pontificem venerans, transgressionum suarum veniam precaretur. Quem Thomas episcopus ex terra eleuans, omnem se illi prauaricationem tranjectam, dummodo in ea contritione & deuotione persisteret, obortis lacrymis spondet indulturum. Et post flebiles amplexus, & oscula hinc inde vtrinque præstita, proximam ad eum beato Nicolao sacratam dux atque pontifex absque arbitris ingressi, longis & mutuis habitis tractatibus, his demum conditionibus, eoque pacto pax & reconciliatio, & omnium offensarum obliteratio conuenit, ut Henricus dux Vratislauenfis castra, ciuitates, oppida, villas, decimas, & quascumque sortes ecclesiasticas, quas occupauerat, Thomas episcopo & suo clero redderet, & pro perceptis satisfactione condigna impensa, amplas libertates, & immunitates ecclesie Vratislauenfis scelus commissum expiando conferret. His consentit Michouias b, additque: Ea reconciliatio secuta, interdictum archiepiscopi Gnesnensis*

Iacobi Swinka sublatum est: in memoriam vero beneficij ac hospitalitatis Thomas episcopus Vratislauenfis, postulante Casimiro duce Oppolensis, ecclesiam S. Thomæ Cantuariensis in castro Rathiboriensi fundauit.

15 Subdit, pluribus interiectis, memoratus auctor, sequenti anno ab Henrico duce ad expiandum in episcopo infectando crimen templum excitum: Anno, inquit, Domini MCLXXXVIII. Henricus IV. dux Vratislauenfis ecclesiam collegiatam S. Crucis in summo Vratislauenfi fundauit & erexit, certum prælatorum, canonicorum, & vicariorum numerum instituens, & vnicuique munifice de suis introitibus largiens, per hoc diuine maiestatis iram placaturus, quam exiliando Thomam episcopum & clerum Vratislauensem incurerat, & vehementer offenderat. Vtinam Christiani principes ab inuadendis opibus sacris abfisteret, iniuriaque inflictas sacris ministris Henrici exemplo delerent beneficij, nã illigranissima mala, in quæ concitata in se cælesti ultione præcipientes ruunt, feliciter auerterent.

16 Susceptis tuendorum ecclesie suæ iurium laboribus attritus S. Thomas episcopus Herefordensis, peregre ex Anglia profectus ad immortalitatem hoc anno, ut obseruat Card. Baronius a, migravit. Cuius sanctitatis gloria maximis postea miraculis effloruit, ut narrat subiectis verbis Vvestmonasteriensis b: *Thomas de Catilupo quondam episcopus Herefordensis, qui pro causa ecclesie suæ, ut dicitur, quam contra fratrem Ioannem de Peccham de ordine fratrum Minorum archiepiscopum Cantuariensem defendere proponebat, in partibus obiit transmarinis, cuius ossa in ecclesia supradicta fuerunt tradita sepultura, miraculis cepit coruscare; ita quod infra breue temporis spatium centum & sexaginta tria miracula pro illo fieri voluit Deus. Describuntur fusius apud Suriũ c patrata illius ope miracula, ac virtutes insignes, quibus enituit, quarum maiora tũ explicuisse exempla refert auctor, cũ in celsiore episcopatus fastigio collocatus esset: Cũ inquit, Herefordensis ecclesia suo esset orbata pastore, omnium votis electus anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo quinto episcopus consecratus est. Tum vero longe etiam magis quam antea factus est vigil ad curam, non segnis ad opus, suauis ad mores: maior tum illi accessit cura pauperum, gestus & sermo humilior, in persecutionibus perferendis animus fortior, ad exequendam iustitiam censura seuerior, in precibus feruentior spiritus, ad præstandas elemosynas perfectior benignitas, & liberalitas; in proprio castigando corpore maior rigor. Magna laboris instantia in eam incumberebat curam, ut ecclesie iura tueretur, & quæ alij sibi præter ius fasque vendicauerant, ab iniustus possessoribus ablata ecclesie restitueret. Ea causa, cum grauis exitij set contentio propter ecclesie Herefordensis iura, Romanum Pontificem adire decreuit, ut ab illo tantis molestijs opportuna remedia impetraret. Eo igitur tam longo & difficili itinere, non sine multo labore & corporis sui detrimento suscepto atque confecto, Romam venit, & a Martino Pontifice honorifice acceptus est: rebusque & negotijs, quorum causa eo venerat, pro voto expeditis, dum in patriam redire contendit, morbo oppressus apud Florentinos iuxta Flascoris montem decessit e vita VI. non. octobris anno salutis millesimo ducentesimo octogesimo septimo.*

17 Interea sex diebus corpus eius exanime seruabatur, odorem spirans suauissimum, insigni nimirum culta castitatis argumento, quam in eo Roberti Cantuariensis archiepiscopi, ac deinde

Thomas
episc. Vratislauen.

a Longin.
hist. Pol. l.
7: Michou
l. 3. c. 6.
Chromer.
lib. 10.

Pontificalibus vestibus amictus, & stipatus clero ad tyrannicam castra pergit. Henricus diuinitus repente immutatus.

Ad episcopi pedes se prouoluit, veniam que criminum flagrat. Pacem cũ ipso init. Vratisl. ecclesiam nouis possessionibus & iuribus auget.

b Michou.
lib. 4.

Cardinalis episcopi Portuenſis teſtimonio eni-
 tuiſſe ad miraculum vitæ auctor affirmat: Deinde
 caro ab offibus ſeparata in eccleſia S. Seueri honorifi-
 ce ſepulta eſt: oſſa vero per tam longinqua terra-
 rum ac maris ſpatia in Angliam ad ſedem eius ap-
 portata ſunt. Cumque obuiam illis veniſſet Gil-
 bertus de Clara comes Glouernia, qui ob iura ec-
 cleſiæ beatum virum fatigauerat, mox ab eis ſanguis
 copioſiſſimus manauit, ita vt vaſa, in quibus fere-
 bantur, ſanguine tincta viderentur. Id comes ille
 cernens, timore & horrore concuſſus, iura omnia
 eccleſiæ reſtituit, & ob ea quæ temere admiferat, egit
 poenitentiam. Porro beatum episcopum Ioannes Pa-
 pa XXII. ſanctorum catalogo adſcripſit & VI. non.
 octobr. feſtum eius ſolemniter celebrandum inſti-
 tuit. At de memoria eius conſecrata ſequenti
 tomo agetur. Pergit auctor: Miracula vero, quæ
 poſt obitum eius ad laudem & gloriam nominis ſui
 perpetravit omnipotens Deus, in diuerſis codicibus
 eius loci, ubi ſacra eius oſſa quieſcunt, pene infinita
 reperi: in quibus fertur ſexaginta mortuos exci-
 taſſe, quadraginta & vnum cæcos illuminaſſe,
 quinquaginta duos contractos ſanaſſe, viginti &
 vnum paralyticos reſtituiſſe, cæcis & mutis viginti
 tribus lumen & vocem reddidiſſe. In quodam eius
 loci volumine legi annotata diuerſa miracula eius
 quadringenta quinque & viginti, in varijs curandis
 morbis diuinitus declarata; præſtante Domino noſtro
 Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculo-
 rum. Amen.

18 Sanctiſſimo confeſſori Chriſti martyrem
 adiungimus, in quem Iudæi conceptum in Chri-
 ſtianum nomen animi virus, exercita immaniſſi-
 ma carnificina, effuderunt. Vvernerherus enim
 puer ab ijs in Chriſti domini odium martyrio af-
 fectus Vveſalia crudeliſſimisque ſupplicijs ab ijs
 eſt laniatus: cuius corpus cum in cryptam a fu-
 gientibus perfidis proiectum eſſet, noctu cæleſti
 luce locus, in quo iacebat, a præſidiarijs militi-
 bus radiare viſus, quæſitumque ſacrum pignus ac
 repertum eſt; e quo ſuauiſſimus odor efflabat, vt
 ex M. S. codice narrat Surius, qui vbi exercita ab
 impijs Chriſti odio ſupplicia deſcripſit, ſubiicit b:
 Noctē tulerunt corpus eius, & per muros clam ascen-
 dentes, vt res nemini innotefceret, ad naues propera-
 runt Moguntiam ituras: ſed omnipotens Deus eorum
 callidos eluſit conatus, ita vt tota nocte non niſi vnū
 milliare poſſent nauigando conficere. Orto inde ſole
 magno timore & tremore corripuntur, cogitantque
 anxij, quomodo poſſint martyris corpusculum abſcon-
 dere: neque enim ratio eis occurrit in aquas illud
 demergendi.

Tandem conſpiciunt prope Baccaracum cry-
 ptulam ſpinis & vepribus obſitam, ubi nunc con-
 ditum cernitur Vvilelmitarum cænobium Vvindo-
 ſdesbachium, atque in eam proiecerunt martyris
 corpus & ocyus abierunt. Sed Chriſtus, id diu latere
 nolens, mox ſua illic miracula declarauit: vigiles
 enim caſtorum noctibus viderunt lucem illo loco.
 Quod cum illi admirarentur, indicarunt alijs: ſta-
 timque repertum eſt corpus etiamnum ſuo tinctum
 ſanguine, adductumque eſt, vt ſolent caſorum cor-
 pora, Baccaracum ad locum iudicij. Comperta au-
 tem rei geſta veritate, cum omnibus admirationi eſ-
 ſet odor ſuauiſſimus a martyris corpore manans,
 tum etiam claritas nocturno viſa tempore, ſumma
 deuotione illatum eſt corpusculum in ſancti Cuni-
 berti ſacellum, quod eſt in colle prope parochiam
 ſitum, atque ibi humatum eſt vitta aurea capiti im-
 poſita, in virginitatis teſtimonium: porro capiti ſup-
 poſito puluinari ſerico violis impleto. Additum eſt

ad caput linteum ſerico ornatum in ſignum inno-
 centiæ & ſanctitatis eius, atque etiam inſtrumentum
 laboris ſui. Denique monumentum eius, vt ſolet
 ſanctorum, aliquantiſper eminebat ſupra terram, &
 corpusculum eius reuerenter incluſum eſt in ſarco-
 phago cedrino, quod poſitum eſt in querno ſarco-
 phago ſolidiſſimo fortiſſimis ſeris munito. Et infra: Cum
 hæc ita peracta eſſent, omnipotens Deus illico ſan-
 ctum puerum magnis & ſtupendis illuſtrauit miracu-
 lis, cæcis viſus, ſurdus auditus, claudis greſſus, mutis
 loquela, aridis, paralyticis, luſcis, & quibuſlibet
 alijs male affectis ſanitas, & mortuis vita reſtituta
 eſt: immo vero vſque in præſens multiſaria per
 martyrem ſuum Chriſtus miracula operatur. Paſ-
 ſus eſt ſanctus puer, anno Chriſti MCLXXXVII.
 XIII. kal. maij. At Henricus a Stero illius mar-
 tyrium in annum ſequentem conijcit. De hoc ve-
 ro chronicon Colmarienſe b tradit, ea de cauſa
 quadraginta Iudæos, & eo amplius, cæſos a Chri-
 ſtianis; reque ad Rodulphum delata, ſupremum
 rabbinū in vincula coniectum, ad quem redimen-
 dum Iudæos viginti marcharum milia in Rodul-
 phi ſinum effuſiſſe, eumque auri fulgore perſtri-
 ctum, Chriſtianos Vveſelienſes & Popardienſes
 duobus millibus marcharum mulctatſe.

IESV CHRISTI

annus 1288.

NICOLAI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 16.
annus 1. ANDRONICI IMP. ORIEN. 5.

I Datus eſt Chriſtiano orbi paſtor Hieronymus
 Daſculanus Card. episcopus Prenestiſtus anno
 Chriſti milleſimo duceteſimo octuageſimo octauo
 indiſtione prima. Cū enim deſuncto Honorio Papa
 ſacer Cardinaliū ſenatus, in palatio pōtificio apud
 S. Sabinam coactus eſſet, ingratiſcente aeris intē-
 perie, plures ex iſſdē Cardinalibus aduerſa valetu-
 dine tentati ſunt, ac nōnulli morbi grauitati ſuccu-
 buerunt. Quam ob cauſā diſſoluti conuētū, ad col-
 ligēdas priores auras purpurati patres diſceſſere:
 qua de re Ptolemæus Lucenſis hæc tradit c: Re-
 cluſerunt ſe Cardinales in S. Sabina: & quia in-
 aſtate locus infirmus erat, multi Cardinales infirmati
 ſunt ibidem & mortui circa ſex Cardinales vel ſeptē,
 interquos fuit dominus Iordanus de Vvſinis, dominus
 comes de Meaſolano, dominus Hugo Anglieus, dominus
 Geruaſius Andegauēſis, & decanus Piſanus, & domi-
 nus Antonius. Inde omnes redierunt ad propria. Hi-
 eronymus vero in loco perſtitit d incolumis, quem
 aiunt e ad depellendam aeris grauitatem, ea arte
 vſum, vt ardente licet medio eſtu, plures ignes toto
 palatio excitari iuberet, vt ſi qua aer in eſſet labes,
 flāmis purgaretur. Sedata vero hyemis frigoris
 epidemia, reuerſi Cardinales, cōſpirantibus omniū
 voluntatibus, Hieronymum, quem nonnulli Ioan-
 nem perperam vocant, elegerunt. Qui grati animi
 ergo in Nicolauum Tertiū, a quo Cardinalium col-
 legio aſcitus fuerat, Nicolai IV. nomen accepit: at-
 que ipſo feſto cathedræ S. Petri, nimirum VI. kal.
 martij in Petri ſede collocatum docent Martinus
 Polonus, Bernardus c, Ioannes Villanus d & alijs.
 Verum in Nicolai ſubiectis literis dominica pri-
 ma quadageſima renuntiatum legitur e: quauis
 errorem in numerum irrepiſſe putē, vt vice primæ
 ſecunda legenda ſit, qua eo anno cathedræ S. Petri
 feſtū recurrebat: de quo ad apices papales euecto
 hæc Iordanus, paucis multa cōplexus, ſcribit: e Ni-

a Henr.
 Stero in
 annal.
 b Chron.
 Dominica
 nor. Colm
 par. alt.
 Iudæi qua
 draginta
 in vitionē
 exſi.

Ob mor-
 bos Cardē
 nales e cō
 clauī non
 renuncia-
 to Pontifi
 ce exiunt
 b Longin.
 hiſt. Pol.
 7. hoc an-
 c. Præſ. Luc
 & alijs
 hiſt. e. cl.
 M. S. l. 24.
 cap. 19.
 Sex peſte
 extrinſi.
 d Iord. M.
 S. var. ſign
 n. 1960.
 e Vvinding
 in annal.
 Hieron.
 Card. Præ
 reſtr. ep.
 in depel-
 lend. con-
 tag. prudē-
 tia.
 Creatur
 Pontifex.
 f Præſ. Luc
 in annal.
 b Mart.
 Pol. 4.
 c Bern. in
 chron. Rō.
 Pont.
 d Io Vill. l.
 7. e. 118.
 e Iord. M.
 S. var. ſign
 n. 1960.

colaus natione Marobianus de Asculo. Et infra: Hic vocatus est Hieronymus, magnus literatus, & valde religiosus. Factus fuit generalis Minorum, demum episcopus Penestrinus, postea Papa. Ad Cardinalatum promovit dominum Neapoleonem, dominum Petrum de Columna, generalem Minorum fratrem Mattheum de Aquasparta, fratrem Hugonem magistrum in theologia ordinis Predicatorum. Dominus autem Hieronymus cum esset Cardinalis, imminente electione summi Pontificis, clausis Cardinalibus in S. Sabina post mortem Honorij, ceteris propter infirmitatem locum fugientibus, solus ibi remansit, & sanus.

2 Quod ad gesta ab eo ante pontificatum attingit: missum a Gregorio X. ad Græcos in obsequium Romanæ ecclesiæ pelliciendos, strenuamque operam ad ecclesiarum coniunctionem reintegrandam navasse, tum Pontificiæ, tum Michaelis Palæologi, & Andronici Imperatorum literæ suis ante locis allatæ, atque etiam aliæ a nobis inferius adducendæ testantur interfuisse; celebratæ synodo Constantinopoli celebratæ, in qua schisma veteris a patribus Græcis damnatum est, atque vna cum alijs archiepiscopus Bulgarorum orthodoxum dogma ac Petri primatum est professus. Porro Nicolaus tum Hieronymus de Asculo vocatus, adeo egregie theologicis disciplinis perpolitus, & morum sanctitate magnæ coniuncta prudentiæ excultus fuerat, vt apud Minoritas summas dignitates gesserit, atque a Pontificibus vt vidimus, ad conciliandam pacem Philippum inter Francorum Alfonsoque Castellæ & Legionis Reges adhibitus fuerit: deinde Cardinalis S. Pudentianæ creatus: tum ad episcopatum Prænestinum traductus, demum ad summum pontificatum euectus, cuius muneris curas inuitum se suscepisse in encyclicis literis ad præfules principesque datis profiteretur.

3 Nicolaus, &c. Iudicia Dei abyssus multa, nulli comprehensibilia, nulli nota. Quis enim nouit cæli ordinem, vt supernarum dispositionum videat prædestinationes occultas? Aut quis ponere potest rationem eius in terra, vt ante humana corda talium secretorum causas aperiat; vel supernorum iudiciorum mysteria considerando discutiat, manifesteque loquendo? Hæc vtique in hac vita positus facere nullus potest. Ante hominem namque carne circûdatum labor est ista cognoscere, donec in Domini sanctuarium, in quo sunt omnia consilia super filios hominum, ergastulo corporis absolutus introeat, ibique non solum præsentia, sed etiam nouissima intelligat & cognoscat. Horum quidem consideratio, miranda nimirum, stupenda pariter & tremenda, nos nec immerito admiratione sollicitat, mentemque nostram ingestione stuporis hebetat, concutitque timore.

Miramur etenim, non absque timoris magnitudine ac terroris, qua diuini dispositione iudicij, nobis non indigne terribilis, contra electum & firmatum nostrum salutis contemplatione propositum, totiens & demum tantam immutationem receperit status noster. Elegeramus namque ab olim, postquam ad hoc nobis Dominus tribuit intellectum, abiecti esse in domo Domini, & sanctæ contemplationi vacando, sedere ad pedes ipsius, audire verba cælica cum Maria, cum illa partem testimonio ipsius Domini optimam eligentes, ne impliciti mundi turbinibus cum Martha erga plurima turbemur. Propter quod a nostræ iuuentutis auspicijs ordinem fratrum Minorum intraui-

mus, vt in humilitate spiritus Deo spiritui seruiremus, cum tantæ abiectiois & paupertatis professoribus pauperes & abiecti. Dumque per hæc ad Rachelis obtinenda consortia solido inhiaremus proposito, plenis suspiraremus affectibus, Liam lippis oculis experimur nobis expositam, pro Rachele, primum in ipso etiam ordine frequenter nobis prædictæ partis integritate direptæ; & ea postmodum per occupationes diuersas, quas habuimus necesse subire, quasi prorvas ademptas. Occupati namque fuimus ex obedientiæ debito in varijs ministerijs dicti ordinis, & demum in ministerii generalis officio, quæ non absque laboriosis inquietudinibus gessimus in eodem.

4 Subsequenter ad dignitatem Cardinalatus in sacerdotij gradu per Apostolicam sedem assumpti, dum absentes, & inscij aliquid de hoc agi, reformandæ concordie inter claræ memoriæ Philippum Francorum, & Alfonso Hispaniæ Reges de mandato sedis ipsius in ultramontanis partibus vacaremus: deinde præfecti sumus per sedem eandem in episcopum ecclesiæ Penestrinæ. Nouissime vero fratrum nostrorum electione concordati vocati, & instantia importuna coacti, ad summi apostolatus sarcinam subeundam, prout series subscripta describit, vt proinde vos illarum processus & ordo non lateant; sed & causæ admirationis, stuporis, & timoris huiusmodi ad humiliatorem nostram apertius innotescant.

5 Felicis siquidem recordationis Honorio Papa. prædecessore nostro, vt Domino placuit, ab hæc luce subtracto, eiusque corpore cum exequiarum solemnitate debita tumulato, nos tunc, vt prætangitur, episcopus Penestrinus cum fratribus nostris alijs in curia Romana præsentibus, in palatio S. Sabinae de Vrbe, in quo prædecessor ipse resederat, concordati voluntate conuenimus, substitutioni Romani Pontificis solliciti vacaturi. Circa quod licet impedimenta varia, & præcipue diuersarum, & prolixarum infirmitatum angustia, quæ quamplures de ipsorum fratrum collegio vexauerunt diutius, & proh dolor! nonnullos etiam, subtraxerunt, aliquamdiu conatibus nostris obstiterint; demum tamen in I. * dominicæ præsentis quadragesimæ, nobis & reliquis fratribus tempore ipso præsentibus conuenientibus in palatio suprascripto, electa concorditer via scrutinij, & vno tantum facto publicatoque scrutinio, illo qui concordiam in sublimibus suis facit, vt supponit deuota credulitas, assistente tanta finaliter in votis eorumdem fratrum est inuenta concordia, quod de ipsorum omnium vnanimi voluntate ad conscendam Petri cathedram secuta est de humilitate nostra concors electio & communis; fratribus ipsis instantibus importune, vt electioni consentiremus eidem.

6 In quo admirationis magnitudine redditi, nec immerito, sumus attoniti, stupor nostrum animum hebetavit, & timor pariter tremorque concussit. Numquid enim non admiratione dignum, quod sic sumus præter, immo contra prædictum nostrum tam salubre, ordinatumque propositum a desiderio quietis optatæ fraudati? Nam licet pastorale taliter indictum officium præmissam Mariæ partem a se nequaquam abijciat, quin potius contemplationi deuotæ vacare, ac instructioni diuinæ seruenter insistere assiduitate intenta deponat; verendum tamen, ne sollicitudo cõnexa, eidem totius orbis curas innumeras & immensas indicens, deuotionem Mariæ præpediat, & secretum quietæ mentis deserere persæpe compellat

Cardinalis creati
Nicolao.

Inter Fræ
ciscanos
vitam reli
giosam e
rat profes
sus.

Gesta ab
eo ante
Pontifica
tum.

a Nicol.
lib. 1. ep. 1.
ostat etiã
in firmu
lar. Mar.
Etuli M. S.
archiu.
Vatic. pag
24. n. 149.

Literæ de
sua promo
tione
ad præsu
les.

De arca
nis diuinis
iudicij.

Ve cæle
stium re
rum tra
stationi
ab adole
scentia se
addixerit.

lar, nec ad eam redeundi facile sit facultas. Nonne insuper stupore non vacuum, quod inter tot, & tantas eorundem fratrum personas, vitæ ac famæ claritate polientes, virtutibus redimitas, abundantes ad hæc vtilium sufficientia meritorum, præsidendo apostolico culmini, nostra indignitas, existimatione nostra merito postponenda, occulta Dei & pauenda nobis dignatione præfertur? Nonne dum iniuncti oneris molem attendimus, & nostram insufficientiam comparamus, digne inualescit timor, & tremor, ne sic premat, quod opprimat; sic opprimat, quod portantis debilitas molis eius immensitati succumbat? Nonne timendum iterum & tremendum, si summi Iudicis seueritas attendatur, & attente pæsetur, quod si rationem de talentis creditis exacturus veniat, nec ea inueniat in sibi gratum numerum excreuisse, seruum a bono torpentem opere quam seuerissime iudicabit?

7 Hæc & alia plura, quæ prolixitatis vitandæ gratia subicit sermo succinctus, debilitatem nostram subducendam ab onere nostræ insufficientiæ imperfectum a subeundo totius mundi spirituali regimine difficultatis inexstimabilis compescendum, adeo efficaciter suggerebant, quod eorundem fratrum importunitati diuersarum excusationum obicem opponendo, qua potuimus reluctatione resistimus, aperte negantes electioni præmissæ præstare consensum, & tam ipsi, quam iuri nobis ea quæsito renuntiantes expresse. Verum fratres ijdem nostræ resistentiæ instantius obuiantes, electione nihilominus repetita concordii, vt ei consentiremus, & institere feruentius, & in virtute obedientiæ iniunxerunt. [Cæterum ne quis existimet hæc a nouo Pontifice per simulationem iactata fuisse, Henrici Rebdorfi a, qui proximo seculo scripsit, verba subiicimus: *Nicolaus IV. de ordine fratrum Minorum doctor theologia, anno Domini MCLXXXVIII. electus, sedit annis quinque: & bis electus cū lacrymis resignauit; tertio compulsus ab omnibus Cardinalibus acquieuit. Pergit Põtifex.*] Nos vero licet ex nostrorum defectuum conscientia diffidentes, confidentes tamen de illius omnipotentia, qui nõ solum eosdem sufficit supplere defectus, sed potens est facere gratiam abundare; quàmquam ad hoc nobis nequaquam merita suppetant, vtinam demerita non obsistant, per fratres eisdem nostris excusationibus non admissis; ne, sub obedientia nutriti diutius eam contemnere, pertinaciter, & mundi grauitur guerrarum multiplicatione diuulsi, Terræque sanctæ quasi omni auxilio destituta pericula differendo prouisionem Ecclesiæ negligere censeremus; tandem acquieuimus eorundem fratrum instantiæ, ipsorum vrgente præcepto; collaque debilia iugo submissimus apostolicæ seruitutis, præstantes electioni, vt præmittitur, iteratæ consensum, anxio & humiliato spiritu supplicando, vt ille qui nos iugum idem subire concessit, sic ad ipsum portandum debilitatem nostram robore fulciat, sic ipsum nobis faciem suam leuigatione portabile, quod non contingat nos in eius exercitio ex nostra infirmitate debere; sed ita ex sua virtute proficere, quod exinde in nobis & populo curæ nostræ commisso ad laudem sui nominis fructum referamus optarum.

8 Quia vero ex indignitatis nostræ consideratione patenter aduertimus, nos nequaquam ad hæc obtinenda sufficere, orationum vestrarum suffragia humiliter imploramus; vniuersitatem vestram attente rogantes, & obsecrantes in do-

mino Iesu Christo, quatenus frequenter preces porrigatis deuotas & humiles in excelsa, & per religiosos ac alios vestra ditionis porrigi suggeratis, suppliciter postulantes a Domino, vt ipse de sua misericordiæ abundantia, & petita concedat, & adiciat quod petitio non præsumit: sicque super nos suum vultum illuminet, vt cognoscentes in terra viam suam, ipso præstante, qui potest, in nobis & subditis deuia deuitemus, nostros & ipsorum actus ita in suorum mandatorum semitas dirigamus, quod de suæ pietatis affluentia mereamur dilecta eius tabernacula introire, calicium futuri conciuies, & cum eis æternæ gloriæ participio fruituri. Vos quoque, fratres & filij, quos diuina gratia in partem sollicitudinis euocauit, sic studeatis diligentes cooperatores existere, sic in vestris plebibus commissas vobis partes implere, quod nobis onere vestra cooperatione partito sit leuius, vobisque proinde non solum præmium æternæ retributionis obueniatur, sed & fauor interim a apostolicæ sedis accrescat, quem vobis, quantum cum Deo poterimus, exhibere proponimus, ac vestra & ecclesiarum vestrarum commoda, pro quibus ad nos recurrere cum securitate poteritis, fauorabiliter promouere. *Dat. Laterani VII. kalend. martij pontificatus nostri anno I.*

9 Christiani etiam orbis Reges & principes, de pontificijs acceptis insignibus certiores factos, præceptis optimis erudiuit, atque officijs est prosecutus, & inter alios hæc Philippo Francorum Regi scripta a: *Obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus prudenter attendens, quod datum est tibi diuinitus in orbe pro non modica parte iudicium, iustitiam diligas, & eam omnibus tue ditioni subiectis, non omissa tamen clementia, diligentur obserues: huiusmodi enim columnis firmissimis stabiliuntur imperia, regna firmantur, muniuntur principes, & communiti latantur statu pacifico principatus. Ecclesiam insuper matrem tuam, & præstantes eidem, cæterasque personas ecclesiasticas Creatoris & Redemptoris nostri ministros, immo in eis ipsum, per quem regnas & regis solo solerter honorans, eas regio fauore in suis libertatibus & iuribus alijs protegas & defendas. In talibus, fili charissime, primitias tue iuuentutis exerceas: in bis laudabilis memoria prædecessores tuos non solum imitari, sed excedere studeas: quin etiam te ipsum virtutum successibus augmentis, velut de virtute in virtutem progrediens, superare; de nobis spem certam & fiduciam habiturus, quod tuam & regni tui prosperitatem paterno zelantes affectu, eam conseruare proponimus, & facultate succedente, quantum cum Deo poterimus, fauorabiliter ampliare.*

10 Suscepta igitur Ecclesiæ administratione Nicolaus; ad componendas res Siculas, e quibus tot mala in Christianam rempublicam redundant, ac maiora in dies emerfura timebantur, pontificias curas admouit; ac primum antequam meritam in Siculos sententiam ferret, solemnem eos ritu die cænæ Domini aduouit b, vt ad Romanæ ecclesiæ obsequium redirent.

Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei, ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Licet hæctenus contra Iacobum natum, quondam Petri olim Regis Aragonum, exigentibus culpis suis, varij per Apostolicam sedem habitij sint processus; nos tamen intendentes in huiusmodi nostræ promotionis inijs experiri, vt rum aliqua scintilla deuotionis remanserit in eodem,

& pro-

a Extant in form. Mar. Ebuli pag. 35 nu. 15.

b Frauctus Rex ad pie moderandum sceptrum excitatus.

Siculi a Nicolao, vt redeat ad Ecclesiæ obsequium, ad moniti.

b Lib. 1. ep. cur. 36

& processus ipsos in suo robore permanere volentes, prædictum Iacobum, ac etiam Siculos in rebellionis spiritu persistentes, præfente hac fidelium multitudine copiosa monemus, vt iidem Iacobus & Siculi, sibi salubriter consulentes, ad nostra & ecclesiæ Romanæ mandata redire procurent, super commissis ab eis contra ecclesiam, prædictam excessibus & offensis nostris, & eiusdem ecclesiæ beneplacitis & præceptis humiliter & efficaciter parituri. Alioquin contra præfatos Iacobum, & Siculos, prout contumacia eorum exegerit, & expedire viderimus, spiritualiter & temporaliter, auctore Domino, procedemus.

Vt autem huiusmodi noster processus ad communem omnium notitiam deducatur, chartas siue membranas, processum continenteseundem, in præfentis basilicæ S. Ioannis Lateranensis appendi, vel affigi ostijs seu superliminaribus faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt; ita quod iidem Iacobus & Siculi nullam postea possint excusationem prætere, quod ad eos talis processus non peruenerit, vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. *Actum Laterani in basilica supradicta in die cæna Domini pontificatus nostri anno I.]*

11 Respuebant Ecclesiæ imperijs se submittere Siculi, cum assulgente sacro Pentecostes die iterum Nicolaus ipsos & Iacobum seruato iudiciario ordine, proposito publico edicto ad officium prouocauit, & recurrentem S. Michaeli sacrum diem peremptorium constituit: ac si perstarent in contumacia, legum seueritatem obiecit. Tractatum antea fuerat de vindicando in libertatem Salernitano principe, atque in nonnullas leges Eduardi Anglorum Regis opera cum Alfonso & Iacobo conuentum erat: quæ cum in ipsius Caroli capti & Ecclesiæ opprobrium ac damnum redundarent, eas Honorius apostolica auctoritate conuulserat, iterumque Cardinalium senatus vacante sede propositas, vt abhorrentes ab æquitate repudiarat. Postea consultus Nicolaus easdem repulit, quidve a prædecessore gestum esset, Regi Francorum, Ioanni tit. S. Cæciliæ presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato, ac Mariæ, ac Caroli uxori & viri desiderio confectæ significauit: tum ad æquiores concordia leges referendas illius interpretem Eduardum Anglorum Regem sollicitauit.

12 Urgebant de liberando Carolo ceptum tractatum vna cum Eduardo apud Alfonso apostolici memorati nuntij Bonifacius Rauennatum, & Petrus Montis Regalis archiepiscopi: quos tamen non sanctarum bene suarum partium Nicolaus perstrinxit, ob non patefactas Cardinalium collegio, vacante sede, iniquas conditiones, quibus de laxando e vinculis Carolo agitabatur: iidemque ac Raynerio Prædicatorum familiaris religioso viro, quem ipsis in munere socium adiunxerat, imperauit, vt iudicium apud subsellia apostolica intenderent Alfonso, quem flectere ad officium his literis pertentauit.

Nobili viro Alfonso nato quondam Petri olim Regis Aragonum spiritum consilij sanioris.

Si graues & enormes excessus, atroces iniurias & offensas multiplices, quas quondam Petrus olim Rex Aragonum pater tuus, diuina & Apostolicæ sedis reuerentia prorsus abiecta, in salu-

tis propriæ molitus dispendium, sui que nominis, quod cautiùs custodiri debuerat, derogationem non modicam, animatus contra Romanam ecclesiam matrem cunctorum fidelium & magistrum illicitis ausibus perpetrare, sibi que irrogare præsumperat, insulam occupando Sicilia; ac partem regni Sicilia alteram ad ius & dominium eiusdem ecclesiæ pertinentes, quas claræ memoriæ Carolus Rex Sicilia ab eadem ecclesia tenebat in fendum, validis impugnando conatibus, & in diuersis alijs eiusdem regni partibus statum ecclesiæ memoratæ pacificum quamplurimum perturbando; quosque tu & Iacobus filij & Constantia mater tua, iam dicto Petro sublato de medio, eius incon-sulte sectando vestigia, commisistis prædictis fratre & matre insulam detinentibus, partemque alteram impugnantibus supradictas, teque in illis impendendo consilium, auxilium, & fauorem; velimus enarrare per singula, & seriosis aperire sermonibus, longum esset, ingensque audientibus tadium generaret. Sed tu ex quo potissime iam dictam perturbas ecclesiam, ipsius mentem vehementer amaricas, eamque in intimis dure pungis, quod charissimum in Christo filium nostrum Carolum claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia primogenitum, magnum vtique ipsius vassallum ecclesiæ, suumque fidelissimum filium & deuotum, virum vtique iniuste detentum, & quoad eum in prælio iusto captum ac regnum iuraque paterna debite ac legitime defendentem, non inuadentem tuam vel tuorum terram, non occupantem aliqua tua vel ipsorum iura vel bona, nec alias tibi vel eis iniuriam inferentem; sed a quibusdam more quasi piratico interceptum carceralibus vinculis detines alligatum in diuina maiestatis offensam, grande tuæ famæ salutisque dispendium, & graue scandalum totius pene populi Christiani.

13 Quia igitur tot & tantos excessus patiquanimitè, urgente nos conscientia, non possumus, nec debemus, nobilitatem tuam præsentium tenore monemus, vt præfatum primogenitum, sublato difficultatis obstaculo, plenè restituas libertati, nullumque præfato Iacobo fratri tuo, vel alij, seu alijs quibuscumque in insula & regno prædictis ecclesiam quomodolibet impugnantibus vel turbantibus supradictam, impendas per te, vel per alium, seu alios fauorem, consilium vel auxilium, publicum vel occultum: & nihilominus infra sex menses a receptione præsentium computandos, compareas peremptorie coram nobis, nostris & eiusdem ecclesiæ mandatis & beneplacitis super præmissis humiliter & efficaciter pariturus. Alioquin non ignorare te volumus, quod contra te spiritualiter & temporaliter, prout qualitas facti suaserit, & expedire viderimus, procedemus; quodque propter præmissam monitionem nostram, vel aliquam citationem emissam, seu etià emittendam, vt certo tempore coram nobis compareas super præmissis nostris & Ecclesiæ beneplacitis pariturus, siue infra ipsum tempus curaueris, seu renueris, aut distuleris comparere, non intendimus contra te, tuosque fautores, seu adiutores processus spirituales seu temporales omittere vel differre, aut omitti facere vel differri, qui per nos vel per alios occurrerint, seu apparuerint faciendi. *Dat. Romæ apud S. Petrum id. martij pontificatus nostri anno I.]*

14 Cum vero Alfonso supplex flagitaret, oratores suos a Pontifice audiri, seque obtemperaturum præ se ferreret, Nicolaus eorum securitati

Obiectæ
imperiorum
spernentibus
miu.

Denuntia-
tum iterum
Iacobo Si-
cilix inua-
fori, vt cœ-
ptis abfi-
stat.

a *Eod. l. I.*

ep. 30.

b *Ibid. ep.*

56.

Agitata
pro liberâ
do Carolo
II. con-
cordia le-
ges.

c *Lib. I. ep.*

cur. 2.

d *Reg. post*

and. ep.

e *1b. ep. 4.*

f *Ep. 56.*

57. 58.

g *Ep. cur. 3.*

h *Ib. ep. 7.*

8.

Intentatū
Alfonso A-
ragon. iu-
dicium, ni
Carolus
II. liberet

i *1b. ep. cur.*

6. Exiant

atq; apud

Suric. ind.

lib. 2.



canendum apostolico diplomate censuit, atque ad Carolū Valensium, qui Aragonij regni titulo fuerat a Martino insignitus, scripsit a, ne obicem poneret, quo in Alfonso, si non pareret, excusatio omnis adimi posset: eoque argumento ad Francorum b & Baleariū c Reges, Ioannem tir. S. Cæcilie presbyterū Card. A. S. L. d Carolū II. tum e Prouincia præsidem f, atq; omnes archiepiscopos, episcopos g, abbates, comites, marchiones, vrbiumq; magistratus scriptum est. Accessisse illos demum ad sedem Apostolicam extremo anno, ac pluribus Alfonso purgare ac Pontifici conciliare nisos, refert Iordanus h, ac præcipua orationis ipsorum capita, & responsa apostolica, his verbis subiicit: Circa natale Domini venerunt ad curiam nunciij Aragonum & Sicilia in consistorio excusantes Alfonso: quod nuncios post patris obitum ad Romanam curiam non misisset, quia tunc transire non poterant propter guerras. Secundo dicebant eum innoxium, & in nullo conscium factis paternis. Tertio asseuerabant eum diu ante mortem patris regni possessionem habuisse, & ideo petebat pacifice sibi dimitti. Quarto se ad seruitium Ecclesie offerebat. De primo Papa non curauit. Ad secundum respondit: Placeat nobis multum quod esset innocens: se contraarium ostendit, mittens continue in terras Sicilia gentem suam. Item non sinebat interdictum Papa in regno illo seruari, & quod Regis Maioricarum Ecclesie adiutoris occupauerat terras. Item detinet principem Salerni innocentem; & quod in regno Aragonie nullum ius habebat, sed Carolus frater Regis Francia. Parati tamen sumus, si venerit, eum audire, & exhibere iustitie complementum. Pro Siculis autem dixerunt, quod multum fuerant a Francis oppressi, & quod intendebant eos curialiter licentiarum de Sicilia: sed aliqui maligni in eos egerunt crudelia, quod bonis viris displicuit: & Constantiam excusabant, quod oportuerat eam sequi virum suū: sic autem rogabat, vt vocatum a Siculis filium coronaret. Quibus verbis Papa aurem non præbuit: de concordia tractant.

15 Duriores illius leges propositas ab Aragonijs Pontifex non admittit, Philippoque Regi Francorum idibus septembris ad biennium decimam concessit i, vt fratrem armorum vi in Regnum Aragonie induceret: iterumque vii. kal. octobris Galliarum & aliarum prouinciarum decimas ecclesiasticas ad triennium contulit l. Cuius impendentis difficilis belli metus Alfonso adducere potuit, vt Carolū e carcere educeret, cum Eduardus maxime ad id deprecator accederet.

16 Celebratum est ea de causa solemne apud Oleronem Regum colloquium; in quo, Pontifice in consulto, sancitæ liberandi Caroli pactiones, vt is Pontificem Regemque Francorum Alfonso Aragonie & Iacobo insulæ Sicilia inuasori conciliaret. Itaque mense nouembris libertati restitutus est, filijs obsidibus datis, vti anonymus de rebus Siculis auctor hisce verbis testatur m. Dimissis in Catalonia pro vadimonio & securitate Roberto & Aloyso Caroli II. filijs, Carolus ipse exiit a dictis carceribus liberatus. Iecit n in ea seruitute Ludouicus insignis fundamenta sanctitatis, ad quam effloruit ac postea cœlitum numerum auxit. Ea vero de filijs duobus custodiæ hostium mandandis lex prima erat ex ijs, quarum acerbissimam Pontifex Regi Francorum subiectis verbis recensuit o: Ponentur in posse Alfonso nati quondam Petri olim Regis Aragonum tres filij charissimi in Christo filij nostri Caroli primo-
Annal. Eccl. Tom. XIV.

geniti clara memoria Caroli Regis Sicilia, & charissima in Christo filia nostra Marie consortis eius, duo scilicet maiores post primogenitum ante liberationem suam infra decem menses, & pro securitate ipsius primogeniti ponatur etiā in posse dicti Alfonso simul cum alijs naturalis post primogenitum, & alius filius prædictorum Caroli & consortis, qui est in Prouincia ante sui liberationem. Item ponentur in posse præfati Alfonso & heredum suorum ante ipsius Caroli primogeniti liberationem quinquaginta millia marcharum in pecunia auro & argento, & viginti millia marcharum in securitate: quam securitatem viginti millium marcharum debet facere illustris Rex Anglia Alfonso prædicto. Et infra: Item debet ponere præfatus Carolus primogenitus ante sui liberationem in posse ipsius Alfonso & heredum suorum obsides primogenitos baronum & magnatum, militum, ciuium, & burgensium Prouincie vsque ad numerum quadraginta, illos scilicet quos idem Alfonso vel eius heredes eligerint. Et infra.

17 Item dictus Carolus primogenitus infra vnum annum post liberationem suam procurabit, & faciet fieri, quod ecclesia Romana firmet & assecuret idonee, quod nisi dictus Carolus primogenitus faciat pacem eidem Alfonso & Iacobo fratri suo, de qua sint contenti ipse Alfonso & eius heredes, vel nisi redierit ad carcerem ipsius Alfonso infra tres annos post liberationem suam, quod Ecclesia non faciet guerram Alfonso prædicto, vel Iacobo fratri suo, vel heredibus eorumdem, nec terris quas hodie tenent, & possident; nec iuuabit prænominatum Carolū primogenitum, nec nocebit eidem Alfonso, nec Iacobo fratri suo, nec heredibus eorumdem, nec terris quas hodie possident ex aliqua causa. Et si istam securitatem non procurauerit, nec fieri fecerit infra vnum annum post liberationem suam, vt præmittitur, amittat quinquaginta millia marcharum argenti, que applicentur eidem Alfonso & heredibus suis: quam quidem pecuniam assecuret per Regem Anglorum illustrem, &c. Adiectæ sunt plures alie pactiones, quibus veluti tot compedibus restrictus erat Carolus ab hostium imperijs pendere, atq; ad ipsorum petita Romanū Pontificem, Francorum Regem, & Carolū Valestem Aragonici Regis titulo exornatum flectere; vel ad Catalanum carcerem reuerti. Quas leges vt ab æquitate abhorrentes, nec in Caroli potestate fitas apostolica auctoritate Nicolaus sequenti anno rescidit a. Vt vero molliores fœderis leges vita functo Alfonso cum Iacobo, qui vt Aragonie & Valentie regna sibi assereret, insulæ Sicilia tyrannidi renuntiavit, pepigerit, suo loco dicitur. Nunc Siculis rebus adiungimus, scripsisse ad Nicolaum Robertum comitem Atrebatensem regni Siculi loco Caroli moderatorem, Andronicum missis oratoribus poposcisse in vxorem filio suo Michaeli primogenito Catharinam filiā Philippi olim Imperatoris Constantinopolitani (is fuerat Balduini II. extorris filius solo nomine Imperator) ita enim inter Caroli heredes ac Græcos firmam pacem cõciliatum iri: se vero rem tantam, Pontifice ac Rege Francorum inconsultis, perficiendam non censuisse. Cui Nicolaus in hanc sententiam rescripsit b.

Dilecto filio nobili viro Roberto comiti Atrebatensi barulo regni Sicilia, per sedem Apostolicam constituto.

18 Literas tuas recepimus, quas nobis tua deuotio destinauit: & earum tenore plenius intellecto, perpendimus in eis inter alia contineri, quod procuratores & nunciij nobilis viri Andronici Pa-

Asperiores ab Aragonijs instituta leges.

Nisi eas compleuerit ad carcerem redire iussus

a Lib. 2. ep. 48.

Andronicus Philippus Imperatoris uxorem deposcuit pro filio Michaeli.

b Lib. 1. ep. cur. 18.

læologi ad tractandum, firmandum, & complendum matrimonium inter nobilem virum Michaelē ipsius Palæologi primogenitum, & dilectam in Christo filiam Catharinam domicellam natam claræ memoriæ Philippi Imperatoris Cōstantinopolitani ad tuam præsentiam accesserunt, asserentes quod ex huiusmodi matrimonio inter eundem Palæologum, ac eius heredes, & successores ex parte vna, & heredes ac successores claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia ex altera, & vtriusque partis subditos pax perpetua poterit prouenire. Cumque prædicti nuncij apud te circa præmissum tractatum insisterent, tu tanquam honoris ecclesiæ Romanæ, & charissimi in Christo filij nostri . . . Regis Franciæ illustris zelator præcipuus, prouide cogitans, quod huiusmodi negotium sine ipsorum ecclesiæ ac Regis consilio & consensu expediri commode non poterat nec debebat, decreuisti super hoc fore nostrum & eiusdem Regis beneplacitum requirendum. Nos itaque, tuæ deuotionis prudentiam dignis in Domino laudibus commendantes, nobilitatem tuam rogamus, & hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes, quatenus a tractatu prædicto, donec super hoc dicti Regis responsionem receperis, non recedas, nec disrumpas eundem; & recepta responsione prædicta ipsam nobis studeas intimare, ad consummationem dicti negocij, etiam si contingat dictum Regem sponsalibus huiusmodi consentire, nullatenus processurus, nisi prius nostrum super hoc habueris beneplacitum & consensum.

Dat. Reate 111. non. iunij anno 1. Cæterum id matrimonium perfectum non fuisse ob duriores a Rege Sicilia exactas condiciones scribit Gregoras, ac Michaelē Regis Armeniæ sororem duxisse; Catharinam vero Imperatricem eripiendi ex schismaticorum manibus Constantinopolitani Imperij spe Carolo Valesio Regis Francorum fratri nupsisse.

19 Quod ad Francorum Regem spectat, cuius Nicolaus assensum flagitari voluit; contulit Pontifex indulgentiarum præmia ijs, qui pro ipso apud caeleste Numen preces funderent; alijsque apostolicis beneficijs tum ipsum, tum eius uxorem Franciæ & Nauarræ Reginam affecit. Eundem etiam Regem monuit, ne quam iniuriam clericis a regijs ministris inferri pateretur. Tu eadem pariter libertatis ecclesiasticæ zelo Eduardum Anglorum Regem Ioannem canonicū vinculis, in qua ab administris compactus fuerat, liberare iussit. His addimus prouinciam imposuisse Ragusino archiepiscopo, e vt ducem, & senatum Venetum adigeret ad arces oppidaque Aquileiensi patriarchæ restituenda, quæ ipsi in Istria eriperant. Cumque graue inde bellum erumperet, ad illud extinguendum Nicolaus Venetos sequentibus literis ad amplectendam pacem, suæque patriarchæ reddenda iura est adhortatus. f

*Dilecto filio nobili viro duci, & communi
Venerorum.*

Habet nostris auribus inculcata relatio, quod vos, ad occupationem bonorum & iurium Aquileiensi ecclesiæ manus auidas extendentes, Parentinam, Emonensem, & Iustinopolitanam ciuitates, ac S. Laurentij Monton. & Gresignanæ Pirani insulæ, Mugle, aliaque nonnulla castra, terras, villas, & loca in Istria partibus constituta, quæ ad eandem ecclesiam pertinere dicuntur, & in quibus venerabilis frater noster . . . patriarcha Aquileiensi iurisdictionem omnimodam obtinere proponitur temporalem, per violentiam oc-

cupastis, eaque detinetis taliter occupata; nonnulla castrorum, & villarum ipsorum illicitis auctibus data licentia nequiter destruentes, alias patriarchæ ecclesiæ; prædictis, ac venerabili fratri nostro episcopo & ciuibus Tergestinis, ac alijs suis adhaerentibus, coadiutoribus, fautoribus & sequacibus in hac parte per incendia & rapinas, damna maxima & graues iniurias inferendo, in eorundem patriarchæ & ecclesiæ, ac aliorum prædictorum non modicum præiudicium & grauenimico, inter patriarcham & quamplures illarum partium nobiles, ac alios ecclesiæ prædictæ vassallos, & adhaerentes eidem ex parte vna, & vos ex altera grauium discordiarum & guerrarum discrimina sunt, vt asseritur, fuscitata: quorum occasione grandia personarum & animarum pericula, multimoda damna rerum retroactis contingere temporibus; & ne grauiora contingant vltorius, verisimiliter formidatur.

20 Nos igitur ex debito pastoralis officij volentes huiusmodi obuiare periculis, & animarum profectibus prouidere; cupientes etiam vt ciuitas vestra, quæ tanquam filia benedictionis & gratiæ sinceræ deuotionis affectam, ac solidæ fidei puritatem erga Romanam ecclesiam antea actis nofcitur habuisse temporibus, in pacis pulchritudine fedeat, & in requie opulenta quiescat; vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, quatenus tanquam viri pacifici mentes vestras & animos habilitantes ad pacem, vosque Apostolicæ sedis beneplacitis coaptantes; attendentes etiam quam dispendiosum animabus, & salutis contrarium fore conspicitur aliena contra iustitiam detineri; quodque locum sibi non vendicant peccati remissio, vbi ablata restitutio non processit; ea quæ in hac parte patriarchæ, ecclesiæ, episcopo & ciuibus, & alijs adhaerentibus, fautoribus, & sequacibus memoratis per vos, vel per aliū, aut alios sunt ablata, eis sublato difficultatis obstaculo restituere procuretis, a quibusuis nouitatibus, inuasionibus, & insultibus per vos & per vestros etiā stipendiarios, & adhaerentes in hac parte vobis ac fautores, coadiutores, & sequaces vestros contraillos, aut aliquos, vel aliquem eorundem, & terras ipsorum penitus abstinendo; ac reuocando nihilominus alios vestros stipendiarios, vel armatos, qui prouinciam Istriae in damnum patriarchæ, episcopi, & ciuium, ac aliorum prædictorum, ad statum ipsius prouinciæ perturbandum, sicut asseritur, sunt ingressi; sic in præmissis omnibus laudabiliter & efficaciter processuri, vt zelatores pacis & amatores concordia vos per effectum operis demonstretis; nosque deuotionem & obedientiam vestram, quam in hoc promptam cupimus inueniri, dignis exinde in Domino laudibus attollamus. Alioquin venerabili fratri nostro archiepiscopo Ragusino per alias literas nostras iniungimus, vt vos ad huiusmodi restitutionem, ac stipendiariorum seu armatorum prædictorum reuocationem faciendam, compellere; quodque vos, dictique stipendiarij, adhaerentes, fautores, coadiutores, & sequaces vestri a nouitatibus, inuasionibus, & insultibus quibuscumque abstinatis, & vt omnino iisdem stipendiarij, seu armati de prouincia ipsa recedant, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compescere non omittat. Si vero in ciuitatibus, castris, villis, terris, & locis eidem ius aliquod creditis vos habere, coram nobis infra duorum mensium spatium a receptione præsentium

Firmande inde Gallos inter & Græcos pacis spes oriebatur.

Cōsultus Pontifex Regis Francor. consilium explorandū censet.

a Nicoph. Greg. l. 6. Dissoluto eo tractatu, Michael Regis Arm. sororem sibi despolet. Porrecturis Deo pro Rege Gall. preces datæ indulgentias. b Lib. 1. ab ep. 225. ad 228. c Ibid. d Ep. 222. e Lib. 1. ep. 123.

f Ibid. ep. 122.

Aquileiensi patriarchæ terras inuadunt Veneti.

tium inchoandum per syndicum, seu procuratorem idoneum, ad hoc a vobis specialiter constitutum comparere curetis. Nos enim, qui sumus omnibus in iustitia debitores, parati sumus facere vobis super ijs exhiberi iustitiæ complementum.

Dat. Reate xv. kal. septembris anno I. Composituisse Venetos controuersiam cum patriarcha, colligitur ex appendice Andree Dandali a; quamuis auctor patriarcham Venetorum potentiam imparem ad pacationes coactum descendere scribat, rem omnem ad Ioannis Dandali gloriam interpretatus: Reliquas, inquit, vrbes Istriae maritimas, quae iuramento fidelitatis sibi erant ascriptae, non desistentes propterea ab iniquis actibus, sub suo domino sapienter reduxit: quae de re bellum maximum inter Venetos & Aquileiensem patriarcham exortum extitit, qui tandem Venetorum potentia non valens resistere, cum ipsis pacem composuit.

21 In Etruria veteres Guelphorum Gibellinorumque factiones b, recruduere, Florentinis & Senensibus in Aretinos bellum mouentibus; ijsque dissensionibus Pisae iactatae fuere tribus partium contrariarum signiferis ad principatum annitentibus; inter quos Vgolinus comes votorum compositus, cum pulsus aduersarijs humanam felicitatis apicem attigisse gloriaretur, repente in triste exemplum humane calamitatis abiit. Lugubrem historiam S. Antoninus hisce verbis describit c: Comes Vgolinus dominium sibi usurpauit ciuitatis cum magna solemnitate. Sed nullum violentum perpetuum: quinimo omnis potentatus, praecipue usurpatus, vita breuis. Cum autem in die natalis sui dictus comes Vgolinus fecisset magnum conuiuium cum magnifico apparatu amicis suis, cuidam familiari suo viro multum sapienti dicto Marco Lombardo, comes ipse Vgolinus factus dominus ostendit felicitatem suam, narrando diuitias suas, potentiam, parentelam, ornatum vestium, & alia huiusmodi; & interrogauit eum dicens: Quid tibi videtur Marce de statu meo? Cui respondit, quod postea ei accidit, dicens: Nihil tibi deficit nisi ira Dei; & bene, nihil enim infelicitis felicitate peccantium, ait Augustinus. In breui igitur proditor proditus fuit: nam archiepiscopus ciuitatis, is erat Rogerius Vbalinus Gibellinae sectae socius, populo exposuit, quod hic Vgolinus prodidit Pisas, & castella eorum tradiderat Florentinis, & sicque commouit totum populum contra illum. Qui furore plenus accessit ad palatium eius, ad capiendum eum. Demum cum aliquantulum resistisset, in quo conflictu interfecit sunt vnus filius eius illegitimus, & alter nepos descendentes eum, captus est ipse comes Vgolinus, & duo filij eius, & tres nepotes orti scilicet ex filio; qui omnes carceri duro fuerunt mancipati; & expulsi de ciuitate eius sequaces, & Guelphi. Fame autem in carcere Vgolinus cum filijs, & nepotibus consumpti sunt, iuste ei Domina retribuente propter prodicionem eius, & ambitionem, ac crudelitatem: nam & comitem Anselmum de Caprariis nepotem suum ex sorore, iuuenem valde gratiosum & populo gratum, dicitur veneno interemisisse, inuidia instigatus, ne ei statum auferret formidans.

22 Extulit se exinde Pisis Gibellinum nomen. Dum vero Etrusci, excusso Imperiali maiestatis metu, mutuis se cladibus conficerent, Rodolphus Romanorum Rex instaurandarum Imperij ruinarum parum sollicitus pretio plura distraxit. Quae de re haec Iordanus d: Eodem anno, quo nimirum Alfonsi oratores ad sedem Apostolicam accesserunt, Rex Rodolphus vicarium mittit in Italiam dominum Priuiale de Flisco: qui ditior clericus erat

in simplicibus praebendis, quam aliquis clericus, & omnibus cessit propter dictum principatum. Factus est autem tantum pauper, quod coactus sit vendere iurisdictionem In perij ciuitatum Tuscia: unde Lucani dederunt ei de dominio, quod habebat in suo territorio, duodecim milia florenorum. Traduntur eadem a Ptolemao Lucensi a; additque Ioannes Bonifacius b, Rodolphum apud plures inde sibi inuidiam conluisse: apud alios vero tulisse sapientis laudem, spreto Italici turbis res suas in Germania contabiliuisse.

23 Delapta in Germaniam oratione, non praeterimus, quae historia sunt consignata de B. Virgilij reliquiarum translatione a chronici Salisburgensis auctore c: Anno mcccxxxviii translatum est corpus B. Virgilij per dominum Rodolphum archiepiscopum Salzbουργensem vii. idus nouembris in concilio, quod eodem tempore per eum extitit celebratum, & cooperantibus sibi suffraganeis suis, &c. Eadem e chronico aediti Nouatores tradunt, d

24 In Vngaria adducebatur fides in grauissimum periculum Ladislai impudicissimi Regis culpa; ad quem a scelere reuocandum Nicolaus Honorij exemplo literas e eadem verborum forma conceptas ipsi misit, quibus monuit, contra ipsum cruce signatorum exercitus in Vngaria, & Germania constatum iri, nisi e flagitio, in quo tam diu iacuerat, emergeret: ac propterea Lodmerio archiepiscopo Strigoniensi praecipit f, vt si religio in discrimen adduceretur, contra infideles sacram militiam indiceret.

25 Fraternalitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Saraceni, Neugerij, & pagani damnatos suos conatus contra catholicos fidei professores exercere voluerint, ne ipsorum inualiscat temeritas in dispendium fidei Christianae, contra praedictos Tartaros, Saracenos, Neugerios, & paganos, ac alios adhaerentes eisdem, vel eos in ijs quomodolibet conuolentes, cuiuscumque status aut conditionis extiterint; omnibus Christi fidelibus per regnum Vngariae, ac per Poloniam, Boemiam, Austriam, Stiriam, Carinthiam, Sclauoniam, & Istriam per te, vel per alium seu alios studeas sollicitè proponere verbum crucis, & ad illam assumendam & prosequendam Christianum populum de ipsi regna, & terris huiusmodi exhortari. Nos enim omnibus vere poenitentibus & confessis ex praedicto regno, & terris, quae crucis signaculum contra infideles memoratos assumpserint, & efficaciter extiterint profecti, iuxta indigentiam negotij huiusmodi, & tuae discretionis, ac dispositionis arbitrium, super quo strictè tuam conscientiam intendimus onerare, illam concedendi indulgentiam tibi concedimus potestatem, quae in Terra sanctae subsidium proficiscentibus concedere sedes Apostolica consuevit. Datum Reate vi. id. augusti anno I.

26 Excitati g pariter alij archiepiscopi, episcopi, abbates, sacerdotesque Vngariae, ne Strigoniensi archiepiscopo in fide tuenda deessent: Vt idem, inquit, archiepiscopus tamquam Christi operarius utilis proficere valeat, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente, in remedium vobis peccaminum iniungentes, quatenus attendentes quod per hoc possit catholica fides deperire, contra Tartaros, Sarracenos, Neugerios, paganos, & alios praedicto archiepiscopo ad requisitionem suam sic fauorabiliter assistere studeatis, quod huiusmodi repressis erroribus vobis cedat ad laudis titulum, & salutem. Admoti h quoque pij stimuli proceribus Vngariae, Poloniae ducibus, magnatibus Sclauoniae, duci Austriae, Venceslao Boemiae Rudolphoq; Romanorum

Imperialia iura in Etruria auctore vendi. ta.

a Prol. Luc. hist. eccl. M.S. l. 24. cap. 21.

b Bonifac. hist. Tartar. l. 6.

c Translatio B. Virgilij.

d Apud Casimirus l. 10. c. p. 1274.

e Cent. 13. cap. 7. col. 703.

f Ladislaus Vngar. Rex religiosem.

g ibi Christ. in periculum adducit.

h Lib. 1. epi 106.

i Reg. post candep.

Proposita symboli crucis & arma contra infideles accepturis indulgentie.

g Ibid.

h Ibid.

Friderici
II. sanctio
nes in he-
reticos.

a Ibid. ep.
360.

Regibus, ut arma pro asserendo in Vngaria Christianæ religionis splendore in impios expedirent. 27 Permotus eodem zelo Nicolaus, ne fidei catholicæ cultus in nonnullis Galliarum prouincijs, quas Vvaldensium lues infecerat, obsolesceret, illarum magistratibus præfectisque constitutas a Friderico Imperatore in hæreticos leges transmisit a, ut in notatos ea infamia distringerent.

Nicolaus &c. Dilectis filijs nobilibus viris comitibus, baronibus, senescallis, castellanis, vicarijs, balliuis, rectoribus, iudicibus, consulibus, consiliarijs, & communitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum infra Arelatensis, Aquensis, & Ebredunensis prouinciarum terminos constitutis.

Cum aduersus hæreticam prauitatem quondam Fridericus Romanorum Imperator, tunc in ecclesiæ Romanæ deuotione persistens, promulgauerit quasdam leges, per quas, ne peruageretur, compesci possit pestis illa; nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilectis filijs fratribus inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum, vel Minorum, ac eorum singulis literis nostris iniungimus, ut vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant. Tenores autem legum ipsarum hi sunt: *Fridericus, &c. Commissi nobis calitis, &c.*

Extat ea sanctio Innocentij IV. literis inserta in bullario b, definitque in hæc verba: *Culpabilis apparere. Dat. Padua xxii. february xii. ind.* Huic constitutioni imperiali aliam c adiungit Nicolaus eiusdem Friderici, quæ ab his verbis ducit exordium: *Inconfutilem Dei tunicam;* ac definit in hæc: *Non immerito conuertemus. Datum Padua xxii. february xii. indict.* Quibus adiecta est tertia in eos, qui hæreticis fauerint, lata d: tum additæ aliæ leges e, quæ incipiunt: *Catharos, Patianos, &c.* atque extremis hisce verbis absoluitur: *Vnquam tempore restituenda. Dat. Pad. xxii. febr. xii. indict.* Tū hæc sanctio Friderici appositæ: *Rex Regum. Et infra: Apostatantes a fide catholica penitus execramur, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus spoliamus; & ut a professione vel vitæ naufragantes, legibus coarctamus, successiones tollimus ab eis omnes ius litigantium abdicamus.* Quibus adductis Nicolaus diem adscribit literis, *Dat. Roma apud S. Mariam maiorem x. kal. ianuarij anno primo.*

28 Renouata præterea alia Alexandri IV. sancta in hæreticos fuere, his comprehensa literis f: *Dilectis filijs fratribus ordinis Minorum inquisitoribus hæreticæ prauitatis infra Arelatensis, Aquensis, & Ebredunensis prouinciarum terminos constitutis apostolica auctoritate deputatis, ac in posterum deputandis. Quod & super nonnullis questionum articulis, &c.]* Conceptæ sunt iisdem verbis ex literæ atque aliæ Alexandri IV. quæ typis sunt cussæ, & in hæc verba desinunt: *Proficiunt animarum. Datum Roma apud S. Mariam maiorem x. kal. ianuarij anno 1.* Denique ut ex vniuerso orbe Christiano zizania huiusmodi euelleret, hæc ad cunctos fideles scripsit. h

Vniuersis Christi fidelibus.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos excommunicamus & anathematizamus vniuersos

hæreticos, Catharos, &c. Conceptū est iisdem verbis atque aliud a Innocentij IV. diploma, de quo meminimus, definitque in ea verba: *A via decessisse confiterit veritatis. Dat. Roma apud S. Mariam maiorem x. kal. ianuarij anno 1.* Ex his vero repetita hæc imperia in hæreticos prætereunda non duximus: *Damnati, inquit, per Ecclesiam seculari iudicio relinquuntur animaduersione, & vindicta puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis. Si qui essent de prædictis, postquam fuerint deprebensi & redire voluerint ad agendam condignam penitentiam, in perpetuo carcere detrudantur: credentes autem eorum erroribus similiter hæreticos iudicamus, & receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ ducimus subiaccere.*

29 Non minus studium a sanctissimo Pontifice nauatum est ad adducendos ad Ecclesiæ obsequium Sclauos, quorum Regi Vrosio literis significauit b, quo studio salutis ipsius æternæ arderet, ac Minoritas Marinum & Cyprianum misit, ut ipsum sacris præceptis erudirent.

Viro magnifico Vrosio illustri Regi Sclauorum gratiam, per quam gloriam obtineat in futuro.

Æterni Patris immensa benignitas humani generis casum, quod primi hominis culpa corruebat, ineffabili respiciens pietate; ac illum, quem diabolica prostrauerat inuidia suggestione dolosa, volens ex charitate nimia misericorditer reparare, Filium suum vnigenitum, consubstantialem sibi de cæli excelsis solio ad infima mundi misit, qui prælectæ Virginis vtero sancti Spiritus cooperatione conceptus, & ex anima rationali & carne humana verus homo factus, ac per hoc perfectus Deus, perfectus homo; vnus dominus Iesus Christus, vna persona in vtraque perfecta natura cunctis visibilem se ostendit; & salubribus homines instituit informans, vitamque ipsius indice perfectæ doctrinæ demonstrans, dignatus est post sanctæ conuersationis exempla, & euangelicæ institutionis eloquia sub diræ mortis supplicio mortem pati, ut de amaro mortis suæ calice temporalis hauriret homo vitæ dulcedinem sempiternæ. Pro ipsius ergo generis humani redemptione Christus se hostiam exhibens salutis, dicti generis humani hoste prostrato, illud de opprobrio seruitutis eripuit ad gloriam libertatis supernæ; illi patriæ ostium referando; & deinde relurgens a mortuis, ac in cælum ascendens, Spiritum sanctum sibi Patrique consubstantialem, & ab utroque pariter procedentem, misit in Apostolos, per quos cōgregauit, vniuit, & roborauit Ecclesiā, cui beatum Petrum Apostolorum principem præfecit, ac vicarium reliquit in terris, animarum curam committens eidem, ut earum salutem, pro qua suam humiliavit altitudinem, intenderet vigilanter, tradendo sibi clauas regni cælorum, per quas ipsi sui que successores potestatem aperiendi eiusdem regni ianuam obtinerent. Vnde nos prædicti vicarij, disponente Domino, licet immeriti, successores effecti, super omnia, quæ nobis ex iniuncto incumbunt officio, ad tuam aliorumque salutem nostræ intentionis dirigimus aciem, ad hanc præcipue mentis nostræ destinamus affectum, circa ea diligenti studio, & studiosa diligentia sedulo vigilamus, ut deuiantes in viam veritatis adducere, omnesque lacrum facere Deo, sua nobis cooperante gratia, valeamus.

30 Verum quia nemo peruenire valet ad viam veritatis eiusdem, nisi per fidem catholicam a Deo & sanctis Apostolis traditam, quam sancta

b Bullar. in Innoc. 37.

c Extat ibid.

d Ext. ib. d.

e Extat ibid.

Item aliæ Alexandri IV.

f Nicol. l. 2 ep. 262.

g Ext. in bullar. in Alex. IV.

h Lib. 1. ep. 268.

Ext. in bullar. in Innocentio 37.

Romana ecclesia profitetur & seruat, magnitudinem tuam monemus, deposcimus, & hortamur in domino Iesu Christo, quatenus pie considerans, quod vna est fides, extra quam nullus omnino saluatur, & sine qua Deo impossibile est placere, ad ipsius venias fidei vnitatem, eamque fideliter teneas & obserues; nihilominus populum tuæ ditioni Regis æterni potestate subiectum ad eandem vnitatem reducas, & in illius obseruatione tuo exemplo laudabili & pijs exhortationibus studeas conseruare; ita quod ex hoc a Patre luminum æterni consequaris luminis claritatem. Ceterum quia, humana renitente natura, vno eodemque tempore diuersis locis personaliter adesse nequimus, ne vllatenus negligentia relinquamus absentes, ad eos viros prouidos & discretos transmittimus vice nostra, ipsorum ministerio circa illos apostolicæ seruitutis debitum exoluentes. Propter quod viros electos de fratrum Minorum ordine, viros vtique pauperes in hoc mundo, in fide deuotos, in lege Domini plenius eruditos, dilectos scilicet filios fratres Marinum & Cyprianum latores presentium ad te duximus destinandos, vt tu tuusque populus ipsum Dei Filium Iesum Christum, suam gloriosam Matrem, ac fidei Christianæ obseruationem ipsorum fratrum salutaribus traditionibus plenius agnoscat. Fides autem catholica hæc est: *Credimus S. Trinitatem a &c. Dat. Reate x. kal. augusti anno 1.*]

31 Imperitabat Sclauis vna cum Vrosio Stephanus ipsius frater, quorum mater Helena recte de fide catholica sentiebat: quam Nicolaus literis suis est hortatus b, vt Minoritarum præceptis morem gereret, atque ad filios vna cum populis ipsis obnoxijis ad verum Christi cultum traducendos incumberet.

Charissima in Christo filia Elena Regina Sclauorum illustri salutem, & apostolicam benedictionem.

Gratias agimus gratiarum omnium largitori, quod sicut accepimus, & vtique acceptamus, ipso menti tuæ timorem sui nominis, & amorem misericorditer inspirante, ab eo qui solus habet in regno hominum potestatem, dignitatis regalis gloriam recognoscens, in Deum synceram habes fidem, ac eius Ecclesiam zelo pietatis catholicæ venerationis. Hanc itaque fidem vigere in tua progenie cupientes, magnificos viros Stephanum & Vrosium illustres Reges Sclauorum, natos tuos, per nostras literas hortandos duximus & monendos, vt pie considerantes, quod vna est fides, extra quam nullus omnino saluatur, & sine qua Deo impossibile est placere; ad ipsius veniant fidei vnitatem. [Paucisque interiectis, de missis Minoritis subdit:] Ideoque celsitudinem tuam rogamus & hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus prædictos Reges natos tuos, vt deuote redeant ad prædictæ fidei vnitatem, & humiliter suscipiant nostra, & prædictorum fratrum salutaria monita, sedulis exhortationibus inducere non omittas, ipsosque in obseruantia & perseverantia fidei prælibatæ foueas & confortes; ita quod in tui ventris fructu latari, & benedicta inter mulieres vocari a Domino merearis, &c. *Dat. Reate vi. id. augusti anno primo.*]

32 Nec Minoritarum modo, e quorum familia, vt dictum est, prædierat Nicolaus, sed Dominicanorum quoque opera ad inferendam populis remotissimis Euangelij lucem vsus est: extant enim apostolica litera, quibus ipsis spargendi verbi di-

uini in Satacenorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Vvalachorum, Colchorum, Syrorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Cirorum, Rhotenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelitorum, Tartarorum, Vngarorum maioris Vngariæ, Christianorum captiuorum apud Tartaros, aliarumque exterarum nationum orientis communione S. R. E. segregatarum terris prouinciam d. mandauit a.

33 Egregium hisce temporibus ad amplificandam apud Tartaros orientales religionem Christianam viri religiosi, atque inter ceteros Minoritæ studium collocarunt. Demonstrant id crebra Põtificis litera b tum ad ipsos, quibus anathemate percussos Ecclesiæ restituendi auctoritatem permisit; tum ad Yaulaham episcopum orientis c, quibus ipse erga Minoritas, in ijs regionibus Euangelium promulgans, eximiam voluntatem commendat: cui etiam fidei formam transmisit, qua sibi commissos populos informaret; quam etiam formam Barfauna episcopo, qui ad sedem Apostolicam accesserat, exhibuit d. Gratulatus etiam Dionysio episcopo Taurisino in oriente e, cum ex eius literis accepisset, ipsum fidem orthodoxam a Minoritis prædicatâ sectari, hortatus eum est, vt illa fidei forma populos imbueret, quam ipsi præscribebat. Ea porro fidei forma episcopis hisce apud Tartaros orientales constitutis transmissa iisdem verbis concepta est f, atque ea, quam Clemens IV. ad Palæologum Imperatorem misit cum de aggregandis Rom. ecclesiæ Græcis ageret, atque ideo hoc loco iterum repetere præmittimus.

34 Functi præterea apostolico munere apud Tartaros Ioannes Bonachias, & Regis Tartarorum interpretes, quibus Pontifex apostolicam benedictionem est impertitus g. Effloruit; adeo, diuino excitante Numine, religio Christiana apud Tartaros, vt Elegages & Tuctanes Tartarorum Regiæ Christo nomen dederint, quas Nicolaus gratulatorijs literis est cohortatus h, vt augendæ religioni studium impenderent.

Charissima in Christo filia Tuctani Regina Tartarorum illustri salutem, & apostolicam benedictionem.

Habet, charissima filia, fide dignæ relationis expressio, quod tu catholicæ fidei lumine illustrata, eam non solum studijs obseruare sollicitis cõprobaris, sed alios etiam ad agnitionem illius excitando, & eius terminos dilatandos, opẽ & operam curiosa non desinis exhibere. Hæc sunt profecto quæ te reddunt in conspectu diuinæ maiestatis acceptam, quæ tibi laudis humanæ præconium vendicant, & augent multipliciter famam tuam; dum ex his pietatis diuinæ clementiam, quæ te de tenebris infidelitatis ereptam ad viam vitæ reduxit, & ad veritatis semitam reuocauit, tanquam benedictæ & reuerens filia recognoscis. Excitamus igitur magnitudinem tuam, & hortamur in Filio Dei Patris, quatenus mentis tuæ oculis erectis ad Dominum, cuius obsequijs salubriter adhæsisti, præmissa de bono in melius semper prosequaris, & quasi apis argumentosa procurare non cesses, vt eo gratior & præmijs digna maioribus occurras domino Deo tuo, quo vberiores bonorum operum in eius horreum manipulos introduces. *Datum Roma apud S. Petrum xv. non. aprilis anno 1.*]

35 Sollicitata paribus adhortationibus Elegages Tartarorum similiter Regina ad constantiam in

a Ibid. ep. cur. 44.

b Ibid. ep. cur. 18.

c Ibid. ep.

Præsules Asiaticos in fide orthodoxa instruit Nicol.

d Ibid. ep. cur. 15.

e Ibid. ep. cur. 14.

f Ext. in annal. an. 1267. nu. 75 & seq.

Religio Christiana propagata apud Tartaros.

g Lib. 1. ep. cur. 20.

Elegages & Tuctanes Regiæ fide excultæ.

h Ibid. ep. cur. 16.

Solicitantur a Põte ad religionem amplificandâ

Est. ex fide for. m. 1287. nu. 75 & seq.

Helena Sclauor.

Regina re de de cath. fuit.

Ab. 1. ep. cur. 33.

Quini ver. in præco. nes ad ex. p. gen. te missi.

in colenda fide Christiana, eamque latius profes-
 sendam,

Oratores
 Tartar. ac
 cedunt ad
 sedem Ap.

ibid. ep.
 cur. 19.

Ex ijs Sa-
 badinus
 Archaon
 Christo
 nomen
 dat.

Benedi-
 ctionem
 Apost. illi
 imperti-
 tur Nicol.

Ex oratoribus, qui ad sedem Apostolicam
 accesserant, Sabadinus Archaon, vir magnæ apud
 Tartaros nobilitatis, fidem Christianam est am-
 plexus. Cui benedictionem apostolicam flagitan-
 ti, Nicolaus his literis impertijt a: *Te nuper ad
 nostram presentiam accedentem affectione paterna
 recepimus, & benigne audivimus, quæ coram nobis
 proponere voluisti; latantes in Domino, quod sis fidei
 catholicae lumine illustratus, & lauacro regeneratio-
 nis aspersus, in ijs salubri studio diceris delectari,
 quæ sint in oculis diuinæ Maiestatis accepta, & in
 tuae salutis cedant augmentum, & dilatationem fidei
 Christianæ. Duximus itaque sollicitudinem tuam
 excitandam attentius & hortandam, quatenus præ-
 missa de bono semper in melius prosequaris, vt eo gra-
 tiosior occurras domino Deo tuo, quo maiori exti-
 teris cumulo meritorum. Caterum quia benedictio-
 nis nostræ manus exhiberi tibi humiliter postulasti,
 nos tuis deuotis precibus benignius annuentes, benedi-
 ctionem nostram in remissionem tuorum tibi concedi-
 mus peccatorum. Dat. Romæ apud S. Petrum idibus
 aprilis anno 1.*

36 Egredie etiam se erga Christianam religio-
 nem affectum exhibuit Argon Rex Tartarorum,
 suumque studium Pontifici oratorum opera signi-
 ficauit. Quibus benigne exceptis, Nicolaus Tar-
 taro fidei nostræ ac religionis dignitatem in oculo-
 bus defixit, b

ibid. ep.
 cur. 12.

*Nicolaus &c. Argoni Regis Tartarorum illu-
 stri gratiam in presentis, quæ perducatur ad gloriam
 in futuro.*

Ad summi præsulatus officium nuper nobis
 supernæ dispositionis arbitrio, quo cœlestia pari-
 ter & terrena dispositionem ordineque suscipiunt,
 euocatis; venerabilis frater noster Bersauma epi-
 scopus in partibus orientis, nobilis vir Sabadinus,
 Thomas de Anusis, & Vguetus interpres tuæ ma-
 gnitudinis nuntij, ad nostram presentiam acce-
 dentes, regias nobis literas præstularunt. Nos
 autem nuntios ipsos & literas libenti animo, vultu-
 que sereno recepimus intuitu desinantis; & tam
 quæ in literis continebantur eisdem, quam
 quæ nuntiorum prædictorum facta coram nobis
 & fratribus nostris propositio reseruit, be-
 nigne audivimus & intelleximus diligenter; gau-
 dentes quamplurimum, & exultantes in Domi-
 no, in cuius manu corda sunt principum terreno-
 rum, quod te clementer gratiæ suæ dono præue-
 niens, illo tui pectoris intima fecundauit affectu,
 quod sicut & literarum ipsarum tenor aperuit, &
 eorundem patefecit assertio nuntiorum, ad dila-
 tandos Christianitatis fines feruens dirigitur de-
 siderium mentis tuæ; quodque de gentibus tuæ
 ditioris subiectis imperio, fidei cultoribus Chri-
 stianæ te benignum & beneuolum exhibes, eos-
 que non sine laudis humanæ præconio, & dis-
 positionis indicij ad salutem, quæ de bono sem-
 per in melius deduci cupimus, in augmentum fa-
 uore prosequeris gratioso. De quo celsitudini re-
 giæ tanto gratiarum vberiores exoluimus actio-
 nes, quanto id plenior & benignior operatur af-
 fectus, & ex munificentia prouenire dignoscitur
 ampliori.

Argonem
 Regem
 Tartar. in
 fide in-
 struit Ni-
 colaus.

Argonem
 Regem
 Tartar. in
 fide in-
 struit Ni-
 colaus.

37 Sane, princeps egregie, tuis aperiri sensibus
 affectamus, quæ Rex excelsus Filius summi Regis,
 de polorum sublimibus prodiens; & ad mundi hu-
 ius infima, vt hominem, quem ad imaginem
 & similitudinem suam de limo terræ formauerat,
 de seruitutis nexibus, in quos ipsum impegerat

maligna suggestio, liberaret, clementi dignatione
 descendens [interiectisque pluribus fidei Christia-
 næ elogijs, subiicit:] Re vera, princeps magnifice,
 tuis in orbe terrarum, titulis plenitudo gloriosæ
 laudis accederet, ac nominis tui fama ingens sus-
 ceperet incrementum, si te tam puræ, tam solidæ,
 tamque salutiferæ fidei amplexibus dulcibus cop-
 pulans, teque illius exhibens cognitorem, profes-
 sorem ostendens, baptismum duceres assumen-
 dum. Grandia quoque supernis exinde gaudia,
 ciuibus orientur, lataretur in immensum Eccle-
 sia, quæ rugam non habet, maculam non agnoscit,
 si tantum tamque potentem Regem sibi deuotum
 in filium vendicaret, totique populo Christiano
 de tam magnifici principis, & per eum innumera
 vt speratur, multitudinis aliorum conuersione,
 salubri copiosa exultationis materia præberetur.
 Excitamus itaque magnitudinem regiam, & hor-
 tamur attentius; tibi que, cuius in hac parte sa-
 lutem exquirimus, sano & sincero consilio sua-
 demus, quatenus alta & sedula meditatione re-
 cogitans, quam fragilis & caduca humanæ natu-
 ræ conditio, quam plena periculis, quantis expo-
 sita casibus, quam sit instabilis status eius, & in-
 fra; paratus accedas ad agnitionem Christianæ fi-
 dei, & suscipiendum baptismatis sacramentum, &c.
 Datum Romæ apud S. Petrum 14. non. aprilis an-
 no 1.]

38 Cum vero oratores Nicolao significassent,
 Argonem gerere in votis sacro baptisate in ipsis
 Hierosolymis lastrari, vbi e tyrannide Saraceno-
 rum erepta fuissent, Nicolaus collaudato pio hu-
 iusmodi desiderio, hortatus est a, ne vltius san-
 ctissimum suscipiendi baptismatis votum differ-
 ret, cum id ipsius animæ salutis maxime con-
 duceret.

Argoni Regi Tartarorum, &c.

Intelleximus, referentibus venerabili fratre
 nostro Bersauma episc. in partibus orientis, nobili
 viro Sabadino, Thoma de Anusis, & Vgueto inter-
 prete laicis tuæ magnitudinis nuntijs, quod si re-
 gnum Hierosolymitanum de manibus liberari con-
 tingerit impiorum, in ciuitate Hierosolymitana re-
 nasci desideras lauacro baptismati. Nos autem
 tuam tuorumque salutem propensius cupientes,
 huiusmodi tuum salubre laudandumque propo-
 situm multipliciter in Domino commendamus. Ve-
 rum quia magna spe ducimur, quod sacro a te sus-
 cepto baptisate, facilius, Domino fauente, pro-
 ueniet regni memorati liberatio; quia etiam salu-
 tis tuæ commodis expedire dignoscitur, vt con-
 ceptum propositum perducere studeas sublato di-
 lationis obstaculo ad effectum; celsitudinem tuam
 excitandam attente duximus & hortandam, qua-
 tenus tibi salubriter cōsulens, & exhortationibus
 nostris, quæ de puri pectoris intimo prodeunt, lau-
 dabiliter acquiescens, ad baptismum promptus ac-
 celeres, illumque ad laudem Dei, tuæque salutis pro-
 fectum festinus suscipere non omittas; tanto amplius
 proinde Domino placiturus, quāto celerius, & libe-
 tius ad susceptionem eius procedere te contingat,
 quantoque plures ad eā tuo exēplo laudabili prouo-
 cabis. Dat. Romæ apud S. Petrum 14. non. apr. an. 1.]

39 Poterant sane Christiani occidentales in-
 gentem aliquem triumphum de Saracenis refer-
 re, egregie ita animato Tartaro ad Hierosolymas
 nomini Christiano asserēdas, nisi funesta dissensio,
 ex Sicularum perfidia orta, ipsos in mutuas cades
 armasset. Flagrabat quidem Nicolaus Pontifex
 sanctissimus defendendæ Terræ sancto desiderio,
 vt suis literis Regi Cypri b, qui Hierosolymita-

num regnum, pulsus Caroli ministris, sibi vindicabat, significavit.

*Nicolaus &c. charissimo in Christo filio
Regi Cypri illustri.*

Licet, fili charissime, firma nostra credulitas habeat, quod tu tamquam princeps catholicus statum Terræ sanctæ felicem & prosperum diligas, & ad eum feruens tuæ mentis desiderium dirigatur; quodque de ipsius terræ defensione solerti studium habeas sollicitudinis diligenter; quia tamen terrâ eadem, funiculum scilicet hereditatis dominicæ, fauoris præcipui exhibitione prosequimur, ad celerem fauente Domino liberationem illius vigilantibus studijs intendentes, celsitudinem regiam rogandam attente duximus & hortandam, quatenus sollicita meditatione recogitans, quam dispendiosum plenumque periculis, quam graue, quinimo pene irreparabile damnum esset, quantum contingeret deperire fidelibus, si, quod abist, terræ memoratæ particula, quæ Christianis remansisse dignoscitur, occuparetur ab hostibus Crucifixi; ad adiuuandum & defendendum ipsius terræ particulam sic diligenter inuigiles, vt tibi a Domino, cuius in hac parte negotium agitur, condigna præmia rependantur, sitque Christicolis in terra prælibata degentibus mora securior; & præter humanæ laudis, tibi prouentur, deuotionem regiam non immerito commendemus, &c. *Dat. Reate kal. octobris anno 1. J*

40 Excitatus ad meliorum spem fuit simillimis literis Armeniæ Rex a: sed inanes ij fuisse conatus. Præcij vero imminētis calamitatis patriarcha Hierosolymitanus, ac Templariorum, Hospitaliariorum, & Theutonicorum equitum magistri flebiles literas & nuncios ad sedem Apostolicam miserant, quibus extremas Terræ sanctæ angustias deplorarunt, opemque ferri miseris flagitauerunt. Quibus auditis Nicolaus ipsos colligere animos atque ad limites defendendos incumbere iussit b: interim consilia se cum Cardinalibus de contrahendis auxilijs agiturum. At tardiores eæ fuere suppetiæ: Tripolis enim nobilissima vrbs a Saracenis magna Christianorum cæde, vt sequenti anno dicemus, expugnata est.

41 Patriarcha porro Hierosolymitanus, de quo paulo ante mentio a nobis edita, erat Nicolaus, hoc anno ad eam dignitatem euectus: ad quem de imposito ipsi munere hoc diploma pontificium exaratum est c eodemque argumento ad clerum ac suffraganeos ecclesiæ Hierosolymitanæ episcopos, & clerum ciuitatis & diocesis Acconensis, Cypri, & Armeniæ Reges, principem Antiochiæ, & Hospitalarios d equites scriptum, vt debita ueneratione patriarcham prosequerentur: *Firma credulitate tenentes, patriarcham alloquitur, quod per tuam virtutis ministerium eadem Hierosolymitana ecclesia in prosperitatem optatam consurgat, & brachio tuæ consolationis subnixâ spiritualibus & temporalibus, auctore Domino, proficiet incrementis, te ipsi ecclesia Hierosolymitana de fratrum nostrorum consilio in patriarcham præfecimus & pastorem: tibi quoque postmodum de nostris manibus munere consecrationis impenso per dilectos filios nostros Mattheum S. Mariæ in Porticu, & Benedictum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconos Cardinales pallium de corpore B. Petri sumptum, plenitudinis videlicet officij pontificalis insignis, fecimus exhiberi. Cum autem felicitis recordationis Urbanus Papa IV. primo de fratrum suorum consilio ecclesiam Acconensem, de qua bonæ memoriæ magistrum Florentium Arelatensem archiepiscopum ad Arelatensem eccle-*

siam tunc vacantem duxerat transferendum, patriarcha Hierosolymitano, qui erit pro tempore, decreuerit committendam, & ab eo una cum dicta Hierosolymitana ecclesia tamdiu in temporalibus & spiritualibus gubernandam, donec eadem Hierosolymitana ecclesia, bonis eius recuperatis, possessionem habuerit eorundem; & postmodum etiam pia memoriæ Gregorius X. primo Thoma, & subsequenter Nicolaus III. Romani Pontifices prædecessores nostri Eliæ patriarchis prædecessoribus tuis de fratrum suorum consilio duxerint committendam, prout hæc in regesto ipsius prædecessoris nostri Nicolai plenius continentur; nos eadem ecclesiam Acconensem, similiter nunc etiam vacantem, tuæ circumspectioni committimus, per te una cum dicta Hierosolymitana ecclesia plene in omnibus gubernandam, donec eadem Hierosolymitana ecclesia, bonis suis recuperatis, de adepta ipsorum possessione lateatur. Dat. Romæ apud S. Petrum 2. kal. maij anno 1. J Ei vero postea Nicolaus v. kal. septembris legationis munus in Syria, Hierusalē, Cipro, & Armenia commisit a, vt que in prouincia palio vteretur, permisit. b

42 Claudemus hunc annum nonnullis priuilegijs, quæ Nicolaus concessit basilicæ S. Mariæ maioris, quæ ob insigne diuinitus olim cadentium, medio æstiu niuium miraculum extracta fuit: *Cupientes, inquit c, vt ecclesia S. Mariæ maioris de Vrbe, cuius quidem structuram Filius eius dominus noster dominus Iesus Christus per immisionem niuis æstiu tempore mirabiliter indicauit, congruis honoribus frequentetur; & frequentantes pro temporalis solemnitate, quam peragent spirituali munere gratulentur; omnibus uere penitentibus & confessis, qui in maiori, & illa quæ S. Martini vulgariter dicitur, quadragesimis singulis, videlicet dierum quadragesimarum ipsarum annis singulis unum annum & quadraginta dies; illis uero, qui singulis diebus sabbati cuiusquam temporis prædictam ecclesiam uenerabiliter uisitarint, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi centum dies de iniunctis sibi penitentis misericorditer relaxamus. Datum Reate 111. id. augusti anno 1. Confirmauit c quoque indulgentias eandem ecclesiam aduentibus ab alijs Pontificibus concessas.*

43 Quo uero Deiparam cultu pius Pontifex complecteretur, ex sequentibus patebit.

Dilectis filijs Iacobo S. Mariæ in via lata diacono Cardinali archipresbytero, ac priori & capitulo basilicæ S. Mariæ maioris de Vrbe.

Quæ reuerentia, quæ deuotio, quæ laus, quæue gloria, & quæ honoris insignia esse possunt, quæ gloriosæ ac intemeratæ Virgini mortales non debeant sinceric affectibus exhibere? Ipsa est enim, sicut scitis & creditis, Dei mater, scalæ cæli, paradisi ianua, stella maris, qua illustrante de fluctibus huius magni & vasti maris ad salutis portum, & ad uerum lumen fugatis tenebris peruenitur: per ipsam ascenditur, & intratur ad Christum: per ipsam diaboli vis conteritur, & uetres ferrei confringuntur: per eam deuatur interitus, uita datur, ærumna tollitur, tribuitur gaudium, & liberati a miseria exules ad patriam, perennibus fruituri delictijs, reducuntur. Propter quod deuotio, quam habemus ad ipsam Virginem matrem Dei, non immerito nos inducit, vt ea, quæ ad ipsius reuerentiam statuuntur, totis uiribus amplexemur. Vnde unius anni, & quadraginta dierum a felicitis recordationis Sixto Tertio in die consecrationis basilicæ S. Mariæ maioris de

Acconensis ecclesiæ administrationi illi adiuncta.

Creatur in Syria & finitimis regnis A. S. L. a *ibid. ep. 116. & 117. b ibid. ep. 171. Indulg. S. Mariam maiorem aditorem propofite. De miraculo niuis quæ medio æstiu lapsa aræ templi de signauit. c Lib. 1. ep. cur. 62*

c *ib. ep. 63*

Egregia Deiparæ elogia.

Indulgentia a Sixto III attributa S. Mar. maiorem illustraturis confirmata.

Alia a
Clement.
III. & Ho
nor. III.
Greg. IX.
& Alex.
IV. datē.

Vrbe, ac vnus anni & quadraginta dierum a Clemente III. in solemnitate consecrationis eiusdem, quando lapidē altari maiori supposuit consecratū; ac vnus anni & quadraginta dierū ab Honorio III. ab ipso festo consecrationis vsque ad octauas assumptionis ipsius Virginis; ac vnus anni, & quadraginta dierum a Gregorio IX. ab eodem consecrationis, vsque ad prædictas octauas; vnus vero anni, & quadraginta dierū ab Alexandro prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus a prædicta consecratione vsque ad octauas eadem omnibus singulis annis deuote accedentibus ad basilicam memoratam concessæ indulgentiæ possint fidelium promouere salutem, & ad eandem Virginem deuotionem ipsorum fidelium adaugere; nos quod ab eisdem prædecessoribus super hoc factum est approbantes, ac prædictarum indulgentiarum tempus prorogare volentes, vt ijdem fideles ad ipsarum gratiarum munera fortius amplectendi concurrant, dictas indulgentias a festo ipsius dedicationis vsq; ad octauas natiuitatis dictæ Virginis de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, annis singulis misericorditer volumus perdurare.

44 Nos quoque in ipsius honorē Virginis, cui licet indigni deuotionem omnem, quam possumus, libenter impendimus, affectantes vt Christi populus, imploraturus a Domino veniam delictorum, in humilitate spiritus ad basilicam ipsam accedat, ipsique speciali & spirituali munere gratulentur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad prædictam basilicam in die dedicationis eiusdem (in qua festum niuis, per cuius immisionē Filius eius dominus noster dominus Iesus Christus structuram ipsius basilicæ æstus tempore mirabiliter indicauit, a vobis solemniter celebratur) & vsq; ad huiusmodi octauas natiuitatis dictæ Virginis causa deuotionis accesserint, annuatim de diuina misericordia & eorundem Apostolorū auctoritate confisi tres annos & tres quadragenas, quos huiusmodi prioribus remissionibus de gratia speciali adiucimus, de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus. *Dat. Reate III. id. augusti anno I.]*

Die dedicationis ad eandē basilicam iturū criminum condonatio proposta.

IESV CHRISTI
annus 1289.

NICOLAI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 17.
annus 2. ANDRONICI IMP. ORIEN. 6.

ANNO a Virginis partu millesimo ducentesimo supra octuagesimum nonum, indictione secunda, Carolus II. Siciliae Rex e diutino carcere emissus, e Gallijs in Italiam venit, salutatoq; Romano Pontifice pro regno Siculo beneficiarij principis officia detulit: ac solempni postea ritu ab eo est corona redimitus: de quo hæc chronicon Suesanū refert: *Anno Domini MCCLXXXIX. XXI. maj dictus dominus Papa apud eundem dominum Carolum proprijs manibus regati ad diademate regni Sicilia coronauit.* Sunt nonnulli, qui hæc Romæ v. kal. iunij in festo Pentecostes Romæ peracta asserant: verum fallit eos temporis ratio, cum tunc non Romæ, sed Reate Nicolaum egisse consignatē eo loco apostolicæ literæ e demōstrent. Adde, præter antiquiorum scriptorum auctoritatem ipsum Pontificem diplomate ad episcopum, & clerum Reatinum dato id testari. De ijs tradit

Carolus II. Siculū regnum cepit.

a Chron. Suesan. M. S.
*Reate
Reate a Nicolao corona re dimitus,
b Summōt l. 3. b. 17.
Neap. c. 2. e To 2. ep. 185.
d Nicol. l. 2. ep. 364.

hec Card. Baronius ex libro priuilegiorum Romanæ ecclesiæ verba a: *Hoc anno Carolus Rex Sicilia fecit homagium de ipso regno cum iisdem conditionibus, quas statuerat Clemens Papa patri eiusdem, quas ipse iurarat.* Et in annalibus: *b Carolus II. eadem seruanda promisit Nicolao IV. quæ pollicitus fuerat Rex Carolus prædecessori Clementi Papa IV. iisdem c capitibus ac verbis superius recitatis, atque ex eadem bulla descriptis cum abrogatione omnium legum trium tyrannorum, erant ij Fridericus II. Conradus, & Manfredus, vt etiam supra adnotauimus, contra libertatem ecclesiasticam sancitarum. Quæ omnia repetita habentur atque descripta in bulla eiusdem Nicolai Papa.* Confirmantur hæc publicis tabulis, quibus Carolus II. Siciliae Rex Siculum regnum beneficio, & auctoritate sedis Apostolicæ accepisse professus est: ac singulas leges, quibus se ac successores obstrinxit, & alia cum Romana ecclesia pacta inita percenset & corroborat. Insertæ ex sunt apostolico diplomati, cuius exemplum infra scriptum est. d

*Nicolaus &c. charissimo in Christo filio
Carolo Regi Siciliae illustri.*

2 Ne in posterum rei gestæ memoriā diuturnitas temporis forsā obliteret, literarum nostrarum præsentium insinuatione testamur, te ligium homagium; & fidelitatis iuramentum ratione regni Siciliae & terræ citra Farum, excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio, & omnibus districtibus, & pertinentijs suis secundum antiquos fines territorij, pertinentiarum, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanos Pontifices distinctos, vel in posterum distinguendos; claræ memoriæ Carolo Regi Siciliae patri tuo & heredibus suis, cuius tu heres existis, a Romana ecclesia concessorum, nobis fecisse ac præstitisse in forma subscripta, super hoc literis formam eandem experimentibus bullatis aurea tua bulla concessis, quarum tenor talis est. e

In nomine Domini. Amen. Ego Carolus secundus, Dei gratia, Rex Sicilia ad honorem Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & beatæ & gloriose virginis Mariae, beatorum quoque Apostolorum Petri & Pauli, & ecclesiæ Romanae, ligium homagium facio tibi domino meo Nicolao Papa IV. tuisque successoribus canonice intrantibus, & ipsi Romanae ecclesiæ pro regno Sicilia & tota terra, quæ est citra Farum vsque ad confinia terrarum eiusdem ecclesiæ. Quæ utique regnum & terram (excepta ciuitate Beneuentana cum toto territorio, & omnibus districtibus & pertinentijs suis, secundum antiquos fines territorij, pertinentiarum, & districtus ciuitatis eiusdem per Romanos Pontifices distinctos, vel in posterum distinguendos) claræ memoriæ Carolo Regi Siciliae patri meo & heredibus suis, cuius ego heres existo, prædicta ecclesiæ Romana concessit. Et recognosco & fateor, quod inter Romanam ecclesiā & prædictum patrem meum conditiones, conuentiones, modus, & forma, ac pacta infra scripta interuenerunt, & fuerunt appositæ in concessione regni sibi suisque heredibus per Romanam ecclesiā facta, seu auctoritate ipsius in prædicta concessione pertinentia seu spectantia ad personas eorum, qui successuri erant ipsi patri meo suisque heredibus in terra & regno prædictis, & eorum qui in eisdem successuri sunt mihi, meisque heredibus; nec non ad successionem, vel formam, seu modum succedendi ipsi patri meo suisque heredibus, & mihi meisque heredibus in regno & in terra præfatis. Quæ omnia & singula tam me, quam meos in dictis regno & terra heredes seruaturus promitto, & contra ea non

uenturos, qua talia sunt. Si in vestro vel heredum vestrorum obitu legitimum, prout subsequitur, heredem vos aut ipsos, quod absit, non habere contigerit, regnum ipsum ad Romanam ecclesiam, eiusque dispositionem libere reuertatur, &c. Pluribusque interiectis, quæ in ijs clientelaris sacramenti formulis a nobis iam ante adductis a Carolo I. Clementi IV. & Ioanni XXI. Pontificibus nuncupatis, iidem concepta sunt verbis: de censu pendendo adijcit ijs, quæ superius typis fuere cusa.

3 Si autem de censu octo millium unciarum huiusmodi primi termini infra dictos tertium terminum & duos sequentes menses plenarie satisfecerimus, nihilominus semper pro singulis octo millibus unciarum singulorum terminorum, si simili modo in eorum solutione cessauerimus, vel illas non soluerimus, pœnas similes incurremus, saluis alijs pœnis, & processibus, quæ vel qui de iure inferri, vel haberi poterunt per Romanum Pontificem in hoc casu. Item promitto quod in quolibet triennio dabitur ego & mei in dicto regno heredes Romano Pontifici unum palafredum album pulchrum & bonum in recognitionem veri dominij eorundem regni, & terra; & solvam Romana ecclesia quinquaginta millia marcharum sterlingorum per infra scriptos terminos. Videlicet quod infra sex menses solvam eidem ecclesie decem millia marcharum sterlingorum, & infra singulos sex menses successive sequentes solvam singula decem millia, donec tota prædicta quinquaginta millium summa fuerit integre persoluta. Quod si in huiusmodi terminis illa non solvero, liberum erit Romano Pontifici contra nos pro singulis terminis ad pœnas spirituales procedere, prout sibi videbitur expedire. Quia vero, sicut in tractatu negotij actum extitit, tempore, quo esset tractatus, siue negotium consummandum, dominus Papa petitionem prædicti patris mei super remittendis eidem quinquaginta millibus marcharum factam audiret, ex parte saltem aliqua, de qua ipse Romanus Pontifex, teneri ad gratias deberet. Ita tamen quod per præfixionem huiusmodi terminorum nullum mihi & heredibus meis in hoc præiudicium generetur; quin illa pars, de qua summus Pontifex mihi vel patri meo gratiam fecit, vel facere de prædicta summa quinquaginta millium deducatur.

4 Promitto insuper, ad hoc tam me quam heredes meos in regno obligans, quod quodcumque Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, asseruerit, vel dixerit Romanam ecclesiam indigere; ita quod super indigentia huiusmodi ipsius Romani Pontificis simplici verbo stetur, ego vel mei in dicto regno heredes requisiti ab eo ad Urbem, in Campania, in Maritimam, in patrimonium B. Petri, in Tusciam, ducatum Spoletanum, marchiam Anconitanam, & in præmissa civitatem Beneventanam, ac eius territorium & pertinentias, quæ remanebunt ecclesie, & in omnes alias terras ipsius Ecclesie per Italiam trecentos milites equis & armis bene ac decenter munitos & paratos; ita quod unusquisque ipsorum habeat quatuor equitaturas, vel tres ad minus; in ecclesia prædicta obsequium & subsidium transmittemus, per tres menses integros in meis, vel dictorum in regno heredum sumptibus & stipendijs, semel tamè in anno in seruitio eiusdem ecclesie moraturos, mensibus ipsis a die, quo iidem milites terram mei dominij vel fines mei districtus vel eorundem heredum egressi fuerint, per vulgares dietas & solitas computandis; & quod si maluerit ecclesia eadem ingruenti necessitate, super qua stetur verbo Romani Pontificis, ut dictum est, navali iuvari exercitu, prædictos milites, debita taxatione ac recompensatione præhabita, in navale flo-

lium commutabimus; & in prædicta civitate Beneventana, quam hæctenus Romana ecclesia sibi retinuit, & in suum demanum & dominium cum omnibus iuribus suis & pertinentijs reseruat, & toto tenimento civitatis eiusdem cum finibus eius antiquis, quos Romanus Pontifex quodcumque, semel tamen, sibi placuerit, bona fide distinguet, & quæ eidem ecclesie, & in eius proprietate libere remanebunt, nullo iure nobis, vel cuiquam alij de regno prædicto ibi retento, seu quomodolibet reseruat; & quod nullam ius ego & mei in dicto regno heredes quomodolibet acquiremus, vel habebimus in eisdem; & quod distinctioni quoque per Romanum Pontificem semel faciendæ, ut dictum est, stabimus absque contradictione seu refragatione quacumque ego & heredes mei, prout ipsa distinctio per apostolicas literas apparebit.

5 Pro prædicta quoque civitate Beneventana, hac vice rescindenda per Beneventanos, exponam per septennium, pro lignaminibus omnia nemora ipsorum regni & terra, & omnem materiam ad ædificia opportunam, puta lapides, arenam, quæ puteolana vocatur, cementum, & similia sine præiudicio iuris singularum personarum ad unam dietam prope Beneventum. Et promitto quod præstabimus ego & mei heredes Beneventanis securitatem per totum regnum & terram prædictam, nisi in regno & terra prædictis de novo delinquant, propter quod ad nos de iure iustitia pertinet: quodque privilegia dicta civitati a Regibus, & principibus concessa tam ego, quam mei heredes in regno & terra eisdem illibata servabimus; & omnia statuta per quondam Fridericum olim Romanorum Imperatorem, seu quoscumque alios Reges Siciliae facta contra libertatem civitatis eiusdem revocabimus, & in omnibus & per omnia quæ libertates fuerint ceteris regnicolis parificabimus illam; nec aliqua statuta, seu aliquas leges condemus in posterum, per quæ dicta civitati directe vel indirecte possit præiudicium generari: & pro Apostolica sedis, & B. Bartholomæi patroni civitatis eiusdem reverentia, fidantias ab omnibus remitti faciemus, et remittemus eisdem. Fidentiarum autem remissio est concessio libertatis, ut ciues Beneventani possint libere proprias vineas & terras excolere, ipsarumque fruges & fructus recolligere, ac easdem vineas & terras vendere, & de ipsis pro sua voluntate disponere sine aliqua exactione, vel munere, vel etiam datione.

6 Promitto etiam, me & heredes meos in regno Siciliae obligans, quod in dicta civitate, & eius territorio, ac pertinentijs suis, quæ Romana remanebunt ecclesie, vel in Urbe seu in Campania, vel maritima, seu in ducatu Spoletano, aut marchia Anconitana, vel in patrimonio B. Petri in Tuscia, seu in alijs quibuscumque terris, aut demanijs, siue feudis ipsius ecclesie ubilibet constitutis ex successione, vel legato, aut venditione, siue donatione, aut alio quocumque iure vel titulo, seu contractu nihil unquam tam ego quam heredes mei in regno acquiremus vel vendicabimus, seu poterimus acquirere, vel quomodolibet vendicare: & nihil unquam recipiemus, habebimus, vel retinebimus, seu poterimus recipere, habere, vel etiam retinere; ac nullam potestariam, seu capitariam, vel rectoriam, nullumque alium honorem, nullamque dignitatem, seu potestatem senatoriam, vel quancumque aliam, aut administrationem, vel commendam, nec quodcumque aliud officium recipiemus, seu recipere poterimus, habebimus, seu retinebimus, vel habere, seu retinere poterimus in eisdem. Hoc autem intelligo de illis heredibus meis, qui mihi in eodem Sicilia regno succedent. Nota

De reficiendo Benevento, eiusque privilegij servandis.

Nulla a Regibus Sicilia possessio in ditione Pont. com paranda.

enim, quod delictum aliorum heredum, qui succedent mihi in comitatibus & alijs terris meis in pœnam heredis, qui est mihi successurus in regno, aliquatenus extendatur.

7 Ne vero huiusmodi alij heredes mei contra ea, quæ in isto continentur articulo, aliquo forsân tempore venire præsumant, acquirendo, vel vendicando, aut recipiendo, vel habendo, seu retinendo sibi aliquid in terris in articulo ipso expressis; vel recipiendo, habendo, seu retinendo in eisdem terris potestariam seu capitaniam, vel aliquid aliud de ijs, quæ in articulo continetur eodem, promitto; tam me quam ipsos heredes meos obligans, quod nullus etiam huiusmodi aliorum meorum heredum villo unquam tempore sibi quicquam in eisdem terris acquirat, seu vendicabit, recipiet, habebit, vel etiam retinebit; aut potestariam seu capitaniam, vel rectoriam, aut aliquid aliud ex ijs, quæ, prout dictum est, in eodem articulo plenius exprimuntur: nec alicui eorum recipere, habere vel retinere licebit. Quicumque autem ipsorum secus præsumperit, eo ipso excommunicatus existat, nec ipse, nec eius posterius in perpetuum possint in eodem regno succedere, si eis in casu aliquo huiusmodi successio deferretur: sed ab illa repellantur omnino. Et nihilominus ille, qui tunc eiusdem regni gubernaculis præsidebit, Romano Pontifici contra eum patenter assistere teneatur.

Si vero ego vel mei in regno heredes prædictam civitatem Beneventanam, territorium & pertinentias eius, quæ remanebunt ecclesie, vel aliquam partem eorum, aut Campaniam vel Maritimam, seu Urbem, vel ducatum Spoletanum, aut marchiam Anconitanam, siue patrimonium B. Petri in Tuscia, aut alias quasquam terras Romanæ ecclesie ubilibet constitutas occupauerimus, vel occupari fecerimus, aut super ijs offenderimus, vel molestauerimus ecclesiam, seu fecerimus molestari; & priusquam super hoc a Romano Pontifice moniti & requisiti fuerimus, vel si commode moneri, aut requiri nequiverimus, iuxta ipsius Romani Pontificis assertionem, vel dictum, postquam de hoc ipse publice, ac solemniter nos monuerit, infra tres menses non restituerimus integre omnia occupata, eo ipso ab eorundem regni Sicilia, & terræ iure cadamus totaliter; ipsaque regnum & terram prorsus amittamus, & hæc ad Romanam ecclesiam libere deuoluantur. Quod si etiam restituerimus occupata, nihilominus ad plenum de vniuersis iniurijs & damnis illatis, ad mandatum eiusdem Romani Pontificis satisfacere teneamur.

8 Promitto etiã, me & heredes meos alios, quam in regno obligans, quod ipsi heredes mei, videlicet qui mihi non succedent in regno occupare vel facere occupari easdem terras Romanæ ecclesie, seu molestare aut molestari facere super illis non attentabunt. Ibi vero qui secus attentauerint, præmissas pœnas, ut videlicet eo ipso sint excommunicati, & tam ipsi quam eorum posteritas in perpetuum ad successionem dicti regni, si in aliquo forte casu eadem successio deuolueretur ad illos, nullatenus admittantur, incurrant: & Rex Sicilia, qui tunc erit, teneatur assistere Romano Pontifici contra ipsos, prout superius est expressum. Promitto quoque, me & heredes meos obligans, quod omnibus ecclesijs tam cathedralibus, quam alijs regularibus & secularibus; nec non & omnibus prælatis & clericis, ac vniuersis personis ecclesiasticis secularibus & religiosis, & quibuslibet religionis locis, plenarie dimittam & restituum, & dimitti ac restitui faciam; & procurabo integre omnia bona eorum immobilia, a quibuscumque ablata vel occupata sint, & per quoscumque detineantur: & mobilia, quæ extant,

& poterunt inueniri, simili modo restituum, et restitui facere procurabo eisdem: & quod hanc restitutionem faciam, & fieri procurabo absque contradictione, seu difficultate qualibet hoc modo: scilicet, quod statim in illa parte ipsorum regni & terræ, quæ mihi obedit, restitutio ipsa fiet; ipsaq; postmodum successiue consummabitur, sicut obedient et habebuntur eadem regnum & terra ad mandatum & arbitrium aliquorum virorum discretorum deputandorum a Romano Pontifice, ad quorum mandatum iurium & rerum immobilium & mobilium, quæ extant, restitutionem plenam faciam, & fieri procurabo; ita quod ea, de quorum dominio, vel proprietate, seu possessione notorium fuerit, ad eorum mandatum & arbitrium mox reddam, & reddi faciam; in dubijs per ipsos de plano & absque iudicij strepitu veritate diligentius inquirenda; ita quod sufficiat vocari camerarium, vel procuratorem, seu barulum, in cuius iurisdictione vel balliua, seu territorio bona, de quibus agatur, consistant, ad videndum iurare testes, qui in huiusmodi inquisitione deponent. Sequuntur nonnulla de tuendo iure ecclesiastico, quæ iam antea superius a nobis ipsdem omnino verbis sunt analibus inserta: tum de liberis prouocationibus ad sedem Apostolicam in causis ecclesiasticis permittendis additur: Et si ad sedem Apostolicam super huiusmodi causis appellari contigerit, tam appellantes quam appellati ad eandem venire sedem pro appellationum prosecutionibus libere et absque inhibitione aliqua permittantur: et promitto tam me, quam heredes meos facturos, curaturos, et permissuros, quod sic agitari, tractari, et ventilari, ac terminari possint; et quod sic possit appellari, et libere venire. Sacramenta vero fidelitatis præstabuntur secundum antiquam et rationabilem consuetudinem, prout canonica instituta permittunt, ab illis ecclesiarum prælatis, quorum prædecessores antiquis illa Sicilia Regibus præstiterunt: ab illis autem prælatis & ecclesijs, qui regalia siue temporalia bona tenent. Si qui tamen sunt, qui huiusmodi bona teneant a domino regni & alijs dominis temporalibus, & qui ratione huiusmodi bonorum ab antiquo consueuerunt Regibus & ipsis dominis temporalibus seruitia exhibere, huiusmodi honesta, & antiqua seruitia eis secundum rationabilem & antiquam consuetudinem, & sicut statuta patiuntur canonica, impendantur; salua semper circa ecclesias cathedrales, & alias regulares, & seculares, ac personas & loca ecclesiastica tam in faciendis prouisionibus & electionibus confirmandis, quam in omnibus quibuscumque alijs Romani Pontificis & ecclesie Romanæ iurisdictione ac auctoritate plenaria, & libera potestate.

9 Reuocabo quoque omnes constitutiones, seu leges per prædictum Fridericum, vel per Reges Sicilia, siue per Conradum ipsius Friderici filium, aut Manfredum quondam principem Tarentinum, qui de factio regnum ipsum detinuit occupatum, editas contra ecclesiasticam libertatem: nec statuta vel constitutiones aliquas eadem, aut etiam promulgabo, per quæ iuri, vel libertati ecclesiastica derogetur. Promitto etiam quod tam ego quam mei heredes non patiemur, quod aliquis clericus vel persona ecclesiastica eorundem regni & terræ in ciuili vel criminali causa conueniatur coram iudice seculari, nisi super feudis iudicio petitorio conueniatur ciuilitate; ita quod omnes ecclesie, ac persone ecclesiastica omnimode erunt libere, & etiam in nullo Regi vel principi subiacebunt, & quod nullas tallias, vel collectas imponemus ecclesijs, monasterijs, clericis, & viris ecclesiasticis vel rebus eorum; & quod in ecclesijs vacantibus ego vel nostri in regno heredes nulla habebimus regalia, nul-

Hæc pœna violantibus pœne obiecta.

Occupatis Ecclesie locis ni constituto tempore moniti abfuerint regni ius amittunt.

Si qui e posteris ditione pontificiam bello perierint, eorum stirps a regni successione aliena prouentiat.

Obstricti Reges Sicilia ad tuenda, restituentia ecclesiarum iura.

Isque fructus, redditus, & proventus; nullas etiam obventiones, ac nulla prorsus alia percipiemus ex eisdem, custodia earundem ecclesiarum interim libera remanente penes personas ecclesiasticas iuxta canonicas sanctiones.

Comites vero & barones, milites & vniuersi homines totius regni & terra predicta vident in ea libertate, & habebunt illas immunitates, illaque priuilegia ipsisque gaudebunt, quas & qua tempore clara memoria Guillelmi secundi Sicilia Regis, & alijs antiquis temporibus habuerunt; & promitto, quod ego, & predicti mei heredes ipsos predictis libertate, immunitatibus, & priuilegijs permittemus gaudere, & in dicta viuere libertate; & quod omnes, qui eo tempore, quo clara memoriae pater meus Sicilia Rex prefata regnum & terram ab ecclesia Romana recepit in feudum, erant exules regni Sicilia & terra predicta, cuiuscunque conditionis existant, ad mandatum Ecclesie reducemus in regnum & terram predicta, ipsique de bonis & iuribus eis debitis restitutionem plenam faciemus, & fieri procurabimus, & quod in huiusmodi restitutione secundum prescriptam formam in capitulo de bonis ecclesiarum restituendis contentam, tam in notorijs, quam in dubijs procedemus, & permittemus procedi; & quod captiuos & obsides, si qui tenebantur tempore supradicto, & adhuc tenentur in regno & terra predictis, Romanos, regnicolas, & alios de terra Ecclesie, Tuscos, Lombardos, & illos de marchia Teruifina, bona fide restituum libertati pro posse; & quod heredibus quodam Richardi comitis Sorani germani fel. record. domini Innocentij Papa III. ius, quod in comitatu Sorano, & alijs ecclesie Rom. fidelibus illud, quod in alijs comitatibus & bonis, si qua eis in regno & terra predictis a Regibus & principibus sunt concessa, obtinent, penitus saluabimus, & saluari curabimus, nec per ipsorum regni & terra concessionem factam dicto patri meo comitatuum, seu concessorum eorundem cuiquam, quo ad proprietatem seu possessionem, preiudicium generetur, regio in ijs omnibus iure saluo.

10 Promitto etiam, quod nullam confederationem, seu pactiorem, vel societatem cum aliquo Imperatore vel Rege, seu principe, vel barone, Saraceno, Christiano vel Græco, aut cum aliqua prouincia, seu ciuitate, aut communitate, vel loco aliquo scienter contra Rom. ecclesiam, vel in damnum Ecclesie faciam; etsi etiã fecero ignoranter, teneat & promitto ad mandatũ Ecclesie reuocare. Denique omnes premissas conditiones, que in persona mea apponuntur, circa meos etiã in regno ipso heredes, & successores volo & intelligo esse dictas: salus omnibus, qua circa alios heredes meos ordinata consistunt, prout superius est expressum. Ega etiam de hoc priuilegium seu literas presentes tibi domino Papa & Romana ecclesie memoratis aurea bulla bullatum seu bullatas, in quo vel in quibus proprio iuramento fateor, & recognosco expresse regnum Siciliae, & totam terram, qua est citra Farum vsque ad confinia terrarum Romane ecclesie, excepta ciuitate Beneuentana cum territorio & pertinentijs eius, qua, ut dictum est, ecclesie remanebit eidem, ex sola gratia & mera liberalitate sedis Apostolicæ sapedito patri meo, mihi, meisque heredibus in feudum fore concessa; meque habere ac tenere regnum, & terram huiusmodi a dicta Romana ecclesia in feudum pro me meisque heredibus in dictis regno & terra sub pactis, & conditionibus, forma, modo, & conuentionibus supradictis, & sub alijs, qua in literis felicis recordationis Clementis Papa IV. plenius continentur.

Ceterum ut premissa omnia & singula, ac insuper ut conditiones, conuentiones, & pacta, qua

inter sanctam Romanam ecclesiam, & sapeditum clarae memoriae patrem meum interuenerunt, seu fuerunt apposita tempore, quo sapedita terra & regnum ipsi patri meo pro se suisque heredibus concessa fuerunt in feudum, prout in iteris felicis recordationis domini Clementis Papa IV. plenius continentur, illibata perpetuo maneant, & inconcussa semper obtineant firmitatem; ipsa omnia & singula iuro, & per stipulationem solemnem promitto, quod plenarie adimplebo, & inuolabiliter obseruabo, nec ullo unquam tempore veniam contra illa. Sic me Deus adiuuet & haec sancta Dei Euangelia. In predictorum autem testimonium perpetuamque memoriam presens scriptum exinde confici iussi, & aurea bulla regia maiestatis impressa typario communiri. Actum Reate in maiori palatio iuxta cathedralam ecclesiam Reatinam XIII. kal. iulij anno MCCLXXXIX. indictione secunda regnorum nostrorum Hierusalem & Sicilia anno v.

11 Nos itaque huiusmodi homagium & fidelitatis iuramentum, promissiones tuas, & omnia, vt praemittitur, a te facta de fratrum nostrorum consilio acceptamus; & nihilominus, quia in quibusdam articulis, seu capitulis predictorum in dictis literis contentorum expressius continetur, quod in certis casibus tu & heredes tui excommunicationis sententiam incurratis, & dicta regnum & terra tua & ipsorum heredum sint ecclesiastico supposita interdicto; quodque in certis casibus tam tu quam tui in dictis regno & terra heredes a sapeditis regno & terra cadatis, & ipsa regnum & terra ad Romanam ecclesiam libere deuoluantur, & totaliter reuertantur; nos ex nunc huiusmodi sententias videlicet excommunicationis in te & eosdem heredes, & interdicti in praefatum regnum & terram predictam; nec non priuationis omnis iuris tam tibi, quam ipsis heredibus in sapeditis regno & terra, vel ad ea quomodolibet competentis, vel competituri, si tua vel ipsorum culpa huiusmodi casus emerferit; de predictorum fratrum consilio auctoritate apostolica promulgamus; decernentes, quod cum huiusmodi casus priuationis emerferit, predictum regnum & terra praefata libere ad eandem Romanam ecclesiam deuoluantur, & reuertantur ad eam: ita quod ex tunc nullum ius tibi tuisque heredibus competat in eisdem; sed de illis Romana ecclesia libere disponere valeat, prout sibi placuerit, & videbitur expedire. Nulli ergo, &c. nostrae attestatiõnis, acceptationis, & constitutionis, &c. si quis autem, &c. Dat. Reate XIII. kal. iulij anno 11.]

12 Perfecta regiae consecrationis pompa, ad recolendam accepti a Pontifice beneficij memoriam Carolus ecclesie Reatinae, in qua regia acceperat ornamenta, annuas viginti uncias auri contulit. Qua de re haec ad Aprutij praefectũ & magistratus Sulmonenses scripsit a: Reatinam ecclesiam, in qua oleo sancto uncti, de manu summi Pontificis regale recepimus diadema, volentes debita gratitudine venerari, vt ad laudem diuini nominis nostrae coronationis memoria perpetua sit ibidem, redditum viginti unciarum auri percipiendum annis singulis perpetuo de redditibus baualationis, aliorumque iurium demanij nostri ciuitatis Sulmonensis, ac distribuendum in eadem Reatina ecclesia episcopo & canonicis, qui huic ordinationi nostrae expressius consenserunt, gratiose duximus concedendum, &c. Ingentibus vicissim ipsum a Nicolao Papa muneribus gemmisque ornatum, tradit Ioannes Villanus b, plurimoque auro subsidiario donatum.

13 Et quidem triennales illi decimae ad recu-

Initis inter Carol. I. & Clē. IV. pactis flatuim spondet.

Hæc foedera viola turis anathema incutit Pōt.

Pronūtiat in designatis casibus. sedē Ap. Siculum regnū ad se reuocaturam.

a Ext. eius lit. apud Nic. IV. l. 1. in ep. 364.

Viginti uncia auri annua tradita ecclesie Reatinae a Carolo.

b Io. Vill. l. 7. c. 129.

a Nicol. l. 1. ep. 350 & 363. b Ibid. ep. 480. Promissa data Alfonso Arag. rescissa. c Ead. ep. Iactum in eum anathema. d Lib. 2. ep. cur. 5. e Lib. 1. ep. 261. Francorū Rex sollicitatus ad Arag. expugnandam. f Lib. 2. ep. cur. 12. 70

Carolus II. cēsuris solutus, si quas contraxit. g Ibid. ep. cur. 58.

g Lib. 2. ep. 209. Propositæ pro eo preces Deo porrecturis indulgentiæ. h Ibid. ep. 294. i lb. 295. 296. 297. 298. 299. 300. l Ibid. ep. 213. m lb. ep. 319. ad 323. Prænest. episc. Card. creatus in Sicil. A. S. L. n Lib. 2. ep. cur. 15. & regest. post eand. ep. Reuersus in regnū Carolus nonnullos ad se pellicit. o lb. ep. 16. p Lib. 1. ep. cur. 75. q Lib. 2. ep. 263.

perandam Sicilia insulam attributa fuere: tum iniquiores pactiones, quibus ad libertatem adipiscendam fuerat ab Aragonio obstrictus, a sanctissimo Pontifice rescissa, ac tam Carolus ipse quā Eduardus Angliæ Reges ac Prouinciales dati Alfonso sacramenti religione liberati: Cum, inquit, *conuentiones, promissiones, & inuouationes præmissa graui in se productura pericula, & ex ijs quedam fere impossibiles, quadam alias indebita ac illicita, ac horrenda & abominanda fidelibus in grande præiudicium ipsius ecclesie ac præfati Regis Sicilia, vassalli eiusdem ecclesie specialis, per vim & metum contra bonos mores, ac alias perperam & inique presumptuosius extorta, & attentate noscantur.* Versum est c Alfonso Aragonio crimini, Apostolicæ sedi in restituenda Carolo libertate ipsum non paruissē, sed dolo & fraude grauioribus illum nexibus constrinxisse. Quare Pontifex anathematis sententiam solēni ritu in eum tulit d, ac Philippo Regi Francorum triennales sacerdotiorum decimas in Gallijs ad comparandam armorum vi Carolo fratri Aragoniam concessit e: eo nimirum consilio, vt æquiores ab Alfonso concordia leges referrentur. Iacobum vero illius fratrem inuasorem Sicilia, ac partium sequaces censuris defixit. f

14 Benignitatem præterea in memoratum Carolum explicuit, ipsumque pœnis omnibus, si quas ob non seruatas cum ecclesia initas a parente pactiones contraxisset, absoluit, iurique pristino restituit: *De fratrum, inquit g, consilio & assensu quas cumque excommunicationum sententias incurrisi; necnon et quaslibet sententias interdicti, quibus supposita sint regnum et terra præfata propter supradicta conditiones, conuentiones, et pacta per dictum patrem tuum, aut per te, siue per utrumque quomodolibet non seruata hæctenus; penitus relaxamus, etc. Dat. Reate xii. kal. iulij anno II.*

15 Cumulatum id beneficium est pluribus alijs prærogatiuis. Ad concilianda enim illi diuina auxilia, sine quibus humana omnia franguntur, indulgentiarum præmia pro eodem Carolo Deum oraturis contulit: *g. Fijs desiderijs mentis tuæ fauoris beneuoli suffragium impendentes, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus & confessis, qui deuotis orationibus diuinam pro te misericordiam implorabunt, singulis diebus, quibus apud Dominum huiusmodi orationes effundent, decem dies de iniuncta eis pœnitentia misericorditer relaxamus. Dat. Reate iv. non. iunij anno II.* Præterea ad incendendam amplius Regis pietatem permisit h, vt sanctorum reliquias in regia domo in loco decoro teneret: *Præsertim, inquit, cum ex Apostolicæ sedis indulgentia altare portatile habeas, in quo tibi facis per proprium capellanum temporibus proprijs diuina officia celebrare.* Ac plurima alia beneficia apostolica, quæ ad diuinam illi gratiam comparandam vtilissima erant, impertitus est i. Simillimis sacris prærogatiuis Mariam l & Margaritam m Sicilia Regina, ac Francorum Reginam ornauit. Cum vero ad confirmandos eos, qui hæctenus in fide perstiterant, aliosque ad officium reuocandos Apostolicæ sedis legati præsentia maximi interesset, Berardū episcopum Card. Prænestinum Nicolaus eo munere insigniuit, n illique o plures, qui reuerso in regnū Carolo ad illius partes transuolarent, tum Cardinali p S. Mariæ in Porticu atque episcopo Aurelianensi q in Ecclesiæ gratiam restituendi auctoritatem impertijt. Hæctenus de rebus Siculis: nunc ad pontificium in tuendo in-

alijs regnis iure ecclesiastico zelum sermonem traducimus.

16 Labefactata fuerat admodum in Lusitania ecclesiastica dignitas, quam a præteritis Regibus obtritam vidimus: ac licet Sanctius in extremo vitæ actu, cælestis Regis tribunal aditurus, actus conscientia stimulis pristino illam restituendam splendori edixisset, obstrinxissetque ea religione filium Dionysium sceptri heredem; haud tamen adhuc redintegrata erant ecclesiarum iura, & vniuersa Lusitania Gregorij X. sanctione constitutas ecclesiasticas censuras contraxerat: quamquam superiori anno Dionysius oratores ad sedem Apostolicam ad componendas interprete Pontifice de regio & ecclesiastico iure, quæ illum inter & præfules intercedebant, controuersias miserat, atque auctoritate hoc diplomate instruxerat: *Nouerint vniuersi presentis procurationis seriè inspecturi, quod nos Dionysius Dei gratia Rex Portugallie & Algarbij constituimus, facimus, & ordinamus procuratores discretos viros Martinum Petri cantorem Elborensē, Ioannem Martini canonicum Colimbriensem latores presentium, quemlibet eorum in solidum, ad tractandum, faciendum auctoritate apostolica pacem, compositionem, & concordiam cum prelati regnorum nostrorum super negotio, quod geritur inter nos & ipsos; & ad confirmandum ipsam compositionem modis & pœnis, quos & quas viderint expedire utilitati nostra & regnorum nostrorum; & ad faciendum omnia alia & singula, quæ circa præmissa facienda occurrerint, & quodlibet præmissorum: ratum & firmum habituri quidquid per ipsos vel eorum alterum actum fuerit in præmissis. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Colimbria v. die iunij. Rege mandante Petrus Ioannis notauit era mcccxxvi. anno nimirum humanæ salutis mclxxxviii.*

17 Exceptis beneuolentia apostolica Lusitani Regis oratoribus, Nicolaus ineunte februario archiepiscopum & episcopos Lusitanos potestate muniuit b, vt cum ijs de paciscenda concordia agerent. Quadraginta erant controuersa capita, quibus læsum ius ecclesiasticum episcopi querebantur: quæ cum discussa essent, ad id regij oratores descendere, vt professi fuerint, Lusitanos Reges ab ijs iniurijs temperaturos. Qua de re coram Cardd. Latino Ostiensi episcopo, Petro tit. S. Marci presbytero, & Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diacono diuini, & humani iuris peritissimo, qui postea apices pōtificios Bonifacij VIII. accepto nomine gessit, editæ publicæ tabulæ.

In nomine Domini Amen. In regno Portugallie, & Algarbij grandis inter prelatos ipsius regni & Reges, qui fuerunt pro tempore, super eo ab olim, sicut habet assertio, infra scriptarum partium dissensio est exorta, quod ijdem prelati se, ecclesias, & personas ecclesiasticas regni eiusdem non solum in depressione, sed etiam in subuersione ecclesiastica libertatis in multis grauatos fuisse ac grauari dicebant: super quibus sub diuersis Romanis Pontificibus, & per eos multiplicatis processibus, & tractatibus habitis inter partes, contigit controuersiam super infra scriptis articulis, quorum aliqui primo coram felicis recordationis domino Clemente Papa IV. & tam ipsi quam nonnulli alij coram recolenda memoriæ domino Gregorio Papa X. ex parte diditorum prelatorum oblatis fuisse dicuntur, vt inferius exprimitur in eisdem, & que ad tempora magnifici principis domini Dionysij illustris Regis Portugallie & Algarbij prærogari, & tandem inter venerabiles patres dominos

T. archiepiscopum Bracharensem, A. Columbriensem, B. Syluensem, & I. Lamecensem episcopos in curia Romana presentes, tam pro se quam pro alijs praelatis, ecclesijs, & personis ecclesiasticis regni eiusdem, pro quibus sanctissimus pater, & dominus dominus Nicolaus diuina providentia Papa IV. ad componendum & pacificandum super praedictis articulis eis concessit per suas literas subscripti tenoris liberam potestatem; & discretos viros Martinum Petri cantorem Elborensis, & Ioannem Martini canonicum Colimbriensem procuratores Regis eiusdem ab ipso in forma infra scripta mandatum habentes dicti Regis nomine, mediantibus reuerendis patribus dominis Latino Ostiensis & Velletrensis episcopo, Petro tit. S. Marci presbytero, & Benedetto S. Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinalibus ab eodem summo Pontifice ad discutiendum, & dirigendum huiusmodi negotium deputatis, talis super eisdem articulis in presentia eorumdem Cardinalium, mei notarij, & testium subscriptorum, pax & compositio interuenit. Praedictis siquidem archiepiscopo & episcopis pro se ac illorum nomine, pro quibus ad pacificandum & componendum receperant ab eodem summo pontifice, ut praemittitur, potestatem, & praefatis procuratoribus dicti Regis pro ipso Rege, in disiorum Cardinalium, & testium, ac mei notarij presentia constitutis; lectisque singulis subscriptis articulis per me notarium dictum, & subter annexis responsionibus, per eosdem procuratores ad singulos eorumdem singulariter subsecutis, vice ac nomine dicti Regis cum expressa intentione ipsum Regem ad contenta in ipsis responsionibus obligandi, quibus quidem responsionibus ijdem praelati se dixerunt expresse, & vocauerunt plene contentos. Demum ijdem cantor & Ioannes, archiepiscopo, & episcopis memoratis & mihi subscripto notario pro ipsis omnibus, & singulis ecclesijs, & ecclesiasticis personis regni praedicti stipulantibus solemniter promiserunt nomine praefati Regis, & pro ipso eundem Regem expresse ratificaturum, approbaturum, & acceptaturum omnia & singula contenta in responsionibus supra dictis; & tam se quam suos quoslibet successores in regno praefato eadem omnia & singula, quae in dictis responsionibus continentur, prout eorum singulorum qualitas exigit, plene adimplendis, & perpetuo per se ac successores suos inuiolabiliter obseruandis in forma, quam sedes eadem super hoc ei duxerit destinandam: Tenor vero articulorum praedictorum, & responsionum, et praedictur, subsecutarum ad ipsas de verbo ad verbum talis est.

18 Hi sunt articuli qui pro parte praelatorum regni Portugalliae & Algarbij coram felicis recordationis praedicto domino Clemente Papa IV. fuerunt oblati.

Primus articulus est. In primis idem Rex pro sua voluntate compellit priores, & abbatissas, ac ecclesiarum rectores ut prioratibus, & abbatijs, & ecclesijs suis renuntient; maxime in illis monasterijs & ecclesijs, in quibus contenditur patronatus habere. Respondent Martinus Petri cantor Elborensis, & Ioannes Martini canonicus Colimbriensis procuratores praedicti domini Dionysij Regis Portugalliae & Algarbij, quod ipse Rex non fecit haec, & promittunt eius nomine quod non faciet in futurum.

19 Secundus articulus est. Si episcopi, vel ecclesiarum rectores in parochia suos pro eo, quod decimas & alia iura sibi debita non soluunt eisdem, excommunicationis ferunt sententias, vel loca supponunt ecclesiastico interdictione, iustitia exigente, dominus Rex & sui occasione huiusmodi excommunicatores hanni-
faciunt, & alia bona eorum occupari. Respondent

dicti procuratores, quod idem Rex contenta in articulo non fecit haec, et promittunt quod non faciet in futurum; et quod si contra per suos subditos factum fuerit, iustitia complementum conquerentibus exhibebit, occupata restitui et de iniurijs satisfieri faciendo.

Tertius articulus est. Item si episcopi vel alij conueniunt, seu conuenire velint abbates, abbatissas, priores, aut alias personas ecclesiasticas auctoritate literarum sedis Apostolicae, praefatus Rex id fieri non permittit. Respondent procuratores praedicti, quod idem Rex non fecit haec haec, et promittunt, quod ipse non faciet in futurum, et quod permittet ipsos libere uti literis apostolicis.

Quartus articulus est. Item si forte feratur definitiva sententia pro aetore, non permittit executioni mandari, et aetori iudicata praecipit occupari, sibi retinens occupata. Respondent procuratores praedicti, quod idem Rex non fecit haec haec, et promittunt quod ipse non faciet in futurum, et quod permittet, quod sententia executioni legitime demandentur.

Quintus articulus est. Item si archiepiscopus, episcopi, vel eorum vicarij locum aliquem vel ecclesiam supponunt ecclesiastico interdictione, vel in homines ipsius Regis excommunicationis, prout iustitia exigit, ferant sententias; dominus Rex et sui episcopos vel eorum vicarios ad relaxandum huiusmodi sententias per minas, et terrores, et occupationem bonorum suorum compellunt, iudicans eos, si sententias relaxare noluerint, iudicio Iudaorum, subtrahendo ipsis communionem fidelium, ac fideles ipsos, si eis in aliquo comunicauerint vel receperint ipsos in castris, villis, aut domibus suis, capiendos, incarcerandos, et bonis proprijs spoliandos. Respondent procuratores praedicti, quod idem Rex contenta in articulo non fecit haec, et promittunt quod non faciet in futurum: quod si contra per suos subditos factum fuerit, iustitia complementum conquerentibus exhibebit de damnis, et iniurijs satisfieri faciendo, et puniendo contrarium facientes, prout fuerint puniendi.

20 Sextus articulus est. Item si aliqui iudices a sede Apostolica, vel ab ordinarijs delegati, aut etiam ipsi ordinarij pro aliquibus clericis contra communitatem aliquam ad Regem pertinentem eundem, vel aliquos de ipsa communitate interdictione vel excommunicationis sententiam ferunt, exigentibus culpis suis, interdicitur quandoque per Regem ipsum, quandoque per officiales suos, quandoque per ipsam communitatem clericis ipsis commune commercium; et ne ipsos aliqui in suis domibus recipiant prohibetur, aqua et igne ipsis poena super hoc graui appesita ijs, qui contra fecerint interdictione, et haec officiales ipsius Regis et communitates per muros, et districtum suum, ac alia loca voce faciunt praconia proclamari: nihilominus ijdem clerici diffidantur, et bonis spoliantur, et suis ecclesiasticis et paternis: id etiam fit ordinarijs et eorum delegatis, et vicarijs, si sententias ex aliquibus alijs causis ferant. Respondent procuratores praedicti, quod idem Rex nihil horum fecit haec, et promittunt, quod ipse in futurum non faciet, sed & fieri prohibebit; & quod si per suos subditos, communitates vel alias contra factum fuerit, iustitia complementum conquerentibus exhibebit, de damnis & iniurijs satisfieri faciendo.

Septimus articulus est. Item si contingit, quod locus aliquis vel ecclesia supponatur ecclesiastico interdictione, vel iudex aut alius officialis Regis, vel aliquis aut aliqui de ipso loco excommunicentur, statuant inter se communitate, quod nullus soluat decimas, vel in testamento aliquid relinquat ecclesiae, seu oblatio-

Spondent regij oratores iustitiam probe administranda.

Inflictas censuras non habitum in libro.

tionem aliquam ad ecclesiam ipsam ferat. Respondent procuratores predicti & promittunt, quod idem Rex hoc fieri prohibebit, & prohibitionem suam faciet obseruari, de damnis & iniurijs satisfieri faciendo, & puniendo contrarium facientes, prout fuerint puniendi.

21 Octauus articulus est. Præterea præfatus Rex, & communitates eius non permittunt episcopos ecclesiarum suarum ciuitatum, & dioecesium parochias limitare. Respondent procuratores predicti, quod placet Regi ut fiat huiusmodi limitatio per prælatos iusta & æqua, & vocatis eis, quorum interest per edictum publicum proponendum in ecclesijs, de quorum parochijs limitandis agatur tribus dominicis diebus continuis infra missarum solemnias coram populo tunc presente; ita quod dies ad faciendum limitationem præfixa in quolibet exprimatur edicto, ipsamque diem edictum in tertia dominica proponendum vnius saltem mensis spatio antecedit. Quod si Rex ipse in aliqua ecclesiarum huiusmodi ius patronatus habuerit, erit tempore congruo ante faciendæ limitationis diem specialiter euocandus: & consentiunt prælati, quod si limitatio eis, quorum interest, non vocatis, ut dictum est, de cætero fuerit facta, non teneat: ita tamen, quod patroni, qui sunt barones, aut milites, vel filij militum non veniant personam, sed mittant procuratores, si velint: & promittunt predicti procuratores, quod dictus Rex prælatos in hoc nullatenus impediet; sed obseruabit quæ predicta sunt, quantum pertinebit ad ipsum, & faciet a suis subditis obseruari.

Nonus articulus est. Item usurpat sibi ipse Rex & communitates eius in quibusdam episcopatibus regni tertias decimarum ecclesiarum fabricis deputatas, & in quibusdam pontificales; & faciunt de ipsis tertijs construi & refici muros suos, & quandoque illas pro stipendijs Rex assignat militibus memoratis. Respondent procuratores predicti, quod Rex consentit, quod tertia decimarum percipiatur ad muros construendos vel reficiendos in illis duntaxat ecclesijs, in quibus a fundatione ipsarum ecclesiarum hoc expresse actum est de consensu prælatorum: in alijs vero ius commune seruetur; & promittunt dicti procuratores Regem in posterum seruaturum: et hanc responsionem prælati pro bono pacis patienter acceptant.

22 Decimus articulus est. Item quod hospitalia seu albergarias pauperum vsibus deputatas, quæ in episcoporum dispositione de iure consistunt, cum pertinentijs & possessionibus suis usurpant. Respondent procuratores predicti, quod placet Regi, ut circa hoc seruetur ius commune, & bona consuetudines: & promittunt, ipsum Regem in perpetuum seruaturum.

Vndecimus articulus est. Item quod compellit tam per se quam per communitates suas clericos & personas ecclesiasticas ad contribuendum in constructione, seu refectione murorum ciuitatum & locorum suorum cum locis, contra libertatem ecclesiasticam, nec non contra legem paternam. Respondent procuratores præfati, quod ipse Rex predictas personas non compulit ad contributionem huiusmodi: & promittunt quod non compellet in futurum, & quod contra iniurias in hoc ecclesijs, vel personis predictis exhibebit iustitiæ complementum.

Duodecimus articulus est. Item cogit colonos ecclesiarum & monasteriorum, ad hoc nullo iure obnoxios, ad constructionem seu refectionem murorum huiusmodi: per quod contingit colonos suas deserere colonias, & possessiones deuastari predictas. Respondent dicti procuratores, quod Rex in hoc faciet obseruari, quicquid de iure communi fuerit obseruandum, saluis gratijs, seu priuilegijs, vel compositionibus,

si comparuerint, quia de iure debeant obseruari.

Tertiusdecimus articulus est. Item quod personas ad ecclesias fugientes in illis casibus, in quibus debent per ecclesias defensari, violenter facit ipse ac sui per Saracenos & Iudæos vel per Christianos extrahi ab eisdem; vel facit eos ibi custodiri, vel compe- diri quandoque per suos satellites, & eis cibaria denegari, ut exire de ecclesia compellantur. Respondent procuratores predicti, quod Rex non extrahet, nec extrahi faciet de ecclesijs fugientes ad ipsas, nec eis cibaria denegari, nisi in casibus a iure permissis.

23 Quartusdecimus articulus est. Item ipse ac meirini & iudices capiunt presbyteros & clericos, irrequisitis eorum episcopis, nec volunt eos restituere, licet petantur ab eis. Item huiusmodi capti quandoque per ipsum & suos denegatis alimentis, vel per suspendium, aut modis alijs occiduntur, quorum interdum aliqui parochianis ecclesiarum suarum ad eorum parochianorum instantiam importunè restituntur cum cautione, ut missarum eis solemnias celebrent, quibus utique celebratis iuxta formam cautionis præstitam, redduntur in pristinam captionem. Respondent procuratores memorati, quod idem Rex talia nunquam fecit, nec tempore suo facta fuerunt: et promittunt quod non faciet in futurum, & quod si aliquando persona ecclesiastica etiam ex causa capta fuerit, restituetur præfato suo ad requisitionem ipsius; et si iniuriose capiatur huiusmodi persona, vel capta fuerit hætenus, iustitiæ complementum conquerentibus exhibebit, faciendo satisfieri de damnis, & iniurijs, & puniendo capientes, prout fuerint puniendi.

Quintusdecimus articulus est. Item quod sæpe minatur archiepiscopo & episcopis mortem, & quandoque procurat et facit eos inclusos in ecclesijs, monasterijs, et alibi detineri, Saracenis, Iudæis, et alijs suis apparitoribus, prætoribus, et meirinis ad interficiendum eos adhibitis circumquaque: facit etiam amputari auriculas seruentium episcoporum, et quandoque alios capi, et alios interfici coram eis. Respondent procuratores predicti, quod idem Rex talia nunquam fecit, et promittunt quod ipse non faciet in futurum.

Sextusdecimus articulus est. Item quod facit ipsos episcopos in aliquibus obsideri locis, per vasfallos suos eosdem sæpe ac publice debonestans, & contumeliosa verba proferens contra eos: et hoc idem temeritate propria barones sui faciunt et vasalli. Respondent procuratores predicti, quod idem Rex non fecit aliquid de contentis in articulo, et promittunt quod ipse non faciet in futurum, et quod contrarium facientes puniet, prout fuerint puniendi.

24 Septimusdecimus articulus est. Item quod idem Rex ac sui, tam barones quam alij milites verbis & factis pro sui motu libito debonestant religiosos, clericos, & conuersos, & quandoque aliquos ex eisdem faciunt coram se denudari totaliter proprijs indumentis in graue vituperium eorundem, & totius ordinis clericalis. Respondent procuratores predicti, quod idem Rex non fecit aliquid de contentis in articulo, & promittunt quod ipse non faciet in futurum, & quod si per barones vel alios in regno suo factum fuit hætenus, vel fuerit in futurum, iustitiæ complementum conquerentibus exhibebit, de damnis, & iniurijs satisfieri faciendo, & puniendo contrarium facientes, sicut fuerint puniendi.

Octauusdecimus articulus est. Item quod facit inquisitiones per totum regnum per homines proprios, in ecclesiarum tam cathedralium quam aliorum de regno ipso præiudicium, super possessionibus & ecclesiarum patronatibus fieri, patronis ecclesiarum vel possessionum dominis ecclesiasticis non vocatis

De parochijs circumscriptis cõueata.

Tertia decimarum pars tertis temporum sacra.

Clerus ad conferendum aurum subdiarium non adigendus.

Ecclesijs clericis iudicibus damnis

Ulatio clericis iniurijs vindicta.

Et si per talem inquisitionem illicitam, & inquam inuenit, quod suspatronatus alicuius ecclesie vel possessio aliqua spectet ad ipsum, illico facit omnia occupari, licet possessa fuerint ab eorumdem domini a tempore, cuius memoriam non existit; amotis nihilominus ab huiusmodi ecclesijs rectoribus violententer: cum in tali casu non per inquisitionem foret procedendum, sed in foro competenti iudicium potius ordinandum. Respondent supradicti procuratores, quod idem Rex non fecit aliquid de contentis in articulo, & promittit quod non faciet in futurum.

25 Nonusdecimus articulus est. Item occupat episcoporum & aliorum ecclesias, quas a longis temporibus pacifice possederunt; & quod est absurdius, presentatos a sede ad huiusmodi ecclesias ipsos compellit admittere, ac instituire in eisdem: quod si forte aliqui ex ipsis finaliter noluit admittere huiusmodi presentatos, idem Rex per homines suos facit detineri eisdem, ac fructus & proventus ipsarum per eos percipit ex eisdem. Respondent procuratores prefati, quod idem Rex talia nusquam fecit hactenus, & promittunt ipsum Regem ea non facturum in futurum.

Vigésimus articulus est. Item si ad vacantem ecclesiam in discordia diuersas patroni diocesano episcopo presentant personas, & ipsa discussis causa meritis de altero presentatorum, vel alio forsitan ecclesiam ordinat iuxta canonicas sanctiones, dum ille de quo ecclesia prouidetur, per aliquorum ex patronis violentiam corporalem nancisci possessionem non potest, situnc diocesano ad hoc dicti Regis inuocet brachium, ipse non solum non defendit eundem, immo fauet iniuriam inferenti, hoc ipsum seruans in omnibus, que sunt contra ecclesiasticam libertatem. Respondent prefati procuratores, quod idem Rex nihil eorum, de quibus premissus articulus querelam continet, fecit hactenus, & promittunt quod ipse non faciet in futurum, & quod brachium suum contra facientes iniuriam in premissis, quando fuerit inuocatum, exhibebit sicut iura volunt.

26 Vigésimus primus articulus est. Item quod preteritum exercenda iustitia ponit non modestos & timoratos meirinos, & submeirinos, qui exactiones in ecclesijs faciunt, sicut volunt: & cum de stipendijs que ab ipso Rege percipiunt, sustentari deberent, cum intolerabili euectionum, & personarum multitudine in ecclesijs, monasterijs, & cameris, seu capellis, & possessionibus episcoporum, et Templariorum quoque, ac Hospitaliariorum domibus, & alijs pijs locis, & eorum possessionibus hospitantur, per loca huiusmodi passim, & assidue discurrunt, de bonis eorum sibi faciunt necessaria ministrari: id ipsum etiam a baronibus, iudicibus, & alijs officialibus dicti Regis, & quibuslibet alijs perpetrantur. Respondent supradicti procuratores, quod idem Rex talia non fecit hactenus, & promittunt, quod ipse non faciet in futurum; & quod si talia tempore patris sui vel suo per alios facta dicantur, exhibebit conuenientibus iustitie complementum, de damnis & iniurijs satisfieri faciendo, & delinquentes puniendo, prout fuerint puniendi.

Vigésimus secundus articulus est. Item quod ab illis ecclesijs, in quibus ius obtinet patronatus, procuraciones immoderatas, seu seruitia onerosa de nouo exigit, & ad dandum sibi equitaturas, si habeant, & ad emendum pro ipso quales sibi placet, si non habeant, earundem compellit rectores. Respondent procuratores prefati, quod idem Rex de ijs omnibus nihil fecit, & promittunt, quod non faciet in futurum; & specialiter quod procuraciones non recipiat, nisi sibi debitas, & illas recipiet moderatas.

27 Vigésimus tertius articulus est. Item quod si aliquis baliuus vicarij, officialis, seu maior domus terra Regis, baronis, seu cuiuscumque alterius ab eo terram tenentis in beneficium, vassallo seu cuiuslibet alij homini alicuius episcopi, clerici, vel religiosi crimen impingit aliquod, trahens super hoc eum in causam coram terra iudice, ut ea possit occasione pecuniã extorquere, non permittitur ei a supradictis potentibus in illa terra, quod contra eas habeat aduocatum, nec iudex est ausus de aduocato sibi, ut de iure tenetur, & consuetudine providere: nec ausus foret aduocatus aliquis aliunde aduocatus aduocacionis inibi pro eo uti officio contra eos. Respondent predicti procuratores, quod idem Rex habet in domo sua aduocatos, quibus dat portionem & vestitum, quod aduocent pro populo & clero, & contra eum, si necesse fuerit: unde credunt, quod dictum est superius Regem non audiuisse, nec sciuisse, quod factum fuisset; quia si sciisset, fecisset emendari: & promittunt quod Rex precipiet, quod de cetero huiusmodi non committantur; & quod placet eidem Regi, quod quilibet in terra sua libere habeat aduocatum, & quilibet aduocatus libere præstet patrocinium, sicut ei competit; & quod iudices non habentibus aduocatos, libere de ipsis provideant; et quod si contra factum fuerit, querelantibus emendabit.

28 Vigésimus quartus articulus est. Item quod quando barones aut alij milites recipiunt castra a Rege tenenda, et seruanda pro stipendijs proprijs, faciunt ei homagium, quod sibi irato et parato in omnem euentum restituent castra sua: alioquin remanebunt exinde proditores. Huiusmodi autem castellani, ingruente guerra, vel ut auaritia sue satisfaciunt, singentes guerram in vicino futuram, ipsi et sui bladum, vinum, vaccas, porcos, et alia victui necessaria ab ecclesijs episcoporum, et alijs clericis ac hominibus eorumdem ad castra huiusmodi munienda, ut dicunt, accipiunt indifferenter, et siue guerra superueniat siue non, nullo modo restitunt sibi ablata, nec Rex eos ad restitutionem compellit, nec barones aut quoslibet milites terram ab eodem Rege seu baronibus ipsis tenentes, et alios quoscumque nobiles, et potentes, qui singuli in locis suis episcoporum, et cathedralium, aut altarum ecclesiarum; monasteriorum quoque et ceterorum religiosorum, seu etiam clericorum homines, et clericos ipsos, in quibus nullum omnino ius habent, ad faciendam eis seruitia pro sua voluntatis libito compellunt, inuitos * cobbet * nec Rex predictos; sed permittit potius huiusmodi seruitutes in possessiones & homines ecclesiarum induci, nec defensat eosdem. Respondent procuratores prefati, quod idem Rex nihil horum suo tempore factum audiuit, & promittunt, quod si ad eum super ijs querela perueniat, querelantibus iustitiam exhibebit: & expriment, quod si bladum et alia victualia propter imminentem guerram capiantur in locis limitogrossis, siue que sunt in confinio in quibus hoc est consuetum, ipse Rex faciet exinde satisfieri, etiam si guerra in veritate immineat: si vero capta fuerint aliqua propter guerram non imminentem, sed malitiose conficiam, non solum satisfieri faciet, sed et puniet facientes, quoque ab hominibus ecclesiarum quarumlibet regni sui, siue monasteriorum, vel religiosorum, aut etiam clericorum non permittit exigi seruitia non debita; et quod si per barones, vel milites, seu quoslibet alios contrarium factum fuerit, querelantibus exhibebit iustitia complementum.

29 Vigésimus quintus articulus est. Item quod ipse Rex inuocit seruitutes episcopis, abbatibus, prioribus, et alijs, compellendo eos, ut portarios suos teneant, et pro eis tenendis maiori suo portario certam sum-

Eligendi
patroni
causarum
concessa
libertas.

ut ad
dicitur
ibidem

* nec

Compe
scende
prefecto
rum arcium
rapina.

summam pecunia tribuant, & eisdem portarijs alias provideant in salario & expensis. Respondent procuratores predicti, quod licet a tempore aui & proavi dicti Regis, & etiam patris sui portarij positi fuerint in predictis locis per ipsos; ipse tamen Rex ad instantiam prelatorum concessit eis, ut de cetero contra voluntatem suam portarios habere non compellantur, nec eis provideant in salario, vel expensis, nisi quando eis placuerit habere portarios ad voluntatem suam, si sibi & ecclesijs suis viderint expedire: & tunc portarijs, quos habuerint, provideant de salario competenti, & maior portarius, quando prelati & personis ecclesiasticis concedit minores portarios, salarium recipiat moderatum: & promittunt ipsi procuratores, eundem Regem dictam concessionem perpetuo seruaturum.

Vigesimus sextus articulus est. Item si aliqua ecclesia rationabilem de aliquibus possessionibus permutationem diocesanis sui facit auctoritate cum alia, vel ipse diocesanus cum alio, dictus Rex, ut ecclesiarum solummodo profectum impediatur, frequenter obstaculum interponit. Respondent procuratores prefati, quod idem Rex contenta in articulo nunquam fecit, & promittunt quod non faciet in futurum.

Vigesimus septimus articulus est. Item quod preficit Iudeos indifferenter contra generalis statuta concilij, legemque paternam in officijs publicis Christianis, quos ad deferendum signum, quo a Christianis qualitate habitus distinguantur, compellere, deberet, prout in generali concilio est statutum: propter quod damnata commixtionis excessus, sub erroris potest velamento presumi; nec ipsos Iudeos ad debitas decimas persoluendas compelli permittit. Respondent supradicti procuratores, quod idem Rex quantum est ad Iudeos, quod non preferantur Christianis in officijs publicis, seruabit quod super hoc statutum est in concilio generali: quantum est de signis, quod distinguet Iudeos a Christianis per aliquod signum: quantum est de decimis Iudeorum; respondent, quod ipse permittet eos compelli, & promittunt ipsum Regem ita perpetuo seruaturum.

30 Vigesimo octauus articulus est. Item si que ecclesia cathedralis vacent, idem Rex maiorem sibi auctoritatem vendicare intendens in eis, pro clericis familiaribus suis, vel alijs minus dignis, de quibus sperat quod in ecclesiarum negotijs, seu dispositionibus eorundem, eius sequentes arbitrii, ipsas ecclesias contra eum in suis iuribus & libertatibus non defendent, capitulis ecclesiarum huiusmodi vniuersaliter, et singulariter singulis suas literas mittit, precibus exigens, & minis grauibus, & terroribus interiectis, ut nullum omnino in episcopum eligant, nisi quem ipse in huiusmodi literis nominat, vel per suos facit nuntios nominari. Hoc idem in alijs ecclesijs minoribus facit, quibus est per electionem de prelati vel rectoribus provideendum. Respondent procuratores prefati, quod idem Rex si preces aliquando porrexerit pro aliquibus eligendis in ecclesijs cathedralibus aut alijs, pro dignis interposuerit partes suas, nullis super hoc minis vel terroribus interiectis; & quod super hoc non grauauit, nec intendit grauare ecclesias vel canonicos: & promittunt Regem ita perpetuo seruaturum, nec in suis precibus adiecturum, quod nullus alius eligatur, nisi is, pro quo direxerit preces suas.

Vigesimus nonus articulus est. Item quod nititur ad forum suum testamentarias, & alias ecclesiasticas euocare causas, defunctorum clericorum occupando legata, ac rectorum ecclesiarum decedentium bona, ipsarum ecclesiarum intuitu acquisita. Respondent procuratores predicti, & promittunt, quod Rex in isto articulo ius commune seruabit.

Deinceps sequuntur articuli, sicut formati fuerunt in literis domini Gregorij Papae X. super ijs de quibus prelati dicti vna cum premissis articulis predicto domino Clementi oblati, eidem domino Papae Gregorio conquesti dicuntur.

31 Trigesimus articulus est, inter alia quidem quae nostris sunt auribus intimata, mirantes audiimus, &c. Pratermittimus ea silentio, cum iam ante a nobis ex ipsis praecipua fuerint suo loco recensita a, quae regij procuratores inficiantur, ac spondent, Dionysium ecclesiasticum ius in ijs nunquam violaturum, compressurumque regia auctoritate eos, qui vim ecclesijs intulerint: Actum Roma in ecclesia S. Mariae maioris anno Domini MCLXXXIX. indictione II. pontificatus predicti domini Nicolai Papae IV. anno I. die duodecima mensis february presentibus venerabilibus patribus dominis G. Mimatensi & . . Aegitaniensi episcopis, ac venerabilibus viris magistro Berardo de Neapoli domini Papae notario, domino fratre Roderico Compstellano, & magistro Garzia Seguntino electis; ac discretis viris domino Fernando Roderici decano ecclesiae Abulensis magistris, Laurentio scholastico Vvratilauensi. Et infra: Nos miseratione diuina frater Latinus Ostiensis, & Velletrensis episcopus, Petrus tit. S. Marci presbyter, & Benedictus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinales predicti ad maiorem premissorum omnium firmitatem & certitudinem pleniorum praesens publicum instrumentum sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri.

32 Cum his Lusitani Regis oratorum responsis praefules acquiescerent, nec enim regium obscurare honorem, sed iuri ecclesiastico consulere affectabant; atque etiam memorati oratores sponderent, Regem Dionysium promissa ab ipsis summa religione seruaturum; Pontifex conuenta inter ipsos Apostolica auctoritate corroborauit. Quae ne facile a Regibus violarentur, censuras, si ab his deficerent, obiecit b.

Nicolaus &c. ad perpetuam rei memoriam.

De fratrum nostrorum consilio ad eorumdem archiepiscopi [scilicet Bracharenfis] & episcoporum Colimbriensis, Siluenfis, & Lamecensis, nec non & procuratorum supplicationis instantiam, compositionem predictam, quantum ad responsiones factas ad articulos in dicto instrumento contentos, & omnia quae in responsionibus continentur eisdem, auctoritate apostolica confirmantes, & praesentis scripti patrocinio munitentes ordinamus, provideamus, decernimus, atque statuimus in omnibus & singulis articulis in instrumento praefati tenore nostris, ut praedicitur, annotando literis comprehensis, ea quae in predictis factis ad eos responsionibus continentur, tam ab ipso Rege Dionysio, & eius successoribus, qui continuata temporum, & successionum perpetuitate in saepato regno successerint, quam a quibuslibet officialibus, & ministris ipsius; nec non & baronibus, ceterisque habitatoribus regni eiusdem, prout singulis eorum competit, inuiolabiliter obseruanda.

33 Quod si per eundem Regem Dionysium aut praedictorum successorum, officialium, ministrorum, & habitatorum aliquem contra predictam compositionem, & haec nostra confirmationem, ordinationem, provisionem, decretum, siue statutum, quicquam fuerit temeraria praesumptio commissum, & idem Rex vel quibus eius successor, qui pro tempore praerit regno predicto, monitus per loci ordinarium, in quo id commissum fuerit, vel ipso extra terram praefati Regis absente,

Iudaei publicis muneribus eiiciendi.

Signo distinguendi.

Restituta in designatis episcopis libertas.

Ecclesiastica causa ad forum seculare non trahenda.

re, per eius vicarium, vel per capitulum ecclesie cathedralis, ecclesia ipsa vacante, id infra duos menses non emendauerit, vel sicut ad ipsum pertinebit, non fecerit emendari, ex tunc capella ipsius ecclesiastico subiaceat interdicto: ita tamen, quod huiusmodi prima monitio siue per ordinarium, siue per vicarium, siue per capitulum eam, vt prædicitur, fieri contingat de consilio, & assensu archiepiscopi Bracarenfis, qui pro tempore fuerit, vel duorum episcoporum; & si propter commissum in ciuitate, vel diocesi Bracarenfi fuerit facienda, de consilio & assensu saltem vnus episcopi de regno prædicto procedat.

34 Quod si post lapsum duorum mensium prædictorum iterum monitus per ordinarium, vel vicarium, aut capitulum memoratos per alios duos menses in contumacia non emendandi, vel faciendi emendari perstiterit, loca quælibet, ad quæ ipsum contigerit declinare, quamdiu inibi præfens fuerit, simili subiaceant interdicto. Rursum si forte post lapsum quatuor mensium prædictorum similiter per ordinarium, seu vicarium, aut capitulum tertio monitus aliorum duorum mensium spatio in huiusmodi contumacia manserit obduratus, eo ipso sententiam excommunicationis incurrat, quam ex nunc in eum casum ferimus in eundem.

35 Omnes autem præmissas monitiones tam primam, in qua solum debent archiepiscopi Bracarenfis, vel duorum episcoporum, vt præmittitur, aut vnus episcopi, cum contingit monitionem fieri ob commissum in ciuitate, vel diocesi Bracarenfi, requiri consilium & assensus; quam sequentes alias, in quibus non sunt consilium, & assensus huiusmodi requirenda, in scriptis fieri mandamus, & in eis offensam exprimi, super cuius emendatione Rex eius temporis admonetur. Prælati vero, ac eorum vicarij, & cathedralium ecclesiarum vacantium capitula diligentius caueant, ne ad ipsas sine rationabili & necessaria causa procedant.

36 Porro si, quod absit, Rex aliquis Portugallia taliter monitus prædictas pœnas animo contempserit pertinaci, non immerito poterit formidare, quod non solum ad generale interdictum totius regni prædicti, & cuiuslibet alterius terræ suæ; sed etiam ad absolutionem vassallorum eius ab obseruatione iuramentorum fidelitatis & homagij, quibus sibi altricij fuerint; & ad interdendum eidem Regi, ne iure patronatus, si quod habet in dicti regni ecclesijs, vti possit, sedes memorata procedat, prout sibi expedire videbitur, & facti qualitas suadebit. Per hæc autem prælati dicti regni procedendi ex officio suo in alijs casibus, qui compositionem huiusmodi non contingent, non adimimus potestatem: sed eis libera, prout a iure conceditur, sit facultas.

37 Sane sicut compositionem, & confirmationem, ordinationem, prouisionem, decretum, statutumque prædicta quoad præfatos articulos comprehensos in tenore prædicto volumus inuoluntate obseruari; sic de consuetudine eiusdem sedis benignitate concedimus, vt si memoratus Rex Dionysius, aut dictorum suorum quilibet successorum præfatos interdictorum, & excommunicationis sententias a nobis latas incurrerit, & deinde ad cor rediens plene satisfacere sit paratus; ita quod ille, qui monitionem fecerat, vel eo extra dictum regnum absente, ipsius vicarius, exinde merito sit contentus; satisfactione huiusmodi præfata, eo ipso interdicta sint eadē relaxata; quodque ipse Rex, siue successor a sententia excommuni-

cationis per suum confessorum in forma Ecclesie auctoritate nostra absolui possit, iniuncta sibi pœnitentia saluari, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem non. maj. anno II.*

38 His constitutis, Pontifex sacrorum vsus Lusitania restituit, & omnibus, qui anathematis vinculis violatæ libertatis ecclesiasticæ causa deuincti erant, a sacerdotibus impetrandæ absolutionis potestatem contulit.

Nicolaus etc. ad certitudinem præsentium et memoriam futurorum.

Incolis dicti regni [nempe Lusitani] tanto tempore diuinorum sacramentorum participatione priuatis pio compatientes affectu, & desiderantes in hoc eis salubriter & celeriter prouidere, prædictas interdicti sententias in consistorio publico ad hoc specialiter congregato, ad instantem & humilem supplicationem prælatorum & procuratorum eorundem, ex consuetudine sedis Apostolicæ benignitate, de ipsorum fratrum consilio duximus relaxandas; vniuersis & singulis prælatis, religiosis, clericis, & laicis regni præfati, qui contra dictam ordinationem siue prouisionem prædecessoris eiusdem [nempe Gregorij X.] temere veniendo, excommunicationis sententiam incurrerint, vt a suis ordinarijs vel, ipsis absentibus, ab eorum vicarijs, vel aliqua prædicti regni ecclesia cathedrali vacante, a vicarijs seu vicario quoad spiritualia, in eadem in forma Ecclesie auctoritate apostolica ab huiusmodi sententia possint absolui: ipsisque ordinarijs, ac vicarijs eos absoluendi & dispensandi cum illis personis ecclesiasticis, quæ sic ligatæ se immiscendo diuinis, irregularitatis maculam contraxerunt, liberam concedentes tenore præsentium facultatem, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem x. kal. aprilis anno I.*

39 Significauit Pontifex Dionysio Lusitania Regi censuras benignitate apostolica dissolutas, quas ob transgressam Gregorij X. constitutionem contraxerat; ea tamen lege, vt excurrente quadimestri spatio, sacramento sponderet promissa ab oratoribus religiose seruaturum. Præterea b Minoritarum & Prædicatorum Olisipponensium præfectis prouinciam imposuit, vt Regem censuris exoluerent: ac formam literarum præseripsit, qua Rex ipse data ab oratoribus fidei nunquam defuturum in solemnibus regni ordinum conuentibus promulgaturus esset, subiectis verbis conceptam.

Nos Dionysius, Dei gratia, Portugallia & Algarbij Rex notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod pridem in Romana curia, &c. Pluribusque interiectis, quibus gestæ rei series a nobis exposita narratur, subiungit: Nos itaque in hac nostra generali curia dictas petitionem absolutionis per eosdem procuratores nostros, ac iuramenti præstationem per memoratum cantorem, nimirum Petrum Elborensensem, factas, necnon præmissam compositionem ac omnia & singula, quæ cum archiepiscopo, scilicet Bracharenfi, & episcopis memoratis, erant ij Colimbriensis, Siluensis, & Lamecensis antistites, per sæpèfatos procuratores nostros acta sunt, nostro nomine in præmissis, ratificamus, acceptamus, & approbamus, ex certa scientia, tanquam nomine nostro acta, & præfatis confirmationi, ordinationi, prouisioni, statuto, atque decreto eiusdem summi Pontificis consentientes expresse, promittimus vobis religiosis viris priori Prædicatorum & guardiano Minorum fratrum ordinum Vlixbonensium, in hac curia nostra præsentibus, ac eorundem

Lib. 1.
ep. cur. 102

Sacrorum
v. sus Lusitaniae
restitutus.

Dionysij
censuris
soluendi
data auctoritas.

b Ibid. ep.
100.

c Ext. ibid.

Præscripta illi pro
redintegranda
diuina ecclesiastico
forma.

summi Pontificis & ecclesie Romana nomine solemniter stipulantibus, & promissionem nostram recipientibus ex concessa vobis ad hoc per sedem Apostolicam plena & libera potestate; nos & successores nostros predictos, quos omnes & singulos ad hoc specialiter obligamus, dictam compositionem ac predicta omnia ac singula, prout ad nos ac successores ipsos pertinet, plenarie impleturos & perpetuo inuolubiliter seruaturos; vobis presentes patentes literas, plumbeo nostro regio sigillo pendenti munitas, eiusdem ecclesie Romana nomine iuxta formam vobis a sede Apostolica destinata, in perpetuum testimonium concedentes. Dat. in nostra generali curia. Plura alia de redintegrato in Lusitania iure ecclesiastico occurrunt, quæ ne lectorem fatigemus, præterimus; superiora vero quæ prolixiora forte cupiam videri poterunt, licet breuitati studeamus, ob eorundem tamen dignitatem contrahere non licuit. Antequam vero ex Hispanicis rebus nostra digrediat oratio, quæ in Castella gererentur, percensenda sunt.

40 Instaurauit cum Philippo Francorum Rege pacem Sanctius Castellæ & Legionis Rex, cum ante diuturnum bellum cum ipso atque Alfonso ipsius patre ob Ferdinandi filios sceptri successione exclusos gestum esset. Quam rem Sanctio mox Nicolao significante, deprecanteque; vt quam tertio consanguinitatis gradu coniuncta duxerat vxorẽ, sibi retinere liceret, sanctissimus Pontifex de conciliata pace est gratulatus: ad petita vero respondit a, se nondum certi aliquid in ea re statuere posse.

Charissimo in Christo filio Sanctio Regi Castellæ ac Legionis illustri.

Venientes ad Apostolicam sedem dilectos filios archidiaconum de Salnes in ecclesia Compostellana, & fratres Gundisaluum, ac Nicolaum ordinis Minorum Regi celsitudinis nuncios libenter vidimus, & affectuose recepimus intuitu destinantis, eis benignam audientiam tribuentes. Per quorum solertem industiam, te nostris & Apostolicæ sedis obsequijs tamquam deuotionis & reuerentiæ filius promptum offerens & paratum; ac etiam expresse notificans, te pridem cum charissimo in Christo filio nostro Philippo Rege Francorum illustri pacis fœdera reformasse, nobis instanter & humiliter supplicasti, vt tecum super matrimonio per te dudum cum quadam nobili muliere tibi tertio consanguinitatis gradu coniuncta contracto, vt in eo remanere licite valeas, dispensare de solite benignitatis clementia dignemur; præfato Rege per nuncios proprios ad sedem destinatos eandem dispensationis huiusmodi gratiam pro te cum instantia postulante. Sane, fili charissime, tuam nolumus latere notitiam, quod ab olim ante nostræ promotionis exordium personam regiam, sui que honoris felicia incrementa speciali quadam affectione dileximus & cõtinuatis beneuolis studijs, quæ sinceritas mentis fouet, diligere non cessamus; amplo desiderio cupientes, vt in cunctis sic te prudenter & prouide dirigas, sic laudabiliter tuos actus & opera veluti princeps catholicus, e deuota profapia genitus modereris, vt Regi Regum, per quem regnas, & regeris, iugiter occurras acceptior, magisque in eius reddaris oculis gratiosus, ac in orbe terrarum nominis tui fama clarioribus titulis augeatur. Porro huiusmodi oblationem regiam per eosdem vt præmittitur, nuncios nobis facta eo vberioribus actionibus prosequimur gratiarum, quo ex deuotionis affectu processisse conspicitur potioris.

Placet quoque nobis pacis reformatio supradicta.

Super dispensationis autem postulatæ negotio, certum magnitudini regie responsum ad præfens mittere non valemus, impedimento multiplici, quod in hac parte ingeritur, obsistente; quamquam libenter affectibus regijs, quantum cum Deo possumus, annuamus: sed tandem habita super hoc certitudine pleniori disponimus nostræ in hoc intentionis propositum tibi, cum expedire videbitur, plenius aperire. Rogamus igitur serenitatem regiam & hortamur attente, quatenus molestæ non feras, si petitionem regiam, super huiusmodi nobis dispensatione porrectam, ad exauditionis gratiam in præsentiarum non duximus admittendam: licet tibi, vt pote filio prædilecto, apostolici fauoris suffragium in ijs, quæ te contingere dignoscuntur, impendere actore Domino intendamus. Dat. Roma apud S. Mariam maiorem 11. non. nouembris anno 11.]

Permiserat a porro antea Pontifex idem, vt Salamantinus episcopus eos Ecclesie conciliaret, qui bello civili flagrante dum tenebat obiectum regno Alfonso Sanctij patrem interdictum, res sacras peragendo anathemate erant deuincti.

41 Iam ad res Gallicas orationem conuertamus, vbi primum occurrit, monitum b etiã a Nicolao Philippum Francorum Regem, vt improbam legem rescinderet, qua cautum erat, ne episcopi procuratorum opera, sed præfentes in regia Gallica iudicio disceptarent: vnde & diuinus cultus obsoluebat in ecclesijs, & animarum saluti detrahebatur.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.

Nuper ad nostrum peruenit auditum, quod in curia ipsa [regia nimirum] quamuis, vt dicitur, viris decorata prudentibus, non absque iuris iniuria statutum seu consuetum, vt patriæ verbis vtamur, fore dignoscitur, quod in ea nulli prælatorum regni prædicti per procuratorem, quantumlibet legitime constitutum, agere liceat, vel actionem etiam modicam quomodolibet intentare; quamobrem iidem prælati, prout fide dignis aperitur affatibus, & attenta facti consideratio suggerit, multipliciter prægrauantur, eo quod pro causis ecclesiarum suarum & suis in curia pro tempore motis eadem; nec non compelluntur anno quolibet causis ipsis durantibus per longi temporis spatium moram in illa contrahere personalem, & ab ecclesijs abesse per consequens memoratis, non absque illarum detrimento permaximo, & graui etiam periculo animarum, quarum est eis cura, & sollicitudo commissa: vt labores plurimos, tedia grandia, & expensas innumeras, quæ occasione huiusmodi subire coguntur, fera silentij concludamus.

42 Cum itaque statutum seu consuetum huiusmodi, vt pote iuri contrarium, dissonum æquitati, & vt dicitur, ab obseruantijs & consuetudinibus subditorum tuorum iurisdictionem exercentium alienum, a te non debeat aliquatenus tolerari; præsertim cum Deo displiceat, & claris titulis deroget regie dignitatis; excellentiam tuam rogamus & hortamur attente, ac pro tui honoris augmento requirimus ex affectu, quatenus ob diuinam & Apostolicæ sedis reuerentiam prælati, ecclesijs, & animabus eisdem regia pietate compatens, statutum seu consuetum ipsum; cum ex eo, prout asseritur, profectibus regijs nil accre-

Inita inter Sancium Castellæ, & Philippum Francorum Reges cõcordia.

a Lib. I. ep. 611.

Rem Nicolao significat Sancius.

Petit legẽ de coniugijs ad suam & vxoris gratiã solui.

Hortatur ipsũ Pont. ad regnũ præclare gerendũ.

scat, & prælatis ecclesijsque prædicis multipliciter sit damnosum; sublato difficultatis obstaculo reuocare, vel saltem temperare procures, vterius minime resumendum; de benignitate regia permitrendo, vt iidem prælati, quos vna cum ipsorum ecclesijs tibi propensius commendamus, per eorū procuratores idoneos in suis, & ecclesiarum suarum causis seu litibus, prout de iure fuerit, admittantur. *Dat. Roma apud S. Mariam maiorem id. aprilis anno 11.]*

43 In Germania Coloniensis ecclesia a nonnullis magnatibus, qui fœdera inter se percusserant, nimirum duce Brabantia, Henrico e Iuliano & Adolpho e Monte comitibus, grauissime oppressa ingemuit. Siffridusque archiepiscopus ab ijs captus superiori anno, atque in vincula non sine suorum strage coniectus, cum is coniunctus cū Gueldria comite, a quo Ioannes Brabantia dux Limburgensem comitatum repetebat, suæ defensionis ecclesiæ iura, apud Vvaronc deletus esset, de quo prælio Hocsemius a: *Anno, inquit, Domini mclxxxviii. die sabbati nonas iunij in die Bonifacii bellum apud castrum de Vvaronc famosum committitur & insigne, etc. agit de his factis, bellique causas & seriem enarrat. At Pontifex dignitatis ecclesiasticæ tuendæ sollicitus, cum necdum hoc anno laxatus vinculis Siffridus esset, Henricum b Iuliacensem, ducem Brabantia c, aliosque fœderatos, archiepiscopum custodia emittere reddere libertatiq; iussit. Ne vero, si in scelere obfirmati essent, ferrent impune, Treuirensi archiepiscopo prouinciam imposuit d, vt anathemate bonorumque multa intentatis ad laxandum vinculis archiepiscopum illos compelleret.*

Venerabili fratri archiepiscopo Treuirensi.

Nefandæ præsumptionis excessus, in personam venerabilis fratris nostri Sifridi Coloniensis archiepiscopi, magni vtique ac honorabilis Ecclesiæ Dei membri, per impietatis filios, iniquitatis alumnos, Ioannem ducem Brabantia, Henricum de Iuliano, & Adolphum de Monte comites ecclesiæ Coloniensis vassallos, & eorum in hac parte complices & fautores temeritate damnabili perpetratus; prout ipsius ecclesiæ validus clamor insinuat, & querulis famæ diuulgantis affatibus aperitur; nuper Apostolicæ sedis auditum perculit, turbauit mentem, & eius intima quasi diri doloris aculeus faucianit. Audiuimus etenim, quod dux & comes supradicti proprijs non contenti limitibus, & temerarijs ausibus data licentia, sceleratissiq; operibus relaxatis habenis, contra fidelitatis debitum, quo eidem tenentur ecclesiæ, temere venientes, conspirationem, coniurationem, & confederationem cum ciuibus Coloniensibus, aduersus prædictos archiepiscopum, & ecclesiam nequiter inierunt; & tandem præconceptam nequitiam producentes in partem, suæque claustra malitiæ referantes, terram ipsius ecclesiæ cū armatorum multitudine copiosa hostiliter inuasurunt. Cumque castrum Vvaronc prope ciuitatem Coloniensem constitutum, & ad eandem, vt dicitur, ecclesiam pertinens, vbi tunc idem archiepiscopus morabatur, arctius obsedissent; possessiones, & bona ipsius ecclesiæ in circumadiacentibus consentientia partibus multimodis quasi grassantibus, ac efferatis animis dissipantes, redditus, & prouentus eiusdem ecclesiæ ibidem inuentos ignis incendio concremando; memoratus archiepiscopus tantis non indigne commotus iniurijs, tantis & tam grauibus damnis, quæ in conspectu eius sibi ac eidem inferebantur ecclesiæ, non immerito

prouocatus; ac intendens, prout spectabat ad eum, prauis illorum conatibus obuiare, congregata non modica ipsius ecclesiæ copia vassalorum, qui sibi super hoc fauorabiliter assistebant, contra ducem, comites, & alios supradictos exiit prout poterat, resistendo.

44 Denum dux, comites & alij prælati, suo ad malum directo proposito, & manibus extensis ad scelera in eundem archiepiscopum, & gentem ipsius impie irruentes, ac in gentem ipsam furentibus gladijs saeuientes immaniter; illum, venerabilem vtique Christi ministrum, & pontificalis dignitatis titulis reuerendum, grauibus lacrimis iniurijs, taturatum probris, & afflictionibus contumeliosis affectum capere ausu sacrilego præsumperunt, eum carceralibus vinculis temeritate damnabili mancipantes, quem adhuc detinere dicuntur taliter mancipatum; nihilominus prædictam Coloniensem ecclesiam in possessionibus, & bonis ipsius multipliciter lædere, perturbare, & opprimere non desinentes, in grandem diuinæ Maiestatis offensam, Apostolicæ sedis contemptum non modicum, plurimorum scandalum, & graue animarum fidelium, quarum eidem archiepiscopo cura commissa dignoscitur, detrimentum. Et quamquam per nonnullos prælatos, & alias ecclesiasticas secularesque personas, qui eisdem archiepiscopo & ecclesiæ super tantis grauaminibus, iniurijs, & iacturis pio compatiuntur affectu, penes ducem, comites, & alios supradictos sit hætenus multipliciter laboratum, vt ipsi propriæ saluti, & famæ salubriter prouidentes, eundem archiepiscopum pristina restituerent libertati, ab ipsius ecclesiæ turbationibus, grauaminibus, & oppressionibus abstinendo; huiusmodi tamen labores steriles & inutiles abierunt: & quod pia quæsiuit instantia, obtineri nequiuit, detentorum ipsorum detestanda duritia obsistente.

45 Cum itaque tam horrendæ tamque superba temeritatis audaciam, & execrabilem ac nefariam detentionis iniuriam archiepiscopi memorati nolimus, sicuti nec debemus urgente nos conscientia, æquanimiter sustinere, quin ad exerendum contra tanti facinoris patratores vltionis apostolicæ gladium (maxime cum publicum & manifestum existat, illos huiusmodi flagitium commisisse) prout expedit & decet procedamus; fraternitati tuæ per apostolica scripta in virtute obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, quatenus huiusmodi negotium, cordi nostro potissime insidens, sub promptitudine deuotionis assumens, prædictos comites, eundem archiepiscopum, vt dicitur, detinentes, ex parte nostra per te, vel per alium, seu alios iuxta datam tibi ex alto prudentiam diligenter moneas & inducas; eis nihilominus sub excommunicationis, & priuationis feudorum quorumlibet, quæ ab eadem Coloniensi, & alijs quibusuis ecclesijs & monasterijs tenere noscuntur, pœnis, quas eo ipso præfatos comites incurere volumus, si tuis, immo potius apostolicis monitis super hoc non curauerint efficaciter obedire; districtius iniungendo, vt infra quindecim dies post monitionem huiusmodi prædictum archiepiscopum & alios secum captos, & detentos ab eis cum bonis ablati eisdem, sublato cuiuslibet difficultatis obiectu, pristina restituant libertati: & nihilominus eidem Coloniensi ecclesiæ de damnis & iniurijs ab eis in hac parte irrogatis eidem, plenariam satisfactionem impendere non postponant, &c. *Dat. Reate non. augusti anno 11.]* Grauibus etiam querelis plenas ad Rodulphum

Contrahere copias prælio superant.

Tradidere custodia.

Rogati archiepiscopum restituere libertati non poterunt.

Data Treuirensi archiep. prouincia, vt ipsos obiectis censuris reddere illum libertati cõpellat.

Romanorum Regem ^a, atque ad nonnullos alios literas ^b scripsit, vt ipsos ad ferendam opem archiepiscopo excitaret. Obdruit nimirum foederatorum principum pertinacia: sequenti enim iterum anno Treuirensi, & Maguntino archiepiscopis atque episcopo Metensi data ^c fuere imperia, vt censuras acerbiores distringerent in Colonienfis archiepiscopi detentores, Rodulphi- que Regis Romanorum implorata ^d arma: *Clamant, inquit, in auribus nostris venerabilis Colo- niensis ecclesia, clamat et vocem doloris ingeminat, vocem lamentationis inculcat, utpote pastoris proprij destituta regimine, sui que nudata praesidio defen- soris. Et infra: Cum itaque huiusmodi negotium cordi potissime babeamus, dictique archiepiscopi praesumptuosa detentio valde displiceat votis nostris, celsitudinem regiam rogandam attente duximus, et hortandam, quatenus pro diuina, et Apostolica sedis ac nostra reuerentia penes ducem et comites praelibatos, prout utilius expedire putaueris, diligenter insistas, vt ipsi sua saluti & fame salubriter consulentes, praefatum archiepiscopum & alios secum captos cum praedictis bonis ablatis eisdem, sublato cuiuslibet difficultatis obiectu, pristina restituant libertati; sic te in ijs prompte ac efficaciter habiturus, vt exinde apud Deum, qui nullum bonum irremuneratum praeterit, crescas cumulo meritorum, tuae fame praeconium augeatur in populo, & Apostolica sedis fauorem & gratiam possis uberius promereri.*

46 Caterum Rodolphus hoc tempore vrgebat, vt imperialia ornamenta Pontificis manu acciperet, atque nunciorum opera significauit, vel appetente hyeme, vel aestate proxima in Italiam, si Pontifex assentiretur, venturum. Cui Nicolaus internuncium mittendum censuit ^e, vt quae factio opus erant, adornaret. De quo subiectae literae exaratae. ^f

Charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Nuper ad nostram praesentiam accedentes dilectos filios fratrem Bruchardum magistrum hospitalis S. Mariae Theutonicorum, Ierosolymitan. & magistrum Henricum protonotarium tuum Regiae celsitudinis nuncios libenter vidimus, & affectuose recepimus intuitu destinantis; & quae coram nobis per eos, quos de sollicitudinis studio commendamus, ex parte regia fuere proposita, benigno auditu percepimus, plenoque collegimus intellectu. Ex quorum reuelante propositione, didicimus, quod processibus regijs, eius a quo gressus hominum diriguntur fauente clementia, aestate proximo secutura, siue circa hyemis futurae principium, si ad hoc sedis Apostolicae beneplacitum accedat, intendis stabiliter ad partes Italiae te conferre, diadema Imperij de nostris manibus, actore Domino, susceptorus. Porro, fili charissime, Romana mater ecclesia sibi non absque vberi delectatione commemorat, ac ingentij iucunditate recenset, quod erga ipsam a longis retro temporibus, prius quam honoris regij culmen ascenderes, & etiam postea sincerae deuotionis feruorem, & reuerentiae filialis affectum, quos tamquam Deo deuotus princeps, & ad opera pietatis expositus laudabiliter continuare non desinis, gerere studuisti: propter quod anxia noscitur, redditurque sollicita, vt per suae cooperationis effectum magnificentiae tuae status felicibus semper fulciatur euentibus, & votiuis successibus foueatur, cum ecclesia eadem, quae quantum cum Deo posse se existimat, promptis affectibus annuit votis tuis, proprium re-

putet exaltationis regiae incrementum.

47 Nos autem super ijs cum fratribus nostris contulimus diligenter, & tandem consideratis attentius, perpensaque deliberatione discussis, quae in tanti prosecutione negocij requiruntur, quia praefixus de tuo ad coronam aduentu terminus superuenientibus impedimentis effectum non habuit, honori regio credimus expedire, vt ad te nostrum nuncium mitteremus, per quem & tuae nobis intentionis processus pateret apertius, & nos, certitudine habita pleniori, possemus celsitudini regiae melius & competentius respondere. Nam alij tui nuncij contra nostrum eis impensum consilium, dum eramus in minori officio constituti, se ad breuitatem termini nimium arcauerunt. Gerentes igitur de venerabili fratre nostro Beneuenuto episcopo Eugubino latore praesentium, viro utique prouido & discreto, ac nobis & eisdem fratribus meritis suae multiplicis probitatis accepto, fiduciam in Domino pleniorum, ipsum ad te propter hoc specialiter destinamus; excellentiam regiam rogantes attentius, & hortantes, quatenus pro nostra & Apostolica sedis reuerentia praefatum episcopum benigne recipiens & honeste pertractans, solcite audias, & intelligas diligenter, quae super hoc ex parte nostra magnificentiae regiae duxerit explicanda. *Dat. Roma apud S. Mariam maiorem id. aprilis an. 11.* Rodulphi porro maiorem natu filium Albertum ducem Austriae huiusmodi privilegio affecit Nicolaus ^a, vt nullus sine apostolico Imperio ipsum, vxorem, ac filios percellere anathemate posset: *Sine speciali, inquit, sedis Apostolica mandato, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, praesentibus post quinquennium minime ualituris.*

48 In Polonia ^b Lescko Niger Cracouienfis, Sandomiriensis, & Siradiensis dux, superioribus cladibus, multisque aduersis casibus exceptus, partim moerore, partim morbo emarcuit. Quo defuncto, inter nobiles ac plebem pro eligendo principe discordia exorta est. Paulus enim episcopus Cracouienfis ac proceres conuentu habito Boleslaum Masouiae ducem praefecere, plebs vero Henricum quartum Vratislauensem ducem exciuit, quem venientem cum exercitu ciues in Cracouiam induxere. Boleslaus vero non ad principatum, sed ad bellum euocatum intuitus, reiectis nobilium precibus, qui illum principatui restituere armorum vi meditabantur, in Masouiam se recepit, atque ita nobiles, missis oratoribus, certis legibus Henricum ducem salutarunt.

49 Traducenda nobis iam est historia ad nonnullas pontificias leges hoc anno a Nicolao editas. Reuocauit ^c in primis constitutionem a Gregorio X. in concilio Lugdunensi de electione Romani Pontificis quoad omnium illius capitum obseruationem, ac literas a Ioanne XXI. eo argumento Viterbij pridie kalend. octobris primo pontificatus anno exaratas confirmauit: sed quanto publicae rei detrimento, diuturnum a Nicolai morte interpontificium ostendet. Sanxit etiam, vt cum Cardinales pontificij oneris partem in se susciperent, ecclesiae prouentibus potirentur, adeo vt prouentus, quos in diplomate designat, in duas partes distribuerentur, quarum altera ad pontificium avarium spectaret, altera inter Cardinales diuideretur.

Nicolaus, etc. Ad perpetuam rei memoriam.
Caestis altitudo potentiae, clementi prouiden-

^a Ibid. ep. 372.
^b Reg. post eand. ep.
^c Lib. 2. ep. 858. 859.
^d Lib. 3. ep. 276.
^e Lib. 2. post epist. 859. & form. Mar. Ebuli M. S. Vat. pag. 345. nu. 3235.

Rodulphus ferre opem archiepiscopo sollicitus.

^e Lib. 2. ep. cur. 10. & 11.
^f Ead. ep. 10.

Mittit ad Nicolaum oratores.

Insigne imperiale ab eo depositum.

dentia cuncta disponens, voluit cum summo Pontifice considerare S. R. E. Cardinales, vt ipsi tanquam membra eiusdem ecclesie capitis, in capiti deferrent, & submissis humeris ad regendum vniuersalis Ecclesie firmamentum, operosa sedulitate cum ipso Pontifice laborarent; & tam ipsius Ecclesie, quam totius orbis incumbentia, oneraindefessis cum eo sollicitudinibus partirentur. Hi sunt, quos dilexit Dominus, & velut precipuas & sublimes Ecclesie predictae columnas prerogatiua sublimauit honoris. Horum coetus in orbe magnificus, omnes & singulos, quibuslibet titulis decoratos, excellit. Horum altitudo consilij, & experta circum spectationis industria circadirigenda qualibet & agenda salubriter afferre vniuersaliter maiora commoda dignoscuntur. Ac ideo reputantes incongruum, vt ipsi Cardinales tanta prae diti dignitate, tantisque sollicitudinibus ac laboribus aggrauati, qui ad ferendum nobiscum tantorum iarcinam onerum, nobis incumbentium ex apostolica officio seruitutis, dies laboriosos agunt, noctesque perducunt insomnes, reddantur eiusdem Romanae ecclesie prouentuum & reddituum, ac prosperitatis expertes, cui communicant in aduersis; conspicientes quoque in nonnullis regnis, prouincijs, insulis, lacubus, ciuitatibus, terris, & locis ecclesie memorata vbilibet constitutis iura & iurisdictiones ipsius ecclesie multae hactenus negligentiae patuisse, & alias multis exposita fuisse dispendijs per occultatores & occupatores multiplices, qui ad eam manus illicitas extenderunt; dignum duximus, vt praedictos Romanae ecclesie vniuersos fructus, redditus, & prouentus, quos in Sicilia & Anglia, alijsque quibuslibet regnis, Sardinia, Corsica, alijsque insulis; necnon in marchia Anconitana, prouincia Romaniolae, ducatu Spoletano, terra Arnulforum, patrimonio B. Petri in Tuscia, Campania, & Maritima, Sabinia, Massa Trabaria, Carfagnana, comitatu Venesini, ciuitate Beneuentana, ac alijs terris & locis, & censibus praedictorum, eadem ecclesia obtinere dignoscitur, Cardinales ipsi modo participant infra scripto: firmam habentes fiduciam, quod de cetero per eorum sollicitudinem, diligentiam, & considerationem expertam, fauorisque praesidium in eisdem locis, & terris fidelium crescat deuotio, iustitia plenius reddetur, & aequitas diligentiori custodia habita seruabuntur; occupata, & alienata in statum debitum reducentur, & restaurabuntur etiam dissipata; ita quod huiusmodi participatio magni honoris & utilitatis pariet incrementum.

50 Quare de communi fratrum nostrorum consilio & assensu praesenti sanctione statuimus, & decernimus de plenitudine apostolicae potestatis, vt de vniuersis fructibus, redditibus, prouentibus, multis, condemnationibus, & censibus supra dictis fiat diuisio in duas partes, quarum vna papalium camerae semper cedat, reliqua vero inter Cardinales eosdem aequaliter diuidatur; quodque partem huiusmodi praedictorum fructuum, reddituum, prouentuum, multarum, condemnationum, & censuum collegium Cardinalium eorumdem percipiat iure suo. Vt autem praedicta successiuis temporibus salubrius & utilius valeant effectui mancipari, sancimus vt institutio & destitutio rectorum, qui praerunt locis & terris praedictis, & quorumcumque etiam aliorum fructuum dictorum reddituum, & prouentuum, multarum, condemnationum, & censuum collectorum fiat de consilio Car-

dinalium praedictorum. Nulli ergo, &c.

Ego Nicolaus catholicae Ecclesiae episcopus.

Ego Gerardus Sabinenensis episcopus. subscripsi.

Ego Ioannes Tusculanus episcopus. subscripsi.

Ego fr. Mattheus tit. S. Laurentij in Damaso presbyter Card. subscripsi.

Ego Petrus tit. S. Marci presb. Card. subscripsi.

Ego Iacobus S. Mariae in via lata diaconus Card. subscripsi.

Ego Neapoleo S. Adriani diaconus Card. subscripsi.

Ego fr. Latinus Ostiensis & Velletresis episcopus. subscripsi.

Ego Bernardus Portuensis & S. Rufinae episcopus. subscripsi.

Ego Berardus Pestrinus episcopus. subscripsi.

Ego fr. Hugo tit. S. Sabinae presbyter Card. subscripsi.

Ego Mattheus S. Mariae in Porticu diaconus Card. subscripsi.

Ego Benedictus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Card. subscripsi.

Ego Petrus S. Eustachij diaconus Card. subscripsi.

Datum Reate per manum magistri Ioannis decani Baiocensis S. R. E. vicecancellarij xv. kalend. aug.

indictione secunda, incarnationis dominicae anno MCLXXXIX. pontificatus vero domini Nicolai

Papa IV. anno II. Meminit huius constitutionis Henricus Spondanus, meritoque obseruat ipsam

in desuetudinem abiisse grauissimas scilicet ob causas, cum aliunde Pontificum pia liberalitas Cardinales ad sustinendam dignitatem congruis vectigalibus instruere soleat.

51 Praetermittendum hic non ducimus erexisse apostolica auctoritate hoc anno Nicolaum apud montem Pessulanum academiam, quae hactenus maxima scientiae laude & gloria effloruit; de qua instituenda hoc diploma datum est.

Nicolaus, &c. dilectis filijs doctoribus et scholaribus vniuersis apud montem Pessulanum, Magalonenfis diocesis commorantibus, tam praesentibus, quam futuris.

Cum locus montis Pessulani celebris plurimum, & famosus, aptus valde pro studio, consideratis diligenter eius conditionibus, dignoscatur; nos utilitati publicae quamplurimum expedire credentes, vt in loco ipso cultores sapientiae inferantur, fructum desideratum, largiente scientiarum Domino, in tempore producturi, auctoritate praesentium indulgemus, vt in dicto loco sit deinceps studium generale, in quo magistri doceant, & scholares libere studeant, & audiant in quavis licita facultate; & si qui processu temporis in eodem studio fuerint, qui scientiam brauius assecuto, sibi docendi licentiam, vt alios licentius erudire valeant, petierint impertiri, sancimus, vt in iure canonico & civili, nec non & in medicina, & artibus examinari possint ibidem, & in eisdem facultatibus dumtaxat titulo magisterij decorari; statuentes, vt quoties aliqui ad magisterium fuerint promouendi, praesententur episcopo Magalonenfi loci diocesano, qui fuerit pro tempore, vel ei, quem ad hoc idem episcopus duxerit deputandum; qui magistris facultatis illius, in qua examinatio facienda fuerit, de vniuersitate vestra in eodem studio praesentibus conuocatis, eos gratis, & difficultate quacunque sublata, de scientia, facundia, modo legendi, & alijs, quae in promouendis ad doctoratus officium requiruntur, examinare studeant diligenter; & illos, quos idoneos repererint, petito secrete magistrorum eorumdem consilio, quod consilium in ipsorum consulentium dispendium, vel iacturam reuelari sub diuina quomodolibet maledictionis interminatione districtissime prohibemus; approbet & admittant, eisque petitam licentiam largiantur, alios minus

Cardinales qui Nicolaus asserere.

Spond in annal. to. I an. 1292. m. 4. ex col lect. consilij Rom. Pont. Card. Aragon. Obsoleuit ea constitutio. a Lib. 2. ep. 564.

Excitata in monte Pessulano a Nicolao academia.

Donandi laurea doctorali coram episcopo Magalonenfi sistenda sunt.

idoneos, penitus repellendo, postpositis omnino gratia, odio, vel fauore.

52 Caterum ne vacante Magalonensi ecclesia contingat promoueri volentes ad * magistratum impediti; volumus vt cum in ipsa ecclesia tres esse archidiaconos asserantur, archidiacono maiori presentis, vel eo in remotis agente, vel forsitan praepedito, secundo, vel illis praepeditis aut absentibus, tertio, promouendi huiusmodi vacationis tempore praesententur: qui eos examinent & examinatos approbent, vel reprobent, secundum modum in episcopo praetaxatum. Illi autem qui in loco praefato examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam obtinuerint, vt est dictum, ex tunc absq; examinatione, vel approbatione alia regendi, & docendi vbiq; plenam, & liberam habeant facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi. Sane, vt rite in praefatis examinationibus procedatur, praecipimus, vt magistri legere in eodem studio cupientes, antequam incipiant, praestent publice iuramentum, quod ipsi vocati ad examinationes easdem venient, nisi fuerint legitime impediti, ac gratis sine difficultate, odio & fauore postpositis, dabunt examinatori fidele consilium, qui de examinatis vel vt digni approbari debeant, aut vt indigni merito reprobari. Qui vero huiusmodi iuramentum praestare noluerint, nec ad legendum, nec ad examinationes easdem, nec etiam ad aliqua vniuersitatis vestrae commoda, vel beneficia vllatenus admittantur. Nulli ergo &c. Dat. Roma apud S. Mariam maiorem VII. kal. nouembris anno II. J Hæc ad augenda inter fideles scientiarum lumina constituta: iam quo studio errorum disseminatores sit insectatus Nicolaus, prosequamur.

53 Enituit pontificius zelus in tuendo religionis splendore, quem suis sordibus obscurare hæretici nitebantur: qui cum in Neapolitano regno ob bellorum motus grassarentur audacius, a fidei censoribus cõprimi magno studio inssi sunt, vtque ex vniuersa etiam Italia nascentem luem excinderet, ad omnium vrbium Italiae praetores, magistratus, ac praefectos datis literis b, latas ab Innocentio IV. constitutiones in hæreticos seruare ac referre in municipalium legum codices iussit, datamque fidei censoribus prouinciam significauit, vt ipsos ad id obiectis, anathemate & interdicto ecclesiastico, adigerent. Eæ vero constitutiones ab his verbis ducunt exordium c: Statuimus vt potestas, capitaneus, seu rector, seu consules, seu quicuis alij, qui ciuitati praesunt, vel loco alij ad praesens, aut pro tempore praesuerint in futurum in Italia, iurent praecise ac sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter, & seruare, &c. quæ cum in bulario extent d, praetermittendæ a nobis visæ sunt.

54 Obtinuit etiam a Venetis d, vt ex populi senarusque consilio decerneretur, publicam opem fidei censoribus ad plectendos hæreticos in eius reipublicæ ditione suppeditatum iri.

Dilectis filijs nobili viro duci, consilio, et communi Venetorum.

Accedentes ad Apostolicam sedem dilectos filios nobiles viros Marcum dictum Bembo, & Nicolaum Qujirini nuncios & syndicos, seu procuratores vestros solita benignitate recepimus, & tam quæ coram nobis ex parte vestra proponere voluerunt, quam quæ continebantur in procuratorij seu in instrumentis super eorum syndicatu confectis, attente audiuimus, & intelleximus diligenter. Porrò praefati syndici, iuxta suæ commis-

sionis tenorem in negotio procedentes, pro vobis & nomine vestro firmiter promiserunt, quod inquisitoribus prauitatis hæreticæ ad ipsorum officium efficaciter exequendum tu, fili dux, absque vlla requisitione consilij opportunum auxilium, cum ab eis requisitus extiteris, exhibebis; quodque depones pecuniam penes aliquem in Venetijs, a vobis cõmuniter inquisitorum ipsorum nomine deputatum; ita quod quodocunque inquisitores praefati pro eiusdem executione officij pecunia indigebunt, alibi pecuniam querere non cogantur, prout in instrumento publico super huiusmodi promissione confecto plenius, & seriosius continetur. Nos autem deuotionem in hac parte vestram, & quantum sit vobis cordi negocium fidei, experiri volentes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis, ac nostra reuerentia, promissionem eandem nomine, vt praemititur, vestro factam sic deuote, solicite, ac efficaciter adimplere curetis, impendendo inquisitoribus ipsis super exequendo eorum officio cõsiliũ, fauorem, & auxilium opportunum, vt exinde a Domino praemium, & a nobis dignæ commendationis titulum consequi valeatis, nec oporteat, si secus fieret, per Apostolicæ sedis prouidentiam aliud in hac parte remedium adhiberi. Tenores autem procuratoriorum praedictorum praesentibus fecimus annotari, qui tales sunt.

55 In Dei nomine Amen. Anno eiusdem natiuitatis MCLXXXIX. die quarto augusti secunda indictionis, ex tenore huius publici instrumenti appareat manifeste, quod illustri domino Ioanne Dandolo Dei gratia Venetiarum, Dalmatia, atque Croatia duce, domino quarta partis & dimidia totius Imperij Romania existente cum suo minori, & maiori & generali consilio, & communi Venetiarum ad voces praconum, & sonum campanarum more solito congregatis, capta fuit pars, & ordinatum & firmatum per ipsum dominum ducem, & per praedicta consilia, quod dominus dux habeat a maiori consilio plenam auctoritatem, & ab eodem consilio fuit eidem concessa dandi solus auxilium inquisitoribus pro officio hæreticæ prauitatis exercendo in Venetijs, quodocunque ab ipsis inquisitoribus fuerit requisitus sine alterius requisitione consilij. Item quod deponatur pecunia penes aliquem deputatum in Venetijs per commune ad nomen inquisitorum; ita quod quodocunque inquisitores indigerent pecunia pro officio, quod non oporteret eos alio perquirere nisi istum sic deputatum: qui teneatur, & debeat, quando requisierint, sibi dare, & recipiat pro communi Veneto omnem utilitatem, & proventus, qui ex officio prouenirent. In cuius rei fidem & euidenciam pleniorẽ dictus dominus dux mandauit de praedictis instrumentum publicum per me Martinum Rauignani notarium, & ducatus Venetiarum scribam fieri, & sua bulla plumbea communiri. Actum Venetijs in ducali palatio. Ego Martinus Rauignani imperiali auctoritate notarius, & ducatus Venetiarum scriba his omnibus interfui, & de mandato dicti domini ducis scripsi, & in publicam formam redegi. Dat. Reate v. kal. septembris anno II.

Meminit huius pontificij diplomatis auctor appendicis chronici Andreae Dandali his verbis: Praelibatus dux, nimirum Ioannes Dandalus, libertatem & honorem assidue recogitans, a summo Pontifice priuilegium obtinuit, quod bona damnatorum de heresi in cõmune Venetiarum debeant deu-

* magisterium

Doctorem in ea affectu academia in ceteris acad. docere possunt.

Nicolai zelus in abolendis hæresibus a Lib. 2. ep. 178. b Ibid. ep. 179.

Extant in Bullar. in Innoc. IV.

Lib. 2. ep. 547.

Venerabilis publici auctoritatis obsequium.

Commissarius datus.

Edictum Ioannis Dandali de re publica institutum.

Multis hereticis ad publicam curiam deest vt supra necessarium in quibuslibet rebus potestatem.

Appendix Andreae Dandali de re publica.

vire: ita tamen, quod cōmune ob hoc teneatur omnes
expensas facere officio inquisitionis opportunas.

Vt pietatis hostes repressit sanctissimus
Pontifex, ita illius cultores fouit, Hospitalarios
Viennenses in xenodochium S. Andreae, cuius Pi-
scina nomen est, proximo a S. Maria maiori inter-
uallo situm, a Capotio S. Georgij ad velum au-
reum diacono Card. olim conditum induxit a.
Cluniacensibus primæum sanctitatis florem re-
stituendum curavit b. Confirmavit c. religiosa vi-
ta: leges ab Alberto patriarcha Hierosolymitano
olim Carmelitis traditas, atque ab Innocentio
IV. postea emendatas. Susceptam vero apud Sco-
tos iniquam consuetudinem, qua cantum erat ne
quis ad religiosa sodalitia admitteretur, præset-
tue alijs nisi e Scotia oriundus esset, abrogavit. d
Nunc quid ad gentiles ad Christi cultum tradu-
cendos, reuocandos ad Ecclesiæ obsequium &
coniunctionem schismaticos, aliosque in remotis-
simis orientis oris pietate excolendos hoc anno
Christi vicarius gesserit, dicere aggrediamur.

56 Iacobitarum in primis patriarcham, quem
pijs operibus deditum didicerat, ac Minoritarum,
qui in oriente ad reuocandos ad Ecclesiæ popu-
los incumbabant, studiosum est adhortatus e, vt se
catholicæ fidei conformaret.

Patriarchæ Iacobitarum.

Disponente summi Regis arbitrio, cuius pro-
videntiæ magnitudo cælestia simul & terrena dispo-
nit, ad apicē apostolicæ dignitatis assumpti, grandi
desiderio ducimur, vt sic cunctorum gressus mor-
talium salubriter dirigantur, sic illi suorum ope-
rum moderentur habenas, vt accepti reddantur
Altissimo, eisque salus proueniat animarum. Quid
enim illa incundius, quid desiderabilius, quid in-
terris pretiosius fore dignoscitur? Cū si totius orbis
quis sibi dominij vendicet, prout euangelica testa-
tur auctoritas, nihil proficit, si detrimentum animæ
patiatur. Quamobrem multiplex reddimur atten-
tione solliciti, vt vniuersi per mundum populi con-
stituti Christo Domino sub Christianæ fidei reli-
gione commitent, quam sacrosancta Romana
ecclesia tenet firmiter & obseruat, quæ vita semi-
tam præparat, panditque aditum ad æterna gau-
dia promerenda. Speramus insuper, vt & tu, cui
multus, vt dicitur, subiectus est populus, magno
desiderio ferueas & solerter exquiras, vt per lau-
dabilem exercitium actionum, sic suo creatori
complaceat, vt salutis commoda mereatur, quod
absq; ipsius obseruatione fidei, quæ reatus expur-
gat, maculas diluit, nequit prouenire. Ideo-
que fraternitatem tuā paternis exhortamur affe-
ctibus, & in Filio Dei Patris tibi synceris mentibus
suademus, quatenus ad obseruandam fidem cat-
holicam, quam sicut præmittitur, tenet & seruat
Romana ecclesia, inconcussa, ac etiam ad ipsius Ec-
clesiæ vnionem, sublato cuiuslibet tarditatis ob-
staculo, & nexibus difficultatis effractis, festinus
acceleres, promptus aduenias, occurras sponta-
neus, studiosus accedas, eo maioris retributio-
nis præmium proinde consecuturus a Domino,
quo plures ad id tuo exemplo laudabili euocabis:
cum facile trahi solet in exemplum a subditis,
quod agi conspicitur a prælatis. Speramus ete-
nim, magnaque fiducia ducimur, quod præmissa
libenter & efficaciter adimplebis, subiectum tibi
populum ad ea diligenter & solcite inducendo,
cum sicut dilectus filius frater Ioannes de Monte-
coruino de ordine fratrum Minorum, lator præ-
sentium, multa bona, multaque laudabilia opera,
quæ lætanter audiuius, de tuis studijs nobis

duxerit referenda. Suscipe igitur reuerenter ex-
hortationem synceram, & salubrem deuotus am-
plere Christi vicarij suadelam: sic te laudabili-
ter gerere studeas ad honorem & gloriam om-
nium conditoris, vt in conspectu eius reddaris ac-
ceptior cumulo meritorum. Cæterum instanter
expetimus, vt eundem fratrem & eius socios spe-
cialiter habeas commendatos, ipsosque benigne
ac fauorabiliter prosequaris, vt tali & tanto mu-
niti præsidio, vt ilius & commodius in ministerio
se gerere valeant, quod exerceant, & ad laudem
diuini nominis opera efficacius prosequi Iesu Chri-
sti. Vt autem in fide Christiana prædicta plenius
& melius valeas alios informare, dictam fidem &
eius formam præsentibus fecimus annotari, quæ
talis est: *Credimus in sanctam Trinitatem Patrem,*
& Filium, & Spiritum sanctum, &c. J. Concepta
est iisdem verbis, atque ea, quæ a Clemente IV.
Græcis proposita est a, de qua sepius illata mentio.
Dat. Reate non. iul. pontif. nostri anno 11: J. Exci-
tati simillimis literis b. Sacerdos patriarchæ frater;
tum Nestorianorum, Georgianorum, Armeno-
rum patriarchæ; archiepiscopus Æthiopum, alij-
que eorum regnorum Asia & Africa præfules, ad
orthodoxam fidem profitendam, commissosque
greges Romanæ ecclesiæ coniungendos, atque
inter cæteros Taurisij episcopo Dionysio, quem
ad fidem catholicam colendam, vt cœperat, exci-
tauit; cuique eandem fidei formam, quam anno
superiori transmisserat, vt ipsam in oculis semper
defixam gereret, eaque imbueret populos atque
informaret, misit.

57 Cum vero ad populorum conuersionem
maximi interit Regum exemplam, sanctissimus
Pontifex, vt omnes ad Christum pelliceret, plures
litteras apostolicas ad Armeniæ, Georgiæ, Hi-
beria, Æthiopia, & Tartaria Reges dedit. Vtq; ab
Aytono Armeno ducamus initiū; recenter ille pa-
ternum sceptrum capessuerat, atque erga Roma-
nam ecclesiam egregie affectum se demonstrat:
quem Nicolaus sinu amantissimo excepit a, fidei-
que formam ad ipsam transmissit.

Charissimo in Christo filio Regi Armeniæ iulijri.

Gerentes in terris, licet insufficientibus me-
ritis, vices Christi, grandi nec immerito lætitia
& exultatione perfundimur, cum ad nostrum per-
uenire contingat auditum, quod corda Regum &
principum terrenorum summi Regis, per quem
potentatus altitudine præminent, beneplacitis
se coaptant. Nuper & enim audiuius, & lætati
sumus in Domino vehementer, dilectō filio fratre
Ioanne de Montecoruiuo de ordine Minorum la-
tore præsentium nobis ex parte regia referente,
quod erga Romanam ecclesiam cunctorum ma-
trem fidelium & magistræ feruentis deuotionis
geris affectum; quodque ad habendam cum ea-
dem Ecclesia tamquam princeps catholicus vnio-
nem, in te voluntatis vigere dignoscitur prompti-
tudo. Subiunxit quoque fratris memorati rela-
tio, quod claræ memoriæ * pater tuus, veluti
obedientiæ filius & catholicus Christianus, mor-
tem subiit temporalem. Re vera, fili charissime,
tam gratis tamque acceptis rumoribus intellectis,
cor nostrum in Domino vberibus gaudijs exulta-
uit, cum animarum salutem, quam in cunctis
mortalibus ex debito pastoralis officij exquiri-
mus, votis feruentibus cupiamus.

58 Rogamus itaque celsitudinem regiam, &
hortamur in Filio Dei Patris, quatenus mentis
oculis erectis ad Dominum, tuæque intentionis
pro-

a Anno
Christi.
1267. nu.
75.

b Reg. post
eand. ep.
48.

Dionys.
episc. Tauri-
ris. fidem
Rom. se.
quitur.

c Lib. 2. ep.
cur. 49.

Armeniæ
Rex cum
Rom. ec-
clesia cō-
munionem
potitus.

d Lib. ep. cur
50. & for-
mul. in ar.
Ebuli pag.
327. nu.
3175.

* Livo

proposito directo salubriter ad exercitium laudabilium actionum, deuotionem & voluntatem praedictas dignis praerogatiuis attollendas, stabilimentis continentes, ac intra tui pectoris thalamum summopere studeas conseruare. Nos enim te tamquam filium praedilectum ad vnionem laetanter recipimus Ecclesiae memoratae, penes magnitudinem regiam precibus insistentes vberibus, eamque paternis exhortationibus excitantes, vt eiusdem Romanae ecclesiae, dictique fratris & sociorum suorum doctrinam, quae salutis commoda subministrat, in omnibus promptus & efficax exequaris; ad receptionem celerem, & efficacem executionem illius praedictae & populum Armenorum regiditioni subiectum, sollicitis studiis inducendo: sic te in praemissis cura vigili habiturus, vt a Domino proinde praemium consequi valeas pro minimis grandia largiente, tui nominis fama incrementa suscipiat, & sedis Apostolicae gratiam, quam libenter ad filios deuotos extendimus, vberius merearis. **C**eterum magnitudinem regiam plenis prosequimur actionibus gratiarum, quod sicut eiusdem fratris patefecit assertio, ipsum & socios supradictos benigne recipiens, eis multae humanitatis affectum exhibuit, eosque gratiosi fauoris impendio exitit prosecuta; petentes instanter, vt eos clementer habeas commendatos, vt ad laudem diuini nominis & animarum salutem vtilius, & efficacius opus prosequi valeant inchoatum. **V**t autem in fide Christiana, qua tenet & seruat Romana ecclesia, plenius & efficacius valeas informari, dictam fidem & eius formam praesentibus fecimus annotari, quae sunt haec: *Credimus S. Trinitatem, &c.* Subiicitur fidei forma saepius memorata, olim Palaeologo proposita a; ac dein ascripta est literis ad Armenum dies. *Dat. Reate non. iul. pont. nostri an. II.* **H**ortatus etiam est b Mariam sororem Reginae Armeniae, vt in fide catholica, qua semper ipsam professam acceperat, constans permaneret: *Hortamur, inquit, nobilitatem tuam, et excitamus in Domino Iesu Christo, quatenus mentis oculis erectis ad Deum, et ad salutis ac pietatis opera directo proposito, ad obseruationem fidei Christianae, dictaque prosecutionem continuam vnionis efficaciter et reuerenter intendas, aliaque studeas exercere solcite, quae diuinae sint placita Maiestati; ad obseruationem et prosecutionem easdem iuxta datam tibi a Domino gratiam ceteros inducendo.* Eademque literarum sententia fuit, quas ad Torosum Regis Armeniae fratrem & alios dedit c. Ad eandem quoque cum Rom. ecclesia coniunctionem Armenorum proceres; atque inter ceteros Leonem, comitem stabilem d & magistrum castrorum e seu marescalcum, praeterea vniuersum populum f adducere studuit.

59 Egregia etiam opera ad Aethiopas ad legem Christianam seruandam g, atque Ecclesiae prosequendam coniunctionem literis sollicitauit. h

Dilectis filiis populo Aethiopiae.

Summi pastoris, qui pro suis ouibus animam posuit, diraeque mortis sponte pati supplicium voluit, vt nos ab hostis laqueo liberaret, vices, licet insufficientibus meritis, gerentes in terris, cunctorum salutem appetimus, solerter exquirimus, solcite procuramus, vt post vitae praesentis ergastulum fidelium animae in caelestibus pascuis collocentur. Cum itaque fides catholica, quam Romana tenet & seruat ecclesia, semitam praeparet, pandatque aditum ad salutem, vniuersitatem vestram hortamur attente, ac excitamus in Filio Dei

Patris, quatenus mentis oculis erectis ad Dominum, & ad salutis ac pietatis opera directo proposito, ad obseruandam Christianam fidem, & prosequendam ipsius Ecclesiae vnionem seruenter & efficaciter intendatis, aliaque studearis operari solcite, quae in conspectu Altissimi sint accepta; sic de bono semper in melius adiuuante Domino processuri, vt possitis ad aeternae beatitudinis gaudia peruenire. **C**eterum quia vos syncera in Domino charitate complectimur, vestraque salutis affectamus augmentum, vobis & vestrum cuiuslibet nostrae benedictionis munus in remissionem concedimus peccatorum. *Dat. Reate v. id. iulij anno 11.* Eadem literarum series ad vniuersos Nestorianos, tum ad Aethiopum Imperatorem, Demetrium Georgianorum, Dauidemque Hiberorum Reges missaest. a

60 Comparati egregie tunc erant Tartari orientales ad excipiendam Christianam fidem, quae apud ipsos felicissime propagabatur: quare Nicolaus, ne apostolico muneri deesset, ad ipsorum Reges ad Christiana sacra alliciendos studium collocauit. Haec enim Argoni, quem bene erga Christianos affectum acceperat, scripsit b; ac post religionis Christianae multa cumulata encomia, vitae fragilitatem proposuit, vt omni abiecta mora ad baptismum pro aeterna salute adipiscenda prouolaret.

Argoni Regi Tartarorum illustri gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

Dilectus filius frater Ioannes de Montecorvino de ordine Minorum, lator praesentium, ad nostram de orientalibus partibus praesentiam veniens, attentae relationis officio nostro apostolati patefecit, quod tu tamquam a Domino, in cuius manu corda sunt terrenorum principum, inspiratus & specialis gratiae dono praeventus, erga nos & Romanam ecclesiam, ac alias etiam Christianorum ecclesias magnae deuotionis geris affectum. Adiecit etiam dictus frater, quod sibi eiusque socijs, dum in tuis partibus morarentur, Christi prosequentes obsequia, humanitatem grandem & benignitatem exuberem tua clementer exhibuit magnitudo; quodque degentibus in terris tuae ditioni subiectis imperio fidei cultoribus te benignum & beneuolum exhibes, eosque non sine sonoro praerogatio, & dispositionis indicijs ad salutem, quam de bono semper in melius deduci cupimus, in augmentum sedulae tuitionis auxilio confoues, & fauore prosequeris gratioso. Nos autem tam gratis & acceptis rumoribus intellectis, laetati fuimus in immensum, cum tuae salutis augmentum synceris affectibus cupiamus; celsitudini regiae tanto proinde profusiores gratias referentes, quanto id vberioris benignitatis zelus exequitur, & ex magnificentia prouenit ampliori.

61 Porro, princeps egregie, sicut magnificentiae regiae per alias nostras literas tibi per venerabilem fratrem nostrum Roban Barsamma in partibus orientis episcopum, & nonnullos tuos nuncios ad nos missos, duximus intimandum, nos qui quamuis insufficientibus meritis vicarij Christi sumus, & Petri Apostolorum principis successores, quamplurimum cupimus & ardenti desiderio affectamus, vt quos baptismalis vnda non diluit, & fidei Christianae religio non includit, erroris innio, per quod gressibus periculosis oberrant, omnino relicto, ad rectitudinis semitam reuocentur, & fidem seruent fideliter supradictam. Haec est etenim, sicut magnificentiae regiae per iam dictas

Ann. Christ. 1267. Mariae Regine Armen. ob constantiam in fide Rom. eccles. commendata. e Reg. post eand. ep.

ib. ep. 52. e Reg. post eand. ep. f Ib. ep. 53

g Reg. post eand. ep. h Ib. ep. 53

Aethiopes ad fidem orthodoxam sequenda prouocati.

Fidei e...

De...

De...

De...

De...

De...

De...

De...

De...

notificauimus literas, fides recta, fides vera, quæ felicitatis sperandæ fiduciam repromittit, & sine cuius suffragio placere Domino nemo potest. Hæc est, quæ reatus expurgat, quæ commoda saluationis impendit, & per quam æterna gaudia, bonis concurrentibus actibus, acquiruntur. Per hanc hostis antiquus de arce mentis expellitur. Hæc corda purificat, & infidelitatis nubilum suæ radijs expiat claritatis. Hæc est virtutum omnium fundamentum, sydus irradians, stella micans, solem iustitiæ intelligentiæque præueniens, per quam dies oritur gratiæ, per quam dies gloriæ subsequitur. Excitamus itaq; magnitudinem regiæ, & hortamur attente, tibi que, cuius in hac parte salutem exquirimus, sano & sincero consilio suademus, quatenus alta & sedula meditatione recogitans, quam fragilis, & caduca humanæ naturæ conditio, quam plena periculis, quam exposita casibus, quam sit instabilis status eius; considerans etiam quod a lege mortis, qua nihil certius cernitur, nihil habetur incertius hora eius, nullus excluditur, nullus effugit metas suas, nullus a Domino redditur exemptus illius, promptus exurgas, præsto te offeras, paratus accedas ad agnitionem Christianæ fidei, ac suscipiendum baptismatis sacramentum, ad laudem diuini nominis, & salutis profectum, & augmentum fidei supradictæ: vt lucis suæ radio illustratus, eius triumphalis efficiaris athleta, illius fines amplificans, terminosque dilatans; vt post vitæ præsentis ergastulum, a porta inferi libereris, & eius diuis cruciatibus pœnisque grauissimis euitatis, æternæ beatitudinis præmia, quæ omnem delectationem excedunt, tamquam princeps emeritis consequaris. Cæterum prælibatum fratrem Ioannem & eius socios ad partes ipsas salubre profecturos negotium, quod cœperunt fiducialiter, remittendos instanter exposcimus, vt eos intuitu Dei, & ob reuerentiam Apostolicæ sedis & nostram, benigne habeas commendatos, eis super huiusmodi executione negotij, fauorem regium impensurus, cuius fulti præsidio, vtilius & efficacius se habere valeant in hac parte; quodque aliquos ex ipsis tecum iugiter teneas, qui tibi tuoque proponant populo verbum Dei, & de salute tractare valeant animarum. *Datum Reate idus iulij anno 11.*]

62 Nec Argon modo, sed etiam Cobyta Chan summus Tartarorum Imperator in Christianam fidem adeo propensus erat, vt Argonibus missis ad Pontificem Romanum orator Latinos sacerdotes ad illum destinari flagitarit. Quo nuncio ingenti gaudio perfusus Nicolaus Minoritas transmisit, & Chamam est hortatus, vt fidem, quam Romana tenet ecclesia, amplecteretur.

Nicolaus &c. Cobyta Chan magno principi Tartarorum gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Gaudemus in Domino, princeps egregie, sibi que deuotas & vberes gratiarum referimus actiones, quod ipse, in cuius manu corda sunt principum terrenorum, te, prout lætanter audiui, suæ dono gratiæ clementi pietate præueniens, illo tui pectoris intima fecundauit affectu, quod ad Christianitatis terminos ampliandos dirigitur desiderium mentis tuæ. Dudum siquidem post nostræ promotionis initia certos nuncios ad nostram præsentiam ex parte magnifici principis Argonis Regis Tartarorum illustris transmisissos recepimus, nobis aperte referentes, quod ad

personam nostram & Romanam ecclesiam, & etiam gentem, seu populum Latinorum, grandis deuotionis affectum magnificentia tua gerit, distique nuncijs ex parte regia cum instantia petierunt, vt aliquos religiosos Latinos ad tuam præsentiam mitteremus. Nos autem, tam gratis & acceptis de tanto tamque sublimi principe rumoribus intellectis, exultauimus in Domino vehementer, cum tuæ salutis augmentum, tuique nominis gloriam sinceris affectibus cupiamus; Patri luminum, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, humiliter supplicantes, vt tui pectoris intima de bono semper in melius munere suæ inspirationis illuminet, ac suæ gratiæ rore perfundat ad laudem sui gloriosi nominis, & honorem. Volentes igitur votis regijs benigne annuere in hac parte, ac desiderantes admodum, vt ad suscipiendam Christianam fidem, quam prædicta Romana tenet & seruat ecclesia, promptus accedas, præsto te offeras, studiosus occurras, cum sine ipso comitante suffragio placere Altissimo nemo possit, ecce dilectum filium fratrem Ioannem e Monte Coruino cum eius socijs de ordine Minorum latorem præsentium ad te duximus destinandum, &c.] Addit preces, vt benigne excipiat, eiusque præcepta ad comparandam immortalitatem in animum admittat. *Dat. Reate 11. id. iulij anno 11.*

63 Eminebat inter Tartaros etiam dignitate Caydonius princeps, quem pari studio ad lucem euangelicam admittendam prouocauit Nicolaus.

Caydono principi Tartarorum illustri gratiam in presenti, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Ad ea, quæ tuæ salutis augmentum respiciunt, tuique nominis titulus in orbe terrarum attollitur, celsitudinem tuam libenter inducimus, operamque sollicitam impertimur. Sane, princeps egregie, tuis aperiri sensibus affectamus, quod Dei Filius Iesus Christus ad ima mundi, vt hominem, quem ad imaginem & similitudinem suam, de limo terræ formauerat, de seruitutis nexibus, in quos ipsum impegerat maligna suggestio, liberaret; clementi dignatione descendens, vestem nostræ mortalitatis assumpsit, vt proprii aspersione cruoris incendia perpetui cruciatu extingueret, ac suos mortis æternæ tenebris obuolutos, vitæ perennis efficeret possessores: qui commissa sibi legationis a Patre in regione peccantium pijs studijs exercens officium, mundumque salutaribus institutis informans, tandem post sanctæ conuersationis, & operationis exempla, post euangelicæ instructionis eloquia, post doctrinæ salutaris effectum, dira mortis ultro supplicium subiit, dieque tertia resurrexit a mortuis gloriosus, vt mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo benignius repararet. Qui priusquam pateretur, clauis regni cælorum B. Petro Apostolorum principi, & per eum suis duxit successoribus committendas, per hoc eis tam sublimis potestatis auctoritatem impendens, vt quodcumque * super terram, ligatum haberetur in cælis, & quodcumque soluerent super terram, solutum existeret in eisdem.

64 Vnde nos, licet insufficientibus meritis, Christi vicarij & eiusdem Petri successores in terris disponente Domino constituti, magno desideramus affectu, vt fidei Christianæ cultores salutaribus actibus immorentur, ac illi, quos fides eadem non agnouit, ad reuerentiam semitam actore Domino reuocentur, eandemque sollicitè seruent fidem,

Caydonē ad baptismum aliter dicit Nicol. alb. ep. 56. & Form. Mar. Ebn. h. pag. 328 nu. 3180.

* ligarent

dem: cum ipsa sit vera fides & recta, sine cuius comitante suffragio placere Domino nemo potest, quæ reatus expurgat, salutis commoda elargitur; quæ corda mentesque purificat, & infidelitatis obscurum suæ radijs expiat claritatis. Excitamus itaque magnitudinem tuam & attentius exhortamur, sano & sincero tibi consilio suadentes, quatenus sedula meditatione recogitans, quam sit fragilis & caduca humana naturæ conditio, quam plena periculis, quantis exposita casibus, quam instabilis status eius; considerans etiam, quod a lege mortis nullus excluditur, cum omne quod nascitur moriatur, promptus exurgas, præsto te offeras, paratus accedas ad agnitionem Christianæ fidei, ad suscipiendum baptismatis sacramentum, ad laudem diuini nominis, tuæ salutis profectum, & augmentum fidei supradictæ; vt lucis suæ radio illustratus, eius triumphalis efficiaris athleta, illius fines amplificans, terminosque dilatans, vt post vitæ presentis ergastulum, a porta inferi libereris, & eius duris cruciatibus pœnisque grauissimis euitatis, æternæ beatitudinis præmia, quæ omnem dulcedinem superant, & omnem delectationem excedunt, tamquam princeps catholicus consequaris. Datum Reate

id. 111. iulij anno 11. Non parum rei Christianæ apud Tartaros diffundendæ operæ atque præsidij attulit nobilis Pisanus Iolus nomine, qui cum penetrasset in extremas orientis oras, apud Tartaros ad maximas opes auctoritatemque effloruerat, suamque in ijs regionibus Christianis ac religiosis viris clientelam conferebat. Ad quem Pontifex hæc scripsit a: *Excitamus diligentiam tuam, & hortamur in Domino Iesu Christo, quatenus circa huiusmodi salubres tuos actus & opera sedula sollicitudinis studium largiaris, vt exinde tanto acceptior & gratior tuo reddi valeas Salvatore, quanto per te plures ab erroris inuio ad veritatis semitam, & ab infidelitatis nubilo ad claritatem catholica fidei reducentur: nos autem benedictionem nostram tibi tenore presentium in tuorum remissionem dirigimus peccatorum. Dat. Reate 111. id. iulij anno 11.]*

65 Dum ita inter gentiles concionatorum euangelicorum sudoribus exulta religio Christiana feliciter efflorescebat, maximam in Terra sancta a Saracenis cladem accepit. Nullæ copiæ in Syriam traiciebant, ex quo rebellis Siculus ingentem illam Caroli I. expeditionem disturbabat; quæ decreta ad contrahenda auxilia decimæ, vel dissipata vel in bellis contra Siculos, Aragonios, atque Ecclesiæ perduelles collocata: vnde inclinata hoc tempore Syriæ res sædissime procubuerunt, Soldanus enim Ægypti ac Babylonæ, occasionem aucupatus, Tripolim magno circumfusam exercitu adeo crudeliter die nocteque oppugnavit, vt tandem debilitatis Christianorum viribus eam ceperit b, diripuerit, incenderit, ac ne vquam a Christianis instaurari posset, funditus euerterit.

Ingens fuit edita a religionis hostibus Christianorum strages: ac pauci, qui mari euaserant, Acconem confugerunt. Adiecit barbarus immanitati contumeliam: sacras namque imagines in religionis dedecus ad caudas equorum alligatas per urbem raptari iussit, vt Vvestmonasteriensis c tradit. Luget acerbum hunc casum Ptolemæus Lucensis his verbis d: *Anno primo sui pontificatus capta est Tripolis (alij dicunt quod secundo anno) occisis ibidem & captis Christianis, qui erant ibidem; & aliqua ludibria in eis*

facta sunt indicibilia: in antedicta autem ciuitate principatus erat sicut in Antiochia. Paulo fufius Iordanus diram adeo cladem describit a: Soldanus Melech Mescor graue bellum dedit ciuitati Tripoli, & turrim episcopi, quæ magnos habebat muros, vsque ad medietatem machinis diruit. Sustinuerunt Christiani vsque ad nonam. Postea Saraceni, qui quasi per totum occupauerant muros, pedites cuncti ceperunt vsque ad mare se retrahere; & tandem equites non valentes ielus lapidum sustinere, occisi gladio aut submersi vsque ad septem millia æstimati: multi nauigijs sunt saluati. Captam autem ciuitatem soldanus iussit dirui, & cremari: & post paucos dies pro paucis captis recepit ac diruit castrum Nephy, & mandauit ciuitatem adificari in loco vocato mons Peregrinus.

His cōsentanea traduntur a Sanuto b, qui luculenter historiam Terræ sanctæ est complexus, vt fideles ad eam recuperandam concitaret: *Soldanus, inquit, Babylonia Melec Messor xvii. martij venit ante Tripolim, & clamor in ciuitate ortus est, cunctique exteri infra mœnia vocati sunt, & ceperunt ad defensionem ciuitatis agere secundum tenuem eorum possibilitatem. Soldanus in ciuitate dirum fecit insultum, cepitque barbarianum, & turrim episcopi, quæ magnos habebat muros, cuius medietatem iam machinis diruerant. In turbido igitur prælio illo sustinuerunt Christiani vsque ad horam nonam. Tunc Saraceni quasi per totum occupauerant muros: pedites cuncti ceperunt se ad mare retrahere; equites vero sustinere non poterant lapides, quos de muro iaciebant: ideo versus mare pergunt, & de Saracenis, qui intrauerant a parte maris versus hospitales, & durum dabant eis prælium, plures interfecti, pluresque submersi sunt. Interfecta sunt & Christianorum vsque ad septem millia: ceteri ad galeas nauesque alias confugiens saluati sunt. Captam vero ciuitatem soldanus iussit dirui, igneque cremari xxvii. die aprilis. Post paucos dies pro paucis redimendis castrum Nepbyn per deditonem acceptum dirui fecit, & mandauit ciuitatem adificari in loco vocato mons Peregrinus, qui vno tantum milliari distat a mari, & Damascus profectus est. Referunt ad hunc annum lugubrem eam cladem plures veteres ac recentiores auctores: inter quos præcipuus est Aytonus c, qui Soldanum ab alijs Melechmessor nuncupatum elsi vocat; tum Pontificis literæ kal. septembris exarata, quibus episcopo Tripolitano concitandi pro concione in arma sacra Christiani populi prouinciam demandauit d, eam cladem hoc anno contigisse confirmant.*

Nicolaus, &c. venerabili fratri episcopo Tripolitano.

66 Egressus de partibus orientis rumor horribilis, rumor amaritudine plenus, & dolore non vacuus nuper matris Ecclesiæ auditum perculit, eius viscera faucians, præcordia dure pungens. Cuius inter cætera lugubris reuelat assertio, quod ille filius Belial, Babylonicus persecutor, Christianorum sanguinem sitiens, de cauernis obscenis sædisue cubilibus Babylonis ad prædicta nefaria contra renatos fonte baptismatis animis furibundis exiliens, innumera Saracenorum multitudine congregata, ciuitatem Tripolitana multitudine populi præditam, multæ nobilitatis titulis insignitam, & bonorum vbertate sæcundam potenter obsedit, ipsamque vndique coangustans, ac eam multosque fideles, qui ad tuitonem illius de partibus diuersis concurrerant, sic infectis oppugnationibus machinarum vsque ad

Iolus Pisanus ad magnam inter Tartaros potentiam euectus, religionem tuetur. a Lib. 2. ep. cur. 57.

Pessumdata in Syria res Christiana. Capta a Soldano Tripolis. Funditus ab eo euerfa. Sacrae imagines a Sarac. impie raptatae. b Bern. in Chron. Rom. Pont. hoc ann. Stero in annalib. Io Villan. l. 7. c. 128. Anr. 3. p. rit. 20. c. 4. S. 6.

Epitome belli sacri auctor & alij. c Vvestm. Flor. hist. Bosius lib. 10. hist. Hierosoly. equitum. d sol. Luc. hist. eccl. l. 24. c. 21.

collisionem circumstantium murorum, & turrium, iaculisque missilibus per non modici temporis spatium diebus ac noctibus fatigauit, quod eam tandem, incolarum eius & aliorum inibi tunc presentium viribus superatis in arcu & pharetra, furentibus gladijs comprehendit. In cuius tam sinistri tamque funesti euentus articulo, cum religionum militantium fratres & alij armati quamplurimi, viri utique strenui & propugnatores electi pro tutela ciuitatis eiusdem interius congregati sustinere diutius nequirent impetum irruentium vndique, ac insipientium paganorum; demum nonnullis eorum in bello cadentibus, & aliquibus ab hostibus comprehensis, vt ceteros, quos velut occisionis oues in terra & mari vbique fauens gladius trucidabat, quosque præ timoris magnitudine, ac desperationis angustia in certis passibus fugientes equoreus fluctus inuoluit, feracilentij concludamus, ciuitatem ipsam, quod dolentes referimus, occuparunt, eam redigentes in cinerem & fauillam. Dolet itaque, nec immerito, mater Ecclesia tantis intrinsecus tacta doloribus; perfunditur lacrymis vultus eius; sibi vndique lamenta confurgunt, dum quos regenerant in filios, efferus hostis elacerat, & in fidei Christianæ cultores impiorum gladius direxerit.

67 Quis igitur orthodoxæ fidei zelo feruens ad tantum fidelium ocyus non excitetur opprobrium? Quis illico non exurgat aduersus nequitiam malignantium, aut non stabit aduersus iniquitatem nefandis studijs operantes? Surgat itaque fidelium populus, & fidei clypeo præmunitus crucis signo se protegat: in hostiles irruat acies: agmina reprimat impiorum. Assistit etenim Dominus seruis suis, seque timentibus tribuit firmitermentum, quoniam non est abbreviata illius dextera, quæ virtutum operatione coruscans, cornua conterit superborum. Sub ipsius igitur spe atque fiducia intendentes residui partium illarum, populi Christiani periculis, quæ tam perniciosus Saracenorum ipsorum minatur aggressus, remedijs quibus possumus obuiare; ac plena de tuæ fidei puritate, virtutis constantia, & circumspersionis industria in Christo fiduciam obtinentes; tibi prædicationem crucis in Sclauonia & marchia Teruisinæ partibus, ac in Venetiarum & Ferrariensium ciuitatibus, ac earum, & marchia Anconitanæ, ac Romaniolæ riparijs contra Saracenos eisdem presentium auctoritate committimus; in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus in commissio super hoc tibi officio, iuxta gratiam a Domino tibi datam, per te, vel per alium, seu alios efficacem studeas habere processum, illos, quibus duxeris prædicandum, exhortationibus opportunis inducens, vt ad refræandos Saracenorum ipsorum imperus, repellendos insultus, & superbiam conterendam crucem suscipiant reuerenter, & etiam affigentes humeris proprijs, votum suum fideliter exequantur. *Dat. Reate kal. septembr. anno 11. J.*

68 Imminebat victor barbarus Christianorum reliquijs, cum Henricas Hierosolymorum & Cypri Rex inducias a Sultano flagitauit, quas barbarus concessit, ne occidentem in se nimis progressibus concitaret. Quibus pactis Henricum abisse in Cyprum, refert Sanutus 2: *Ipsa tempore Rex Henricus existens Ptolemaide firmavit treguam cum Soldano, & ex utraque parte iuramento firmata in Cyprum redijt de mense augusti, Almericum fratrem relinquens ad custodiam ciuitatis. Infragisse postea eas inducias Christianos, ac Sara-*

cenos in se efferasse visuri sumus, cum noui militum delectus in Syriam submissi essent, ad quos eliciendos Ioannem Grelli oratorem ad Nicolaum se contulisse narrat auctor: *Ioannes autem de Grelli pro parte Regis & Surianorum iuit ad Nicolaum IV. qui prius vocatus est frater Hieronymus, & fuit generalis ordinis Minorum, expositurus miserimum terræ statum, et quod etiam infra mœnia ciuitatis minime essent tuti, petiturus quoque auxilium.* Contendit is a Pontifice, vt viginti triremes rebus omnibus instructas ex decimarum pecunia ad annum mitteret: cuius votis Nicolaus morem gessit, vt ex sequentibus literis ad patriarcham Hierosolymitanum a, ac paucis mutatis ad Cypri Regem b, aliosque viros principes missis patebit.

Nicolaus, &c. venerabili fratri patriarchæ Hierosolymitano.

69 Nuntiorum ipsorum petitio facta nobis hoc inter cetera potissimum, & specialius habuit, vt viginti galeas, gente ac alijs necessarijs plene munitas, ad vltimas partes pro eiusdem Terræ sanctæ custodia in presentiarum mittere dignaremur. Cum itaque, petitionem eandem, ad exauditionis gratiam benignius admittentes, huiusmodi viginti galeas gente ac alijs necessarijs munitas, vt expedit, & instructas vsque ad annum de pecunia dictæ terræ deputata subsidio ad partes ipsas pro huiusmodi custodia sub ducatu seu cura venerabilis fratris nostri episcopi Tripolitani destinemus ad præsens; te & eodem episcopo, ac dilecto filio nobili viro Ioanne de Grilli capitaneo gentis charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris in ciuitate Acconensi super gubernatione, cura, seu regimine galearum ipsarum, & personarum existentium in eisdem, postquam ad partes ipsas peruenierint, per nostras literas constitutis; fraternitatem tuam rogandam attente duximus, & hortandam, nihilominus tibi per Apostolica scripta mandantes, quatenus tanquam vir constans, & strenuus assumens vigorem spiritus in aduersis, spemque tuam fiducialiter ponens in Domino, qui sperantes in se non deserit, sed assistit opportunis fauoribus seruis suis, seque timentibus exhibet firmitermentum; animo intrepido persistas ad continuam ciuitatis Acconensis prædictæ ac aliarum terrarum & locorum, quæ a Christianis tenentur, custodiam cunctis studijs, cunctisque viribus intendendo; vt illa, fauente Domino, ab insidiantis nequitia tuta permaneant; & ab eius fraudulentis aggressibus sit securæ. Nos enim ad statum Terræ sanctæ prædictæ prosperum votis ardentibus aspirantes, ad alia eiusdem terræ continua & potiora exhibenda subsidia diligenter & sollicite vigilamus. *Dat. Reate id. septembris anno 11. J.*

70 Vt pollicitus erat orientalibus Christianis se instaurandis Syriæ rebus animum & operam appliciturum, promissa exoluit: cum Eduardo enim Anglorum Rege de instruenda expeditione in Syriam agitant. Deuouerat ille se se bello sacro, ac primum Martino, deinde Honorio piæ desiderium significarat; dumque nonnullas conditiones sibi peritiles exigeret, res fuerat diu prorogata; demum obtentis Angliæ, Scotiæ, Valliæ, & Hiberniæ decimis a Nicolao professionem suscipere his legibus contendit. Prima vt solemnis traiectionis ineunda dies toto occidente, ad quam omnes strenue se compararent, indiceretur. Secunda mitterentur concionatores ad Christianos ad bellum sacrum incendenda.

Missi ad Pontificem Syrorum oratores pro imploranda ope.

a Lib. 2. ep. cur. 65. b Reg. post eand. ep.

Viginti triremes Ptolemaidem mitti flagitauit.

Petitis assistitur Nicolaus.

Eduardus Rex Angliæ de instruendis Syriæ rebus agit.

Quæ a Nicolao flagitant.

dos. Tertia, decimæ non trino tempotis interuallo partitæ, sed eodē soluerentur. Quarta, censurarum religione ad capeſſendum iter omnes compellerentur, qui crucem induiſſent. Quinta, vt publica pax Christianis principibus indiceretur.

71 Adeas leges ſingulas ita reſpondit a Nicolaus: indiſtum expeditionis diem, nec iam capta Tripoli amplius differri poſſe: miſſos etiam concionatores, ac plures zelo incenſos ſacræ militiæ nomen dediſſe. Quod ad decimas ſpectaret; iam mediam illarū partem die natiuitatis S. Io: Baptiſtæ ſacro numerandam, alterā anno ſequenti conſeſſum iri; modo tamen literis publicis ſe ſuaque cuncta obligaret, reſunderetque coactum ex decimis aurum ſubſidiarium, ſi vitio ſuo non traiceret in Syriam, etiamſi in apparatu bellico omnia conſumpſiſſet. Si adactis neceſſitate itinere ſuperfederet, quæ ſuperſeſſent ex decimis, reſtitueret, & ex conſumptis mediam partē perſolueret. Ad quartum, & quintum poſtulatam ſubiecit: eos omnes, qui idonei forent ad gerenda arma, nec iuſtis impedimentis deuincti, ad aggrediendam expeditionem compellendos; laudareque conſilium, vt pax publica indicatur. Caterum addidit Pontifex. ſi quod dubiū in paſſionibus initis ſuboriretur, ſoluendi illius auctoritatem ſedi Apoſtolicæ reſeruatam iri; ac poſtquam Eduardus a ſe admiſſas conditiones excurrente ad dominicæ Reſurrectionis feſtum ſpatio ſignificarit, tum decimas prædictas annorum ſex numerandas. Ita vero his literis dies adſcripta. *Dat. Reate non. octobris.* Harum conditionum mentionem edidit Nicolaus in alijs literis poſtea ad Eduardum datis, quibus queſtus eſt ^b nonnulla ab ipſo in Anglia ad eccleſiaſtica libertatis euerſionem tentata.

Chariſſimo in Chriſto filio Eduardo Regi Angliæ illuſtri.

72 Sincera charitatis affectio, qua perſonam tuam claris eiſdem exigentibus meritis Apoſtolica ſedes amplectitur, noſtrum non immerito excitat animum, vt de ijs, quæ tuæ ſalutis profectum, nec non ſamæ præconium reſpicere dignoſcuntur, pie ac ſolicite cogitemus. Sane per dilectum filium fratrem Guillelmum de Houdon ordinis Prædicatorum nuncium tuum, ad præſentiam regiam redeuntem, apoſtolicas literas, quas ſuper nonnullis petitionibus regijs negotium Terræ ſanctæ tangentibus nobis ex parte tua porrectis, & reſponſionibus noſtris ſubſecutiſ ad eas conſici fecimus, tuæ ceſtitudini deſtinamus. Verum, fili chariſſime, latere te nolumus, ad audientiam noſtram relatione multiplici perueniſſe, quod nonnulla in partibus Anglicanis auctoritate regia committuntur, quæ cedunt apertius in ſubuerſionem eccleſiaſtica libertatis, non abſque prælibatæ ſedis iniuria, & diuinæ Maieſtatis offenſa. Super quo, per nos, & aliquos ex fratribus noſtris cum eodem fratre Guillelmo colloquium habere curauimus, noſtram ei ſuper hoc, & fratrum noſtrorum intentionem paterne ac familiariter exponentes, tibi per ipſum ſerioſis explicandam: nihilominus alias literas noſtras, & nuncium ſpecialeſ ad tuam excellentiam deſtinare proponimus, vt & illarum ſerie, ac illius reſcripſionibus eadem noſtra, & dictorum fratrum intentio tibi plenius innotefcat. Magnis quidem deſideramus affectibus, vt præſatum Terræ ſanctæ negotium, a te ſeruentur aſſumptum, & auctore Domino, efficaciter proſequendum, proſpero ſucceſſu proficiat, & proſperiori exitu coſummetur:

et idcirco decet, fili chariſſime, vt tu præmiſſa, quæ profecto miniſterium tuum ei, cuius negotium agitur, poſſent reddere minus gratum, ita corrigere ſtudeas, quod exinde ipſius in te gratia cumulata, de tantis laboribus, quos pro eius amore ſubire diſponis, votium fruſtum te cum eiſdem adiutorio conſequi gratuleris. Nolumus autem vt pro eo, quod nuntium ad te intendimus mittere, ea quæ aliarum literarum noſtrarum, quas præſatus fr. Guillelmus deſert, tenore penſato circa memoratum Terræ ſanctæ negotium, faciendæ cognoueris vel omittas perſicere, vel retardes. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem iv. id. nouembris anno 11.*]

73 Exemplo fratris Eduardi Eadmundus arma Chriſto conſecratur, atque vna cum alijs nobilibus viris ſuſcipiendi itineris diem iureiurando ſtatuerat: cumque nonnullis impedimentis implicatus ſuperſediſſet, veniam violati ſacramenti a Pontifice expetiit: quem, impoſita congrua pœna, atque alios abſolui Bathoniens & Vvellenſis episcopis ea lege præcepit, vt ad eandem profectio-nem obeundam obſtricti manerent. a

Venerabili fratri Bathoniens, & Vvellenſis episcopo.

Petitia dilecti filij nobilis viri Eadmundi fratris chariſſimi in Chriſto filij noſtri Eduardi Angliæ Regis illuſtris nobis exhibitæ continebat, quod ipſe dudum zelo fidei & deuotionis accenſus, ſigno viuificæ crucis aſſumpto, iurauit proficisci perſonaliter in certo iam elapſo termino cum decenti bellatorum comitiua in Terræ ſanctæ ſuccurſum. Verum præſatus nobilis certo impedimento detentus, ſicut aſſerit, prout gerebat in propoſito, infra promiſſum terminum nequiuit exequi votum ſuum. Quare prædictus nobilis nobis humiliter ſupplicauit, vt ſuæ, ac nobilitatis, & aliorum etiam, qui eius prætextu de proficiscendo cum ipſo infra prædictum terminum iuramenta ſimilia præſtiterunt, & contra iuramenta huiſmodi commiſerunt, animarum ſaluti providere in hac parte de benignitate ſedis Apoſtolicæ dignaremur. Nos itaque, qui ſalutem, quærimus ſingulorum, volentes nobilis & aliorum prædictorum, quantum cum Deo poſſumus, providere ſaluti; dicti nobilis, ac eiſdem Regis, qui ſuper hoc ſuppliciter nos rogauit, ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate committimus, quatenus nobilem ipſum, nec non & illos etiam, qui occasione ipſius ſubſidij, & eius prætextu, vt præmittitur, iuramenta ſimilia præſtiterunt, a reatu periurij ſeu culpæ, quem vel quam incurrerunt pro eo, quod infra præmiſſum terminum in ſubſidium dictæ terræ minime transfretarunt, auctoritate noſtra abſoluas, impoſita eis & eorum cuiſlibet propter hoc pœnitentia competentis. Volumus tamen quod nobilis & alij præſati ad executionem huiſmodi voti eorum, & iuramentorum etiam obſervationem remaneant nihilominus obligati. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem iv. kal. decemb. anno 11.*]

Poſtremo huic anno ſinem imponamus adductis nonnullis prærogatiuis, quas Nicolaus impertiit. Lateranenſem enim patriarchalem Saluatoris noſtri baſilicam pluribus indulgentijs decorauit ^b: qua de re ad priorem, & capitulum exarata litera: nec diſparibus prærogatiuis pro ſingulari in familiam, e qua prodierat, beneuolentia eccleſiam S. Franciſci Aſſiſinatis ornauit. c

a *Libi. ep. 565.*
Annuit petitis Pont. ac nonnulla ab eo viſiſſim exigit.

Indici in occidentem publicam pacē laudat.

Oppreſſa ab Eduardo liberata eccleſiaſtica. ^b *Lib. 2. ep. cur. 68*

Corripit eum Nicolaus.

IESV CHRISTI
annus 1290.

NICOLAI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 18.
annus 3. ANDRONICI IMP. ORIEN. 7.

IN summum discrimen adductæ fluctua-
bant in Syria Christianorum res anno a
Virginis partu millesimo ducentesimo nonage-
simo, indictione tertia: ad quas fulciendas re-
stituendasque maximi Nicolao labores aduen-
di, curæque intendendæ fuerunt. Delibutus Chri-
stiano sanguine Soldanus Babylonius, quem
in Tripolis florentissimæ Syriæ vrbis omnibusque
diuitijs repertissimæ excidio hauserat, partaque
victoria efferatus perdendis Christianorum reli-
quijs inhiabat; nec diuisas mutuis dissensionibus
fidelium vires cum suis æquari posse arbitratur.
Quare Nicolaus ex superiori clade horrore per-
fusus, metuens ne barbarus religionem in ijs re-
gionibus funditus euerteret, conatus omnes ad
comparandam expeditionem ac submittenda auxi-
lia adhibuit. Sacrum ergo classicum pro defen-
dendo Christiano nomine cecinit a, vt scribit
Bernardus; atque ad vniuersos fideles datis ency-
clis literis incendendos b funestum Terræ san-
ctæ statum in omnium oculis defixit; atque ad ca-
pessenda arma, propositis indulgentiarum præ-
mij excitauit.

*Vniuersis Christi fidelibus ad quos presen-
tes literæ peruenerint.*

2 Visio dura nunciata est nobis; qui incredu-
lus est, infideliter agit, & qui depopulator est
vastat. Sicut enim habet literarum & nuncio-
rum de Terra sancta venientium infausta relatio,
eiusque veritas in omnes fere orbis prouincias iam
diffusa, egressa ex Ægypto damnati generis bestia
iræ plena, impijssimus videlicet Soldanus Babylo-
niæ non solum incredulus, sed & credentium per-
fidus inimicus, & eos persequentium dux & inci-
tator infestus, contumaci blasphemorum Dei, &
persecutorum Christianæ fidei multitudine con-
gregata, ciuitatem Tripolitanam inclytam, opu-
lentam, ac innunerositate fidelium populosam,
vt nequiter, sic potenter obsedit, & aliquandiu ar-
ctâ obsidione grauatam, vexatam frequentibus
diuersarum machinarum ictibus, importunis ac
diris impetitam insultibus, occupauit; occupa-
tam sic immaniter, sic subito exterminauit omni-
no, quod eius exterminium præ ipsius horrore
lugere libet potius, quam narrare: cum sic hor-
ribile fuerit, sic etiam repentinum, quod paucis
per fugæ remedium Domino miserante saluatis,
multitudo tam habitatorum ciuitatis ipsius, quam
aliorum, qui ad eiusdem Soldani perfidiam pro-
pulsandam conuenerant in eadem, in tyranni præ-
fati manus incidit truculentas; quibus partim
crudeli morte deletis, partim hostiliter captiua-
tis, vt diutius moriantur; locis præcipue sacris in
diuini contemptus augmentum igne consumptis,
inter magnam ciuitatem & nullam exigui tempo-
ris spatium interuenit. Ex quo idem orthodoxæ
fidei nefandissimus persecutor in nimiam erectus
superbiam, comminatur aperte se, congregata
longe maiori multitudine, alijsque ad vsum bello-
rum necessarijs præparatis, vberius ciuitatem Ac-
conensem, & alia pauca loca, quæ Christianis in
illis partibus remanserunt, celeriter inuasurum,
vt cunctum exinde populum Christianum facile

prorsus exterminet, illudque posteris virtutis suæ
præconium & memoriale relinquat, quod sua po-
tentia de partibus eisdem prorsus aboleuerit
Christianæ religionis & nomen & cultum. Pro-
pter quod terra præfata, fatali quasi addicta di-
scrimini, clamat & eiulat, se diutinis & immensis
pressuris oppressam, exterminatam incolis, ener-
natam viribus, exanimatam opibus, ope deser-
tam, necessariæ aduersus tanti persecutoris, tan-
tæque persecutionis instantiam, defensionis præ-
sidio destitutam. O quam damnosa, quam grauis
in ijs totius religionis Christianæ iactura! O
quam lamentabile detrimentum! Accedantur igitur
corda fidelium, & Redemptori nostro pijsimo
aduersus malignantes in terra illa, quam ipse na-
riuitatis, conuersationis, & mortis propriæ titu-
lis decorauit: quamque Scriptura sacra testatur
ei omnium chariorè; cunctatione qualibet relega-
ta, consurgant, eique viriliter contra operantes
iniquitatem in euentia tantæ necessitatis assi-
stant. Exurgant ad salutis suæ compendium, & il-
lam breuis laboris pretio compendiose mercen-
tur.

3 Cæterum licet ad excitandos eorundem
fidelium animos in terræ memorata succursum
sufficere debeat solers attentio præmissorum; quia
tamen auxiliante Domino ad plenam liberatio-
nem terræ ipsius, & interim ad subuentionem lo-
corum, quæ in præsentiarum Christianitas obti-
net in eadem, nos & fratres nostri, intensis desi-
derijs suspirantes, speramus humiliter, & fideliter
credimus, quod vocè virtutis dabit Dominus voci
suæ: inter multa operosa subsidia, quæ ipsi terræ
Deo auspice fructuosa sedulo procurare, atque im-
pendere studuimus & studemus, de ipsorum fratrum
consilio per diuersas mundi partes Christicolis ver-
bum viuificæ crucis deliberauimus proponendum;
ac ministerium prædicandi eandem, nec non tra-
dendi venerabile signum eius cunctis deuote pe-
tentibus diuersis ecclesiarum prælatis virisque re-
ligiosis duximus committendum.

Quocirca vniuersitatem vestram rogamus,
monemus, & hortamur attente, obsecrantes in-
Domino Iesu Christo, ac vobis in remedium pec-
caminum iniungentes, quatenus eorum, quæ su-
perius n emorantur, pia & sedula consideratio-
ne permoti, ad audiendum salubre ipsius viuificæ
crucis verbum, cum illud in locis vestris per eos,
quibus eiusdem proponendi commisimus vel
committemus officium, contigerit prædicari, de-
sideranter attendere, idque reuerenter studeatis
audire; ac vos omnes, qui ex Dei munere estis
idonei, vt in prædictæ terræ subsidium, vel perso-
naliter ire, vel de vestris facultatibus impetiri
subsidium valeatis, victoriosum præfatae crucis si-
gnum deuote suscipere; illudque proprijs affigen-
tes humeris, ac magnis cordibus imprimentes re-
uerenter, & publice deferendo, ad celerem ipsius
terræ succurium promptis vos animis, totisque vi-
ribus accingatis.

4 Admonemus insuper omnes, qui hactenus
idem signum pro eodem subsidio susceperunt, vt
illud, si forte dimiserint, resumentes, alacriter
terræ præfatae studeant efficaciter subuenire. Et
vt hoc eo libentius, eoque feruentius prosequi
vestra deuotio studeat, quo potiolem se nouerit
fructum de suis laboribus percepturum; nos de
omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi;
& illa, quam nobis, licet indignis, Deus ipse li-
gandi ac soluendi contulit, potestate, omnibus,
qui

Quanta
ex ea re
inChristi-
num no-
men redû
det dede-
cus.

Ad illud
tuendum
re ligiosa
militia
proposito
crucis
symbolo
indicta.

Excitati
ad arma
sacra fide
les.

Proposito
profectu-
ris indu-
gentiæ.

qui personaliter proprijs sumptibus in prædictâ terrâ subsidium proficisci curauerint, plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributione iustorum, salutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui licet in alienis expensis, in proprijs tamen personis accesserint; & illis similiter, qui iuxta suarum exigentiam facultatum bellatores, seu alios viros idoneos in expensis proprijs destinabunt, quamuis ipsi personaliter non vadant, plenam suorum concedimus veniam peccatorum, siue in generali passagio, quod in proximo fieri solícite procuramus, siue ante ipsum, dummodo infra annum a data præsentium id studeant adimplere: ita tamen, quod illi, qui infra huiusmodi annum personaliter ire, seu alios, vt dictum est, in suis expensis destinare valuerint, per annum integrum, postquam ad partes Terræ sanctæ peruenerint, in eiusdem terræ seruitio commorari, seu retinere, quos miserint, teneantur. Huiusmodi quoque remissionis, & indulgentiæ volumus & concedimus esse participes iuxta quantitatem subsidij & deuotionis affectum eos, qui licet non iuxta suarum exigentiam facultatum, aliquem tamen, seu aliquos viros in subsidium dictæ terræ proprijs sumptibus destinabunt; vel de suis temporalibus bonis contribuent ad aliquos destinandum; necnon omnes, qui ad subuentionem ipsius terræ de bonis eidem aliqua ministrabunt, prout singulis diuina fuerit inspiratione suggestum, aut alias ad præmonitionem præsentis negocij consilium & auxilium impenderint opportunum.

5. Ceterum si forte aliquos eorum, qui cruce suscepti in iam dictum Terræ sanctæ subsidium proficiscendi laborem subierint, post arreptum iter huiusmodi ex hac luce migrare contigerit, ipsos nihilominus plene percipere volumus indulgentiam prælibatam. Personas insuper, familias, & bona eorū post eiusdem aggressionem itineris sub B. Petri & nostra protectione suscipimus; statuentes, vt ex tunc sub diocesanorum suorum defensione consistant. Quod si aliqui eos indebite molestare præsumperint, per diocesanos locorum, in quibus iidem molestatores fuerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescantur. Præterea in idem subsidium proficiscentibus indulgemus, vt per sedis Apostolicæ literas, vel legatorum ipsius (nisi illæ, quæ ab eadem sede obtentæ fuerint, plenam de indulto huiusmodi fecerint mentionem) extra suas dioceses non valeant conueniri: dummodo parati existant coram suis ordinarijs de se querelantibus respondere: quos per eosdem ordinarios ecclesiastica censura defendi, cessante appellationis obstaculo, volumus ab ijs, qui eosdem contra indultum huiusmodi præsumperint temere molestare. Si qui vero ex proficiscentibus ipsis ad præstandas vsuras iuramento teneantur astricti, creditores eorum per diocesanos suos censura simili compellantur, vt iuramentū huiusmodi penitus relaxantes, ab vsurarum vltius exactione desistat. Si aliqui autem creditorum eos extunc ad solutionem coegerint vsurarum, ipsos ad restitutionem earum per eosdem diocesanos simili volumus districcione compelli.

Iudæos quoque ad remittendas ipsis vsuras per secularem compelli præcipimus potestatem, & donec eas remiserint, ab omnibus fidelibus Christi, quibus hoc per suos diocesanos denunciatum extiterit tam in mercimonijs, quam in

alijs sub excommunicationis pœna iubemus eis communionem omnimodam denegari.

6. Ad hæc si qui proficiscentium eorundem, seu destinantium viros idoneos iuxta suarum exigentiam facultatum excommunicationis essent vinculo innodati pro violenta iniectioe manuum in clericos seculares, aut etiam religiosos; dummodo non fuerit excessus difficilis, & enormis, & passis iniuriam satisfaciunt cōpetenter; siue pro eo quod sepulchrum Dominicum visitare, seu ad Siciliæ insulam, vel ad alias terras accedere, vel cum Sicilia aut alijs quibuscumque communicare in mercimonijs, seu alijs modis contra prohibitionem Ecclesiæ præsumperunt; dummodo ipsis contra Romanam ecclesiam non dederint alias consilium, auxilium, vel fauorem, nec arma, seu merces prohibitas portauerint Saracenis; absoluedi eos ac dispensandi cum clericis, qui cum excommunicationis sententiam latam a canone, vel ab homine incurrisserint irregularitatis notam, immiscendo se diuinis officijs contraxerunt, nonnullis ecclesiarum prælatis, ac religiosis viris per alias nostras literas concedimus potestatem. Attendite igitur populi Christiani, & videte mentalibus oculis, quantis memoratæ superius Terræ sanctæ conditio sit attrita miserijs, obiecta periculis, calamitatibus circumseptâ. Attendite beneficia suprædicta, quæ vobis, eidem subsidia opportuna præstantibus, ex potestate nobis a Christo tradita conceduntur in terris. Attendite copiosam mercedem, quæ ab ipso preparatur in cælis, & ad retundendas impiæ gentis impetus, compescendos insultus, superbiam conterendam, quæ de terra illa, Christi sanguine consecrata, fideles Christi tam nequiter eliminare molitur; nec non ad eliminandum exinde spurcitas execrandas, quibus terram ipsam gens eadem profanare ac polluere non veretur, properanter exurgite, viriliter, & potenter, vt glorificetur per vos in terra eadem gloriosum nomen Domini Iesu Christi, & vos digni habeamini ab ipso percipere in terra viuentium gloriam sempiternam. *Datum Roma apud S. Mariam maiorem non. ianuarij anno 11.*

7. Concitatos ad profitendam, accepto crucis symbolo, religiosam in Saracenos Asiaticos militiam fideles, ac plures, pio ardore accensos, triremibus viginti, quas Venetijs Pontifex instrui iusserat, traiecisse, refert his verbis Iordanus: *a Nicolaus IV. fecit armari Venetijs galeas viginti pro subsidio Terræ sanctæ, quibus præfuit Nicolaus Teupulo dictus Scopulus. Prouidit quoq; Papa Ioanni dicto Grilli capitaneo stipendiatorum Regis Franciæ tria millia unciarum auri, & mille Rubeo de Suly, qui se obtulit ad eundem. Prædictus quoque Ioannes transiens per Siciliam a Rege Iacobo quinque galeas obtinuit bene munitas: sed quia ipso anno Soldanus contra Ptolemaidem non venit. In prociatu a suis veneno necatum tradit Aytonus; prædicti nil nobile egerunt. His de Scopulo addit Sannutus: *Habuitque vltra quam sibi fuerit opportunum ex cruce signatis: qui in eorum processu terram Candelorij sunt aggressi, licet nequieverint obtinere: ceteri vero per loca varia debito tempore transierunt.**

8. Cecidere irriti ij omnes conatus, cum turpiter Christiani nominis causa ab ijs, quibus contrahendæ classis demandata erat prouincia, prodita fuerit. E viginti enim illis triremibus Ecclesiæ sumptu conductis, exscensione Christianorum facta vix tredecim ballistis & milite instrui potuerunt.

Et auxilia
submit-
tia.

Cruces-
gnati in
parroci-
um se-
dis Apost.
accepti.

Vsurarum
onere li-
berati.

re: quare episcopus Tripolitanus repetundarum iudicio a Pontifice postulatus est. a

Venerabili fratri B. episcopo Tripolitano.

Gerentes cordi negotium Terræ sanctæ, ac de tua probatæ circumspeditionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, pridem tibi super viginti galeis apud Venetias armis & alijs necessarijs muniendis sollicitudinem duximus committendam: & credimus, quod circa hoc tuæ diligentia studio impendisti, laboribus non parcendo. Sed re vera mirari compellimur quod, sicut ad nostrum peruenit auditum, galeæ prædictæ minus sufficienter munitæ fuerunt armis & hominibus opportunis; adeo quod cum eadem galeæ ad ciuitatem Acconensem, ducente Domino, peruenissent, remanentibus in terra stipendiarijs & peregrinis, quos galeæ detulerunt supradictæ, de hominibus reliquis, ad ipsarum munimen speciale deputatis, vix tredecim vel paulo plures galeæ armari, vt conuenit, potuerunt defectu non modico inuento in eis armorum, & præcipue ballistarum. Quod tanto molestius extitit votis nostris, quanto præfatum negotium ad laudem Dei & Christianitatis honorem feruentius cupimus promoueri. Nec habet nostra credulitas, quod hoc ex pecuniæ defectu prouenerit, cum tibi pro muniendis galeis eisdem fecerimus de sufficienti pecunia prouideri; ac insuper aliqua percepisse dicaris, quæ ex prædicatione crucis, sicut dicitur, obuenerunt. Volumus igitur, & fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus super præmissis omnibus nobis cito poteris rescribas plenius veritatem; & nihilominus de vniuersis in hac parte perceptis, & expensis, etiam a te factis, plenam & distinctam in præsentia venerabilis fratris nostri Nicolai patriarchæ Hierosolymitani Apostolicæ sedis legati facias rationem, quam descriptam fideliter sub eiusdem patriarchæ ac tuo sigillis nobis volumus destinari.

Dat. XII. kal. nouembris anno III.]

9 Collabentibus ita Syriacis rebus, suppeticum ferendarum sollicitus Nicolaus, misso Ioanne e Semesio Minorita apostolico pœnitentiario, Francorum Regis opem implorauit, vt Terræ sanctæ Christi sanguine consecratæ tutelam corripere; ac submissis aliquot equum turmis, & maritimis auxilijs, Babyloniorum retunderet impetus, donec ex vniuersis occidentis regnis cruce signatus exercitus in orientem traduceretur. Sed is politicorum consilij a præclaro opere abductus est, ne extremo discrimine rebus pendentibus arduum bellum suscipere, ac Syriam ab ipso amissam aliquando probro vertere. Qua accepta re Pontifex eam ignominia suspicionem delecte ex eius animo subiectis literis est conatus. a

Nicolaus &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri.

Gerentes cordi negotium Terræ sanctæ, pridem dilectum filium fratrem Ioannem de Sameio ordinis Minorum Pœnitentiarum nostrum, ad te cum nostris literis duximus destinandum; celsitudinem regiam per eas rogantes attentius & hortantes, ac obsecrantes per asperionem sanguinis Iesu Christi, vt attentam meditationem cogitans, quam periculosa iactura negocij dictæ terræ, quantum opprobrium, quantaque ignominia totius Christianitatis existeret, si per aliquam negligentiam, vel torporem ipsius terræ particula, quæ Christianis remansisse dignoscitur, perderetur; eidem terræ, de sufficienti celerique succursu equitum, & præcipue ballistariorum & peditum

armatorum, quibus ad præsens indiger; ac etiam de competenti numero galearum, de quibus eidem terræ posset efficax prouenire defensio, & suorum hostium impugnationi fieri, prouidere curares, huiusmodi continuando succursu vsque ad tempus passagij. Præfatus autem pœnitentiarius, tandem ad nostram præsentiam rediens, regias nobis literas attulit inter cætera continentes, quod consideratis negocijs, quæ incumbunt, & rebus vt nunc se habentibus, in hoc resederat consilium regium, vt ad præsens nequaquam assumeres terræ custodiam prælibatæ; cum si, quod absit, de terra ipsa sub tua constituta custodia finistrum aliquod eueniret, illud tibi fortasse contingeret imputari.

10 Sane, fili charissime, scire te volumus, & pro certo tenere, quod cum te, vt pote fidelissimum & deuotissimum Ecclesiæ filium, paternis affectibus diligamus, ad tui honoris & exaltationis augmentum sollicitè intendentes; tecum super hoc pure, sincere, ac simpliciter agimus, omni prorsus captioso verbo, vel subdolo eminus relegato. Nec ad id nostra quomodolibet tendit intentio, vt si te huiusmodi gerente custodia, de dicta terra finistri quicquam accideret, talis imputatio sequeretur. Scimus etenim, & sacre Scripturæ testimonio comprobatur, quod nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilare noscuntur, qui custodiam eius seruant. Cum igitur ad conseruationem terræ memoratæ continuam, feruens nostræ mentis desiderium dirigatur, regalem magnificentiam sicut iterum, sic attentius rogamus, hortamur, & obsecramus in Filio Dei Patris, quatenus præmissis sedula meditatione discussis, & ipsius terræ ac eius incolarum periculis, quibus dignoscuntur expositi, pia consideratione pensatis, huiusmodi custodiam dictæ terræ pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia, tuæ incremento salutis, ac totius Christianitatis intuitu, ad te super hoc specialiter oculos dirigentis, difficultate sublata qualibet, promptus & benignus assumas, vsque ad tempus generalis passagij exercendam; tanto propensius a Domino præmium exinde percepturus, quanto gratius & acceptius in hac parte sibi obsequium exhibebis, ac etiam consecuturus a nobis eo potioris commendationis titulum, quo per te plenius nostris desiderijs satisfiet, &c. *Dat. apud Urbem ueterem non. decembris anno III.]*

11 Urgebat Pontifex his precibus Francorum Regem cū extremi exitij discrimē Ptolemaidi impenderet, ac tumidus præteritis victorijs Sultanus ad eam obsidendam copias pararet. Sed fractos illius impetus opportuna morte refert Sanutus: *Cogitauit Melec Messor Soldanus parare exercitum ad destruendam in terra Syriæ Christianorum reliquias, & MCCXC. de mense octobris mouit exercitum: sed qui Amorrhæos inde expellere noluit nisi completa forent iniquitates eorum, adhuc patienter sustinuit, si forte ad pœnitentiam redeant de via sua mala; & mortuus est Messor in itinere, successitque illi filius uocatus Seraph. Cum vero carnalia ceteraque peccata continue augerentur in fratribus fœderis baptismalis, nec de malis uellent conteri, nec per pœnitentiam ad viam redire iustitiæ, assumpsit Seraph paternum propositum eo ardentius commotus, quod XIX. Saracenos mercatores Ptolemaide in loco uocato Lasunda iuxta cambium contra fidem treuguarum cruce signati gladio peremerunt, ac poscenti iustitiæ denegata sit. Quibus contentanea iisdem pene uerbis recenset Iordanus b.*

Respuit Philippus in se Syriæ curam suscipere.

Urgetur Nicolao, ne ignominia illius metu eam abijciat.

Optime de re Christiana ipsius meritum.

Intererunt vniuersas copias Christianas comparatū iri.

a Sanuti. l. 3. p. 12. c. 21. Ayrhō. hist. rior. ca. 53. Peccata exitij Syriæ causa.

b Iord. M. S. V. sig. n. 1960.

Præsidebant vero suis viribus Christiani, cum infrem elati forent, breui Eduardum Regem, Anglicano flore stipatum cruce signatas ex vniuersis Christianis regnis copias in Syriam adducturum. Sed antequam is se longinquo accinxerit itineri, expugnatam ab Saracenis Ptolemaidem lugebimus inferius. Attributę porro illi erant ad sustentandos sumptus bellicos decimę sexennales, quas ne forte, intermissa sacra expeditione, in alia auerteret profunderet, exegit ab eo Pontifex, vt regia syngrapha sedi Apostolicę caueret de ijs restituendis, si bellum Asiaticum non conficeret. Cuius postulatis æquissimis Eduardus Rex, vt e subiectis literis a patebit, assensit.

Sanctissimo in Christo patri domino Nicolao diuina prouidentia sacrosanctę Romanę, & vniuersalis Ecclesię summo Pontifici, deuotus filius Eduardus, Dei gratia, Rex Anglię, dominus Hibernię, & dux Aquitanię cum omni recommendatione deuota pedum oscula beatorum.

12 Literas sanctitatis vestrę recepimus infra scripti tenoris b: *Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei charissimo in Christo filio Eduardo Regi Anglię illustri salutem, & apostolicam benedictionem.* Gaudemus in Domino, & cor nostrum vberi exultatione reficitur, cum circa illa te sollicitum fore perpendimus, quę in laudem & glorię summi Regis, tuę salutis augmentum, & totius Christianitatis honorem cedere dignoscuntur. Sane felicitis recordationis Martino, & postmodum recolendę memorię Honorio Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ac nobis tuo salubri Deoque accepto proposito, quod ab olim circa Terrę sanctę negotium concepisti, per literas & nuntios tuos exposito, tam prædecessoribus ipsis, quam nobis volentibus illud opportunis fouere auxilijs, ac eiusdem terrę statui vtiliter prouidere, inter Apostolicam sedem & te diuersi habiti sunt tractatus, per diuersos celsitudinis tuę nuntios eidem sedi tuis petitionibus præsentatis: ad quas sedes ipsa noscitur certam dedisse responsa, prout in ipsorum prædecessoris ac nostris confectis exinde literis plenius continetur. Nuper autem per dilectos filios nobilem virum Galfridum de Geneuilla, & magistrum Guillelmum de Grenafend, & Thomasiū clericos magnitudinis tuę nuntios, & literas, quas nobis pro parte regia præsentarunt, aperte perpendimus, quod volebas in responsionibus tibi factis aliquid immutari. Porro, fili charissime, licet dilatio morosa negotij diuersitasque tractatum prædictę terrę negotio per maximum afferre valeat detrimentum; nos tamen affectibus regijs condescendere, prout possumus, affectantes, ad notitiam tuam præsentium tenore deducimus, qualiter tibi in hac parte disponimus subuenire.

13 Nouerit igitur regia magnitudo, quod nos terminum generalis passagij festum natiuitatis S. Ioannis Baptistę proximo futurum in tres annos, quod erit anno Domini MCCXCIII. de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum; intendentes postquam omnia inserta præsentibus per tuas patentes literas duxeris acceptanda, crucem per omnes Christianitatis partes facere prædicari, prout viderimus expedire: & mandabimus tibi decimam sex annorum collectam in subsidium dictę terrę in Anglię & Scotię regnis, & in terris Vallię & Hibernię in duobus terminis assignari; videlicet medietatem ipsius in festo natiuitatis beati Ioannis Baptistę anno Domini MCCXCI. & medietatem aliam in festo natiuitatis

eiusdem sancti deinde proximo secuturo: ita tamen, quod de restitutione illorum, quę de decima receperis suprascripta, si te deficere in transfretando contigerit, facienda cautionem præstes infra festum purificationis B. Virginis proximo venturum. [Interiectaque literarum formula, quibus ab Eduardo Pontifici de non dissipandis decimis cauendum esset, subiungit.]

14 Intendimus quoque, ad omnes cruce signatos, qui esse poterunt habiles ad pugnandum vel alias vtilis ipsi terrę, monitionibus & persuasionibus efficacibus vt, vt in passagio ipso transfretent: eosque compellere, quos temporis qualitas, & ipsorum conditio suadebunt, ac sedes Apostolica expedire viderit compellendos; intendentes tibi de decimis & obuentionibus collectis in terrę memoratę subsidium in illis terris, quarum domini non transfretabunt, impedimentis nunc obstantibus Domino fauente sublati, nec superuenientibus nouis, taliter subuenire, quod merito poteris esse contentus. Quamuis insuper imparatus existas ad transfretandum in dictę terrę succursum infra triennium in dicti prædecessoris Honorij literis comprehensum, prout exigit negotij tanti arduitas; & infra, nos de nouo de prædictorum fratrum consilio sex annorum decimam in dictis regnis Anglię & Scotię, ac terris Vallię & Hibernię concedimus: quam decimam sex futurorum annorum interim annis singulis mandauimus colligi, & quod ante tuum passagium fuerit de ipsa collectum, tibi postquam cum tuo exercitu ad transfretandum mare intraueris, assignari. Quod vero post passagium, de ipsa decima colligetur, tibi, sicut colligetur, assignari mandabimus, postquam in dicti passagij termino duxeris transfretandum, prout magnitudinem tuam decebit, & requireret negotium memoratum, &c. *Dat. Romę apud S. Mariam maiorem xvii. kal. iunij pontificatus nostri anno III.*

15 Quarum literarum vestrarum tenore nobis diligenter exposito & plenius intellecto, ex nunc expresse renuntiantes omnibus concessionibus per prædictos prædecessores vestros Martinum & Honorium, & etiam per vos ipsos hæcenus nobis factis super decima dictorum regnorum & terrarum; ac super obuentionibus in eisdem regnis, & terris, quę prouenerunt, vel prouenient eiusdem terrę subsidio; prædictam decimam sex futurorum annorum, & alia omnia in eisdem literis comprehensa sponte recepimus, & acceptamus, ipsisque nostrum præstamus assensum, & prædicta omnia & singula, quatenus nos & successores nostros contingunt, vel contingere possunt, nos ac ipsos inuiolabiliter seruatuos promittimus; volentes ipsa robur plenę firmitatis habere: ac præsentibus literas nostras regio pendente sigillo munitas vobis & ecclesię Romanę concedimus in testimonium veritatis. *Dat. apud Clifton ix. kal. nouemb. anno incarnationis dominicę MCCCLXXX.*

16 Obstrinxit ad id regiam fidem Eduardus alijs literis a, quę iisdem verbis ac præscripta a Pontifice dandę syngraphę formula conceptę sunt.

Sanctissimo in Christo patri domino Nicolao, diuina prouidentia sacrosanctę Romanę ac vniuersalis Ecclesię summo Pontifici, Eduardus Dei gratia Rex Anglię, dominus Hibernię, & dux Aquitanię cum recommendatione humili deuota pedum oscula beatorum.

Præsentium vobis tenore, sanctissime Pater,

a Extant apud Nic. IV. l. 4. ep. cur. I.

b Extant l. 3. ep. cur. 45.

Regis Angl. literę ad Pontif.

Iniurę de expeditione ne obedienda pactio nes.

Tercio post anno D. Ioannis dies ad trajiciendum constituta.

Attributę ei decimę Anglię, Scotię, & Hibernię.

vestrisque successoribus Romanis Pontificibus & ecclesie Romanæ promittimus, quod si nos sponte, vel culpa nostra deficere in transfretando in subsidium Terræ sanctæ contigerit, seu per nos steterit, quo minus in præfixo generalis passagij termino transfretemus, omnia, quæ de decima nobis concessa in Angliæ & Scotiæ regnis ac terris Valliæ & Hiberniæ nos recepisse contigerit, restituemus ad vestrum, dictorumque successorum, & ecclesie Romanæ mandatum; etiam si pars ipsorum receptorum, vel omnia ipsa recepta in præparatione transfretationis fuissent expensa; quodque si non transfretauerimus in ipso termino impedimento aliquo præpediti, expensas, quæ factæ fuerint in præparatione prædictæ, pro medietate imputabimus nobis, & pro medietate reliqua imputabimus prædictæ decimæ; & ex nunc consentimus, quod de ipsa decima deducantur, & promittimus. Quod si quid, facta imputatione seu deductione huiusmodi, apud nos de decima ipsa remanserit, illud similiter restituemus ad vestrum, dictorumque successorum, & ecclesie Romanæ mandatum; & quod si quid de expensis, quæ sicut in præparatione prædictæ, vel de datis, seu assignatis eius occasione nobis taliter impeditis recuperari contingat, vel de rebus præparatis occasione passagij, medietatem illius similiter restituemus, reliqua vero medietas erit nostra. Pro ijs itaque omnibus firmiter obseruandis & plenarie adimplendis nos, successores nostros, ac exitus & prouentus nostros regni Angliæ, aliarumque terrarum nostrarum, & omnia alia bona nostra mobilia vobis, & dictis successoribus vestris, ac Romanæ ecclesie obligamus specialiter & expresse, præsentis literas nostras regio pendente sigillo munitis vobis, & suprascriptis vestris successoribus ac ecclesie Rom. in veritatis testimonium concedendo. *Dat. apud Clifton* 19. kalend. nouembris anno incarnationis dominicæ MCLXXX.] Suscepti immemorem pij consilij Eduardum vertisse arma in Gallos visuri sumus. Exoriri enim discordia leuib. ex causis inter illum Philippumque cœperat, vt inter insignis legationis causas attingemus.

17 Decreta est igitur a Nicolao grauissima illa hoc anno legatio ad Francorum, Anglorum, & Aragonum Reges, quam Gerardus episcopus Sabinensis, & Benedictus Caietanus S. Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis maximis onerati imperijs obierunt. Demãdara enim ipsis prouincia est, vt acceptas a Philippo Francorum defuncto Rege decimas Syriæ rebus instaurãdis elicerent: vt ostendunt pontificiæ literæ ad Philippum filium Regem, quibus Nicolaus memoratam insignis legationis priores causas expressit. a

Nicolaus, &c. Phil. Regi Franciæ illustri.

Cum venerabilem fratrem Gerardum episcopum Sabinensem, & dilectum filium nostrum Benedictum S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem ad partes Franciæ, certis sibi commissis negotijs, prout celsitudini regiæ per alias nostras notificauimus literas, destinemus; regalem magnificentiam rogemus & hortamur attente, ac obsecramus in Filio Dei Patris, quatenus ob diuinam & Apostolicæ sedis reuerentiam, tuæque salutis augmentum, quod propensus affectamus, prædictorum terræ incolarum multis periculis, angustijs, & pressuris, quæ, sicut præmittitur, effectus hostis augmentare non desinit, regia pietate compatiens, & ad subuentionem eorum benigne dirigens desiderium mentis tuæ,

Annal. Eccl. Tom. XIV.

prædictam decimam, [attributam nimirum patri Philippo ad sumptus sacre expeditionis, quam intermisit.] deductis ex ea expensis factis de ipsa de mandato seu beneplacito dictæ sedis, Cardinalibus ipsis & eorum cuiilibet prædictæ Terræ sanctæ, ac etiam Romanæ ecclesie nomine facias liberaliter assignari, &c. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem VIII. kal. maij anno III.]*

18 Adducit aliam decreta tantorum Cardinalium legationis causam Bernardus a, dum missos ait ad sedandas similtates, quæ inter Francorum & Anglorum Reges exarserant, cui Iordanus his verbis assentitur b: *Discordia oritur inter Regem Franciæ & Odoardum Regem Angliæ, quæ magna fuit & multum durauit: & mittuntur duo Cardinales, scilicet dominus Benedictus Caietani, & dominus Gerardus de Parma, qui super negotio nihil facere potuerunt.* Quibus consentanea etiam a Ptolemæo Lucensi traduntur c. De ea discordia, quæ postea in atrox erupit incendium, deque nauata a Benedicto, cum pontificios apices accepto Bonifacij VIII. nomine attingisset, opera inferius dicendum. Princeps porro, omniumque grauissima causa antea a nobis insinuata, ob quam Gerardus & Benedictus Cardinales legati ad transalpinos Reges fuere, in apostolico diplomate ad eosdem Cardinales d dato, alijsque ad Carolum Siciliæ e, Philippum Francorum f, Carolum Valesium Aragonum g Reges missis literis in medium adducta est: vt nimirum ad conficiendum facilius Siculum bellum, vertendaque postea in Saracenos arma de Aragoniæ & Valentiniæ regnis controuersiam inter Alfonso & Carolum Valesium agitaram sedarent, & acerbas fœderis pactiones, pro liberato Carolo Rege Siciliæ vi extortas, mitigarent.

Venerabili fratri Gerardo episcopo Sabinensi & dilecto filio Benedicto S. Nicolai in carcere Tulliano diacon. Card.

19 Pastoralis officij debitum exequentes, circa illa solerter intendimus, & ad felicem promotionem eorum opem & operam vigilantibus studijs adhibemus, per quæ mudi tranquillitas, comoditas Terræ sanctæ, ac salus animarum fidehium producantur. Ad nostrum siquidem peruenit auditum, quod inter charissimos in Christo filios nostros Carolum Siciliæ, & Carolum Aragoniæ Reges illustres, ac nonnullas alias sublimes personas, operante illo, in cuius manu corda sunt principum terrenorum, diligens super nonnullis negotijs tractatus est habitus; de cuius consummatione votiuã, fauente Domino, prouentura, cunctorum pax tranquilla fidelium, optata negotij terræ memoratæ promotio, & humanæ salutis augmentum, prout ipse non dubia suggerit, subsequantur.

Cum igitur ab eodem Rege Siciliæ per eius nuncios solemnes & literas sit a nobis cum instantia postulatum, vt ad partes vitramontanæ, vbi dicti Reges cum personis eisdem moram ad præsens contrahere dignoscuntur, pro ipsius prosecutione tractatus aliquem, vel aliquos ex fratribus nostris de benignitate sedis Apostolicæ destinemus; nos ad personas vestras, quarum sunt nobis merita grandia, virtutes multiplices, & laudanda probitatis expertæ studia non ignota, dignæ considerationis oculos extendentes; scientes etiam vos pacis & concordie amatores existere, ac honoris & exaltationis dictorum Regum feruidos zelatores; volentes quoque tractatum huiusmodi fauore beneuolo consequere, discretionij

a Bern. in chron. R. Pontif. b lord. M. S. Vat. sign. n. 1960. Dare operam iusti redintegrã de concordia inter Eduard. & Philippum. c Ptol. Luc. M. S. hist. eccl. l. 24. cap. 26.

d Lib. 3. ep. cur. 2. e Ibid. ep. cur. 3. f Reg. post eand. ep. g Ibid.

h Prouincia ijs deman data prosequendi tractatum inter Sicilia Regem & Carolum Valesium.

vestra per apostolica scripta mandamus, quatenus ob reuerentiam Dei tanti laboris onus promptis humeris assumentes, vos ad partes illas, quamquam vestra nobis non modicum opportuna presentia careamus inuiti, personaliter conferentes, super huiusmodi negotio & ipsum contingentibus vos gerere studeatis, prout mundi statui, Dei & Apostolicae sedis honori, animarum salutis, & praedictae Terrae sanctae negotio, cordi nobis potissime insidenti, oculatae vestrae circumspeditionis industria viderit expedire. Datum Roma apud S. Mariam maiorem x. kal. aprilis anno

111.]

Alfonfus Aragoni oratores ad Cardinales legatos mittit.

a Lib. pri. nil. Rom. ecl. 10. 2. pag. 239. & M. S. Vallie. sign. lu. B. n. 12 pag. 198.

Quae partes ijs demandatae.

20 Edoctus de Gerardi & Benedicti Cardinalium legatorum aduentu Alfonso Aragonius, confirmandi solij sollicitus, utque Gallorum arma a se auerteret, oratores amplissima instruxit auctoritate, ut cum ijs de ineunda cum Ecclesia, illiusque focij Regibus, Carolo nimirum Valesio Aragoniae renuntiato, Carolo Siciliae, Philippo Francorum, Iacobo patruo Balearium a se regno depulso paciscerentur: Nouerint a vniuersis; Et infra: quod magnificus princeps dominus Alfonso Dei gratia illustris Rex Aragonum, Maioricensis & Valentiae, ac comes Barchinoniae fecit & constituit suos procuratores legitimos praesentes, & huiusmodi procurationis onus in se sponte recipientes, venerabilem dominum Hugonem Dei gratia Caesaraugustanum episcopum, ac nobiles viros Berengarium de Podio viridi, & Raymundum de Anglana, & religiosum fratrem Res de Ripella ordinis hospitalis, & discretum virum Pontium praepositum de Solfone, & Iacobum de Biays canonicum Vrgellensem, & Maimonum de castro Cuculmo militem, & Eximinum Petri de Salanoua militem, Guillelmum Durfortis ciuem Barchinonensem, Raymundum de S. Clemente ciuem Ilerdensensem, Bernardum Guillelmum de Pinell. iurisperitum, ac V. v. Guillelmum de Iaser iudicem de curia dicti domini Regis ad comparendum in praesentia reuerendissimorum patrum dominorum, Dei gratia, Gerardi Sabinensis episcopi ac Benedicti S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi Card. sacrosanctae Romanae ecclesiae nunciorum, seu etiam legatorum, super tractatibus dudum habitis & habendis inter sacrosanctam Romanam ecclesiam & inter magnificum principem dominum Carolum illustris Regis Caroli clarae memoriae primogenitum, & dictum dominum Alfonso Aragonum Regem illustrem super reformatione pacis & concordiae inter dictam sacrosanctam Romanam ecclesiam, & magnificum principem dominum Philippum, Dei gratia Francorum Regem illustrem, & dominum Carolum fratrem eius, & praedictum dominum principem, & dominum Iacobum auunculum praefati domini Regis Aragonum ex parte vna, & ipsum D. Alfonso Regem Aragonum ex parte alia ad prosequendum, tractandum, & complendum & firmandum ipsius nomine & pro eo tractatum pacis, & concordiae cum eisdem omnibus, & cum quolibet praedictorum; & ad transigendum, paciscendum, componendum, conueniendum, pacem seu treuquam faciendum cum praedictis & praedictorum quolibet, & ad obligandum ipsum D. Alfonso Regem & successores ipsius ad tenendum & obseruandum fideliter ac inuiolabiliter tractatum pacis & concordiae, in quem praefati procuratores cum praedictis dominis Cardinalibus ac domino Carolo principe, & domino Iacobo auunculo praefati domini Regis Aragonum, vna cum procuratoribus illustris Regis Franciae, ac domini Caroli fratris eius, & quolibet eorum duxerint concordandum: dans idem dominus Rex Aragonum praefatis

procuratoribus potestatem in animam ipsius iurandi ac praestandi iuramentum de parendo mandatis Ecclesiae, si necesse fuerit, & dictis procuratoribus suis videbitur expedire; & ad subeundum cuiuslibet alterius generis iuramentum, & ad faciendum omnem securitatem & cautelam, quae in praefato negotio, & tractatu pacis & concordiae praedictis procuratoribus suis videbuntur expedire, & quam posset idem dominus Rex Aragonum facere, si esset ibidem personaliter constitutus, &c. Actum est hoc XI. kal. februarii anno Domini MCLXXX.

21 Illata est Iacobi Alfonsi patris Regis Balearium mentio in eo tractatu, cum Nicolaus inter ceteras grauissimas causas, ob quas, etsi Carolus Rex Siciliae deprecator accederet, Alfonso in gratiam admittere respuerat, initalque eundem inter & Carolum paciones resciderat, ea permotus esset, ne Regem Balearum, qui ob susceptas aduersus Petrum fratrem & nepotes Ecclesiae partes regno eiectus fuerat, desereret: nec propterea Iacobo Aragoniae & Valentiae iura restituta visuri sumus, nisi Iacobus patruus Balearico regno redditus esset. Praeterea ad cogendum ad id Alfonso, Philippo Regi Francorum, ut fratrem in Catalonia, Aragoniam, & Valentiam induceret, attributa erant decima non modo in Gallijs, verum in finitimis nonnullis prouincijs Romano Imperio obnoxij. Quod cum Rodolphus Romanorum Rex in suam iniuriam interpretaretur, atque a nonnullis aduersus Francorum Regem incitaretur, quasi is Imperij iura sibi vendicaret, Nicolaus Rodolphum mulcere literis studuit, & causas ob quas id sedes Apostolica constituerat, nimirum ad comprimendos Aragonios Siciliae inuasores, tuendamque Ecclesiae dignitatem aperuit.

Charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Deuotione plenas, & affectione non vacuas regiae celsitudinis literas, nostro nuper apostolatu praesentatas eo promptius libentiusque suscepimus, quo mittentem syncerius gerimus in visceribus charitatis. Quarum inter cetera tenor habebat, quod principum, magnatum, & baronum Imperij aduersus excellentiam regiam murmura succrescebant, quasi dictum Imperium minime tueatur, patienter & indigne ferendo, ut charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris excedat limites regni sui, aliqua contra ipsius statum Imperij, & in depressionem eius non modicam attentando. Tu vero ex eo modernis praegravari temporibus praetatum Imperium reputabas, quod in nonnullis ciuitatibus & dioecibus infra dicti metas Imperij constitutis trium annorum decimam Regi persoluentem eidem duximus imponendam; praesertim cum ecclesiae ciuitatum & dioecum earumdem de bonis ipsius Imperij sint dotatae: quare magnificentia regia suppliciter postulat, ut super ipsius praestatione decimae iam dictas minime grauaremus ecclesias, quinimo illas ab huiusmodi praestationis onere praefato Regi, sicut praemittitur, faciendae prorsus absolvere dignemur.

22 Sane, fili charissime, non ignorare te volumus, quod inter ceteros orbis terrae principes, regalibus titulis insignitos, te utpote fidelem Ecclesiae filium & deuotum speciali affectione prosequimur, synceris complectimur brachijs, tui status incrementa felicia diligentes: nec ad eiusdem Imperij vel suorum depressionem, seu diminutionem iurium voluntas nostra dirigitur, cum illa potius ne

sedantur in aliquo vel turbentur, manutenerere ac tueri favorabiliter intendamus. Nam licet Apostolica sedes, urgente necessitatis articulo, prædictam decimam in ciuitatibus & diocesis imposituerit memoratis, certis eidem Regi terminis persoluendâ; huiusmodi tamen impositio decimæ, si consideretur attentius, non tam in ipsius Regis commodum *, quam in ecclesiæ Rom. auxilium & fauorem aduersus eius hostes publicos & rebelles (quorû præsumptiones multiplices & temeritates innumeras, quibus nondum suis imponitur, iam fere totius orbis notitia extitit subsæcuta) vt hostium & rebellium prædictorum infanda præsumptio, quâ timor Dei vel reuerentia sedis prælibata non reprimat, prædicti Regis potentia ipsius ecclesiæ, cuius præcipue negotium agitur, adiuta suffragijs, compefcatur.

Regalem itaque magnificentiam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Filio Dei Patris, quatenus sedula meditatione recogitans grandem & vrgentem ipsius necessitatem ecclesiæ multis iamdiu ab hostibus & rebellibus supra dictis, non absque diuinæ maiestatis contemptu, & opprobrio multo fidelium læcessitæ iniurijs, vexatæ molestijs, offensionibus impetita; attendens etiam & diligenter aduertens, quod tu ramquam specialissimus ipsius ecclesiæ filius defensorque præcipuus, exaltationem & augmentum eiusdem ecclesiæ debes non solum votis affectare feruentibus, sed etiam sibi adesse fauoribus, consilijs, & auxilijs opportunis; moleste non feras, sed potius sub deuotionis filialis promptitudine patiaris id, quod eiusdem sedis circumscripta prudentia de impositione ac solutione prædictæ decimæ noscitur ordinasse: tanto nobis & eidem sedi amplius proinde placiturus, quanto libentius te super hoc eiusdem sedis conformabis affectibus, & ipsius beneplacitis promptius acquiesces: maxime cum eidem Imperio aliquod exinde præiudicium generari, vel iura eius in aliquo minui vel lædi nolimus; statuentes, & etiam auctoritate apostolica decernentes, vt per hoc in prædictis terris seu locis nullum ius eidem Regi quomodolibet acquiratur, aut iuribus, quæ inibi præfatum Imperium obtinet, in aliquo derogetur. *Datum apud Urbem ueterem v. non. iulij anno IIII.*]

23 Constituta hæc, vti vidimus, a Martino IV. vt Aragonios ab inuadenda Sicilia distraheret. Quos etiam vt facilius diuelleret, legatos Cardinales, de quibus memorauimus ad restituendum in gratiam cum Ecclesiâ Alfonso missos a Nicolao diximus; cui ad officium redire velle præ se ferenti vt paternum finem explicuit, ita Iacobum Alfonso fratrem, qui relictam a patre Sicilia tyrannidem corripuerat, legum seueritatem promulgata hac sententia distrinxit a: *Intendentes ad hoc de apostolica mansuetudinis lenitate, quam in nostris actibus libenter amplectimur, experiri, vtrum in eodem Iacobo quicquam reuerentia erga Deum, aut aliqua deuotionis erga Ecclesiam scintilla remanserit; dictos Iacobum & Siculos præsentem hac fidelium multitudine copiosa monemus, vt infra kalendas mensis aprilis proximo venturi sibi salubriter cõsultantes, ad nostra & eiusdem Ecclesiæ mandata redire procurent, super commissis ab eis excessibus & offensis, nostris & eiusdem Ecclesiæ beneplacitis & præceptis humiliter & efficaciter paritari. Alioquin contra eos, prout qualitas facti suaserit, contumacia eorum exegerit, & expedire videbitur, spiritualiter & temporaliter, auctore Do-*

mino, procedemus; aperte prædicantes eisdem, quod prætextu dilationis & termini assignationis huiusmodi, quæ potius ex gratia seu misericordia, quam ex iuris necessitate procedere dignoscuntur, nequam differre proponimus, vel etiam abstinere: quin etiam ipsa dilatione & termini assignatione, pendebimus, tam ex præteritis eorum contumacijs, excessibus & offensis, quam ex futuris, si quos eos committere forte contigerit, procedere curabimus spiritualiter, et temporaliter, prout et quando expedire viderimus contra eos, &c. Actum Urbem ueterem in prædicta ecclesiâ Urbem ueterem in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum de Urbe pontificatus nostri anno IIII. Interea defixi fuere censuris Neocastrensis & Cephaludensis episcopi a, qui Iacobum regio contra fas diademate cinxerant; Carolo vero Regi ad recuperandam Siciliam Sardinia & Corsica decimæ attributa. b

24 Caterum vltioris Sicilia dominatu non contentus Iacobus, proferendi in citeriorem imperij audis hoc anno graue bellum in Carolum mouit: cum enim Catanzarum in Calabria ad Iacobum defecisset, fuisseq; a Roberto comite Atrebatensi obsidione cinctum, Iacobus cum tremitibus quinquaginta, atque alijs pluribus nauibus facta exscensione obsidionem soluere conatus est. Sed a Roberto cum eade repulsus, Caietam, vt inde Robertum diuelleret, obsedit. Mox eo Carolus cum lætissimis copijs, quarum pars a Pontifice submissa erat, atque Robertus Atrebatensis comes cum equitatu prouolarunt; tantumque terroris Iacobo iniecerunt, vt is metuens, vel ne commeatus, qui mari inuehendi erant, deesset, vel ne hostium numero opprimeretur, inducias a Carolo postularit. Quas ille, quamuis renuerent duces, qui bellum hoc vno prælio confici ac Iacobum capi posse, obruere arbitrabantur, in duos annos admisit. Qua de causa a Bonifacio VIII. qui tum legatus erat sedis Apostolicæ, summæ imprudentiæ obiurgatus est d, vt qui se inconsulto fœdus iniisset, Robertusque comes Atrebatensis alijque nobiles Galli in Carolum exasperati, in Gallias recesserunt. Is vero ad rempublicam reficiendam animum applicuit, atque in gratia Caietanorum animi signum, qui fortissime hosti restiterant, ipsos omnibus vestigalibus immunes ac liberos ad decennium esse iussit, quorum virtutem commendasse Pontifex priuilegijsque ornasse reperitur: Berardo enim Card. episcopo Prænestino præcepit e, ne a Caietanis ob fidei in Carolum constantiam decimas pro Siculo bello exigeret: alijsque literis episcopo, clero, & populo illius vrbis indulgentiarum præmia proposuit f, si Iacobi impetus, vt hactenus præstiteret, generose propularent.

Venerabili episcopo ac dilectis filijs clero, & populo Caietano.

25 Dum persecutiones validas, & atroces iniurias, quas Iacobus natus quondam Petri olim Regis Aragonum, persecutor Ecclesiæ manifestus (qui stupatus iniquo populo Siculorum ad occupationem regni Sicilia, specialis ecclesiæ Romanæ peculijs manus audas extendere non pauescit) in obsidione ciuitatis Caietanæ Deo, & eidem ecclesiæ dudum malitiose subintulit, diligenter aduertimus; dum periculosa damna & quasi perpetua detrimenta, quæ ipsi regno eiusdem ciuitatis amissio, si eam secum, quod absit, fatalis casus adduceret, indicat paritura, iugiter reuoluimus in penetrabilibus mentis nostræ; illa nos conuenit excogitare remedia, per quæ in potentia

Obiectæ
pertinaci-
bus poene

a Ep. cur.
104.
b Lib. 3. ep.
411. 412.

c post
eand. ep.
Catanzarum ad Iacobum defecit.

A Roberto comite Atrebatensi obsidione cinctus.

Iacobus ab eodem propulsatus.

e Io. Villi.
l. 7. c. 133.

S. An. 3.
p. tit. 20 c.

5. S. 7. chr.
Suessan.

M. S. Sum.
mont. l. 3.

f alij.
Caietani obsedit.

Adducitur in discrimen.

Carolus cum eo in dulas paciscitur.

ad biennium.

d Bonif.
VIII. l. 7.

ep. cur. 72.

Robertus dux ex ira cundia regno abscedit.

Caietani omnibus vestigalibus ad decennium liberipro nuntiati.

e Lib. 3. ep. 202.

Comendati ob fidei constantiam a Pontifice.

f Ibid. ep. 328.

Iesu Christi huiusmodi futuris periculis occurratur; propter quod vos ad defensionem dictæ ciuitatis indulgentijs, & remissionibus inuitamus.

Vt autem vos, quos mente deuotos, fide constantes, & omni soliditate præclaros hætenus fuisse conspicimus, defensionem dictæ ciuitatis fortius insistatis, quo vberius spiritualium largitionem munerum vos noueritis percepturos; nos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum auctoritate confisi, vobis omnibus & singulis, alias vere pœnitētibus & confessis, si contra Iacobum, & Siculos præfatos, & adiutores eorum, si eos ad obsidionem vel impugnationem ciuitatis ipsius redire forte contigerit, pro bono fidei, eiusdem Ecclesiæ deuotione, ac defensione dictæ ciuitatis vos constituētis constantes & strenuos bellatores, illam vestrorum peccaminum, de quibus corde contriti, & ore confessi fueritis, veniam indulgemus, quæ proficiscentibus in Terræ sanctæ subsidium in generali concilio est concessa. *Dat. apud Urbem ueterem* IV. id. augusti anno III.

Proposita est Caietanis ipsis sequenti anno eadē criminum uenia^a, si pari constantia in retundendis hostium conatibus obstrictam Carolo fidem colerent. Meminit oppugnationis Caietæ chronicon Sueslanum^b, additq; ad eam liberandam ingētes a Pontifice submissas fuisse auxiliares copias; tū addit de Iacobo: *Discessit ex obsidione Caietæ cum exercitu suo, & iuit in Siciliam: & ipse Rex Carolus uenit Neapolim, & ibi militem fecit dominum Carolum eius primogenitum, & fecit eum principem Salernitanum, & dominum montis S. Angeli, & dimisit eum vicarium generalem in regno*. De eodem Vngarica corona redimito dicitur inferius. Subdit chronici auctor de parente: *Et ordinata eius curia iter arripuit versus Franciam ad tractandum concordiam cum dicto * Ansufo fratre domini Iacobi*. Hætenus de Siculis rebus: nunc ad ecclesiastici principatus res sermonem traducamus.

26 Cum animaduertisset Nicolaus nimiam illam licentiam, qua vrbes ac populi cum alijs contrahebant fœdera, seditiones parere, ac subitas defectiones inuehere, huiusmodi coitiones, incussis grauissimis pœnis subiecto diplomate comprehensis, conflare vetuit c.

Ad futuram rei memoriam.

Solent coniurationes, & colligationes aliæ inter ciuitatem & ciuitatem, vel vniuersitates alias in ita graues plerumque turbationes inducere, aliaque grandia corporum & animarum pericula germinare. Hinc talia non improuide sunt imperiali sanctione prohibita, & quæ processerant, eius auctoritate cassata, pœnis & alijs remedijs in ipsius violatores adiectis. Nos igitur, quibus Ecclesiæ Romanæ temporaliter subiectorum cura etiam spiritualis incumbit, ideoque ipsis maxime contra quæuis saluti animarum aduersa prouidere tenemur, non immerito huiusmodi periculis occurrere cupientes, hac in perpetuum ualitura constitutione de fratrum nostrorum consilio districtius inuicemus, in quibuscunq; terris Ecclesiæ memoratę inter ciuitates, vel vniuersitates quaslibet, seu inter ipsarum aliquam, & singularem personam coniurationem, societatem, confœderationem, seu colligationem quamlibet absque sedis Apostolicæ consensu, & expressa licentia deinceps iniri, aut contrahi, vel sub colore quolibet attentari: & si contra præsumptum fuerit, coniurationem, societatem, confœderationem, seu colli-

gationem ipsas, etiam si pœnarum, vel iuramentorum fuerint adiectione vallatæ, irritas decernimus & inanes: contractas autem hucusque, etiam si pœnarum, vel iuramentorum simili fuerint adiectione firmatæ, cassamus; statuentes, ut singulæ ciuitates, vniuersitates, atque personæ constitutionem huiusmodi violantes trium millium marcharum argenti pœnam incurrant. Et nihilominus non solum censura percellentur ecclesiastica, sed & alias temporaliter, & spiritualiter punientur, prout qualitas commissorum exegerit, & sedes ipsa uiderit expedire, pœna huiusmodi circa minora loca, siue personas pro ipsorum locorum, & personarum qualitate præfata sedis arbitrio moderanda. Moderandi uero pœnam huiusmodi, vel remittendi, vel super ipsa quomodolibet componēdi prouinciarū, terrarū, vel locorum rectoribus omnimodam adimimus facultatem. Nulli ergo, &c. *Dat. apud Urbem ueterem* XIV. kal. decembris anno III.]

27 Patiebatur etiam tunc Ecclesia crudelissimum hostem Guidonem Montisferetri comitem, qui plura olim in Flaminiam mala inuexerat, ac Pisis Apostolicæ sedis studiosos oppresserat: ob quæ summus Pontifex, qui sæpius in iudicium rebellem uocarat, imperia apostolica detrectantē anathemate deuinxit, Pisasque, ni ille magistratu submoueretur, sacrorum usu interdixit a: *Guidonem, inquit, presente hac innumera fidelium multitudine excommunicationis sententia innodamus, & ciuitatem eandem ecclesiastico supponimus interdicto, eidem Guidoni districtius iniungentes, ut infra unius mensis spatium, a die nostre monitionis huiusmodi computandum, quem super hoc ei pro peremptorio termino assignamus, præfata ciuitatis regimen omnino dimittere, & ad confinia prædicta redire, ac etiam coram nobis per procuratorem idoneum comparere procuret, beneplacitis, & mandatis apostolicis super præmissis humiliter & efficaciter pariturus. Nos enim tam contra ciues & ciuitatem prædictam, quam etiam contra præfatum Guidonem, si secus attemptare præsumpserit, spiritualiter & temporaliter grauius procedere, Domino fauente, curabimus, prout contumacia eorum exegerit, qualitas facti suaserit, & uiderimus expedire. Actum in Vrbe ueteri in ecclesia Vrbeuetana in festo dedicationis basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, pontificatus nostri anno III.*

28 Indixit etiam Pontifex iudicium Maynardo duci Charinthiæ, eidemque comiti Tyrolensi ob Philippi Tridentini episcopi occupata iura^b, Maguntinum^c, ac Treuirensis archiepiscopos legibus agere iussit^d in Vualranium comitē Iuliaci, eundemque præpositum Ecclesiæ S. Mariæ Aquensis Leodiensis diœcesis, qui Sifridum archiepiscopum Coloniensem apud Vvorinch obsederat, erumpentemque in acie ceperat. Tum Ioannem ducem Brabantiæ, & comitem e Matra, aliosq; in archiepiscopum coniuratos grauissime arguit e. Tuendi præterea iuris ecclesiastici sollicitus, cum illud in Gallijs regij administrati principis armati potentia, admodum labefactarent, & clerum in seruitutem redigerent, Nicolaus Cardinales legatos Gerardum & Benedictum superius memoratos illi redintegrando dare operam iussit, ac Philippum regij officij admo-

Nicolaus, &c. charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.

Attende, fili, & diligenter intellige uerba patris zelantis ab inimicis tuæ salutis profectus vber-

Caietanis strenue hostem propulsaturis propositæ indulgentiæ.

^a Lib. 4. ep. 107.

^b Chron. Sueslan. M.S.

^{*} Alfonso

^c Lib. 3. ep. 107.

Veteri populi ditionis eccl. coitiones inuicem conflare.

res, & honoris regij augmenta felicia votis feruentibus cupientis. Reuera nouimus veritatis amica fore, quæ loquimur, quodque lingua nostra id aperit, & emittit exterius quod cordis vterius intus habet. Sed, o vtinam, fili charissime, Romana ecclesia matris tuæ sincera præcordia corporeis posses aspectibus intueri! O vtinam celsitudini regie, mentis eius puritas, & intentionis bonæ propositum palpanda digito panderentur! Aperte namque perpenderes, ac sensibus regijs clarioribus pateret indicijs, quod inter cæteros regalibus titulis insignitis, quos vasti orbis orbita continet, ipsius ecclesiæ affectuosa sinceritas te fauoribus fouet eximijs, specialibus profequitur gratijs, ac prædilectum gerit & seruat solcite in visceribus charitatis, ad tuam, & inclyti regni tui, reuerentiæ filios & deuotos alumnos more laudabili producentis pacificum statum, & prosperum vehementer aspirans, ad regalium iurium conseruationem omnimodam paternis studijs intendendo. Nec tibi quis aliud fortassis adulando submurmuret, blandiendo suggillet, aut distillet in auribus complacendo. Scimus enim quod sermo noster veris innititur: scimus quod nostræ assertionis series nihil falsitatis includit, nihil fictionis innectit: scimus quod verborum nostrorum oracula vberi veritatis adminiculo conseruentur.

29 Sane iam dudum, prout tuam non credimus latere notitiam, validis & adhuc continuatis ecclesiarum & prælatorum regni memorati clamoribus super multis, varijs, ac diuersis grauaminibus, molestijs, iniurijs, & offensis sibi per baliuos & officiales alios regios indebite irrogatis, ad Apostolicæ sedis perductis auditum, felicitatis recordationis Honorius Papa quartus prædecessor noster, intendens patris more beneuoli prouidere benignius super ijs, tibi præmissa per suas secretas & affectuosas literas intimauit, rogans & exhortans attentius, vt in hac parte prouidentie regie magnitudo cõgruum & opportunum adhibere remedium non differret. Nos etiam post nostræ promotionis initia, clamoribus inualescentibus supradictis, tibi, cuius salutem exquirimus, sub paternæ charitatis officio iam pluries super illis scripta nostra meminimus direxisse, vt regie iussionis imperio a talibus cessaretur. Sed quæ sit circa hæc subsequuta correctio, quæ facta prouiso, quod remedium super eisdem adhibitum, prædictorum clamorum excrescentibus vocibus reuelatur, cum per baliuos & officiales eisdem, quasi flamma in eis furentis indignationis accensa, contra iam dictas ecclesias, & prælatos immanius & horribilius sit processum, & procedi continue non desistatur.

Probant hæc siquidem, & apertius expriment venerabilis fratris nostri episcopi Pictauenfis, & Carnotensis, ac Lugdunensis ecclesiarum profunda suspiria, profluua lacrymarum, quibus eorum madescunt oculi, facies irrigantur ob afflictiones & oppressiones innumeras, atroces iniurias, auctas molestias, & non facile numeranda grauamina per baliuos & officiales præfatos, quasi effrenes per campum licentie dicurrentes, postquam ad te nostræ super hoc emanarunt literæ, irrogata. Numquid, fili, sunt hæc tam graua, & enormitatibus plena multimodis a nobis prætereunda silentio? Numquid patienter, & æquanimiter toleranda? Numquid committenda neglectui, aut dissimulationis cuiuslibet obtegenda velamine, vbi Christus offenditur, iustitia lacepsitur iniurijs, saluti detrahitur animarum, libertas

ecclesiastica læditur, & ecclesiarum bona enormiter dissipantur? Licet non credamus læsisse in aliquo iura tua, quæ conseruare intendimus integra & illasa, teque in illis, ac etiam laudabilibus consuetudinibus & vsuagijs, vt patriæ verbis vtamur, fauorabiliter consonere proponimus, & honorem tuum, quantum cum Deo possumus, augmentare. Sed nequaquam negligendum, aut omitendum est nobis, conscientia suadente, quin libertatem eandem, quam te quoque veluti catholicum principem manutenere solcite conuenit & tueri, studeamus, prout tenemur, & pastoralis officij debitum exigit, curis conseruare vigilibus, & defensionis continuæ præsidio conseruere.

30 Nec debet, si solertius attendatur, molestum aut graue succedere votis tuis, si circa tuitionem ecclesiarum necessariam dicti regni, sedulitas nostra seruens inuigilat, curiosa desudat intentio, ac opportunus Apostolicæ sedis fauor & efficax adhibetur: cum eadem ecclesiæ, ac personæ ecclesiastica regni prædicti, tibi & ipsi regno necessitatis articulo ingruente, nequaquam defuerint, prout melius experientia docuit, & facti exhibitio reuelauit; nec deerunt, actore Domino, in futurum. Mirandum quoque, si pensetur attentius, non existit, si episcopo & ecclesijs memoratis præactæ sedis circumspèctio prouida, quæ in suis processibus a iustitiæ tramite, in quæ cunctis est debitor, non recedit, benignius duxerit in aliquo prouidendum. Nam cum illorum querimonia luctuosa peccatum contra episcopum & ecclesias prælibatos, sic aperte per baliuos & officiales eisdem fuisse commissum exprimeret, vt nullo posset verborum velamento celari, constans dictæ sedis, & solida reuerentia æquanimiter pati non poterat, quin super ijs, vt peccati saltem sequeretur debita & opportuna correctio, salubre remedium adhiberet: quamquam sedes ipsa magnitudini regie quamplurimum, si hæc consideratio recta discutiatur, duxerit deferendum; dum sic illis spiritualem gladium, de iure communi sibi proculdubio competentem, restituere non iniuste curauerit, vt tuam, tuæque consortis personas, nobis vtique prædilectas, & cappellam etiam regiam huiusmodi restitutio non includat; sed excipiantur penitus ab eadem, prout consecræ super hoc apostolicæ literæ plenius profitentur.

31 Quia vero benigna sedis memorata clementia, quæ circa filios deuotionis exuberat, in ijs & alijs personam tangentibus regiam intendit se gerere sicut mater, prouidit exacta deliberatione præambula, prout tibi per alias nostras clausas nuntiauimus literas, venerabilem fratrem Gerardum Sabinensem episcopum destinandum, cui postmodum ex causa dilectum filium nostros Benedictum sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem adiunximus, sicque ipsos tamquam pacis angelos destinamus, qui tibi, vt pote filio prædilecto, pie matris mentem aperiant, pandant affectum; quique vna tecum vias & modos prudenter inueniant, per quos, fauente illo qui veritas est & via, zelans pacis, & humanæ salutis augmentum, iam commota quiescant, concitata sedentur, turbata redeant in tranquillum, ac futuris dissidijs, & querelis quibuslibet inter te tuique regni ecclesias, charitatis mutæ inualescente vigore, quæuis materia præcludatur.

32 Qualiter autem dilectos filios nobilem virum Ioannem de Accon, magistrum Gerardum de mala morte cappellanum nostrum, fratrem Arnul-

Aequi debere accipere, si ad eos tuos apostolicus zelus incumbat.

Commendat ipsi legatos Cardinales.

Regios oratores benigne a se acceptos significat.

nulphum ordinis militię templi, & Guillelmum de Granceyo militem tuos, & alios comitem, baronum, ac vniuersitatum, seu communitatum regni prædicti nuntios nuper ad sedem Apostolicam accedentes libenter vidimus, & affectuose recepimus; benignā illis audientiam tribuentes, ac propositionem ipsorum coram nobis, & fratribus nostris factam, nostręque responsionis seriem subsequuta; tibi præfati Cardinales plenius explicabunt. Rogamus itaque regalem magnificentiam, & hortamur in Filio Dei Patris, quatenus Cardinales ipsos, viros vtique profundi consilij, circumspectę prudentię præditos titulis, virtutum dotibus insignitos, ac honoris tui, tuęque salutis, & famę feruidos zelatores, & eorum quemlibet, cum ad partes Gallicanas peruenerint, pro Apostolicę sedis, & nostrę reuerentia benigne recipiens, honeste pertractans, & condigna honorificentia prosequens salubribus verbis eorum, & cuiuslibet eorumdem tamquam reuerentię filius humiliter acquiescas, vt in te, prout speramus & cupimus, ea quę deuoti sūt filij Romana ecclesia semper inueniat, tuque in ea maternę dilectionis affectum quasi per vicissitudinis gratioris officium, te reperisse continue gratuleris. *Dat. Romę apud S. Mariam maiorem x. kal. aprilis anno 1111.*

33 Ad asserendam pariter in Anglia libertatē ecclesiasticam, quę admodum a magistratibus regijs labefactata erat, Bartholomęum episcopum Grossetanum ad Eduardum Regem legauit, quem vt suorum licentiam compereret, hisce literis hortatus est.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Anglię illustri.

In suasionibus & exhortationibus nostris accipe, fili charissime, manifestum paternę charitatis insigne, idque in spiritu deuotionis gratanter accepta. Sane per dilectum filium fratrem Guillelmum de Heudon ordinis Prædicatorum super quibusdam, quę in regno tuo contra libertatē ecclesiasticam regia dicuntur auctoritate committi, nostram & fratrum nostrorum intentionem regię celsitudini exponi mandauimus, teque salubribus persuasionibus ad correctionem illorum induci. Super quibus conscientia nos, & ad personam tuam speciali affectione vrgentibus, paternis exhortationibus vtimur, aliaque opportuna remedia; si res exegerit, exquiremus, quoad illorum nobis desiderata correctio innotescat: præsertim cum in quibusdam literis, eiusdem fratris ministerio tibi missis, id per alias subsequaturas literas & specialem nuntium prædixerimus nos facturos, & de illis agatur, quę in diuinam offensam, & grandem Apostolicę sedis cedunt iniuriam; tuę salutis obuiant, & salutari proposito, quod tanquam princeps Christianissimus de subueniendo personaliter Terrę sanctę necessitatibus assumpsi non absque famę tuę dispendio aduersantur.

Intelleximus etenim, & non solum fama communis (ne dicamus infamia) sed & euidentia, euidentique frequentia dicitur facti testari, quod frequenter cum in regno prædicto super negotijs ad ecclesiasticum forum spectantibus literas contingit apostolicas emanare, sicut in alijs Christianorum regnis quotidiano vsu emanant, & consueuerint emanare; tam in tuo, quam in dictis regnis temporibus retroactis, illas iudicibus impune præsentare non licet: & si forsitan præsententur, currit statim breue regium, vt patrię verbis vtamur, & vsum illarum sub pœnæ comminatione, immo & executione, si fiat contrarium, interdicat.

sape namque capiuntur illis vtentes, etiam si ecclesiasticę sint personę. Pro leuibus insuper offensis personas huiusmodi, absque dignitatis statusue delectu, pro regali & regalium ministerum libito regius carcer includit, nec personę ecclesiasticę permittuntur extra regnum ipsum auctoritate apostolica euocari; regiaque curia se de nonnullis causis ad ecclesiasticum forum indubitanter pertinentibus, quarum cognitio nō cadit in laicum, spretis sacris canonibus, intromittit; aliaque in regno præfato multimode libertas ecclesiastica non seruatur, nec ipsam seruari ministri regij patiuntur.

34 Et nunc igitur, Rex, intellige qui terram iudicas: in ijs sequere, non voluntatis arbitrium sed iudicium rationis; & patenter aduerter, quod ista grauer oculos diuinę Maiestatis offendunt, in grauem illius, dictę sedis, & iustitię, ac nostram iniuriam committuntur. Si enim princeps quilibet impediens suę iurisdictionis exercitium, cuius suo ministro commissum, sibi ac eidem ministro iniuriam non immerito reputaret, multo magis credendum est Redemptorem nostrū offendi, sibi, prædictę sedi, & nobis contumeliam irrogari, dum singulari pontificio vniuersalis pastoris officio, plenitudini potestatis, Apostolorum Principi, & in ipso eius successoribus, vicarijs suis, in clauibus illi traditis, & ouibus creditis indistincte ab eodem Redemptore concessis, ita perniciose detrahitur, sic enormiter contrahitur, sic non solum in oppressionem, sed etiam in subuersionem præfate libertatis & iustitię, ac derogationem tui nominis per captionem siue detentionem prædictarū personarum, quę proculdubio suo domino stant & cadunt, aliena messis inuaditur, iurisdictione ecclesiastica vsurpatur, animaduersione canonica prouisa contra violatores personarum huiusmodi non vitata, cum multo sit grauius æternam, quam temporalem offendere maiestatem. Aduerter insuper quantum hæc tuę salutis sint obuia, quantumque a laudabili tuo proposito memorato diffideant: quinimo ei prorsus obstant, cum illud ad obtinendum æternę salutis præmium dirigatur, ista vero id præpediant obtineri: quia non sufficit vacare pijs operibus, nisi peccata & vitia deserantur, & pro errantis possibilitate corrigantur errata.

35 Ideoque serenitatem regiam rogamus, & obsecramus per viscera misericordię Dei nostri, nihilominus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus, si consonent in ijs facta relatis, circumspicte considerans per te ipsum, quam sit absonum, quam absurdum sic detestanda in tam catholico regno patrari, sic damanda sub tam orthodoxo Rege permitti, quam sit periculosum patrarium, & permittentium animabus; quodque in talibus prolixitas temporis peccatum non alleuiat, sed aggrauat, non extenuat sed augmentat; circa ea nullius temporis consuetudini, quę potius reputanda esset abusus, innitatis: cum secundum veritatem iustitię nulla vsus diuturnitas, nulla longauitas malas consuetudines, maleque adinuenta confirmet; sed tuę salutis prouidens, tuęque famę consulens, ipsa sic celeriter, sic omnino corrigas, & emendes ea edicto generali, omnibus prohibens omnibus interdicens, quod illa de ipsius finibus penitus effuges, prorsus explodas; & correctionis ac emendationis plenę celeritas corrigentis & emendantis puritatem insinuans & commendans, sic te Altissimo gratum reddat, sic ad gratiam diuinę retributionis habilitet, quod

Ecclesi-
rum iura
Eduardus
Rex in
Anglia
occupat.
a Lib. 3. ep.
cur. 46.
b 1. bul. ep.
cur. 43.

Corripitur a Nicolao.

In causa-
tum con-
trouersijs
prouocan-
tes ad se-
dē Apoll.
vexari.

regi
ad
eccle-
cum
su
scer.

lab
ea re
cle
audi
tem
ritu
col.

Hæc
disci-
ne in
to reg
permi-
non po

Vger
duar
lege
ea em
der.

salutem, quam, vt præmittitur, tuo præfato commendando proposito sequeris, ipso præduce assequaris.

Alioquin scire te volumus, quod circumspicere dictæ sedis non poterit talia sub dissimulatione transire: quin contra eos, qui culpabiles fuerint in præmissis, iustitia suadente procedat, prout viderit expedire. Cæterum quia saltem ijs, qui literalis scientiæ studio non vacarunt, abentium vota solet apertius exprimere lingua, quam litera, & expressa imprimere pressius vius sermo quam scriptus; venerabilem fratrem nostrum B. episcopum Grossatensem, virum vtique probatæ fidei, ac virtutis, latorem præsentium, ob huiusmodi expressionis & impressionis ministerium circa nostrum & fratrum nostrorum beneplacitum, proculdubio spiritualiter & temporaliter commodis tuis accommodum, in præmissis diligentius prosequendum ad excellentiæ regalis presentiam destinamus. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem xiiii. kal. iunij anno iiii.*

Vtinam Christiani illi principes, qui libertatem ecclesiasticam labefactare nituntur, optimi Pontificis monita perpendent colerentque: certe regiæ dignitati præclarius consulerent, cum sacerdotalis splendorem tuerentur.

36 Alijs porro literis Nicolaus querenti Eduardo sacerdotij cuiusdam redditus ex Anglia percipiendos basilicæ S. Petri attributos fuisse, atque alterius etiam xenodochio S. Spiritus coniunctos, id iure a se factum respondit: *Non negamus, nec etiam diffitemur, quin ob reuerentiam Dei, & beati Petri Apostolorum principis, super quem vniuersalis Ecclesiæ structura consistit, præbendarum ipsarum alteram eidem basilicæ, vt ad laudem & gloriam summi Regis decentius & honorabilius conferretur, ac præbendam reliquam hospitali prædicto ad sustentationem infirmorum & pauperum, quorum illuc, prout intellexisse te credimus, innumera consuit multitudo, pietatis affectu suadente duxerimus concedendas, futuris possidendas temporibus ab eisdem. Et infra: Rogamus igitur excellentiam regiam, hortamur, & requirimus in Filio Dei Patris, quatenus præmissis sollicita consideratione pensatis, & attenta meditatione discussis, tam pia, tamque laudabilis, & Deo grata præbendarum collatio prædictarum pro diuina & eiusdem sedis, ac nostra reuerentia non molesta seu grauis, sed placita, & accepta sit potius votis tuis: spes enim non dubia nostris suggerebat affectibus, quod tu tamquam filius benedictionis & gratiæ, Rexque catholicus & deuotus, ius si quod in præbendis eisdem tibi forte competeret nobis pro diuina & Apostoli reuerentia prælibati de munificentia regia promptis offerre animis debuisses. Datum apud Vrbeni ueterem xv. kal. octob. an. iiii.*

37 In Scotia ingrauescere intestinæ turbæ, regnumque a pluribus æmulis, qui affinitate vltimum Regem contingebant, ambiri cæpit. Qui tamen vt litem dirimerent, vniuersi consensu publicisque editis literis, quæ apud Vvalingham extant b, Eduardum Regem, vt supremum regni dominum, iudicem constituerunt, sanxeruntque illum, cui sceptrum adiudicatum esset, eiusque successores Regis Angliæ stipendiarios futuros. Eduardo itaq; postea a Nicolao flagitante, vt quod ij principes decretum de ipsius sententia admittenda ediderat, apostolica auctoritate confirmaret, denegauit Pontifex c, ne sedis Apostolicæ in Scotiam iura labefaciret. Nec tamen cæpta abiecit Eduardus, qui, vt tradit Vvestmonasteriensis, cum rem discussisset, Scotiæ sceptrum in-

Ioannem Baillol, accepto ab eo fidei sacramento, transfudit, ac reges Scoti Angliæ vœdigales constituti. Quæ licet anno MCCXCII. perfectæ historiæ auctor mandarit, nos tamen, ne eadem repetenda essent, hic congesimus.

38 Inter hæc in Vngaria Christiana religio in maximum discrimen adducta est ob Ladislai Regis vesaniam, qui Tartaris et Saracenis, quorum nefarios imbererat mores, se addixit, nec a Nicolao III. & Honorio IV. correptus e vitiorum se, erexit cæno. Quem tristem casum ita deplorat Nicolaus a: *Sicut sapius inculcata fide digna relatio publicauit, charissimus in Christo filius noster * . . . Rex regni præfati, nimirum Vngariæ, suæ salutis inmemor, ac proprij prodigus honoris & status, in deuium lapsus erroris, & a fide exorbitans, Tartarorum, Saracenorum, Neugerorum, & paganorum nefandos ritus amplectitur, cum quibus in dispendium fidei, & exterminium dicti regni horrendo foedere est coniunctus: quos etiam contra fideles in numero graui in regnum ipsum inducere non expauit, nobili muliere E. Regina Vngariæ filia claræ memoriæ Caroli Regis Sicilia uxore sua a se prorsus abiecta; vnde eiusdem regni multimode turbata regimine, ecclesiarum iura & aliorum piorum locorum temere vsurpantur, ac bona fidelium in regno ipso multis direptionibus ac vastationibus exponuntur, & libertas ecclesiastica conculcatur: ex ijs animarum deploranda pericula, & horrenda contingunt excidia personarum, multiplicatis in regno ipso dissidijs alia non facile numeranda discrimina subsequuntur, &c. Dat. xiiii. kal. iunij pontificatus nostri anno iiii.*

39 Infecisse etiam Ladislaum regium nomen immani alio scelere, fratricidio nimirum, scribit Longinus b: cum enim procerum studia in Andream ducem inclinarent, Ladislaus fratrem in suspicionem affectati regni adductum, ex insidijs tollere est meditatus. Quibus cognitis Andreas in Poloniam transfugit ad materteram Cunegundem ducissam, sceminam vitæ sanctitate illustrem, quæ illum Premislao Craconiæ & maioris Poloniæ duci commendauit: sed Ladislaus mox subornatos promissis sicarios submisit, qui fingerent se a Ladislao ob studia in Andream ad mortem quæsitos fugisse; eaque de causa humaniter excepti, atque Andream socij traditi, correpta occasione, Andream comprehenderunt ac flumine Nida merfere. Repertum vero a nautis cadauer, in monasterium, vbi agebat ducissa Cunegundis, delatum est, subdit auctor ingens prodigium, nimirum sanctissimam ducissam, cum iam precibus suis ad viuos Andream excitasset, edoctam diuinitus ipsum sine lethalis criminis labe obiisse, ac si vixisset, peccatis pluribus inquinatum iri, iterum mori imperasse.

40 Pro cuius, inquit, a morte resuscitatione sanctimonialium importunis precibus deuicta feruentissima supplicationis oratione in priuato oratorio insistente, tres moniales varijs, & vicarijs exauditis vocibus, videlicet Hertrudis, Aldegundis, & Grizimislaua ad oratorium prædictum, in quo & corpus præfati ducis Andream iacebat exanime, accurrunt, & videntes sceminam beatam Cunegundis splendore celesti illustratam, etiam illam cum quibusdam personis, quorum neque essentiam neque personam videre poterant, colloquentem; quarentem quoque & responsa accipientem percipiunt. Vident & in corpore Andream ducis pridem vndis apud Chroberz suffocati filij Stephani Vngariæ Regis viuificationis & resurrectionis signa: ad quod benedicta scemina Cunegundis

Ioannis Bolioli iura ab Eduardo potiora in regnum iudicata. Beneuentus ep. Eugub. in Vngar. legatus missus. a Lib. 3. ep. cur. 48. * Ladislaus.

Ladislaus in fratre Andream iras graues concipit. b Longin. hist. Pol. lib. 7.

Fugientem in Poloniam opera sicariorum necat.

Chunegundis vitam suis precibus reuocat.

Cracouiensis ducissa accedens, & pedes illius tangens, surgere illud prohibuit: Quiesce, inquit, quiesce, quoniam ita clementissimo tuo & meo Salvatore beneplacitum est, & tuæ saluationi congruum, in pace. Et illico signis vitæ ad imperiosa verba euanescentibus, funeri suæ & mortis signa reddita sunt, corpusque sepulchro mandatum. Cum autem fœmina benedicta Cunigundis per religiosas & deuotas sui ordinis sorores, cur mortuum corpus nepotis sui ducis Andree resurgere non fuisset, quæreret; silentio multifarijs vocibus absoluit questionem. A sororibus autem identidem vexata rupto silentio quærentium molestiam euasura, tres fuisse causas diuinitus sibi reuelatas, propter quas mortui ducis Andree cadauer ad preces suas viuificatum non extitit, edixit: vnâ, quod mors illi salubris, & nullo peccato mortali pro ea vice irretito acciderat, cui si vita donaretur plerisque scitus erat inquinandus sceleribus: secundam, quia multus Christianorum sanguis sui occasione veniebat fundendus: tertiâ, quod viuificatio illius in vulgarem gloriam apud Polonici & Vngarici generis populares homines, quæ meritum præteritorum operum benedictæ fœminæ mutilasset, verteretur.

Rediuiuū
mori ite-
rum iubet

Diuina de
Ladislao
vltio.

a Stero in
annal. in-
ter Script.
German.
Cædis il-
lius tēpus
statuitur.
b Lib. 3. ep.
cur. 81.
c Long. hif.
Pclon. an.
1291.
d Bomf.
ver. Vng.
de c. 2. l. 8.
e fia.
f Ead. ep.
81.
g Exorta-
grauis in-
ter Vng-
ros de re-
gni succes-
sione con-
tentio.
h Reg post
oand ep.
g tbia. ep.
cur. 82.

Solicitat⁹
Rodulph⁹
vt pericli-
tanti Vn-
garie sub-
ueniat.

41 Nec diu Ladislaus nefarium crimen impune tulit: qui enim fratrem insidijs sustulerat, insidijs occubuit: atque in vltionem contemptæ religionis ab ipsis Cumanis, quos fidissimos habuerat, trucidatus. De quo hæc apud Steronem a: *Hoc anno dominus Ladislaus Rex Vngariæ sine heredibus obiit.* Ipsum vero defunctum hoc ipso anno ex literis a Nicolao exaratis constat b. Ex quibus auctorum illorum sententia refellitur, qui vel in sequentem annum c, vel longe post in annum millesimum ducentimum nonagesimum nonum d retulerunt. Cum enim hoc anno Ladislai mortis nuntius in pontificia aula percrebuisset, Nicolaus maturandam legationem, quam Beneuenuto episcopo Eugubino commiserat, censuit e, tum vt leges pro regni statu optime componendo temperandoque editæ, quæ viuo Ladislao, etsi iureiurando ab eo confirmatæ, seruata non fuerant, eo mortuo vim haberent: tum vt pacem inter Vngaros, qui grauiori inter se intestinoque bello dissentiebant, conciliaret. Quibus literis vii. id. septembris dies adscripta est: in eamque sententiam ad regni præfules scriptum est, excitatusque Romanorum Rex f, vt legato contra Tartaros ac Saracenos, qui in Pannoniam confluebant, opem porrigeret.

Charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

42 Considerantes attentius eximia deuotionis affectum, & zelum reuerentiæ filialis, quibus ab olim erga Romanam matrem ecclesiam claruisti, firma fiducia ducimur, speque non incerta tenemus, vt tu tamquam princeps catholicus circa illa te promptum exhibeas & paratum, quæ superni Regis sint accepta conspectui, sedis Apostolicæ beneplacitis consonent, tuæque salutis profectum, & fidei orthodoxæ respiciant incrementum. Porro etsi circa salubrem statum regnorum quorumlibet, in quibus catholicæ fidei cultus viget, prædictæ sedis curiosa solertia studium gesserit sollicitudinis diligentis; a longis tamen antea. Etis temporibus erga votiuum & prosperum Vngariæ regni statum se curæ propensioris instantia, & quadam solitudine speciali vigilem & attrētam exhibuit [multisq; interiectis de Firmano episcopo a Nicolao III. misso subdit:] Disposuimus dum adhuc essemus in Vrbe, ac præfatus Rex [nempe Ladislaus] viueret, nostris literis super huius-

modi legatione cōfectis venerabilem fratrem nostrum Beneuenutum Eugubinum episcopum, virum vtique prouidum & discretum, zelatorem iustitiæ, ac nobis & fratribus nostris merito suæ multiplicis probitatis acceptum, latorem præsentium ad præfatum regnum, commissio sibi in eo & nonnullis prouincijs plenæ legationis officio, destinare.

Cum autem propter obitum dicti Regis præfatum regnum non minus ipsius indigere legati præsentia dignoscatur, & propterea legatus ipse ad regnum se personaliter conferat supradictum; ac timeatur quod Tartari, Saraceni, pagani, Neugerij & hæretici etiam & alij infideles, quorum ad partes illas, prout fide dignorum habet assertio, innumera confluit multitudo, execrabili ducti vefania, & damnatæ temeritatis ausibus excitati ad eiusdem regni turbationem, occupationem, & inuasionem nefariam & offensam Dei, Christianitatis opprobrium, dispendium fidei, & fidelium grauisimum detrimentum, in regno prælibato degentium, moliantur; serenitatem regiam rogamus & hortamur in Filio Dei Patris, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus eidem legato tamquam Dei ministro & operario Iesu Christi contra Tartaros, paganos, & alios supradictos veluti Rex inclytus & fidelis, princepsque catholicus & deuotus, pro diuina & Apostolicæ sedis ac nostra reuerentia, regiarque salutis & honoris augmento, cum super hoc ab eodem legato contigerit te requiri, assistas consilijs, auxilijs, & fauoribus opportunis, vt illorum damnatis repressis erroribus, praua intentione frustrata, & peruersis conatibus penitus vacuatis, tibi exinde præmium, ab alto proueniat, & laudis humanæ præconium augeatur; nosque deuotionem regiam, quam in hac parte inueniri cupimus efficacem, vberibus in Domino laudibus attollamus. *Dat. apud Vrbenuemeterem v. id. septembris anno 111.* Prouinciam vero eidem legato imposuit a Pontifex, vt si necessarium fore putaret, contra eosdem infideles crucis signa explicaret. Cæterum cum postea Nicolaus pertimuisset, ne si commouerentur Tartari, Vngaria in periculum conijceretur, legationi super sedendum putauit, vt in margine codicis ad epistolam xlii. legitur: *Legatio ista non habuit effectum, forte propter periculum Tartarorum, de quo in epistola lxxxii.* Nec a Tartaris modo, verum ab ipsis Vngaris, qui de legitimo successore erant certaturi, periculum imminebat.

43 Et sane historici testantur b Carolū II. iussisse filium suum maiorem natu Vngarica corona solemniter Neapoli redimiri, cum ad illum materno iure spectaret: sed Andreas Venetus remotiore gradu Vngarica stirpe satus ad solum irrepit. c De quibus hæc S. Antoninus scribit d: *In Neapoli Rex fecit magnam solemnitatem, militem creans filium suum primogenitum vocatum Carolum Martellum; ac per legatum Papa fecit eum coronari: nec reliquerat filium masculum, qui in eo regno succedere posset, nec alius erat heres, nisi Regina Maria uxor Caroli Regis Sicilia, & mater Caroli huius Martelli, cui iure hereditario succedere deinde regnum Vngaria. Quidam tamen Andrea assus nomine, de progenie genitus Regum Vngaria, ingressus dictum regnum maiorem partem sibi acquisiuit vi, vel uoluntate se subiicientium ei, & fecit se fieri & vocari Regem Vngaria.*

44 In Polonia ob violatam ecclesiasticam libertatem, aliaque inflicta damna eximium penitentia specimen dedit Henricus IV. Vratislauiensis

sis & Slesia dux, qui aduersa valetudine ex veneno a Slesis propinato contracta hoc anno obiit. Cum enim morbi vim ingrauescere sentiret, res suas partim ecclesijs, partim egentibus, partim uxori distribuisse scribit Longinus; at Pontifex in suis ad episcopum & clerum Vratislauensem literis refert b Henricum dolore animi tactum obdiuexatas a se & maioribus ecclesias publicis literis erepta restitui iussisse, pristinamque ipsis libertatem concessisse: quae omnia Pontifex ipse apostolica auctoritate corroborauit.

45 Nec caruit funeribus Gothia. Magnus enim Rex vt refert alter Magnus c cum eximia pietatis laude vita functus est. Currente anno a nato Christo MCCXC. Rex Magnus, considerans vitam suam terminum aduenisse, complures regni proceres ad se conuocauit, eosque ex lecto aegritudinis, quo decumbebat, multis & saluberrimis consilijs adhortatus est ad publicam & domesticam concordiam ac pacem, quae sola atque vnica spes esset patriae conseruandae. Hac exhortatione praemissa, vnum ex praesentium procerum numero Turgillum Canuti, regium dapiferum regni gubernaculis vsque ad maturam filij sui Birgeri aetatem admouit, cui etiam praesentem Reginam ac liberos sub multa verborum elegantia & grauitate per manus commendauit. Postremo, non sine astantium lacrymis, veniam erratorum precatus, rogabat suum funus apud pauperes fratres S. Francisci in Stocholmia sepeliri: sicque sumptis more Christiani principis Christianae fidei sacramentis, transitorij Imperij sollicitudinem aeterna felicitate feliciter commutauit.

46 Plura pietatis Magni insignia monumenta recenset d auctor; atque inter alia monasterium virginum in honorem S. Clarae excitatum, cui filiam septem annos nondum egressam addixit. Tum subdit: Vix in amplissimo Gotborum & Sueonum principatu ecclesia aut monasterium, immo vix sacellam aut altare aliquod inuentebatur, quod non fuerat eius liberalitate ornatum, aut magnifice dotatum. Caterum in clerum & ecclesiae libertatem pio atque integerrimo studio ferebatur, summo opere contendens, Christianum sacerdotium per omnes terminos Imperij sui adeo felice efficere, vt nec Dani, nec Theutonibus, aut alia terra liberaliores in Christi Ecclesiam videri potuissent. Fatendum tamen est inter eum & diuum Brynolphum Scanensem episcopum, ex illustri Folchunorum familia natum, aliquando grauem controuersiam incidisse. Sed cum Rex multis argumentis considerasset eius sanctimoniam, & vitae integritatem, prostratus ad pedes eius suppliciter veniam impetravit. Quas autem & quam gratiosas literas sub sua maiestatis sigillis in fauorem & conseruationem cleri, atque Ecclesiae libertatem edidit, hic forte in medium afferrem, ostenderemque Gotborum & Sueonum principes semper fuisse sempiterna laude dignos, quod suae gentis sacerdotes in summo honore praeceteris nationibus habuerint, nisi hac nostra infelici tempestate tam infamis licentia subirrepperit, vt inter praecelara opera habeatur antiquorum Regum privilegia, in fauorem ecclesiarum concessa, rumpere aut rapidis flammis abolere. Sed an haec bonum finem fortiantur, futura tempora palam ostendent. Haec scribebat Ioannes Magnus, cum haereticus in Suedia furere coepisset, acceptaque ab Adriano VI. conscribenda Gothica historiae ac religionis tuendae prouincia, impiorum furori se subducere coactus esset. Ipsi vero aetate nostra lugere satis non possumus, post calcatam ibi libertatem ecclesiasticam religionem pessumdatam fuisse.

47 Caterum defuncto Magno, cum Birgerus scepro sustinendo impar foret, gessit Turgillus pro dignitate regiae Suediae procuratoris munus: arma enim Gothica consecrauit Christo, & in Careliis barbaros, qui Suediam multis irruptionibus infestant, sacram expeditionem mouit, vt narrat memoratus auctor a, additque illos b feliciter ad cultum veri numinis traductos, ac baptismo iustratos fuisse a Petro episcopo Arosiensi; tum Careliae situm, moresque his verbis describit: Sunt autem Carelii populi limitanei inter Moscouitas & Sueones, qui haecenus gentilitatis errore decepti idolis sacrificia offerebant, omniumque vicinorum Christianorum persecutores erant acerrimi & pertinaces. Hos igitur Sueones potenti manu aggressi superauerunt, atque regno Sueonum adiecerunt, erecto in eius consini-bus munitissimo presidio, videlicet oppido & castro Viburgensi contra insultum Sarmatarum & Moscouitarum: quae omnia Turgillus consilio & prudentia Petri episcopi Arosiensis feliciter consummauit. Hic enim Petrus, cum esset in omnibus rebus gerendis prudentissimus, eodem tempore geminam & memorabilem utilitatem effecit: quippe totam Careliam baptizauit, eandemque munitissimis praesidijs confirmatam Sueonum imperio subiecit.

48 Inter haec ad amplificandum in Africa Christianae religionis cultum Nicolaus Castellae, & Lusitaniae Regum precibus adductus Rodericus Minorita creatus Marrochitanae praefecit; ac legationem in eas terras, Saracenorum erroribus infectas, decernendam ratus, id munus eidem Marrochitano episcopo iniunxit: quem datis literis ad nobiles Christianos, aliosque stipendiarios, qui in Tremiseno, Marrochitano, & Tunetano regnis verlabantur, ipsis commendauit d, hortatusque eos est, vt vita exemplo, ac morum sanctitate Mauros ad religionem Christianam pellicerent.

Dilectis filiis nobilibus viris baronibus, proceribus, militibus, & ceteris stipendiarijs Christianis in Marrochitani, Tunisijs, & Tremisij Regum seruitio constitutis.

Etsi omnes, qui Christianae fidei cultum tenent, vt suas Deo lucrifaciant animas, ad recte viuendi regulam dirigi cupiamus; illos tamen, qui in regionibus infidelium, & cum infidelibus conuersantur, vt fide, opere, ac veritate perfecti se, incontaminatos coram Deo & hominibus exhibentes laudabilis vitae meritis & exemplis infideles etiam pertrahant ad salutem, potiori desiderio exoptamus; omnem in seipos iustitiam, rectitudinem, & modestiam adimplere; ipsosque abstinere ab omnibus, per quae fidei Christianae religio possit in populus blasphemari. Sane cum illius, licet immeriti, vicem gerentes in terris, qui pro humani generis salute de suae folio maiestatis a summo caelo in mediam exterminij nostri terram exiliens, trabea nostrae humanitatis assumpta, vt temporali morte legem mortis aboleret aeternae, & diros crucis perpeti cruciatus, ad animarum profectum intentionis nostrae aciem totaliter dirigamus; & pro incredulis conuertendis, apostatis reuocandis, confirmandis nutantibus, & fidelibus roborandis omni sollicitudine laborantes, quia repugnante natura praesentialiter diuersis locis simul adesse non possumus; venerabilem fratrem nostrum Rodericum Marrochitanum episcopum, virum utique prouidum & discretum, ad partes Africae, commissio sibi plene legationis officio, destinamus. Ideoque nobilitatem vestram rogamus, mone-

a Magn. hist. Goth. & Sueon. l. 20. c. 10. b Eod. l. 20. cap. 11. Careli ad fidem adducti.

Adiuncti Suedico Imperio.

Rodericus Minorita creatus Marrochitan. episc. c Lib. 2. ep. 771.

d Lib. 2. ep. 844. 845.

Legati dignitate in Africa actus.

præfatum deferentibus habitum recipere hospitio attentarent, vel eis aliquas eleemosynas elargiri, nec ad deferendum habitum ipsum, seu ei consimilem impenderent consilium, auxilium, vel fauorem. Nos itaque præfati prædecessoris Honorij super hoc vestigijs inhærentes, & intendentes ob animarum euitanda pericula prouidere salubriter in hac parte, vniuersitati vestræ per apostolica scripta districte præcipiendum mandamus, quatenus omnes, quos de prædictis in ciuitatibus & diocæsis vestris contigerit inueniri, ad deponendum huiusmodi habitum, & respondendum de articulis fidei, super quibus illos examinari volumus diligenter, & ad faciendum pœnitentiam, si velint, de suorum voluntate & conscientia prælatorum, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis; nec permittatis quod tales per seculum euagentur, aut quod officium prædicationis exercent, vel audiant confessiones fidelium, seu quod apostoli nominentur, contra eos, si secus præsumperint, prout exegerit excessus eorum & expedire videritis, processuri, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Examinationem autem illorum fieri volumus per vos vna cum inquisitoribus prouincialibus hæreticæ prauitatis, quos ad hoc a vobis præcipimus penitus euocari. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem pont. nostri anno III.]*

52 Excitata est Vlyssipponensis academia hoc anno Dionysij Lusitanæ Regis auspicijs, quæ hinc prærogatiua a Nicolao exornata est.

Vniuersitati magistrorum & scholarium Vlixbonensium.

De statu regni Portugallie tanto solertius cogitamus, quanto maiori desiderio ducimur, vt in regno ipso, submotis quibusuis obstaculis, diuini cultus obseruantia vigeat, salubribus intendatur operibus, & fidei catholicæ puritas ad laudem diuini nominis, & salutem fidelium in illo degentium inualecat. Sane ad audientiam nostram peruenit; quod procurante charissimo in Christo filio nostro Dionysio Portugallie Rege illustri, cuiuslibet licitæ facultatis studia in ciuitate Vlixbonensi sunt de nouo, non sine multa & laudabili prouisione, plantata: quorum magistris, vt liberius possint vacare studijs & doctrinis, a quibusdam prælatis, abbatibus Cisterciensibus, ac prioribus S. Augustini, & S. Benedicti ordinum, & rectoribus quarundam secularium ecclesiarum regnorum Portugallie & Algarbij promissum esse dicitur certum salarium, & statutum.

Nos autem diligentius attendentes, quod per huiusmodi studia, cooperante illo, a quo bona cuncta procedunt, in regnis ipsis diuinus cultus augebitur, crescet deuotio, & fidei orthodoxæ cultores informationem suscipient, virtutum decorabuntur insignijs, thesauros scientiæ vendicabunt; & idcirco ad augmentum & corroboracionem studiorum ipsorum solcite intendentes; desiderantes quoque, vt per apostolici fauoris auxilium studia ipsa firmis radicibus fulciantur; quod super hoc factum est ratum & gratum habemus, præfatum Regem rogantes attentius & hortantes, vt ciues Vlixbonenses domos vacantes ad inhabitandum scholaribus sub competenti pretio, taxando a duobus clericis & totidem laicis, viris discretis, catholicis, & iuratis, communiter electis a vobis & ciuibus ipsis, locare regia potestate compellat; quodque balliuos, officiales, & ministeriales suos ciuitatis eiusdem perso-

nis & rebus scholarium, ac etiam nuncijs eorundem securitatem & immunitatem promittere faciat, super hoc ab eis præstito iuramento.

53 Statuimus præterea, vt vniuersi magistri, actu regentes in ciuitate prædicta, prouentus præbendarum & beneficiorum suorum, etiam si personatus & dignitates existant, quotidianis distributionibus, quæ ijs qui diuinis intersunt officijs assignantur, dumtaxat exceptis, integre percipere valeant & habere. Sancimus insuper, vt nulli magistri & scholares, ac seruientes ipsorum si, quod absit, contigerit eos in quocumque maleficio deprehendi, ab aliquo laico iudicentur, vel etiam puniantur, nisi forte iudicio Ecclesiæ condemnati relinquuntur curiæ seculari; quodque scholares in artibus, & iure canonico, & ciuili, ac medicina, quos magistri reputabunt idoneos, possint per Vlixbonensem episcopum, qui pro tempore fuerit; vel Vlixbonensi sede vacante, per vicarium ab Vlixbonensi capitulo in spiritualibus constitutum, in studio licentiari prædicto. Et quicumque magister in ciuitate præfata per episcopum, vel vicarium supradictos examinatus & approbatus fuerit in facultate quacumque, theologica dumtaxat excepta, vbique sine alia examinatione regendi liberam habeat potestatem. Nulli ergo, &c. *Dat. apud Vrbeueterem v. id. augusti anno III.]*

54 Absoluamus hunc annum celeberrimo prodigio, quod diuinum Numen Parisijs ad expugnandam eorum perfidiam, qui sanctissimi Sacramenti detraherent dignitati, edidit, dignissimamque admiratione historiam a sancto Antonio a quidam: *Eodem, inquit, anno insigne miraculum accidit Parisijs circa Eucharistiam: nam cum quidam Iudeus mutuaasset sub usuris cuidam mulieri certam quantitatem pecunie super pignus cuiusdam vestimenti sui, illa vt ea posset vestiri in Paschate de propinquo aduenienti, accessit ad Iudeum ad concedendam tunicam suam. Sed perfidus Iudeus ausus est dicere mulieri: Si tu portas mihi corpus Christi, quod dicitis esse in hostia consecrata, ego tibi restitutam vestem sine aliqua pecunia. At mulier cupiditate deuicta, plus amans pecuniam, quam animam, hoc ei promisit. Vnde die Paschatis accedens ad communionem, in ore retinuit Sacramentum, non glutuens, nec purificationem sumens; sed recedens ab ecclesia Iudeo detulit. Qui vt perfidissimus & sacrilegus posuit Sacramentum in patella super ignem cum aqua bullienti: & cū Sacramentum illesum permaneret, ille gladium accipiens, pluries percussit hostiam; indeque sanguis exiuit, quo aqua tincta effecta est rubea tota. Extrahens autem de patella, misit hostiam illam in aquam frigidam, quæ etiam tota effecta est rubea. Christiani autem peruenientes, vt acciperent ab eo sub usuris, & domum intrantes eius, perpenderunt sacrilegium maximum Iudei: hostia nempe per seipsam euoluuit super quandam tabulam. Captus ergo Iudeus, confesso scelere, combustus est, & Sacramentum reuerenter acceptum a sacerdotibus cum multa deuotione fidelium & honore deportatum est ad ecclesiam, & ex domo Iudæi fabricata est ecclesia, & vocatur ecclesia Saluatoris Delbolgente.*

Ornata
priuilegijs
a Nicolao
IV.

a S. Anton
3. p. tit. 20.
c. 5. S. 8.
Io. Villan.
l. 7. c. 14.
Naucler.
gen. 44. &
alij.

IESV CHRISTI

annus 1291.

NICOLAI IV. PP. RODVLPHI ROM. REG. 19.
annus 4. ANDRONICI IMP. ORIEN. 8.

Inclinatae in Syria continuis cladibus Christianorum res, crescente in dies Saracenorum potentia ac rabie, captaque & euerfa a Accone, quae Christiano nomini in Terra sancta cum paucis alijs arcibus, supererat, anno decimertij seculi nonagesimo primo indictione quarta, penitus conciderunt. Sed antequam funestam historiam aggrediamur, primum nobis ea exponenda, quae Pontifex ad retundendos Saracenos pertentavit. Urgebat ipse caepa instruendae expeditionis consilia, atque omnibus Christi fidelibus literis apostolicis indixit, ut si quis pietatis sensus erga orientales Saracenorum insultibus oppressos in pectore resideret, si quis ardor bellicus in nobilium animis inesset, sub signa Eduardi Anglorum Regis coirent, eiusque exempla sequerentur, qui licet olim ab Assassino ex insidijs sauciatus esset, vitam tamen ob Dei amorem in noua pericula conijcere non verebatur.

Nicolaus, &c. vniuersis Christi fidelibus ad quos praesentes literae peruenerint.

2. Cum terra ipsa [nimirum sancta] per nefandissimos Saracenos sit, proh dolor! pro parte maxima occupata, & ad occupandum residuum iisdem impijsimjs suos conatus dirigant, & impugnatione continua viribus & dolis insulant, quem non pudebit ingratitude argui; quin potius quasi de infidelitate notari, si Creatori proprio, tam benefico Domino, ad recuperationem occupatorum de terra eadem, quam ipsa Scriptura sacra testatur omnium chariorem, & protectionem dicti residui non assistat? cum etiam secundum iuris humani censuram, subditos suis dominis, & ad tuenda quae possident, & ad recuperanda iniuste subtrahenda debitum fidelitatis astringat. Quis non compassione pia mouebitur ad releuandas continuatas ab olim, immo quasi continue augmentatas eiusdem terrae pressuras? An quod communis notitia publicat, & manifestat euidentia facti vos latet? Num ignoratis ciuitates, castra, caeteraque illarum partium loca solemnia, & nouissime Tripolim ciuitatem nobilem, situ & circumstantijs diuersis amoenam, saecundam opibus habitantium, ope refertam, euerfa per impios ad nihilumque redacta, ipsorum incolis immaniter truncatis? Profecto, cum secundum Apostolum omnes simus vnus corpus in Christo, non immerito cum illis de quibus scriptum est: *Percussisti eos, & non doluerant*; insensibilitatis arguitur quisquis tantam huiusmodi nostri corporis mutilationem, praedictorum videlicet incolarum non sentit excidium, & tam grauitur argui non vereatur.

3. Accingimini ergo Christi fideles, & qui Christiana religione censemini, vos Christianos esse operis prosecutione monstrate. Accipite deuotione, qua decet, viuifica crucis signum; illud in considerationis vestrae scrutinium deducetes, quod uiris quantumcumque magnificis, quantumcumque dignitate praeditis & uirtute, ad gloriam magnam ascribitur, si eis quouis in bello dominorum insignia gerere concedatur, sub quibus coningit frequenter non sine salutis aeternae di-

scrimine mortis subire periculum, sub cuiuslibet remunerationis incerto. Quanto igitur gloriosius, quanto securius, Regis regum in eius bello uictoriosum gestare vexillum, salutiferam uidelicet Christi crucem, sub qua deuotione congrua puro corde suscepta conceptum prosequentibus munditia continuata propositum, mori est uita perennis initium, transitoriae mortis finis, retributionis inestimabilis certitudo? Festinate, itaque, festinate ad salutis uestrae properare compendium; corpora uestra, & corda pariter eiusdem viuifica crucis signo in terrae saepesata subsidium insignite: nunc praecipue dum ipsius terrae subuentio, multis ab olim per sedem Apostolicam exquisita uigilijs, multis laboribus & oneribus procurata, sed diuersis & aduersis euentibus diutius impedita, diuina, ut supponit deuota credulitas, prouisione dirigitur & ad expiandas terrae ipsius angustias, eamque quatenus occupata tenetur, de ipsorum manibus eruendam efficaciter sub spe diuini numinis praeparatur.

Siquidem charissimus in Christo filius noster Christianissimus princeps Eduardus Angliae Rex illustris uulnere in eadem terra sibi Assassini cuiusdam insidijs inflictorum, quae mortem proximam potius minabantur, quam spem uitae praetenderent, quasi post tergum abiecta memoria, uita sibi a Domino non solum misericorditer, uerum etiam mirabiliter reseruata, debita gratitudine recognoscens, illam exponere ipsius obsequijs terrae praefatae personaliter subueniendo disposuit, accepti beneficii non ingratus. A multis namque retro temporibus ad id desiderio ardenti suspirans, frequenter apud sedem Apostolicam institit ad nonnulla, quae putabat subuentioni praedictae uerisimiliter opportuna: sed post tractatus uarios super ijs diuersorum Pontificum, Romanorum temporibus habitos, nouissime tanquam deuotionis filius nostris beneplacitis acquieuit: & ut post Christum iuxta consilium eius eat, seipsum abnegans, ac tollens, ut eundem sequatur Dominum, crucem suam, terminum, festum uidelicet natiuitatis beati Ioannis Baptistae, quod erit anno ab incarnatione Domini mcccxxiii. & ei ad transfretandum personaliter, nec non & ad generale passagium crucelignatis & crucelignandis omnibus duximus praefigendum, humiliter acceptauit; negligens natalis soli dulcedinem, praetermittens regni sui terrarumque diuitias, spernens delicias & gloriam inibi dominandi.

4. Hac quippe Deo auspice processura feliciter, illud etiam euidentis superni fauoris indicium suggerit de misericordia diuina sperandum, quod eam sicut habet missa de partibus illis fida relatio, impijsimus soldanus Babyloniae, qui partium illarum Christicolos proditorijs infestabat insidijs, & apertis ac infestis insultibus impugnabat; satagens totis uiribus orthodoxae fidei abolere totaliter & nomen & cultum, ipsiusque memoriam prorsus delere de terra praedicta; nuper in mense nouembri exacto nouissime iam de Babyloniam cum exercitu, & apparatu terribili processisset ad suum nequissimum propositum contra eosdem Christicolos, ut in sua sperabat superbia, consummandum, obstitit peruersis eius conatibus diuina potentia, benigne permittens ipsum, ne suum conceptum impijsimum prosequeretur ulterius, miserabili quidem, sed meritissima sorte succidi. Eia ergo Christo militent, qui sunt Christi, &c.] Quo magis ad persequendum praeclearum consilium fideles incendat, amplissimam criminum

Christiana res in Syria excidio proxima. a Ayton. hist. orient. cap. 53. & alij.

b Lib. 4. ep. cur. 8.

Pro ead. instauranda Pontifex expeditionem promouet.

Fideles ad arma facera incitat.

Acceptas a barbaris clades ob oculos proponit.

nam ventiam ijs proponit, qui vel cruce induta, stipendia fecerint, vel suis sumptibus militarint, vel profecturis necessaria suppeditarint, qua etiam sint porturi, quamvis ante expeditionem mortem obierint; tum profecturos, eorumque bona in clientelam Apostolicæ sedis suscipiens, diæcesanis iubet commendatos esse, imperat vt creditores ipsis fœnora relaxent, atque ad id censuris, maxime vero Iudæi vi compellantur. *Dat. apud Vrhemueterem 1v. kal. aprilis anno 1v. j.*

5 Deuouerat iam diu arma Eduardus defendendæ in Syria religioni, deque ea re cum Martino, Honorio, & Nicolao summis Pontificibus egerat, ac demum iterum se propugnandæ Christi causæ addixit: præterea significauit literis, se propter receptas decimas ex præscripta forma pontificiæ securitati cauisse: quas sibi redditas literas rescripsit Eduardo Nicolaus a, atque toto Christiano orbe promulgatum, vt omnes ad traijciendum in festo S. Ioannis Baptisti anno MCCXCIII. se compararent; alijsque literis concessit b, vt eandem criminum condonationem assequeretur, quamvis cruce ab illorum manibus, quibus ea prouincia ab sede Apostolica non erat demandata, accepisset, quam ij obtinebant, qui ab ijs, quibus id munus a Pontifice permissum erat, cruce induti fuissent. Incendendi vero pro concione populi ad sequenda crucis signa officium archiepiscopis & episcopis in Anglia imposuit c. Excitati vero sunt plures viri principes Eduardi exemplo ad sacræ militiæ nomen adscribendum, atque inter cæteros Vvilelmus d e Monteforti, & Guido Flandriæ comes, idemque Namurci marchio, cui annorum sex decimas a Tornacensi episcopo dari iussit. e

6 At nimium sero parata sunt hæc auxilia, cum iam immensa Christianorum crimina diuinas iras adeo prouocassent, vt satius esset terram Christi domini sanguine imbutam & consecratam a Saracenis obtineri, quam ipsius Christi cultorum grauisimis sceleribus inquinari: & quæ superflua erat post tot clades Christianis Ptolemais, a recentioribus Accon dicta, excisarum aliarum urbium scelerata imitabatur, ac plena, vt deplorant auctores f, mulierculis impudicissimis erat, quæ omni exuto pudore, leuocinijs suis tot perdendis animabus laquei demonum erant. Si vero humana illius excidij causæ spectentur, confluxerat in eam urbem innumera Christianorum multitudo, qui post Antiochiam, Tripolim, & alias vrbes, arcisque ex pugnatas, & euerfas eo confugerant, atque in tot factiones erat scissa, g illius dominatum inter se Rege Hierosolymitano & Cypri, Gallis, Venetis, Genuensibus, Pisanis, Anglis, Germanis, præfectis equitum templi & xenodochij S. Ioannis Hierosolymitani, alijsque sine ordine partientibus: ac ne maturandæ cladis deesset occasio, octodecim cruce signatorum millia, qui ad defendendam urbem concurrerant, extremam illi perniciem attulerunt: cum enim nulla stipendia ad vitam sustentandam a ducibus elicere possent, in Saracenos excursiones, violatis inducijs, agere, prædas auertere, mercatores Saracenos Ptolemaida venientes intercipere ac trucidare cœperunt. Quæ de re Soldanus conuersus, cum supplicium de violatoribus induciarum sumi non obtinisset, furore exarsit, quas causas perstringit Ptolemaus Lucensis his verbis h: *Causa autem istius captionis duplex fertur, vna fuit diuersitas voluntatum in dominis, quia non simul concordabant in reterimine siue defensione terra: erant autem ibidem sex*

vel septem dominia, videlicet Templarij, Hospitalarij, Teutonici, consul Pisan. Rex Cypri, Rex Carolus, itæ patriarcha. Propter hæc igitur diuersitatem Soldanus inualefcit ad expugnandum ciuitatem, cum tamen inexpugnabilis diceretur. Secunda causa fuit stultitia cruce signatorum. Nicolaus enim Papa post perditionem Tripolitanam fecit predicari cruce per regiones, & subito transeunt sine capite in Achon; cumque viderent Saracenos portantes merces, iniuriabantur eisdem, & aliquando spoliabant eos, interdum vero occidebant; propter quam causam prouocatus est Soldanus. Adactum etiam iureiurando ferunt a barbarum a morituro patre Melecmeffor, antequam is infelicem animam euomeret, cadauer sepultura non traditurum, antequam excidisset Ptolemaidam, Christianorumque reliquias deleuisset.

7 Conflato itaque florentissimo exercitu, Ptolemaidam obsidione cinxit, tantamque hominum multitudinem secum traxit, vt castra duodecim milliaria teneret. Nec fregerat initio animos Christiani, quamdiu animis inter se coniunctissimi sub Guillelmo e Belloioco Templariorum magistro supremo Christianorum copiarum duce coaluerunt; at vbi ille, dam brachium ad feriendam hostem exerebat, venenato telo a Saraceno vibrato in ipsa cõmissura transfixus occubuit (in cuius strenui viri laudem exarata reperuntur pontificiæ literæ b, quibus illum Nicolaus, cum nonnullis alijs pugnando in Saracenos martyris instar obiisse prædicat) mox eo extincto paucor omnium inuasit animos: *Ex eius morte, inquit S. Antoninus, tota ciuitas commota est & contrita: & quia vbi multitudo ibi confusio, cum scilicet non inest ordo, ideo cum multorum essent ibi dominia, & sine ordine orta inter eos discordia de custodia, cum omne regnum in se ipsum diuisum desoleatur secundum doctrinam Christi, ideo deserta defensione ciuitatis quilibet conatus est euadere manus Saracenorum, ne caperetur. Conglobatus hostis in urbem victor irrupit: qui ad portum confugere, partim fluctibus haulti c, cum orta tempestate nauigia appellere ad terram non possent, plurima Christianorum millia caesa, spoliatorum numerus pene infinitus, vrbs a barbaris funditus deleta. Quam cladem his verbis luget Pontifex d: *Quantumcumque mater Ecclesia casum eundem prauenerit studuerit, incolis illarum partium in galeis, bellatorum multitudine, ac subuentione pecuniaria iuxta persuasam ab eis denuntiata necessitatis exigentiam, & oblata super hoc petitionis instantiam, succurrendo; nihilominus ciuitas Accone sic eiusdem matris Ecclesie studio communita quadraginta & quatuor diebus arctissima Babylonica potentia obsidione circumdata, terribilibus machinis diu noctuque vexata, impetita crebris & diris insultibus, muris etiam ipsius per cuniculos arietatis occultis, quadragesimo quarto die obsidentium viribus, Dei permissione admirabili & stupenda, succubuit capta per eos & igni exposita, Christianicis inibi existentibus casis innumeris, & cæteris, qui habere nequaerunt, ad maritima vasa recursum, in captiuitatem abductis, vt iugum barbarica seruitutis horribile dispendijs ciuilibus mortis addicti naturali etiam diutius moriantur. Et deinde Tyrensis ciuitatis deditione secuta, &c. *Dat. apud Vrhemueterem kal. augusti anno 1v. At si stupenda fuit diuina illa permissio, attamen iusta, vt S. Antoninus subiectis verbis ostendit e: *Neque hoc accidit sine magno & iusto iudicio Dei: nam habitatores eius, & si nomine Christiani, re autem infidelibus erant deteriores, repleti omni iniquitate & lasciuia; ideo in****

a Epist. bel
li sacri apud
Can. antiq. lect.
10. 6. pag. 27.

Sultanus
iniuria
prouocat
cum im
mensis co
pijs vrbe
obsidet.

b Lib. 4. ep
391.

Magister
templi te
lo confi
sus mori
tur.

Saraceni
vrbe vi po
titi.

c Lib. 4. p
cur. 61.

d Ibid. ep
cur. 61.

e Anton. 3
p. 10. c.
6. s. 9.

praesenti Deus supplicia reddidit, ne in aeternum eos puniret, qui in tam saeva morte ad Deum sunt reuersi; & ne impoenitentes ex eis diutius viuentes maiores sibi acquirerent cruciatus.

Sanctus. l. 3. p. 12. c. 21.
Alia ex Sanuto Ptolem. excidij de scriptio.

8 Describit accuratius idem excidium Sanutus a, ac singula in eo gesta suis temporibus distinguit; cuius verba in re adeo memorabili consignanda visa sunt historiae, vt secutura aliquando Christiana posteritas, propositis hisce cladibus, ad recuperandum sacrum regnum, delendumque Saracenum nomen accendatur: Cum carnalia, inquit, caeteraque peccata continue auerentur in fractioribus saeculis baptismalis, nec de malis vellent conteri; nec per poenitentiam ad viam redire iustitiae, assumpsit Seraf paternum propositum, eo ardentius commotus, quod nouemdecim Saracenos mercatores Ptolomaide in loco vocato Lafunda, iuxta cambium, contra fidem treuguarum cruce signati gladio peremerunt; ac poscenti iustitia denegata sit, & quasi instrumentum, licet durum, seueri Iudicis negligentibus misericordia tempus, MCCXCI. quinto aprilis vndique obsedit Ptolemaidam ciuitatem: in exercitu enim suo habuisse dicitur LX. millia equitum, & CLX. millia peditum. Erexit autem in locis varijs machinas multas, demolientes muros ciuitatis & turres. Fecit quoque plures minas seu cuniculos respondententes ad terram nouam factam nuper ante turrem Maledictam, & ad sbaralium, siue barbacanum Regis Hugonis, & ad turrem comitissa de Blois, & ad turrem S. Nicolai. Et postea fecit approximare orificio fossarum boachiers multos, multumque; sibi vicinos a turri S. Nicolai vsque ad sbaralium domini Odoardi, & post heboanchiers fecit erigi plures carabagas, proicientes magnos lapides & frequenter; ita vt prosternerent muros cum turribus. Venit autem Rex Henricus in succursum obsessis xv. madij cum ducentis militibus, & quingentis peditibus, & octauo die eiusdem mensis destruxerunt sbaralium Regis Hugonis, imposueruntque ignem: pontem quoque muro adbarentem similiter, quia aliquibus videbatur quod hac defendere non valerent. Saraceni autem xv. madij violenter ceperunt turrem rotundam nouam Regis, quae erat ante turrem Maledictam, & ipsam electis bellatoribus muniere.

Sultanus Seraf lx. millia equitum & clx. mill. peditum in Christianos educit. Vt machinis moenia qualifarit.

Cypri Rex in auxiliu cum leuibus copijs applicat.

Turris rotunda occupata a Saracenis.

Vniuerso admoto exercitu in moenia assiliunt.

Ex ijs plures irrum punt.

Propulsat aliorum impetum Christi. co pia.

Deseritur a nostris porta turris Maledictae. Turci ingressi obuios obtruncant.

9 XVIII. autem eiusdem mensis in sexta feria Soldanus durissimum ciuitati dedit insultum, omnem apponens exercitus sui virtutem contra totum muri circuitum, a mari videlicet vsque ad mare, & intrauerunt Saraceni per dictam turrem nouam toto conatu vsque ad barbacanum, & obtinuerunt inde per pontem lapideum, quem fecerant Christiani, vt per eum a magno muro ad barbacanum transirent: ciuitate ingressi sunt, diueriuntque; aliqui versus portam S. Nicolai, alij versus portam legati. Tunc Christiani fugam capiunt versus mare, & Saraceni per scalas libere muros ascendunt, & infra ciuitatem iam omnia occupant. Rex autem & magistri templi & hospitalis Alemannorum, Ioannes ac Grelis, & caeteri bellatores processerunt ad portam ciuitatis, vt exirent ad barbacanum: sed maior fuit potentia resistentium; magister enim templi cum aliquibus confratrum suorum, vltiorem moliens insultum, spiculo percussus interijt, & ad templum vsque delatus est.

Post hac videntes Turchi, quod nulla esset defensio ad portam turris Maledictae, in ciuitatem intrantes, quoscumque reperiunt gladio secant. Cernentes autem Rex & capitanei, qui secum erant, illorum liberum introitum, cunctosque perimere, versus mare pergunt, & cum maioribus galeas ascendunt: eorum vero, qui gladios effugerant impiorum, nonnulli ad templum habuere recursum.

10 Patriarcha a solus quasi pastor bonus sollicitus erat de ouibus, & cum propinqua illi esset galea ad recipiendum parata, vt gregem saluaret commissum, cunctos per aquam ambulantes ad se in paruo nauigio recolligere cupiebat, donec nimia fuit repletionem submersa: sic animam pro ouibus suis & simul cum ouibus suis dedit, solusque euasit, qui portabat crucem & crucifixi imaginem ante eum. Multitudo itaque ad maritimam partem concurrerat, & cum parua nauigio vellent ascendere, vt ad maiora confugerent, seipso impediens (nam vbi multitudo, maxime timore mortis perterrita, ibi confusio) in mare alterutrum impellebant. Erat quoque in mari tempestas valida, vt ad magna nauigia accedere non valerent: vndique erat tremor & pauor, & gemitus mortis. Soldanus quoque ad quatuor partes ciuitatis fecit ignes accendi, vt ferro & igne consumeret vniuersa.

11 Nunc luit peccata, sed non abluit, ciuitas scelerata, gratijs diuinis ingrata. Ad ipsam confluebant Reges & principes terrae. Ad ipsam mittebant succursum tributaria cuncta partes occidua: & nunc contra eam pugnant omnia elementa. Terra enim eius sanguinem deuorat, quae sanguine eius tota madescit: mare absorbet populum: aedificia consumit ignis: aer fumo & caligine tenebratur. Iuste proinde Maledicta vocata est turris illa, quae maledicta gens Saracenicam subintravit, & qui illi nomen imposuit, euentum tam diri infortunij, nesciens quid diceret, prophetauit. Subdit nonnullis interiectis auctor, vt altero ab expugnata Ptolemaide die Templarios, qui in arcem ordinis se receperant, deditioem facere iusserit, funestosque inde casus secutosita exponit. b

12 In crastino quoque Ptolemaida captionis Soldanus misit ad eos, qui ad templum confugerant, vt locum reddant, saluosque conuici faceret, quo ipsi elegerint. Firmata conuentione, Soldanus admiralam quendam cum trecentis transmittit ad locum, quorum nonnulli Christianas capiunt mulieres, cum eis affectantes turpitudinem operari. Tunc Christiani arma capiunt, & interficiunt vniuersos. Soldanus dissimulata ira iterum priora requirit, culpamque suos, quasi negligat, quod euenit. Accedit proinde ad Soldanum marescallus templi cum alijs pluribus ignarus perfidiae, capiteque truncatur. Quod cernentes, qui in templo remanserant in turri, quae magistri vocabatur, se reduxerunt. Saraceni vero turrem suffoderunt trabibus sustentantes, & tunc cum Christiani se redderent, tot Saraceni turrem ascenderunt, vt ruptis scalis ex pondere turrique ruente cum Christianis non solum qui intra, sed etiam multi, qui erant exterius, Saraceni extincti sunt. Haec auctor de Ptolemaidis enervatione: in qua insigne virtutis exemplum editum filere non possumus.

13 Capta vrbe, cum Saracenus victor per domos discurreret, satiaretque libidinem & crudelitatem, Clarissarum praefecta sorores ad aeris crepitum conuocatas monuit duplex animae & corporis periculum ab hostibus imminere: post illatum enim stuprum gladio saeuituros, suauitque & voce & manu, vt animae pulchritudinem, accersita vltro corporis deformitate, redimerent. Quod viraginis insigne facinus S. Antoninus his verbis narrat c: Anno Domini MCCLXXXI. ciuitatis Achon capta fuit per Saracenos, occisis ibi vel captis plusquam triginta (alibi habet d LX.) millibus Christianorum vtriusque sexus. Cum autem esset Achon sole mne monasterium S. Clarae sororum, & abbatissa captam ciuitatem audisset, & Saracenos intrasse, zelo castitatis viri.

virilis effecta omnes sorores ad capitulum conuocauit, & prima factō sermone salubri, ne a Saracenis deluderentur, omnes ad martyrium animauit, & ait: *Filia mea & sorores contemnāmus vitā istam; & ut immaculato sponso immaculato corde & corpore fortes in fide domino nostro Iesu Christo nos valeamus offerre, & pretio proprii sanguinis vitā interminabilem comparemus, quod me videritis facere, hoc & vos faciatis.* Virilis ergo mulier gladio suo sibi nasum propriū mutilauit & fluente sanguine totam faciem cruciatu. Animantur sorores ad similia, & facies suas diuersimode vulnerantes ex cruore virginum aspectum horribilem aspicientibus intulerunt. Quid plura? Intrauit Saraceni monasterium, euaginatīs gladijs sanguinem Christianum sitientes. Occurrerunt virgines sacra intrepide non decorem, sed horrorem canibus illis offerentes: qui primo videntes obstupuerunt, deinde borrentes omnes gladijs peremerunt. Nempe in eo quod se vulnerauerunt, nisi excusentur ex speciali instinctu Spiritus sancti hoc fecisse, secundum communem legem grauius peccassent. Fratres etiā Minores conuentus, qui ibi erat, interfecti sunt a Saracenis.

14 Traxit secum Ptolemaidis excidium aliarum urbium, & arcium iacturam, quas fideles in Syriaci maris ora obtinebant; cum victoris potentia impares se putarent, ac subitus terror animos fregisset. De Tyro quidem hæc Sanutus scribit a: *Eodem die, quo Ptolemaida capta est, Tyrii ciuitatem vacuam in vesperis relinquentes, victoribus sine ictu gladij absque tumultu belli occupandam libere, ascensis nauibus, reliquerunt. In crastino vero Saraceni intrauerunt nemine prohibente, feceruntque, quod libuit. Reliquas etiam arces metu a custodibus defertas, vel sponte victori deditas, vel occupatas dolo & perfidia impiorum ita describit idem auctor b: *Templarij, qui prius fugerant, Sidonem adierunt, & munierunt castrum maris. Contra quos Soldanus vnum admiratum transmisit nomine Segei: qui cum eos ex parte terra superare non posset, in Lycia preparauit nauigia. Quod ceruentes Templarij timore percussi ad Tortosa insulam primo, Cyprium deinde confugerunt: admiratus vero castrum dirui iussit. Tunc qui Baruthi erant nuntios illis transmittunt, petentes quid de eis intenderet; responditque subdolos Segei, cum inter eos esset tregua conuentio & Soldanum, ideo sibi per confines suos transeunti festiue occurrant. Illi dum iussa perficiunt, trucidantur, capiuntur, catenisque necluntur, diruitque muros ciuitatis & castrum.**

15 Post hæc paruo elapso tempore, castrum Peregrinorum a Christianis relinquitur, & a Saracenis destruitur. Tunc omnis Syria amissa est, cuiusque Christiani habitatores terra Promissionis aut morte extincti sunt, aut profugi exulesque suis demeritis inde ad insulam Cypri habuere refugium, illicque secum habentes, quam secum in conscientia portauerant, sarcinam peccatorum, & causam desolationis præfata, in multa angustia multoque tremore miseram vitam agunt. Sic referente Isaia IX. cap. Primo tempore (scilicet Saladini) alleuiata est (ab onere hominum peccatorum) terra Zabulon & terra Nephtalim. In ipsis enim locis ad literam Saladinus victorias inchoauit supra par. IX. cap. IV. cum per partes Tyberiadis & Nazareth sui equites discurrerunt. Et in nouissimo tempore (scilicet Bendoedar Messor et Seraph) aggrauata est via maris, trans Iordanem Galilæa gentium. Hæc Galilæa gentium vicina est mari & Tyrijs sicut Tyberiadis altera Galilæa: sub predicto enim trimum soldanatu aduersus omnia, que cis Iordanem maxime in regione maritima relicta fuerant Christianis, aggrauata est diuina seueritas vltionis.

His consentiunt, que in epitome bellorum sacrorum traduntur apud Canisium a his verbis: *Tyrenses & Sydonenses, relinquentes ciuitates eorum fortissimas, effugerunt. Barutenenses vero, credentes verbis pacificis Saracenorum, proditorie detenti sunt & in Babyloniam missi; & sic tota Syria possessa erat per Saracenos.*

16 De eodem funesto Syria excidio hæc addit Iordanus b: *Intra annos autem quadraginta capta aiunt hæc loca, Ierusalem, Ascalonem, Zapham, Nazareth, Gazaram, Casaream, Buleuiam, Antiochiam, Zibelet & Biblium, Tripolim, Achon, Suria, & Tyrum, Sydoniam, Baruthi Tortosam castra XII. nobilissima amissa sunt. Describit accuratius earundem urbium excidia, quæ ab eo tempore, quo occidens ciuilibus bellis arsit, contigerunt, Ptolemæus Lucensis c: *Achon deleta, delentur omnes in circuitu regiones: & sic de regno Ierosolymitano, nec de terra promissionis remansit aliquid, quod non sit a Saracenis occupatum. Et attende d hic, quia ut tradunt ij, qui diætas explorauerunt regiones, ab eo tempore, quo fuit capta Achon, quod fuit anno Domini MCCXC. vsque ad X. omnes istæ ciuitates & castra, que erant Christianorum, a Saracenis sunt occupata. Prima est Ierusalem, ciuitas Dei summi. Secunda Ascalocia. Tertia Ciassa versus Achon. Quarta est Nazareth. Quinta est Gaza. Sexta est Casarea. Septima est Lalertio, nobilissima ciuitas. Octaua est Antiochia, quasi altera Roma. Nona est Gibelletum, quod antiquitus Biblium vocabatur. Decima est Tripolis, ciuitas amœnissima & delectabilis; ciuitas, que prope Libanum iuxta mare sita. Vndecima Achon, que antiquitus Ptolemaida vocabatur, que portum maris nobilissimum habebat, & propter suam nobilitatem tot habebat dominia, ut supra est dictum. Duodecima est Suris, que alio nomine Tyrus vocatur, ciuitas famosissima. Fuit tempore Ezechieli prophete, & fuit insula tempore eius: sed postmodum per Alexandrum Macedonem continuata est terra. Tertiadecima fuit Sydonia, que modo Sacra vocatur, quam cum Tyro Dominus in Euangelijs multum commendat. Quartadecima est Baruthi, que habebat suum principatum per se, & vocabatur dominus de Baruthi, qui occisus fuit in Cypri in CCCX. & erat frater Regis Cypri. Quinta decima est Tertosa, ubi est regio Cuncadus.**

17 Sed et e castra nobilissima multa sunt perdita: multis vero omiffis solum famosa. Primum quidem Monsforte a comitibus sic nominatum edificatum castrum nobilissime munitum. Secundum autem castrum de Monreale, fortissimum castrum. Tertium Ballebiancho, castrum fortissimum. Quartum Archibocha, fortissima. Quintum Zafectum, castrum munitissimum. Sextum Archinferum, castrum nobilissimum. Septimum Malacrea castrum fortissimum. Octauum Locrosale, castrum potentissimum. Nonum Botrone, castrum fortissimum. Decimum Nembinum castrum nobilissimum. Vndecimum Nagacum, castrum potentissimum. Duodecimum castrum Peregrinum, quod erat castrum Templariorum, & alia plura castra in principatu Antiochia, et alijs pluribus locis, sed in confinibus præcipue Armenia minoris, que fuerunt Templi hospitalis. Sala autem insula Cypri nobis remansit. Armenia vero minor, que antiquitus Cilicia vocabatur, & Georgia Christianorum est; sed ritu Grecorum viuunt. A mille CCL. vsque ad XC. sunt capta. Sed tempore istius Papa quinque ciuitates sunt capta videlicet Tripolis, Achon, Tyrus, Sydonia, Baruthi cum aliquibus castris. Lugemus ipsi propagatam vltius Mahometanorum tyrannidem, atque Ar-

a Canis. antiq. l. 6. p. 278. Infiguis Syrorum ignauia.

b Iord. M. S. V. as. sig. n. 1960.

c Ptol. Luc. l. 24. c. 23.

d Eod. l. 24. c. 24.

e Cap. 25.

meniam, Cyprum, aliaque vastissima regna, & imperia ab impijs debellata, dum fideles omisso bello sacro, enses mutuo cruore, pro quo Christus suum effudit, fœdare non perhorruerunt.

18 Nec leuia funestæ illius cladis prænuntia defuere prodigia: Pachymerus a enim de Antiochia, Tripoli, & Ptolemaide sub Andronico euersis locutus, hæc affert: *Sacer panis Latinum typum præ se tulit, ita schismaticus loquitur, niger & venter theriaca colore. Deipara imago per dies complures lacrymauit. B. Georgij martyris imagine sanguis ebullijt. Antiochia, Tripolis, Ptolemais, tota denique Syria a Babylonio Sultano euersa, caesis & deletis habitatoribus Italis.* Tum subdit hanc notatu dignissimam sententiam: *Solemus quidem terrores prodigiorum, spe & mora nobis ipsi blandientes, ad alios transferre: verum apud quos malorum signum apparuerit, apud eos etiam euentum rarum fore consat.* Quæ enim Græcos ex Syriæ clade, cui numquam auxilia submittere voluerunt, manebant mala, videmus: cum postquam Latini inde pulsi fuere, belli Saraceni moles Græcos oppresserit. Ne vero Saraceni ob deletam in Syria Christianorum nomen superbia inolescèrent, eamque victoriam sibi adscriberent, infictas a vindice Numine breui penas senserunt. Tradunt enim Aytonus b, Martinus c, Sanutus, alijsque auctores, Sultanium Babylonium in venatione a suis fuisse interceptum, illius duces mutuis dissensionibus exortis inuicem cædibus grassatos, maioreque infidelium illorum partem fame perijsse. Sed de ijs iterum anno sequenti.

19 Interea concussit terrore occidentem orientalium clades, planctuque omnia impleuit, cuius dolor præ cæteris communem Christianorum parentem confodit. Nicolaus itaque crudeli nuncio sauciatus, mox imbutas lacrymis literas ad omnes principes Christianos scripsit, vt ipsos in Saracenos concitaret. Extant in primis ad Philippum Gallorum Regem data d, quibus deplorat Ptolemaidam (recentiori nomine Acconem appellatam) quadraginta quatuor dierum oppugnatione captam, omnes obuios gladio caesos, præterea plures, dum in naues euadere nitebatur, vndis absorptos, Tyrumque ex Acconis excidio tanto metu percussam, vt deditionem hosti fecerit. Tum summis precibus contendit, vt in extremo illo casu consentanea auxilia submittat.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciæ illustri.

20 Recordare, princeps inclyte, quod Christianis in partibus transmarinis acciderit, intuere, & respice totius Christianitatis opprobrium. Hereditatis dominicæ funiculus Terra sancta versa est ad alienos: ad extraneos sacratissima & alia loca eius, inter quæ ciuitas Acconensis venit, proh dolor! nouiter in ruinam; quam licet Romana mater ecclesia studiose vitare studuerit, ciuitati eidem, vt passagij generalis aduentum sufficeret expectare, in vasis maritimis, copia bellatorum, pecuniario subsidio, subueniendo solcite, prout suggestit exinde nuntiata necessitas & series super hoc oblata petitionis exegit; nihilominus tamē ciuitas eadem sic prompto ipsius Ecclesiæ sulca suffragio, sic diligenter instructa post arctissimæ obsidionis instantiam, quam contra eam in graui multitudine quadraginta & quatuor diebus Babylonice persecutionis pertinax continuauit instantia; die noctuque ipsam frequentibus terribilium machinarum ictibus atterendo, renouando infestos, quasi continue sibi succedentes insultus, & ipsius

etiam mœnia occultis arietando cuniculis; heu ante faciem persequentium cecidit occupata & igni exposita per eosdem, Christicolis ipsam inhabitantibus pro parte maxima in gladij ore cadentibus, reliquis præter illos, qui fugæ naualis euasere præsidio, captiuatis; & Tyrensi ciuitate valido proinde terrore concussa, quasi e vestigio eius est editio subsecuta.

21 Cum igitur huiusmodi Dei, & totius Christianitatis negotium cuncti catholici Reges, & principes orbis terræ cordi potissime gerere debeant, & vehementer affici circa illud opere, & operam impendendo sollicitam, vt votinum auctore Domino exitum fortiat; serenitatem regiam rogamus, & hortamur attente, instanter requirimus, & obsecramus in Filio Dei Patris, quatenus clara progenitorum tuorum vestigia, eorumque opera imitans pietatis, qui zelo deuotionis, & fidei seruore succensi pro terra ipsa exposuerunt totaliter se & sua, ob reuerentiam Iesu Christi, qui pro te se diræ mortis exposuit passioni, sic te ipsum & regnum tuum, tibi que subiectos ad prædictum negotium, & pro ipso disponas, vt illud tuo & aliorum Regum & principum auxilio circumfultum ad optatum effectum ad laudem Dei, & totius Christianitatis honorem feliciter perducatur.

22 Et quia prouida cunctorum consilia, qui nonerunt conditionem Terræ sanctæ, conueniunt & fieri persuadent, vt ad terram ipsam nauale, seu galearum subsidium cursu celeri dirigatur, cum per hoc eidem terræ in tantæ necessitatis articulo possit vitulus & efficacius subueniri, ac resisti conatibus & debilitari potentia inimici, quæsumus vt eidem terræ super tam lugubri, tamque miserabili statu eius pie mentis affectione compatiens, suisque profundis doloribus condolens, huiusmodi subsidium iuxta potentia tuæ vires, & exigentiam necessitatis instantis ad prædictam terram cum ea, qua fieri poterit acceleratione transmittas. Nec sic, fili, excellentiæ tuæ graue quod petimus; sed illud tamquam princeps catholicus, ad quem super huiusmodi Terræ sanctæ negotio cæterorum Christianorum Regum & principum, & aliorum sub religione Christiana degentium oculi diriguntur, promptis animis, & magnificentia regia exquiras, vt præter diuinæ retributionis præmium tibi exinde prouenturum gloriosæ laudis in saculo sonora præconia consequaris. *Dat. apud Vrbeni mense x. kal. septembris anno iv.* Tum postridie eius diei alijs repetitis literis a Regem ipsum adhortatus est, vt vel crucem pro re Syriaca recuperanda indueret, vel decimam parenti cruce signato concessam restitueret. Quæ de re ad Parisiensem episcopum scripsit b, vt si Gallorum Rex crucis signa in Saracenos attollere respiceret, collectas e decimis pecunias a patre acceptas refunderet.

23 Implorauit etiam Genuensium opem, quorum olim virtus in comparanda Christiano nomini Syria emicuerat, vt inimicitias cum Veneris ponerent, induciasque firmissimas contraherent: verterent arma in Saracenos, atque in ea republica leges in concilio Lugdunensi sancitas promulgarent, ac summa religione seruarent, quibus vetabatur, ne Christiani ad Saracenos arma, ligna ad constandas naues idonea, aliaue, quibus offendi Christiani possent, deferrent. Quo vero eorum animos ad hæc infringeret, sanctum reatum Christianarum lapsum hilce verbis in eorum oculis defixit, c

a Pachym. hist. l. 7.

Prodigia apud Græcos dum Syria vastatur, Mutatus Euchar. color.

Deiparæ imago fleuit.

Fluxit e S. Georgij imagine cruor.

Vt ea Græcis imminens excidium portendunt.

b Aython hist. orient. cap. 53. c Sanut. l. 3. p. 13. c. 1

Occidens e Syriæ excidio æterna rus.

d Lib. 4. ep. cur. 51. Formul. Mar. Ebu. ii. M. S. Vatic. pag. 298. nu. 3052.

Pontifex Regi Fræc acceptam recenter cladem exponit;

Ve Ptolemais quadraginta quatuor dierum spacio expugnata sit.

*Dilectis filijs, potestati, capitaneis, consilio,
& communi Graeuensibus.*

Dira amaritudinis calicem, nuper nobis de

Syria partibus propinatum, non sine lacrymarum profluuio degustantes, in amara nimis & tristitia valde prorumpere cogimur, vocesque depromere lugubres, ac vehementem, quem sentimus intrinsecus, quo durius perturbamur in intimis reuelare, ac insinuare dolorem, quamuis forsitan praesentis paginae cursum gressus celerior praerentis famae praeuenerit, & iam rumoris praeloquentis affatibus ad notitiam vestram peruenerit, quod nostrarum lingua proloquitur literarum. Sepe quidem illa orientalis plaga profundas Ecclesiae plagas imposuit, saepe illam poculis amaricauit absynthij, saepe felleo cibo paut, fauciatuit vulneribus, & turbationis valida acerrima punctura confodit. At nunc ei amarissimae potionis haustus vberimos intulit, nunc illam mœroris immani ferculo copioso repleuit, eamque furoris ferilibus gladijs crudelissime pupugit; quin potius ad eius usque interiora peruenit. Superfundimus itaque illato calici acrem sletum, & tam amaro potui tam acerbo inundantem lacrymarum pluuiam immiscemus. Audiuius etenim, mœstisque reatibus aperitur, quod diebus proximam transactis aucta quamplurimum Babylonici persecutoris immanitas, Christianum sanguinem sitientis, & in Christianitatis exterminium aspirantis, extremum suae nefandae potentiae viribus, innumera videlicet multitudine armatorum machinis plurimis & alijs instrumentis bellicis congregatis, contra ciuitatem Aconensem in ira spirituque furoris procedens hostiliter, ciuitatem ipsam multo reuera populo praeditam, multae nobilitatis insignitam titulis, & bonorum affluentia opulentam, quae vniuersis Christicolis transitum ad partes illas habentibus potissimum, & principale refugium existebat, obsedit, ipsam angustans arctius, ac eam, & non modicam fidelium copiam tunc inibi moram trahentium sic infestis & validis impugnationibus machinarum, ictibusque missilium, modisque alijs bellicis per non modici temporis spatium die noctuque insultibus violentis impetijt, cunctisque conatibus indefinenter oppressit, quod eam tandem, incolarum ipsius & ceterorum tunc ibidem praesentium viribus superatis in arci & pharetra, furentibus gladijs comprehendit. In cuius tam sinistri, tam flebilis, tamque dolorosi euentus articulo, cum religionum Christo militantium fratres alijque armis accincti quamplurimi, viri quippe strenui athletae Domini, & propugnatores electi, pro defensione ciuitatis eiusdem interius vigilantes, tolerare diutius irruentium vndique ac insilientium Agarenorum terribiles impetus & aggressiones nefarias non valerent; demum post infandum fidelium multorum excidium, post captionem miserabilem plurimorum; vt ceteros, quos in terra marique saeuens trucidabat gladius, furor deuorabat hostilis, manusque inimica necabat, quousque praemagnitudine timoris attonitos, & in desperationis angustia constitutos incertis & ambiguis passibus, vt a necis eruerentur exitio, fugientes, fluctus obduxit aequoreus, silentio relinquimus; ciuitatem praedictam, quod non absque amaritudine copiosa referimus, & profundis sedulise suspirijs recensemus, ausu damnabili occupant, illam flammis voracibus exponentes. O nefanda rabies paganorum! O immanis feritas! O execrabilis, & sancta sauitia, quae in Christi pu-

giles, in seruos Dei, & in fidei orthodoxae cultores sic efferebuit, sic desauijt, tantaeque crudelitatis horrorem, tamque nefariae impietatis excessum, dira perpetrante peragit!

24 Dolet igitur, & amarius eadem perturbatur Ecclesia, dolet & eiulat tantis & tam acerbis vulneribus fauciat: perfunditur lacrymis. vultus eius: vndique sibi gemitus & lamenta confurgunt, dum quos regenerauit in filios, feralis hostis vorauit impietas, & scin fidelium populos sauit immanius gladius impiorum. Quis igitur orthodoxae fidei zelo feruens ad tantam sui Redemptoris vlciscendam iniuriam non exurgat? Quis renatus fonte baptismatis ad tantum non excitetur Christianitatis opprobrium vindicandum, aut non stabit aduersus nequitiam, & insultantem audaciam hostium crucifixi? Profecto posset non indigne redargui, si quis fidelium, si quis Christi sanguine pretioso redemptus se ad hoc non exhiberet vltro neum, promptum non exponeret, spontaneum non offerret. Vnde nos considerantes attentius, quod pro eiusdem terrae tuitione continua, sicut vestram non credimus latere notitiam, praedicta Ecclesia labores plurimos, curas innumeras, & graua onera pertulit expensarum, sic vt expectare sufficeret passagij generalis aduentum in galeis, alijsque vas maritimis, copia bellicorum, & etiam pecuniarum summis subueniendo solcite, prout suggestit exinde nunciata necessitas, & series super hoc oblatæ pluries petitionis exegit; ac eidem terrae tam diris, tamque crudelibus subactæ dispendijs, & tantorum discriminum mole presse, ac periculosis conuulsa turbibus paterno compatiens affectu, & pietatis zelo sibi ex intimo condolentes, cunctos sub religione catholicae fidei militantes, sed vos potissime, quos adhuc efficaciores, & vtiliores agnouimus ad eiusdem terrae subsidium decreuimus excitandos, vt illa, caelestis auxilij ope confortata, iugum seruitutis effugiat, & de manibus recuperetur hostilibus, ac recuperata salubriter & stabiliter conferuetur.

25 Rogamus igitur vniuersitatem vestram, & hortamur attente, confidenter requirimus, instanter petimus & obsecramus in Filio Dei Patris, quatenus infra claustra pectoris meditatione sollicita reuoluentes, quod Dei est, quod agitur in hac parte negotium; quodque, licet illud totius Christianitatis existere dignoscatur, vos tamen & ciuitatem vestram, consideratis attentius quae considerationi se offerunt, quadam specialitate contingit. Attendentes insuper, quod non solum ad salutis vestrae profectus exuberet, sed etiam ad vestrum, vestraeque ciuitatis honorem grandem & gloriam redundabit, si ad terram praedictam, prout tanta & tam vrgens eius necessitas exigit, promptum celeremque succursum duxeritis destinandum ad recuperandam, fauente Domino, terram ipsam congruum, iuxta potentiae vestrae vires, pro diuina & Apostolicae sedis, ac nostra reuerentia, tamquam filij benedictionis & gratiae, Deoque deuoti festinum & efficax galearum subsidium (super quo ad partes illas dirigendo celeriter cunctorum consilia, quae conditionem ipsarum agnoscere conueniunt, idque fieri persuaudent, cum per hoc eis vtilius, & melius subueniri valeat, ac restiti conatibus, & debilitari potentia inimici) studeatis pensato tanta necessitatis articulo destinare, vt eidem terrae, vestro, & aliorum fidelium adiuta praesidijs, suffragijs circumflecta, dies votiuae recuperationis &

Indignum viro Christiano Christi iniurias non vlcisci.

Solicitat trirèmes nauesque submittere in Syriam.

celeris, cooperante superni Regis auxilio, illucescat.

Sua det, vt
ciuiles so-
pian di-
scordias,
ac pacem
cum Ven-
netis ineat

26 Et quoniam in abundantia pacis, & tranquillitatis tempore tractantur utilius, & aguntur fructuosius quæ sunt Dei, quæsumus vt mentalibus oculis erectis ad superos, & studijs directis ad bonum, inter vos inuicem pacis fœdera, & specialiter cum communi Venetorum firmam pacem, firmamque concordia unitatem, pulso procul cuiusuis discordia nubilo, reformetis, aut saltem treguam firmetis longo tempore duraturam. Cæterum ad subtrahendum lucra, redditus, & proventus, quibus Babylonius hostis infans fortior redditur ad impugnationem fidelium, & retinendum Terram sanctam ac alia Christianorum loca, quæ nequiter occupauit, firmiter statuatis, certis grauibuscque pœnis appositis, vt nullus omnino vestrorum conciuium, vestrique territorij, seu districtus ad terras Soldano subiectas accedat, mercationes aliquas ferri, armorum, lignaminum, vel aliarum rerum quarumlibet deferat, siue mittat, sibiue vel suis præstet auxilium, vel fauorem; eos, qui secus attentare præsumperint, per exactionem pœnarum adhibiturum efficaciter puniendo; eaque contra tales tam in generali concilio, quam in Lugdunensi postmodum subsecuto, nec non & per nos statuta noscuntur firmiter obseruantes, & facientes a vestris subditis obseruari; & patienter feratis, vt præsumptores huiusmodi tam per Ecclesie, quam per aliorum galeas, aliaque vasa fidelium iuxta ordinationem seu dispositionem Apostolicæ sedis impune, ac libere perturbentur offensis, & a talibus compescantur, vt per auctæ punitiois remedium eorum temeritas facilius reprimatur. J

Prohibeāt
ne Solda-
ni terris
venetæ
merces in-
ferantur.

a 1b. ep. 56

27 Extat in regeſto pontificio ea constitutio a qua subiectæ pœnæ prænaricaturis incussa sunt: *Qui contra huiusmodi statutum nostrum quomodolibet venire præsumperint, præter pœnas prædictas, contentas nimirum in diplomate alio aliquot ante annis edito, quas illos ipso facto incurere volumus, perpetuo sint infames, & interfiabiles habeantur, ita quod nec testari, neque legata eis seu relicta percipere valeant. Et insuper ad successiones tam ex testamento, quam ab intestato sint prorsus & reddantur inhabiles, nec ad publica qualibet admittantur officia, sintque illis omnes aëtus legitimi penitus interditi, & tamquam excommunicati hostesque catholica fidei, postquam de ipsorum huiusmodi temeritate constiterit, diebus dominicis & festiuis publice nuntientur, & in fiscum bona eorum omnia deuoluantur. Nulli ergo &c. Dat. apud Vrbeueterem x. kal. sept. anno. iij. Pergunt superiores literæ.*

Pœnæ ijs,
qui Sara-
cenis ope-
ram eom-
modarint
aut mer-
ces inue-
xerint, o-
biectæ.

Mittant
oratores
ad agitan-
da de am-
fifis recu-
perandis cõ-
silia.

Reginẽsis
archiep.
ad eos
missus.

28 Volumus insuper, vt ambasiatores vestros, viros quidem prouidos & discretos, ac tam super pace & tregua & alijs præmissis vestrarum consocios voluntatum, & informatos plenius ac instructos; quam super vijs & modis, quibus melius & facilius terra recuperari, & recuperata conseruari prædicta, eiusque hostes vsque ad tempus generalis passagij valeant impugnari, ac super alijs etiam, quæ huiusmodi contingunt negotium, ad nostram præsentiam quantocyus destinetis: in prædictis vos taliter habituri, quod præter amplum laudis humanæ præconium æternæ beatitudinis præmia, nostræque commendationis titulos vberes exinde non immerito consequi valeatis. Et ecce venerabilem fratrem nostrum G. archiepiscopum Regin. latorem præsentium, virum utique prudentem, circumspectum, & prouidum, ac nobis & fratribus nostris merito suæ multiplicis

probitatis acceptum, ad vos propter hoc fiducia- liter duximus transmittendum, qui vobis super præmissis nostræ intentionis propositum plenius explicabit. *Dat. apud Vrbeueterem id. augusti anno. iij.*

29 Eadem literarum sententia ad Venetos, quæ ad Genueſes missa. Cum vero Veneti cum patriarcha Aquileiensi bellum gererent, Nicolaus ad eos conciliandos episcopum Vrbeuetanum misit, vt ad recuperandam Terram sanctam incumberent. Eam etiam Pontifex ad prompta confluenda auxilia rationem iniit, vt in singulis prouincijs episcoporum concilia celebrarentur, in quibus de parando auxilio decerneretur: quo argumento ad Mediolanensem archiepiscopum, ac suffraganeos episcopos datæ literæ b, adijciturque in regeſto eam literarum seriem ad omnes alios archiepiscopos, primates, patriarchas esse missam. Quibus ea consentiunt quæ in Salisburgensi chronico traduntur, iussu nimirum pōtificio Salisburgi habitum cõcilium prouinciale, visumque patribus fuisse, vt Templarij & Hospitalarij in religiosam vnam equitum familiam redigerentur; ferebat enim fama, numquam Acconem expugnandam fuisse, si mutuū inter eos amicitie fœdus coaluisset: tum vt Romanorum Rex cum principibus ad ferendum Terræ sanctæ auxilium exciretur, idque Romano Pontifici rescriptum: sed antequam oratores ad sedem Apostolicam accederent, Nicolaus obiisse. Quæ iisdem verbis in Eberhardi annalibus d reperuntur.

30 Cæterum non ea Salisburgensium tantum patrum sententia fuit: Nicolaus enim Calaritano archiepiscopo in Sardinia iniunxit e, vt in prouinciali concilio de Hospitalarijs ac Templarijs in vnum ordinẽ cogendis agitaret: *Cum fide dignorum pandat assertio, quin potius communis vox habeat, quod dilectos filios fratres hospitalis S. Ioannis & militiae Templi Ierolymitani ad vnius ordinis unitatem, seu religionis vnionem auctoritate apostolica reducamus, vt syncerius & vniformius in vinculo charitatis & pacis tendentes ad vnum, efficacius possint prosequi negotium memoratum; super quorum vnione hætenus etiam tempore Lugdunensis concilij specialis mentio & collatio facta fuit, volumus & per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus cum suffraganeis tuis in prouinciali concilio, quod a te fieri volumus, prout tibi per alias nostras literas iniungimus, habito super hoc consilio diligenti, & exacta cum illis deliberatione secuta, nobis quod per te, ac eosdem, ac suffraganeos deliberatum fuerit in hac parte plene, fideliter, seriatim, & expresse per tuas literas, harum seriem cõtinentes tuoque sigillo munitas, procures quantocyus intimare. Dat. apud Vrbeueterem xv. kal. septembris anno. iij.*

31 Cum huiusmodi coniunctio Syriæ rebus utilissima videretur, eoque argumento ad Gallorum & Anglorum Reges frum ad priorem g Venetū Hospitaliorum S. Ioannis Hierosolymitani atque ad præceptorẽ h Templariorum scriptum fuit. Cum vero antea Nicolaus encycliis literis fideles omnes effet adhortatus, vt sub Eduardi Anglorum Regis signa, qui anno mcccxiij. S. Ioannis Baptista natali die traiecturus erat, confluerent, accepta Acconensi clade ipsos magis ad sacre militie dandum nomen incendere est conatus. Quæ literæ i cum in annalibus Eberardi ac bullario typis cuse sint, ac parum a superioribus discrepent, has sententias ex ijs decerpere suffecerit.

Quis absque amaritudine summa commemoret tot Christianorum castra, ciuitates, & alia loca

solemnia destructa penitus, ad nihilumque redacta, & eorum incolas eorundem Saracenorum immanitate peremptos, proh dolor! quis nouitati, quoniam deplorare libet potius quam narrare, solers censor & discriminum, quae comminari videtur, discussor attentus per noctem et diem quasi torrentem lacrymas non deducat? Secuta finitimorum regnorum euersio hec non irrita cecidisse demonstrat: Cuius pupilla tacebit? Cuius pectoris penetrabile continebit suspiria, vel in singultuum frequentiam non erumpet? Interiectisque nonnullis de Ptolemaide quadraginta trium dierum obsidione expugnata, quamuis ingentia ad eam propugnandam auxilia submisisset Ecclesia, ac Tyro amissa subdit: Quis igitur de cetero marcebit otio? Quis non exurget? Quis ad recuperationem terrae praedictae non promptus exiit? Quis tardabit? Quem non pudebit ingratiitudinis argui, quin potius quasi de infidelitate notari, si Creatori proprio, tam benefico domino ad redemptionem terrae illius, quam ipsa sacra Scriptura testatur omnium chariorem, qua potest promptitudine non assistat, cum etiam secundum iuris humani censuram subditos suos dominis & ad tuenda quae possident, & ad recuperanda iniuste subtrahenda debitum fidelitatis adstringat? Quis ut fidei orthodoxae cultoribus tam immaniter trucidatis, de tot calamitatibus captiuorum, & alijs Christianitatis opprobrijs non ex tota mente mouebitur, non suspiret non anxietur ad vindictam? Profecto, cum secundum Apostolum omnes simus unum corpus in Christo, non immerito cum illis, de quibus scriptum est: Percussisti eos & non doluerunt; insensibilitatis arguitur quisquis tantam huius nostri corporis mutilationem, praedictorum videlicet Christiolarum non sentit excidium, & grauius non moeret? Accingimini ergo Christi fideles, & qui Christiana religione censemini, vos Christianos esse operis prosecutione monstrate. Accipite deuotione, qua Rex, uisifica crucis signum illud, in considerationis vestrae scrutinium deducentes, quod uiris, quantumcumque magnificis, quantacumque dignitate praeditis & uirtute, ad gloriam magnam ascribitur, si eius in bello dominorum insignia gerere concedatur, sub quibus contingit frequenter, non sine salutis aeternae discrimine mortis subire periculum sub cuiuslibet spe remunerationis. Quanto igitur gloriosius, quanto securius Regis regum in eius bello uictoriosum gestare vexillum, salutiferam uidelicet crucem, sub qua deuotione congrua puro corde suscepta, conceptum prosequentibus munditia continua propositum mori est uita perennis initium, transitoriae mortis finis, retributionis inestimabilis certitudo. Festinate itaque, festinate ad salutis uestra properare compendium. Est infra: Siquidem charissimus in Christo filius noster Christianissimus princeps Eduardus Angliae Rex illustris post tractatus varios super generali suo passagio in ipsius terrae subsidium faciendo, diuersorum summorum Pontificum Romanorum temporibus habitos, nouissime tamquam benedictionis filius nostris beneplacitis acquieuit; & ut post Christum iuxta consilium eius eat, seipsum abnegans, ac tollens, ut eundem sequatur Dominum, crucem suam, terminum festum uidelicet natiuitatis B. Ioannis Baptista, quod erit anno Domini MCCXCIII. & ei ad transfretandum personaliter, nec non ad dictum generale passagium cruce signatus & cruce signandis omnibus duximus praesignandis, humiliter acceptauit semetipsum exponere sui Redemptoris obsequijs terrae praesatae personaliter subueniendo disposuit, negligens natalis soli dulcedinem, praetermittens regni sui terrarumque delicias & gloriam imbi dominandi.

Non igitur cunctemini amplius, praedicti gloriosi vexilli dominici charactere insigniri mercatores felici commercio perpetuam post defunctionem corporis uix momentaneo labore quietam, & permutatione consultaterranea pro caelestibus commutantes, transitoria pro mansuris, temporalia pro aeternis. Imposita etiam archiepiscopis, primatibus, patriarchis uocandi ad crucis signa Christiani populi prouincia: quae de re litera ad Remensem archiepiscopum data a in regesto leguntur, easque Eberardus etiam adducit; ac tradit Salisburgensem archiepiscopum A. S. L. ipsas Henrico Ratisponensi transmisisse, munusque illi indicendae expeditionis sacrae iunxisse. Quid porro sua sollicitudine perierit Nicolaus, describit Sanutus b submisisse uiginti tres remes, quibus se quindecim Cyprij adiunxerint. Immo addit annalium Colmariensium auctor, illum in Terrae sanctae subsidium sexaginta cruce signatorum millia submisisse, quod uero addit illis omnibus suis sumptibus stipendia suppeditasse, intelligendum uidetur decimas, quarum administrationum summus praefectus erat, in eos usus deuoluasse.

32 Nec solum principes occidentales in uictores Saracenos commouere nisus est; uerum etiam orientales d, ut Andronicum Graecorum Imperatorem, atque Armeniae, Hiberorum, & Georgianorum Reges, quos ad gerenda magno ardore animi pro defendendo Christiano nomine arma sacra sollicitauit. Tum etiam Argonem Tartarorum Regem, cuius literas Chagani oratoris opera acceperat, ad suscipienda e quamprimum Christiana sacra, cruceque vexilla in Saracenos explicanda est adhortatus.

Magnifico uero Argoni Regi Tartarorum illustri gratiam in praesenti, quae perducatur ad gloriam in futuro.

Præcurrentis f famae relictibus, quae literarum & nuntiorum de more praenit missionem, ad notitiam regiam credimus iam perductam, qualiter etiam non sine totius Christianitatis opprobrio Terra sancta funiculus hereditatis dominicae ad sacratissimam, & alia loca eius ad manus deueniunt alienas, inter quae, proh dolor! Acconensis ciuitas uenisse dignoscitur in ruinam [pluribusque in eam sententiam, deque Tyri deditioe adductis, quae iisdem uerbis in literis ad Regem Francorum concepta sunt, ut Perfidis vires cum Eduardo coniungat, preces adiecit:] Cum igitur ad recuperandam de manibus impij terram ipsam feruentibus studijs intendentes, cunctos orbis terrae catholicos Reges & principes per nostras literas excitemus, ut ob reuerentiam Iesu Christi opem pro uiribus impendant & operam ad huiusmodi negotium celeriter & feliciter promouendum; & charissimus in Christo filius noster Eduardus Rex Anglorum illustris, prout ad tuam notitiam forsitan iam peruenit, uisifica crucis assumpto signaculo in breui, aetore Domino, in manu potenti transfretare intendat; ac per uniuersas Christianitatis prouincias contra nefandissimos Saracenos ordinauerimus facere proponi solite uerbum crucis; firmaque nobis credulitas suggerat, quod praeactum negotium, si tuae potentiae brachio fulciatur, uotium & festinum fortietur effectum; magnitudinem tuam rogamus & hortamur attente, instanter petimus & requirimus confidenter, quatenus promptis, & reuerentibus animis sacrum baptismum recipiens, & diuinis beneplacitis te coaptans, ad recuperationem celerem dictae terrae, ac etiam ad suorum hostium nequi-

a Lib. 4. ep. cur. 62.

b Sanut. l. 3. p. 13. c. I c. Annal. Dom. nic. Colmar. anno sup.

Orietales Imperatores & Reges sollicitati a Nicolao in Sarac.

d Lib. 4. ep. cur. 66. 69.

e Argoni Rex Tartarorum. e libid. ep. cur. 31.

f Regest. post ep. cur. 66.

Pontificia ad illum adhortatio.

tiam & superbiam conterendam tuæ potentia vires exerceas, prout vtilius regia magnitudo prudentia viderit expedire; ad id subditos tibi populos sollicitis studijs inducendo, vt tuo & aliorum Regum & principum, ac aliorum fidelium auxilio suffragante, celerius recuperatio eadem valeat prouenire; tuque ab eo, qui dat gratias & præmia elargitur, condignæ retributionis impendia consequaris, & præter humanæ laudis sonora præconia tibi exinde prouentura nos magnitudinem regiam non immerito commendemus. Ad hæc multa benignitatis affectum, quem Christianis in partibus ipsis morantibus fauorabiliter exhibes, vberibus gratijs profequentes, petimus vt huiusmodi affectum regia celsitudo continuet circa illos, &c.] Matthæi & Guillelmi Minoritarum commendatione concludit, quorum monitis vt assentiatur, consulit. *Dat. apud Vrhem veterem x. kal. septemb. anno 14.*

33 Certiorem quoque eum fecit, se literas, quas ad Eduardum scripserat, transmisisse. Tum maxime ipsum commendauit, filium suum Nicolaum baptismo initiari permisisse, cui Pontifex recenter Christianorum cœtui aggregato has literas dedit. a

Dilecto filio nobili viro Nicolao, nato magnifici viri Argonis Regis Tartarorum illustris, salutem & apostolicam benedictionem.

Exultat cor nostrum in Domino, a quo vniuersorum charismatum dona manant, quod sicut fide dignis aperitur affatibus, tu supernæ claritatis radio illustratus, & cælestis gratiæ benedictione præuentus, ad fontem baptismatis non sine laudum sonoro præconio promptis animis conuolasti. Quod eo acceptius & gratius nostris accidit affectibus, quo te syncerius gerimus in visceribus charitatis, tuæque salutis & honoris augmentum votis feruentibus affectamus. Rogamus nobilitatem tuam & hortamur in Filio Dei Patris, quatenus circa dona & laudabilia opera, & virtutes, per quæ cælorum regnum acquiritur, tamquam benedictionis filius vigilantibus & continuis studijs te exercens, Christianam fidem, cuius præcellis insignijs te salubriter decorasti, sub mentis constantia & synceræ deuotionis affectu studeas obseruare, vt clara tuæ professionis initia obseruationis continuæ laudabilis commendet effectus, cæterique tuo salubri exemplo inducti, ad eiusdem assumptionem fidei propensius excitentur; tuque post vitæ præsentis curricula, quæ nullius certitudinem status habent, æternæ beatitudinis præmia, quæ suis electis referuauit Altissimus, consequaris. Cæterum tibi affectuose consulimus, & attentius suademus, quod in habitu seu vestibus vel in victu, ne inde materia dissensionis, aut scandali contra te forsitan in gente tua valeat suboriri, nullam mutationem facias; sed in eis consuetudinem illam serues, quam ante baptismi laucrum obseruasti. Vt autem ipsius fidei series tibi plenius innotescat, eam tibi annotatam inferius destinamus, quæ talis est: *Credimus sanctam Trinitatem, &c.* Subiicitur fidei forma, quam Romana profitetur ecclesia superius a nobis allata b.] Cæterum dilectos filios fratres Guillelmum de Cheriopœnitentiarium nostrum, & Matthæum de ciuitate Theatina ordinis Minorum, latore præsentium; quos ad tuam præsentiam, & etiam partes tuas pro gentis tuæ salute dirigimus; pro Apostolicæ sedis & nostra reuerentia benigne recipias, & fauorabiliter profequaris, impendendo eisdem super commissis sibi negotijs, cum ab eis

fueris requisitus, auxilium, consilium, & fauorem. *Dat. apud Vrhem veterem xi. kal. septemb. anno 14.*

Acceperat is Nicolai nomen in baptismalibus sacris, cum antea Carbaganda appellaretur, fueratque ad Christi cultum pellectus a matre Erockaton pientissima scemina, qua superstite Carbaganda in Christiana fide perstitit: ea vero vita functa, Saracenorum familiaritate inquinatus a religione defecit. Hæc Aytonus a & Sanutus b. Cæterum augendæ diuinæ gloriæ cupidus Pontifex Ozolum Pisanum, apud Tartaros auctoritate florentissimum, vt ad fidem propagandam, conferret studia, excitauit c: *Accidit*, inquit, *gratum & acceptum quamplurimum votis nostris quod, sicut fide dignis aperitur affectibus, te gerens laudabiliter & prudenter ad dilatandos fidei Christianæ terminos solerter intendis, ad agnitionem ipsius alios, qui nondum sunt eius lumine illustrati, sollicitè inducendo: de quo tuæ sollicitudinis studium tanto commendamus amplius, quanto magis salutem omnium affectamus. Nobilitatem itaque tuam excitandam attente duximus & hortandam, quatenus ob diuinam & Apostolicæ sedis ac nostram reuerentiam circa huiusmodi salubres tuos actus & opera solerter intendas, & inuigiles diligenter, vt exinde tanto acceptior & gratior reddaris Altissimo, quanto plures ab erroris inuio ad veritatis semitam, & ab infidelitatis nubilo ad claritatem catholica fidei reuocabis, &c.* *Dat. id. augusti anno 14.* Collaudati s. iisdem sententijs nonnulli proceres, Ioannes nimirum e Bonestra, Xanctus prætorio Persico præfectus, Suffridinus Argonis medicus, ipsos operam pro amplificanda fide, Tartarique ad Christum adducendis collocasse.

34 Sollicitauit g. præterea summus Pontifex alios duos Nicolai fratres Saronem & Cassanum ad Christianam religionem fratris exemplo amplectendam hisce literis.

Nobili viro Cassiano, nato magnifici viri Argonis Regis Tartarorum illustris, gratiam in præsentibus, quæ perducatur ad gloriam in futuro.

Pastoralis officij commissi nobis a Domino debitum exigit, vt te ad ea, quæ tuæ salutis profectus, & honoris incrementa respiciunt, tibi que in orbe terrarum laudum titulos afferunt, sollicitis inducamus studijs, & affectuosis exhortationibus excitemus. Sane tuæ magnitudini cupimus aperiri, quod Saluator noster Dei Filius Iesus Christus de summis cælorum ad ima mundi, vt hominem, quem plasmarat, de nexibus seruitutis eriperet, in quos ipsum impeggerat maligna suggestio, clementi dignatione descendens, vestem nostræ mortalitatis assumpsit, vt proprii asperione, cruoris incendia perpetui cruciatus extingueret, ac suos, mortis æternæ tenebris obuolutos, vitæ perennis efficeret possessores. Qui mundum salutaribus institutis informans, tandem post sanctæ conuersationis & operationis exempla, post euangelicæ instructionis eloquia, & doctrinæ salutaris effectum diræ mortis ultro supplicium subiit, & die tertia resurrexit a mortuis gloriosus. Qui priusquam pateretur, regni cælorum clauas B. Petro Apostolorum principi, & per eum suis duxit successoribus committendas, per hoc eum tam sublimis potestatis auctoritatem impendens, vt quodcumque super terram ligatum redderent, ligatum haberetur in cælis; & quodcumque soluerent super terram, solutum existeret in eisdem. Vnde nos, licet insufficientibus meritis, Christi vicarij & eiusdem Petri successores in terris, disponente Domino constituti, affectu desideramus

a Ibid. ep. cur. 72.

Argonis filius baptismaliter illustratus.

b Anno Christi. 1267. n. 73

mus eximio, vt fidei Christianæ cultores salutari-
bus actibus immorentur; ac ij quos fides eadem
non agnouit, ad rectitudinis semitam, auctore
Domino reuocentur, eandemque solícite seruent
fidem; cum ipsa sit vera fides & recta, sine cuius
comitante suffragio placere Domino nemo potest:
quæ reatus expurgat, salutis commoda tribuit,
quæue corda mentesque purificat, & infidelitatis
obscurum suæ radijs expiat claritatis.

35 Excitamus itaque nobilitatem tuam & at-
tentius exhortamur, sano & sincero tibi consilio
suadentes, quatenus sedula meditatione recog-
tans, quam sit fragilis & caduca humanæ naturæ
conditio, quam plena periculis, quantis exposi-
ta casibus, quam instabilis status eius; considerans
etiam quod magnifici principis Argonis Regis
Tartarorum illustris tui patris affectio sincera di-
rigitur ad Christianam fidem, prout letantes ac-
cepimus, assumendam; quodque dilectus filius no-
bilis vir Nicolaus frater tuus, de sua salute solici-
tus, & diuinis beneplacitis se coaptans, sacram-
baptisma suscepit; seduloque recogitans, quod a
lege mortis mordentis omnia nullus excluditur,
eum omnino quod nascitur necessario moriatur;
promptus assurgas, præsto te offeras, paratus ac-
cedas ad agnitionem Christianæ fidei, ac susci-
piendum baptismatis sacramentum, ad laudem
diuini nominis, tuæ salutis profectum, & augmen-
tum fidei supradictæ: vt lucis suæ radio illustratus
te solerter exerceas ad eius fines laudabiliter
ampliandos, vt post vitæ præsentis ergastulum a
porta inferi libereris, & eius diris cruciatibus,
pœnisque grauissimis euitatis, æternæ beatitudi-
nis præmia perpetuis duratura temporibus conse-
quaris, & extollatur gloriose in secula nomen
tuum. Ad hoc multæ benignitatis affectum, quem
Christianis in partibus ipsius morantibus fauora-
biliter exhibes, vberibus gratijs prosequentes, pe-
timus vt huiusmodi affectum tua nobilitas conti-
nuer circa illos, &c. *Dat. apud Vrhemueterem x. kal.
septemb. anno iv. J* Hactenus Pontifex. Cæterum
Cassanus postea, vt visuri sumus, ambitione du-
ctus a Tartaris Mahumetana peste infectis excitus
aduersus Baydo Christianum Perfidis Regem con-
iurari, liberam tamen Imperij habenam nactus rei
Christianæ aduersus Saracenos fauit.

36 Eadem est literarum b sententia ad Sara-
nem fratrem illius, & Tagharzar Tartaricarum co-
piarum ducem datæ. Quinetiam Tartarorum
Reginam Anichohamini c religione Christiana
imbutam incitauit d, vt ad reliquos duos Ar-
gonis filios ad Christi cultum traducendos incumb-
beret.

*Charissima in Christo filia Anichobamini
Regina Tartarorum illustri.*

Gaudemus in Domino, a quo vniuersorum
charismatum dona manant, quod tu, sicut ha-
bet fide digna relatio, Christianæ fidei radio illu-
strata, ipsam & intentis obseruas studijs, & ad
eius agnitionem ac terminos ampliandos attenta
& solícita exhibes opem & operam efficacem. Re-
vera, charissima filia * pro huiusmodi laudanda
opera, & salubria studia in conspectu Regis æter-
nigrata * reddaris & accepta, & * dilatant in secu-
lo sonora præconia famæ tuæ. Excitamus igitur
in Domino magnitudinem tuam, & hortamur in
Filio Dei Patris, quatenus mentis tuæ oculis ere-
ctis ad Dominum, cuius obsequijs salubriter adhæ-
sisti, præmissa de bono in melius prosequaris, vt
eo gratior, & præmijs digna maioribus occurras
domino Deo tuo, quo vberiores bonorum ope-

rum in eius horreum manipulos introduces. Cæ-
terum cum nobiles viros Saronem & Cassianum
fratres, filios viri magnifici Argonis Regis Tarta-
rorum illustris ad assumendam fidem catholicam
per nostras exhortatorias literas excitemus, eos
vt precibus nostris animis promptis obtemperent
prudenter inducere studeas, prout tibi Dominus
ministrabit. [Et interiecta præconum Euangelij,
Guillelmi nimirum & Matthæi Minoritarum com-
mendatione] benedictionem nostram tibi tenere
præsentem in tuorum remissionem dirigimus
peccatorum. *Dat. apud Vrhemueterem id. augusti
anno iv. J* Conceptæ iisdem verbis sunt hortato-
ria literæ a ad Dathanaticum Reginam Tarta-
rorum, vt fidem Christianam proferret, atque Sa-
ronem & Cassianum principes ad eam pellice-
ret.

37 Quod ad Guillelmum Cheirium & Mat-
thæum Theatinum Minoritas ad Tartaros missos
spectat; plura in regesto pontificio diplomata ad
eos data extant, quibus euangelica luce eos popu-
los collustrare iussi sunt b, ac pluribus præroga-
tiuis ornati c: commendati insuper principi-
bus, quorum terris iter erant habituri, vt Con-
stantiæ d Petri Aragonij viduæ, atque Andronico e
Constantinopolitano & Trapezantino Imperato-
ribus, Armenorum Regi & Catholico, Bersauma
in oriente episcopo, ac Persarum proceribus, vt ip-
sos benigne exciperent. Cæterum Argonem
ad quem euangelici præcones mittebantur, haud
diu fuisse superstitem videtur; cum nulla post illius
mentio a nobis reperiat. Attulit vero illius
mors, ingens damnum rei Christianæ, cum expe-
ditionem in Saracenos coniunctis sibi Georgia,
& Armenia Regibus instrueret, vt refert Ayto-
nus f, qui de successore in Imperio addit: *Quidam
frater eius nomine Regayto sibi successit, sed homo fuit
nullius valoris.*

38 Vt porro conuertendorum ad Christum
Tartarorum sacro studio ardere Nicolaum vidi-
mus, ita non minorem operam ad cogendos in-
finum Ecclesiæ schismaticos collocavit. Georgium
quidem Bulgarorum Imperatorem ad amplecten-
dam Romanæ ecclesiæ coniunctionem pronoca-
uit h, grauissimisque sententijs ob oculos pro-
posuit veram illam sinceramque fidem, quam Ro-
mana teneret ecclesiæ, quæ nullis erroribus infici,
nullis conatibus labefactari vnquam poterit, ex-
tra cuius complexum æterna salus comparari a
nemine possit.

*Magnifico principi Georgio Imperatori Bulga-
rorum illustri gratiam in præsentem, quæ perducatur ad
gloriam in futuro.*

Ad curam dominici gregis, eius dispositione
vocati, qui caelestia & terrena virtutis suæ ma-
gnitudine prouide moderatur, iugi reddimur at-
tentione solíciti, vt vniuersi mortales sic in se-
mitis mandatorum Domini gressus suos dirigant,
quod post cursum vitæ transitorie felicitatis æter-
næ brauium assequantur. Sane ad huiusmodi bra-
uium assequendam necesse est cuilibet, vt obser-
uet & teneat firmiter fidem catholicam, quam
tenet, profitetur, & docet sacrosancta Romana
ecclesiæ mater fidei & magistra, sine qua nemo
potest Deo placere, nec ad perpetuam beatitudinis
gaudia peruenire. Hæc siquidem fides charitatis
est vinculum, & totius religionis sanctissimæ fun-
damentum. Hæc reatus expurgat, mentes puri-
ficat, tenebras infidelitatis fugat, nubem er-
roris eliminat, commoda salutis impendit, &
æternæ vitæ præmia suis sectatoribus repromittit.

Hæc,

a Reg. off
ann. ep.

Cherius
& Mar-
theus Mi-
noritæ ad
Tartaros
conuertē-
dos missi.
b lib. ep. 32
c 42.
e lib. ep. 63
d lib. ep. 70
f lib. ep. 71
g post
ann. ep.

f Ayton.
historien.
cap. 38.

Georgiū
Bulgaro-
rum Imp.
ad eccle-
siæ Rom.
coniun-
ctionem
reuocare
nititur Ni-
col.
h Lib. 4. ep
cur. 21.

Fidei or-
thodoxæ
elogia.

Hæc, vt vera tenet religio, alibi quam in communione ipsius ecclesiæ Romanæ, quæ disponente Iesu Christo nostræ salutis auctore, sola super omnes ecclesias summum & præcipuum obtinet principatum, ad salutem haberi non potest: sicut in arca Noe, per quam catholica Ecclesia designatur spiritualiter extitit figuratum, in quæ cæteris pereuntibus, ij dumtaxat, qui se receperant infra ipsam, salui superinundante generali diluio extiterunt.

Quia vero, princeps egregie, nos qui licet immeriti eius, qui de supernis cælorum sedibus ad ima mundi descendens, carnem nostræ mortalitatis assumpsit, vt propriâ asperione cruoris humanum genus perpetuæ morti obnoxium, a mortis nexibus misericorditer liberaret, vices in terris gerimus, illa quæ tuæ salutis augmentum, respiciunt, tuumque nomen apud Deum & homines magnificant & extollunt, totis desiderijs affectamus; serenitatem tuam cuius in hac parte salutem exquirimus, attente rogandam duximus, & in Iesu Christo Dei Filio salutaribus monitis exhortandam, quatenus fidem huiusmodi quam, sicut præmittimus, tenet ipsa Romana ecclesia & obseruat, inconcussa teneas, ipsam totis nifibus, totisque affectibus amplecti studeas, & populos imperio tuo subiectos ad tenendam eandem salubriter dirigas & inducas. Per hæc enim te Deo reddes acceptum, tibi æternæ retributionis acquires meritum, & magnificabis multipliciter in gentibus nomen tuum. Cæterum vt fides huiusmodi & eius forma serenitati tuæ plenius innotescant, ipsas fecimus præsentibus annotari quæ tales sunt. *Credimus sanctam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum &c.* Alata est iam ante a nobis ea fidei formula loco in margine annotato a. *Dat. apud Vrbe mueterem x. kal. aprilis anno iv.*

Illius formam exhibet.

a Anna Christ. 1267. n. 75

b Lib. 4. ep. cur. 22. Solicitatus Bulgaror. arch. ad præstitum olim sacramentum de agnoscendo Rom. ecclesiæ primatu seruandû.

39 Ad perficiendam eam optatissimam coniunctionem archiepiscopû Bulgarorum excitauit b, in memoriam reuocans, olim coram Palæologo Imperatore ad agnoscendam Romani Pontificis supremam auctoritatem sacramento se obstrinxisse.

Nicolaus, &c. Archiepiscopo Bulgarorum gratiam in præsentibus, qua perducatur ad gloriam in futuro.

Misericors & miserator Dominus pia miseratione [& infra nonnulla de redemptionis humani generis mysterijs præfatus addit:] ne gregi dominico tanti asperione cruoris reden pro cura deesset pastoris, beatum Petrum Apostolorum principem, & post eum omnes eius in perpetuum successores vicarios suos in terris constituens, eis decreuit sui gregis curam & sollicitudinem committendam. Sane cum nos, licet insufficientibus meritis, simus ipsius Dei omnipotentis vicarij, & eiusdem Apostolorum principis successores, ex debito pastoralis officij iugi sollicitudine attenti reddimur, vt vniuersi, quos per propagationem carnis, humanæ naturæ produxit in esse, ij potissimum, quos sacri baptismatis vnda consperferit, actus suos disponent in lumine veritatis, & per rectam mandatorum Domini gradientes semitam, æternæ beatitudinis gaudia consequantur. [Interiectisque superioribus fidei orthodoxæ, quam Romana ecclesia profitetur encomijs sine qua felicem immortalitatem assequi nemo possit, subiungit:] Quia nos ea, quæ salutis tuæ ac populi, cui præses, incrementum respiciant, totis desiderijs affectamus, fraternitatem tuam rogandam duximus

& in Christi visceribus exhortandam, quatenus fidem huiusmodi, quam, sicut præmissimus, Romana tenet ecclesia & obseruat, inconcussa prædices & teneas, ipsam promptis affectibus amplecti studeas, & magnificum principem Georgium Imperatorem Bulgarorum illustrem, cui super hoc, salutem zelantes ipsius, nostras literas exhortatorias destinamus; nec non & populos tuæ, ac ipsius ditioni subiectos ad fidem tenendam eandem efficaciter dirigas, & inducas. Tenet enim probabiliter nostra credulitas, quod in ijs iuxta Dei & nostrum beneplacitum prosequendis exhibebis te voluntarium, facilem, atque promptum: cum tu (si tamen ille sis, qui tunc erat archiepiscopus Bulgarorum) olim coram quondam magnifico viro Michaeli Palæologo Imperatore Græcorum illustri, eo tempore Constantinopoli residente, professus fueris in palatio de * Blachauria coram nobis, sicut a tua excidisse memoria non credimus, oraculo viuæ vocis te Papæ Romano immediate subesse; tuncque ad hoc, ad quod te nunc inducimus, dispositus videbaris. Exhortationem igitur huiusmodi, frater charissime, quæ de charitatis radice procedit, denote suscipias, & studio efficaci adimplere procures, vt in retributione iustorum extrema tanto remunerari donis poteris, quanto in horreum patris familias vberiores in te ac alijs bonorum operum manipulos introduces. Cæterum vt fides & eius forma fraternitati tuæ plenius innotescant, ipsas fecimus præsentibus annotari, quæ tales sunt: *Credimus sanctam Trinitatem, &c.* vt supra.

40 Eas porro ad Bulgaros ad Ecclesiæ gremiû adducendos hortatorias literas scripsit Helena Regina Seruicæ precibus sollicitatus, quæ Pontifici significarat se proxima æstate cum Georgio Imperatore de tanta re colloquium habituram, quam suscepto consilio diligentissime insistere hortatus est. c

Charissima in Christo filia Elena Regina Seruicæ illustri.

Gaudemus, filia charissima, ac Patri luminum proinde ad gratiarum assurgimus supplices actiones, quod sicut per dilectum filium Marinum archidiaconum Antibarensem tuæ celsitudinis nuncium lata mente suscepimus, tu lumine fidei catholicæ diuinitus illustrata, ipsam non solum obseruare deuotis affectibus comprobabis; sed alios etiam ad illius agnitionem, & eius terminos propensius dilatandos opem & operam multæ sollicitudinis studio non desinis exhibere: propter quod in conspectu Dei omnipotentis, cuius causam prosequeris, te nimirum reddis acceptam, & attollis in gentibus multipliciter nomen tuum. Sane cû dictus archidiaconus nobis ex parte tuæ celsitudinis duxerit supplicandum, vt magnifico principi Georgio Imperatori Bulgarorum illustri, cum quo super reductione ipsius ad denotionem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, ac ad fidei catholicæ vnionem proponis habere colloquium hæc æstate, nostras exhortatorias literas scribere dignaremur; nos huiusmodi tuæ serenitatis salubre propositum condignis laudum præconijs attollentes, eidem Imperatori iuxta præfata supplicationis oraculum; necnon & venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Bulgarorum, qui vt nostris ac tuis in hac parte desiderijs satisfiat, potest existere plurimum fructuosus, nostras exhortatorias literas, prout expedire vidimus, duximus dirigendas. Celsitudinem itaque tuam, filia charis-

suma, rogamus, & in Iesu Christi visceribus paternis affectibus sincerisque mentibus exhortamur, quatenus ad eum, qui potest facere mundum de inamundo, quique montes, viros videlicet eminentes de sua dignitatis fastigio praesumentes tangit, eorum cordibus sanctae inspirationis gratiam misericorditer infundendo, & fumigant, Deo devotionis sacrificium offerendo, erigens oculos tuae mentis, & in ipso ponens anchoram tuae spei, negotium huiusmodi tam laudabile, tam salubre ad Deilaudem, catholicae fidei exaltationem, & tui nominis honorem viriliter prosequaris, ut quanto in horreum dominicum vberiores bonorum operum manipulos in te & alijs reportaueris, tanto a tributore bonorum omnium remunerarionis potioribus merearis. *Dat. apud Vrbeueterem x. kal. aprilis anno 1v.*]

41 Complexus est eandem Reginam multis Apostolicis beneficijs Nicolaus, atque vna cum Stephano viro Rege in Apostolicae sedis clientellam accepit. a

*Charissimo in Christo filio Stephano Regi
Seruiae illustri.*

Quanto deuotiori studio sacrosanctam Romanam ecclesiam reuereris; quanto propensiori affectu coniungeris ad nostra & ipsius Ecclesiae beneplacita prosequenda, tanto circa tuum & regni tui statum prosperum in posterum conseruandam libentius apostolici fauoris praesidia apponimus, tuis prouidendo utilitatibus & indemnitatibus praecauendo. Ut igitur nostri manum auxilij tuae serenitas sibi sentiat in suis opportunitatibus fauorabiliter adiutricem, personam tuam & regnum tuum cum ciuitatibus, castris, terris, villis, & bonis alijs, quae in praesentiarum iuste & rationabiliter possides, sub beati Petri nostraeque protectione suscipimus, & praesentis scripti patrocinio communitus; statuentes, vt ea omnia integra permaneant & quiesca, nec quisquam in ijs te perturbare praesumat, aut quomodo libet molestare. Nulli ergo, &c. *Dat. apud Vrbeueterem id. martij anno 1v.*]

42 Flagrantibus etiam eadem Regina atque archiepiscopo Antibarenfi, vt in vrbe Sava, quae antea bellorum iniuria euerfa conciderat, dein fuerat instaurata, episcopalem sedem erigeret, annuit; ac Petrum, qui ab vrbe illius clericis electus fuerat, si nil aliud obstarat, consecrari iussit. b

Archiepiscopo Antibarenfi.

Per tuas, & etiam charissimae in Christo filiae nostrae Elenae Reginae Seruiae illustris literas nuper nobis transmissas accepimus, quod in Albaniae partibus iuxta Sclauos quaedam habetur ciuitas, Sava nomine, & quae iam longi temporis spatio destructioni succubuit, eius incolis per diuersa loca dispersis; sed de nouo in ciuitate praedicta quamplures viri catholici de incolarum ipsorum progenie, vt dicitur, existentes, & alij etiam diuersarum partium conuenerunt, moramque in illa continuam contrahunt, episcopum cum instantia postulantes; propter quod praedictae ciuitatis clerici ad electionem procedentes episcopi, quendam presbyterum Petrum nomine, virum utique catholicum & fidelem, in suum & eiusdem ciuitatis elegerunt episcopum & pastorem, petendo a te, vtpote metropolitano ipsorum, humiliter & instantiter, vt electionem huiusmodi auctoritate tibi tradita confirmares; sed petitioni eorum annuere noluisse, nisi prius super hoc a nobis licentiam obtineres. Quare tu, & praefata Regina nobis

supplicastis humiliter, vt per hoc prouidere de benignitate solita dignaremur.

Nos igitur, ad augmentum catholicae fidei sollicitis studijs intendentes, & volentes, vt expedit, salubriter & mature procedere, ac tuis & ipsius Reginae desiderijs benigne annuere in hac parte; gerentes quoque de tuae circumspectionis industria fiduciam in Domino specialem, fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus si inquisita de modo electionis, eligentium studijs, & electi meritis diligentius veritate, dictam electionem canonicam, & de persona idonea inueneris celebratam, ipsam de consilio dilecti filij prioris Praedicatorum, & . . . guardiani Minorum fratrum ordinum de Ragusio, auctoritate nostra confirmare procures, ac eidem electo munus consecrationis impendas, faciens sibi a suis subditis obedientiam & reuerentiam debitam exhiberi. Alioquin, electione praedicta rite cassata, eisdem clericis de aliqua persona catholica, idonea, & Apostolicae sedis deuota, quae tanto congruat oneri & honori, hac vice auctoritate praedicta, de ipsorum tamen prioris & guardiani consilio, prouidere non differas in episcopum & pastorem; contradicentes &c. *Dat. apud Vrbeueterem 11. id. iunij anno 1v.*]

43 Insignis sane Regis ac Reginae Seruiae ad seruandum religionis primaeum florem zelus extitit: qua enim cura Bulgaros ad Latinae Ecclesiae obsequium pellicere studuerunt, ea haereticos luem, quae in Bosnia eorum sceptris obnoxia serpebat, delere contenderunt; atque oratorum opera flagitarunt, vt fidei censors ad excindendos haereticos constitueret. Nec mora, Nicolaus enim egregio in Romanam ecclesiam eorum studio est gratulatus. a

*Charissimo in Christo filio Stephano Regi
Seruiae illustri.*

Quoniae inter cetera mentis nostrae desideria illud insidet potissimum cordi nostro, vt fides catholica, quam tenet, profitetur, & docet sacrosancta Romana ecclesia mater vniuersorum fidelium & magistra, votiuum & Deo acceptum suscipiat, eo propitio, nostris temporibus incrementum; grandi nimirum exultatione perfundimur, cum ad nostrum peruenire contingit auditum, quod mundi Reges & principes Regis aeterni, cuius negotium geritur principalis in hac parte, se beneplacitis coaptantes, ad ampliandum cultum fidei orthodoxae magnitudini suae colla subijciunt, & ascendatibus ex aduerso virtute induti ex alto promptae sollicitudinis studio se opponunt. Sane cum tu, filij charissime, zelo fidei, ac deuotionis accensus per dilectum filium Marinum archidiaconum Antibarensem, tuae celsitudinis nuncium, apostolatui nostro duxeris humiliter supplicandum, quod, cum in partibus Bosnae tuae ditioni subiectis sint quamplurimi haeretica prauitate infecti, qui a semita veritatis auersi per falsitatis deuium damnabiliter oberrantes, in aeterni Regis contemptum, animarum suarum euidentis periculum, & scandalum fidelium fidem catholicam deprouare perniciosius seu pestiferis suis assertionibus multipliciter moliantur, aliquas personas idoneas, regionis illius idiomatis non ignaras, quorum conuersatio cum saluari eorum doctrina concordans, inuentibus normam honeste viuendi tribuat, & exemplum praebet puritatis, mittere dignaremur ad partes easdem; vt huiusmodi erroris eliminata caligine, ministerio eorundem habitatores illarum partium ad agnitionem verae fidei, superni luminis irradiante gratia, salubri-

Ab archie
piscopo
Antibare
si conse
crari ius
sus.

Seruiae
Rex in
Bosnia ce
sors fidei
auctorita
te Rom.
ecclesiae in
sitiu effla
gitat.
a Lib. 4. ep.
cun. 23. ep.
reg. post
eand. ep.

Pijs eius
votis asse
titur. Bos
nifex.

lubriter reducuntur, tuum offerens consilium, & & auxilium ad errorem eundem de dictis partibus radicatus extirpandum; nos, qui licet immeriti Iesu Christi Regis aeterni humani generis redemptoris vices gerentes in terris grandi desiderio singulorum salutem appetimus, & ad ampliandum cultum fidei Christianae submotis quibusvis obstaculis totis desiderijs aspiramus; de huiusmodi tuo laudabili & salubri proposito intra mentis nostrae praecordia exultantes multiformiter, & Regi Regum pridem ad gratiarum actiones supplices assurgentes, supplicationi huiusmodi ex fervore magna deuotionis, & integritate fidei procedenti fauorabiliter duximus annuendum, &c.] Subdit se Minoritarum Sclauoniae supremo magistro dedisse imperia, vt duos religiosos viros ad id obeundum munus deligat, quos apostolica instruit auctoritate, ac Stephano Regi commendatos esse rogat. *Dat. apud Vrbeni ueterem x. kalend. aprilis anno 1v.*] Solicitata est etiam Helena b Regina Seruiae, vt in excindendis in Boffnia haereticis regia studia coniungeret, fideique censoribus studeret quibus eam prouinciam imponebat.

a 1b. ep. 25

b Eeg. post ep. 23.

Minoritae & Praedicatorum in sectandis haeret. praefecti a Nicolao.

c Lib. 4. ep. 574. d Reg. post eand. ep.

B. Petrum martyrum cum B. Francisco inepte comparas coercitus.

e 1b. ep. 596 De veritate stigmatum S. Francisci Nicolai PP. testimonium.

f 1b. ep. 500.

Vngaria ciuili bello laniata. Vt illud regnum a Tartari & Cumani.

44 Vtebatur etiam in insectandis haereticis Pontifex Praedicatorum opera, quos praedecessores summa utilitate Ecclesiae in ea re adhibuerant: sed cum ambe religiosae familiae coniunctis animis in hostibus fidei persequendis consentire debuissent, nonnulli ex ijs liuore suffusi se lacessere mutuo ceperunt, atque haereticorum, vt queritur Pontifex c, ludibrio exponere. Qua de re ad Veronensem episcopum, vt ipsos conciliaret, datae literae. d Inter ceteros Thomas ex S. Dominici instituto cum pro concione panegyrim B. Petri martyris texeret, illumque cum S. Francisco inepte (nec enim mortalium est sanctorum merita discutere) conferret, subiecerat Dei viui signa in beato Petro martyre emicare; Dei vero mortui in S. Francisco: ob quam insulsam & absonam distinctionem accusatus apud Pontificem quasi stigmatum illius sancti detraheret dignitati, ad septenium exercendo praedicandi verbi diuini munere est interdictus. Hac vero Nicolaus ad asserendam S. Francisci gloriam testatus est e: *Attendimus, inquit, quod Romana ecclesia de B. Francisco & Stigmatum eius infixione sollicita, illa in carne ipsius non superficialiter, sed in interiora per carnem & neruos & ossa in quinque partibus manuum, pedum, & lateris in certos, & congruos fines ingressa, ita vt non virtute natura, sed miraculoso gratiae dono, sic fieri vel esse potuerit, per testes legitime comprobatum accepit: & vt sic de stigmatibus ipsius beati Francisci toneatur, & venerabiliter obseruetur, irrefragabili sanctione firmavit. Ex quo ambiguum videri non potest, sacrilegij subire discrimen, quicumque negare vel improbare audeat, quod ipsa mater ecclesia tanta sanctumonia spiritu non omisso humana iustitia molimine confirmavit.* Diploma etiam pontificium ad vniuersos fideles dedit, quo Alexandri IV. de veritate stigmatum S. Francisci literas confirmavit. Sed de his religiosorum virorum controuersijs satis: iam ad maiores principum de Vngariae regno certantium contentiones & pugnas deriuanda est oratio.

45 Trucidato a Cumanis Ladislao, vt vidimus anno superiori, nulloque ex eolibero relicto Vngaricarum rerum funestissimus status extitit; cum hinc Cumani Tartarique regnum illud inuadere niterentur, hinc Rodolphus Romanorum Rex Imperio obnoxium esse contenderet, illudque

Alberto filio duci Austriae iure fiduciario traderet, contra Romanus Pontifex sedis Apostolicae regnum veatigale esse affirmaret, Carolus II. Siciliae Rex illud regnum filio suo Carolo Martello ex Ladislai sorore nato iure debitum proclamaret, id sibi denique Andreatus vendicaret. Vt porro Nicolaus in ea Vngarici regni iactatione se gesserit, incueamur. Imposuit Ioanni episcopo Aesino legati apostolici munus a, iussitque Vngariam petere, miserum illius statum diligenter circumspicere, atque rationes & modos explorare, quibus ad pristinum florentem statum adduci posset: eoque argumento regni praesulibus, quorum dignitas sub Ladislao oppressa fuerat, scripsit b, praecipitque vt legato opera non desissent. c

Venerabili fratri Ioanni episcopo Aesino.

Etsi Romana ecclesia cunctorum mater & magistra fidelium circa salubrem regnorum totius Christianitatis statum sollicitudinis studium gesserit diligentius; a longis tamen retro temporibus circa statum regni Vngariae prosperum & votiuum se cura peruigili, & quadam solertia speciali attentam exhibuit, & exhibere non cessat; & tam per legatorum & nunciorum missiones accommodas, prout temporum qualitas exigebat, quam alias etiam multifarie multisque modis laborare studuit, vt status eiusdem regni deuotos soliti producere filios, pacificis & tranquillis successibus fulciretur, Deo gratius existeret, ac salubris haberetur & utilis incolis dicti regni: & vt fides catholica, per quam caelestis beatitudinis acquiritur gloria, radicibus solidis firmaretur, & stabilibus manuteneretur studijs in eodem. Vnde felicitis recordationis Nicolaus Papa III. praedecessor noster, perduco ad eius notitiam valida turbarionis discrimine, quod in regno ipso, tempore quondam Ladislai Regis Vngariae nuper sublato de medio imminerebat, & alia, quae damnatis ausibus perpetrabantur ibidem in derogationem non modicam fidei Christianae, conculcationem ecclesiasticae libertatis, & oppressiones multiplices praelatorum, ecclesiarum, & monasteriorum, & aliorum piorum locorum regni praedicti; volens tantis & tam grauibus obuiare periculis, & cleri, ac baronum, & populi eiusdem regni dispendijs compatiens ex affectu; ad regnum ipsum venerabilem fratrem nostrum Firmanum episcopum, virum vtique prouidum & discretum, virtutibus praeditum, & iustitiae zelatorem cum plenae legationis officio destinauit, vt indirecta dirigeret, errata corrigeret, & deformata prudentius reformaret, ac euelleret & destrueret vitia, plantaretque virtutes, ac iuxta gratiam a Domino sibi datam huiusmodi periculis obuiaret, per cuius ministerium prouidum, & prudentiam circumspectam multa, prout in partibus illis non habetur incognitum, ad bonum & laudabilem statum personarum ecclesiasticarum & secularium dicti regni statuta & ordinata fuerunt, oculis diuinae maiestatis accepta, & ipsi regno ac eius habitatoribus fructuosa: quorum aliqua per iam dictum Regem promissa & iurata fuerunt sub obligatione sua, & etiam dicti regni.

Sed idem Rex promissione, iuramento, & obligatione huiusmodi omnino contemptis, praedicta non seruauit dum viueret, & se recognouit etiam non seruasse, sicut ea per patentes apparent apertius literas, quae in archiuio sedis Apostolicae conseruantur. Propter quod in eodem regno turbationes multiplices, dissensiones &

scandala graua contigerunt; & adhuc status eius fluctuat & vacillat. Cum autem nos tam periculoso ipsius regni statui, more pij patris compatiētes ab intimis, te ad præfatum regnum fiducialiter destinemus, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandantes, quatenus ad partes illas te personaliter conferens, de statu ipsius regni ac eius circumstantijs & conditionibus vniuersis, & qualiter in melius dirigi, & salubrius valeat gubernari, fideliter, plene, ac solícite informes; & nos, quibus regni prædicti, vtpote ad Romanam pertinentis ecclesiam, cura peculiaris incumbit, per te de statu, conditionibus, & circumstantijs prædictis certificati, tandem plenius & instructi circa præfatum regnum & statum illius possimus ad laudem Dei, & quietem fidelium vtilius & efficacius prouidere. *Dat. apud Vrbeueterem iv. non. ianuarij anno III.]*

46 Cum vero Ladislaus non leui infamiæ nota inustus fuisset, atque etiam abiurata Christiana fidei ob inita fœdera cum Tartaris cæterisque infidelibus, quorum familiaritate & sceleribus se inquinarat, nec ab Honorio monitus mores nefarios exuere sategerat, suspicione laboraret; Nicolaus legato suo partes iniunxit a, vt inquireret, num eo tempore, quo interemptus fuerat Ladislaus, ad fidem catholicam se conuertisset, ac sedem Apostolicam totius rei faceret certiorum.

Venerabili fratri Iohanni episcopo Aefino.

Dudum fide dignis relatibus ad Apostolicam sedis perducto notitiam, quod quondam Latizlaus Rex Vngariæ nuper, vt dicitur, sublatus de medio, vesanis adhærens consilijs, & a catholica fidei recta semita græssibus ruinosis exorbitans, & in deuium delapsus erroris, suæ salutis consideratione postposita, se in diuinæ maiestatis contemptum, & totius Christianitatis opprobrium cum Tartaris, Saracenis, Neugerijs, & paganis, conuersationem damnatam commercio confederationem duxerat ineundam, nefaria viuendi specialiter cum eisdem Neugerijs norma sumpta, reddendo se proinde Redemptori omnium, & hominibus odiosum; felicitis recordationis Honorius Papa IV. prædecessor noster præfatum Regem ad vitæ laudabilis studia, & salubris conuersationis effectum reuocare desiderans, sibi paternas & affectione plenas suas literas destinauit, eum ad hoc per se, ac alios etiam salutaribus monitis, & attentis exhortationibus inducendo, vt a Tartarorum, & aliorum prædictorum damnatis erroribus penitus resiliat. At idem Rex, vtpote in sensum probrum deditus, per abrupta ineducationis oberans, & ad inobedientiæ detestandam duritiam se conuertens, huiusmodi monitis & exhortationibus, quas pij patris producebat affectus, parere humiliter, prout nobis clamoris validi primæ reuelauit assertio, non curauit.

Cum autem de ipsius regni & incolarum eius statu solícite cogitantes, te ad præfatum regnum fiducialiter destinemus, volumus & per apostolica scripta tibi districte præcipiendo mandamus, quatenus solerter attendens, & diligenter considerans, quod Apostolica sedes huiusmodi negotium ex certis considerationibus specialiter cordi gerit, cum te ad partes illas peruenire contigerit, per te, vel per alium, seu alios, de quibus expedire putaueris, solerter indagare procures, & inquirere diligenter, vtrum præfatus Rex, dum adhuc viueret, ad cor reuersus, mortis suæ tempore fidem teneret catholicam & serua-

ret, dimissis erroribus, & sectis infidelium abnegatis, ad quos, seu quarum obseruantiam dicebatur, dum viueret, transitum habuisse.

Procures etiam certitudinem habere plenariam, vtrum Rex ipse decesserit tanquam catholicus Christianus, non hæreticus, nec schismaticus, neque a fide exorbitans prædicta. Studeas quoque diligenter inquirere quod super ijs sciunt, credunt, & tenent prælati & religiosi, magnates & clerus, ac populus dicti regni, de quibus & prout videris expedire: & tam de eo, quod super præmissis & eorum singulis, tam de fama quam de veritate contigerit inueniri; quam quod etiam de prædictis in regno tenetur eodem a prælati & religiosi eisdem, sic te plene, seriatim, distincte, ac lucide studeas informare, vt per tuum processum plenariam habere possimus certitudinem præmissorum. *Dat. apud Vrbeueterem iv. non. ianuarij anno III.]* Mœrentem etiam ex viri morte Vngariæ Reginam apostolicis literis demulcere, atque ad constantiam excitare est conatus a; tum etiam legatum patrociniū illius suscipere iussit. b

47 Ad comprimendas vero in Vngaria de sceptri successione seditiones, coercendosque Germanos principes, Rodulphum nimirum Regem eiusque filium Albertum Austriæ ducem, qui Vngariam affectabant, legato prouinciam demandauit c, vt Apostolica sedis nomine ijs denuntiaret Vngariam ecclesiæ Romanæ fiduciarium esse, vetaretque in eam aliquid illos moliri: idque alijs literis legato inculcauit d: ni parerent, incussis censuris potentiorum etiam principum temerarios conatus repressuram: quam rem etiam archiepiscopis & episcopis, vt Romanæ ecclesiæ iura tuerentur, indicere iussit. e

Venerabili fratri Iohanni episcopo Aefino.

Nuper f ad nostrum peruenit auditum, quod cum quondam Latizlaus Rex Vngariæ rebus sit humanis exemptus, turbationes, pericula, & scandala graua in regno Vngariæ sunt exorta, diuersis aspirantibus ad solium dicti regni. Cum itaque regnum ipsum ad Apostolicam sedem multipliciter pertinere noscatur, te ad partes illas pro certis inibi exequendis negocijs fiducialiter destinamus, fraternitati tuæ per apostolica scripta mandantes, quatenus cum ad partes illas te contigerit peruenire, coram charissimo in Christo filio nostro Rodulpho Rege Romanorum illustri, & dilecto filio nobili viro . . duce Austriæ insimul, vel disiunctim per te, vel per alium, seu alios ex parte nostra expresse manifesteque denunties, prædictum regnum ad nos & Romanam ecclesiam ex causa multiplici pertinere; aperte & publice nostro & ipsius ecclesiæ nomine protestando, vt nullus cuiuscumque sit præeminentia, dignitatis, conditionis, aut status, iura quælibet in eodem regno ad nos & ecclesiam ipsam spectantia, quomodolibet inuadere, occupare, vel usurpare præsumat; aut in nostrum & eiusdem ecclesiæ præiudicium & grauamen aliquid attentare. Alioquin contra præsumptores huiusmodi, prout qualitas facti suaserit, & expedire viderimus, procedemus. *Dat. apud Vrbeueterem iv. non. ianuarij anno III.]*

48 At Rodulphus iam spe Vngariam inuaserat, ac tanquam ex Caesarum aula illud regnum penderet, Albertum filium illius Regem Imperij fiduciarium crearat, quem Nicolaus ob violata in ea re ecclesiæ Romanæ iura perstrinxit g, cæptisque abstinere iussit.

Certius rei veritatem indagari iubet Nicol.

a Ibid. ep. cur. 118.
b Ibid. ep. cur. 117.
Denunciari Germanis principibus Vngariam sedis Apostolicæ beneficiaria esse.
c Ibid. ep. cur. 115.
d Ibid. ep. cur. 120.

e Ibid. ep. cur. 116.

f Ead. ep. 115.

Data ead. in causa legato imperia.

Rodulphus Rex Rom. Albertus filium Regem Vngariæ creat.
g Ibid. ep. cur. 118.

Nicolaus, &c. charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Licet, fili charissime, intentionis nostræ non sit iuri, si quod tibi in regno ipso competit, derogare; nolimus tamen ignorare celsitudinem regiam, quod regnum ad Romanam ecclesiam matrem tuam ab antiquo etiam dignoscitur pertinere; propter quod circa illud aciem sollicitæ considerationis extendimus, & de statu eius sollicitè cogitamus: ideoque regalem magnificentiam rogandam attente duximus & hortandam, quatenus pro diuina, & Apostolicæ sedis, ac nostra reuerentia, iura quælibet ad nos & eandem ecclesiam in regno memorato spectantia, per te vel per alium, seu alios non inuadas, aut occupes, vel vsurpes, siue aliquid facias in nostrum & ipsius ecclesiæ præiudicium vel grauamen; quæ potius manutene re sollicitè ac illibata & integra plenius fauoribus seruare te conuenit, utpote specialem aduocatum eiusdem ecclesiæ, ac præcipuum defensorum. Sic ergo super hoc precibus nostris obtineres, sic nostræ instantiæ acquiescas, ut deuotionem regiam, quæ semper erga præfatam ecclesiam claruisse conspicitur, vberibus in Domino laudibus attollamus. *Dat. apud Vrhemuetere[m] 11. kal. februarij anno 1111.*

Corripitur a Nicolao iura Ecclesiæ ipsum inuasisse.

Hortatur ut re ipsa patrociniū illius generat.

a Ibid. ep. cur. 119.

b Ep. cur. 122. Strigonien- sis archiep. ut regno tuendo operam daret excitatus.

Denuntiet de regni successione contentibus, clientelæ nomine illius imperium ad sedem Apost. spectare.

49 Conceptæ sunt iisdem sententijs literæ ad Albertum Austriæ ducem a. Ad infringendas vero magis principum iniuria Vngaricum diademata affectantium cupiditates, in literis ad archiepiscopum Strigoniensem datis b, ubi ipsum paterne increpuit, in solito Romano erga sedem studio ac publicæ utilitatis curandæ ardore videri tepuisse, dum qui viuo Ladislao de inuictis regno scandalis & improbis consuetudinibus Apostolicam sedem, ut mederetur, admonebat, qua ex resummam ab ea gratiam inibat; nunc sublato Rege, cum pluribus tumultibus fluctuet Vngaria, nullas literas miserit, neque de Regis morte, num in fide Christiana obierit, quine regno sint successuri, an bellum ingruat, siue gentiles in Vngariam grassaturi, aliaque scitu necessaria ad auertendam imminentia mala nondum significarit. Tum subiungit: *Cum autem præfatum regnum ad Romanam ecclesiam ab antiquo etiam pertinere noscatur, & per di- Etum Regem sub obligatione sua et regni sui tempore, quo venerabilis frater noster Firmanus episcopus in ipso legationis officio fungebatur, nonnulla promissa & iurata fuisse, quæ postmodum non seruauit; volumus, tibi que præcipimus, ut ad personarum ecclesiasticarum & secularium regni prælibati notitiam, quantumque seu cuiuscumque præeminentia, conditionis, aut status extiterint, ad illarum maxime, quæ sibi dicunt ius aliquid competere quomodolibet in regno præfato, perducere studeas, regnum ipsum, ab antiquo etiam, ad Romanam ecclesiam pertinere, sibi que fore, prout præmittitur, obligatum ut hæc illæsa & integra eidem ecclesiæ in posterum conseruentur; & ne quiuis illa quomodolibet inuadere, occupare, vel vsurpare præsumerent in nostrum, vel eiusdem ecclesiæ præiudicium & grauamen aliquod attentare. Volumus autem, quod ea, quæ in hac parte feceris, nobis per tuas literas plene & seriose ac fideliter studeas intimare: ac nihilominus super denuntiationem & potestatem huiusmodi confici facias duo publica similia instrumenta, quorum vnum tibi retineas, & reliquum per fidelem nuntium nobis mittas. *Dat. apud Vrhemuetere[m] 11. kal. febr. anno 1111.* Ut vero a Bonifacio VIII. Vngaricum sceptrum Carolo Siciliæ Regis nepoti aduersus æmulos adiudicatum sit, dicemus inferius.*

50 Inter hæc Rodulphus Romanorum Rex anno regni decimo septimo e viuis discessit. Imperialem vtrique dignitatem, quæ Pontificum Romanorum manibus confertur, adeptus non est, ut enim Ioannes Villanus notat a firmandæ in Germania potentia suæ intentus, res Italicas spreuit, quam quidem adeo egregie stabiliiuit, ut suis Austriam ac Sueuiæ partem hereditariam perperit, illique Vngariam, ut vidimus, adiungere meditaretur. Cæterum hoc ipsum anno obiisse, Bernardus b, Ptolemaus Lucensis c, Siffridus d auctor hist. de Langrauijs, Stero e, Eberhardus f, Ioannes Villanus g, S. Antoninus h, Albertus Argentinensis, alijque consentiunt; quibus suum Card. Baronius calculum in M. S. notis adijcit his verbis: *Anno Christi MCCXCI. Rodulphus Imp. obiit pridie kal. octobris. Inter regnum menses tres.*

51 Huic regio funeri alterum regium funus Alfonsi Aragonij coniungendum videtur, quem dum ad conciliandam sibi Ecclesiæ gratiam incumberat, obiisse Nicolaus Papa testatur m: cuius etiam mortem hoc anno Surita n Mariana o alijque collocant, ac Pontificis dicta illustant: ait enim ineunte februario a Cardinalibus, quos Nicolaus in Galliam legarat (ij Gerardus Parmensis episcopus Sabinensis, & Benedictus Caietanus diaconus Card. erant) inter Gallia & Aragoniæ Reges præsentibus Carolo II. Siculo atque vtriusque oratoribus fœdus percussum, dictasque has pacis leges. Veniam commissorum a Pontifice Alfonsi supplices posceret, vestigialisque nomine, uti proauis pactus erat, triginta anni vncias ecclesiæ Romanæ penderet. In Syriam belli sacri causa, cum exercitu nauigaret: & quidem quod ad hoc spectat, annales Colmariensium p tradunt Nicolaum ardentissime vsisse ipsum, ut crucem indueret, atque ob id omnium Aragoniæ ecclesiarum decimas ad triennium concessisse: verum eam pactionem Surita q prætermittit. Iussus quoque matrem fratremque ad restituendam Siciliam hortari, ac armis cogere Aragonios proceres ac milites seuerò edicto ex ea reuocare, atque obfides Carolo II. reddere. His conditionibus adiectum, ut Carolus Valesius concessit in Aragoniam a Pontifice iure actioneque decederet, cui ad reponendam gratiam Carolus filiam Clementiam, Andium & Cœnomanorum comitatuū attributa dote, vxorem pactus est r: Pontifex vero Aragonium in gratiam reciperet, atque incultas regno censuras dissolueret. Exclufi eo fœdere rebelles Siculi, adeo ut Carolus breui recuperandæ Siciliæ spe efferretur. Sed dum hæc in opus perducere parabat Alfonso, importuno tempore mors eum oppressit. Tum sane proditos se ab eo querebantur Siculi, ac nil propius aberat, quam ut ab Aragonijs destituti, quorum auxiliij spe rebellionem mouerant, immo a quibus, ut in Martino vidimus, fuerant concitati; totque cincti hostibus, Iacobo cæterisque Aragonijs eiectis, sibi consulerent. Urgebat ad id ipsos etiam Pontifex, iactoque anathemate ni Iacobum pellerent, sacram in eos militiam indicebat. f

52 Consenuit mora illud bellum, sublatoque Alfonso Aragonio, Siculi belli mala, quæ sopienda sperabantur, recruderent: Iacobus enim Siciliæ occupator, fratris successione auctus ac ruidus magis quam antea Ecclesiæ formidandus apparuit. Ad cuius elidendos conatus, Pontifex, ut occupatum ab Alfonso Balearium regnum, quo Iacobus Rex principis Iacobipatris ob Pontificis

& Gallorum partes aduersus Petrum fratrem secutas depulsas fuerat, a Iacobi Aragonij tyranni eriperetur, Maioricarum episcopum, atque alios præfules literis hortatus est, vt ad veteris Regis legitimi fidem redirent, ac nulla ratione alteri Iacobo tyranno Siculo sacramento se obstringerent, sed potius ad arcendos eius impetus strenue se compararent: *Vniuersitatem, inquit, vestram monemus, rogamus, & hortamur attente, per apostolica vobis scripta sub spiritualibus & temporalibus pœnis, singulariter & generaliter iuxta nostrum arbitrium inferendis, districtè præcipiendo mandantes, quatenus mentes vestras & oculos ad Deum & Ecclesiam deuotis spiritibus erigentes; & attentionis provide, quod fermentum praua commixtionis regnorum & populi concordiam in dispendia diffensionis euertit, pacem turbat, fidem inficit, famam decorem obnubilat, damna rerum, animarum pericula, & excidia personarum inducit; prædictum Iacobum, vel alium pro ipso, vel eius nomine ad regnum Maioricarum, seu insulas adiacentes eidem, aut aliquam eorum partem, sicut nostram, & ipsius Ecclesie benedictionem, & gratiam affectatis, & nostris turbationem animi cupitis euitare; nec irritari vultis contra Deum & prædictam Ecclesiam nexibus offensarum, pro Rege vel domino non recipiatis villatenus, nec alias etiam admittatis; neque sibi, vel alij pro ipso homagium, fidelitatem, vel obedientiam aliquam faciatis: quinimo ad deuotionem & fidelitatem vestri domini naturalis charissimi in Christo filij nostri Iacobi Regis Maioricarum illustris prudenter redire, sibi que intendere, vt tenemini, & parere curetis; ita quod inter vos & eum gratia reconciliationis adueniat, vosque gratiosum & propitium vobis habeatis eundem.*

Sic itaque nostris fudeatis parere monitis & obedire præceptis, quod exinde vobis vniuersis & singulis, ac prædictis regno & insulis apud Deum & prælibatam Ecclesiam commendationis & commodi proueniat incrementum; nosque deuotionis vestrae promptitudinem condignis gratiarum actionibus merito prosequamur. Dat. apud Urbem ueterem v. id. augusti anno IV. Balearium porro episcopus cui hæc missæ literæ, Pontius erat, ob fidei erga Romanum Pontificem constantiam insignis, qui olim ab Alfonso ob promulgatum in Petrum anathema sua sede depulsus erat, cui Nicolaus plura priuilegia contulit. b

53 Vt porro Balearibus vetuerat Nicolaus, ne Iacobum exciperent; ita neruos omnes contendit, vt amittendæ fraternæ successionis metu a Sicilia auelleret: archiepiscopis enim, episcopis, abbatibus, cæterisque ecclesiastici ordinis c Aragonijs, Valentinis, & Catalanis, ac pluribus alijs, d incussis grauissimis pœnis prohibuit, ne Iacobum Regem admitterent. Simillimaque imperia Iacobo adiecto pœnarum terrore imposuit, ne quamdiu censuris sententijsque præteritis esset irretitus, Aragoniæ, Valentiniæ, Barcinonis, & Cataloniae possessionem inire pertentaret, eumque hisce literis ad resipiscentiam est adhortatus. e

Iacobo filio quondam . . olim Regis Aragonum, spiritum consilij sanioris.

Seriosæ repetitionis ad præsens non expedit oraculis aperire, cum sit longe lateq; diffusum, & in singulorum quasi notitiam iam deductum, qualiter quondam Petrus olim Rex Aragonum pater tuus factus ecclesie Romanæ, ac claræ memoriæ Caroli Siciliae Regis, & heredum suorum hostis publicus & persecutor hostilis, contra dictam ecclesiam & ipsum Regem regnum Siciliae ab ecclesia prædicta

tenentem, eiusque de illo vassallum notorios & detestabiles commisit excessus, insulam Siciliae, terram peculiarem ipsius ecclesie, temerarijs ausibus occupando; & postmodum ipso Petro sublato de medio, tu inimici humani generis, pacis amulsi seductione deductus, & paterni vitij imitator, immediate insulam inuasisti eandem, ac deinde in Regem Siciliae te coronari, vel potius execrari procurans, ac te faciens Regem Siciliae nominari, prædictam insulam detinuit, & detines contra prohibitionem eiusdem ecclesie nequiter occupatam, & grauibus contra Deum, & dictam ecclesiam, ac charissimum in Christo filium nostrum Carolum ipsius Siciliae Regem illustrem, prædicti quondam Caroli Regis filium & ipsius in præfato regno Siciliae successorem, longo tempore continuatis excessibus, etiam ad alia loca dicti regni occupatrices manus extendere conatus es hæcenus, & quotidie damnabili temeritate præsumis. Propter quod dicta ecclesia dudum contra dictum Petrum & te, ac ipsius & tuos in hac parte fautores diuersos processus fecisse dignoscitur, & sententias protulisse, quos præsentis serie aliter non duximus repetendos.

54 Verum quia, sicut nuper accepimus, quondam Alfonso de Aragonia frater tuus, qui per consilia saniora procedens ad Deum & eandem ecclesiam reconciliationis suæ remedia procurabat, solemnibus nuncijs super hoc ad eandem ecclesiam destinatis, diem clausit extremum, nos experiri volentes, vtrum tu in tantis excessibus ac sententiarum laqueis, quibus nosceris inuolutus, [hoc enim anno in ipsum vibratas antea censuras festis cœnæ a & ascensionis b dominicæ, tum dedicationis basilicæ Principis Apostolorum renouauit,] in morte obdormiens, possis per apostolicæ benignitatis studium excitari, te præsentium tenore monemus & hortamur attente, per apostolica tibi scripta districtè præcipiendo mandantes, quatenus tanti erroris inuio derelicto, ad viam rediens veritatis, ne dissimules, sed diligenter aduertas tam graues, tamque perniciosos excessus, quibus morbum tuum non sentire videris, nec futura pericula pertimescis; quodque nonnulli Reges & principes, qui olim ipsius fuerunt persecutores ecclesie, non absque confusionis improprio decesserunt, meritorum suorum stipendia recepturi. Alia quoque quamplura, quæ consideranda in hac parte noscuntur, diligenter attendens, & a præmissis excessibus, tuisque erroribus resipiscens, infra quatuor mensium spatium a præsentatione præsentium tibi facta, quod tibi pro preceptorio termino assignamus, redeas ad ecclesie memoratæ mandata, & præfatum Siciliae insulam, aliaque terras & loca dicti regni detenta per te, regnumque ipsum Ecclesie prælibatæ, dictoque Regi absolute, ac libere, & in pace dimittas; & prædictis Ecclesie ac Regi, cæterisque per te, vel occasione tui ratione dicti regni passis damna & iniurias plenam & debitam satisfactionem impendas, talia, vel similia contra eos nullo vnquam tempore præsumpturus: tibi nihilominus districtius inhibentes, ne tot inuolutus processibus, & ligatus sententijs de quorumlibet regnorum, seu terrarum administratione siue regimine, præsertim Aragoniæ, Valentiniæque regnorum, comitatus Barcinoniæ, & vniuersæ Cataloniae, vel alicuius partis eorum, ac omnium & singulorum, quibus prædictus pater tuus per sepeditam ecclesiam sententialiter est priuatus, te aliquatenus intromittas. Quibus si prudenter at-

Commis-
sa a paren-
te Petro
in Eccle-
siam sceler-
ra exponit.

Vt iniuria
Siculum
sceptrum
post patri-
tris morte
tem inuasi-
serit.

Siciliam
citeriorem
oppugnari-
rit.

Censuris
iuste deu-
iunctus
fuerit.
a Ep. cur.
14.
b Ep. cur.
33.

Indicis, ve
excurren-
te quadri-
mestri ad
Ecclesie
obsequiū
redeat.

Ne regno-
rum, quibus
iuste
ipsius parens
fuerat priuatus,
administrationem
suscipiat.

tenditur, ex dicti patris tui rursus demeritis indignus es redditus vel reddendus, ac priuatus vel ecclesie supradictae auctoritate priuandus: & nihilominus tibi aperte praedicimus, quod te in incepta rebellione & contumacia persistente ad priuationem, seu denuntiationem priuationis huiusmodi, & alias contra te spiritualiter & temporaliter procedemus, prout viderimus expedire. Praetextu autem dilationis, & termini praefixionis huiusmodi, quae potius ex gratia seu misericordia, quam ex iuris necessitate procedunt, processibus dudum contra te habitis, vel alias occasione tui nolumus in aliquo derogari, neque differre, vel etiam abstinere proponimus. Quin etiam, ipsa dilatione ac termini praefixione pendentes, tam ex praeteritis tuis & illorum contumacijs & excessibus & offensis, quam ex futuris, si quas te vel illos committere fortasse contigerit, contra te ac ipsos spiritualiter & temporaliter, prout & quando videbimus fore expediens, procedamus.

55. Caterum vt nulla tibi excusationis materia relinquatur, ecce dilectum filium magistrum Guillelmum de Mandagoto notarium nostrum, [extant ad eum in regeſto datae plures literae, a quibus ea prouincia ipsi demandata est,] virum utique prouidum & discretum, de cuius industria & circumſpectione confidimus, ad te, ac praedicta Aragoniae & Valentiae regna, comitatum Barcinonae, ac vniuersam Cataloniam, & etiam loca vicina & circumpositas regiones prouidimus destinandum, vt super praemissis te hortetur attentius, instantius excitet, ac ea tibi viae vocis oraculo seriosius exprimat, & alias super eis nostrum beneplacitum exequatur. *Dat. apud Urbem ueterem kal. augusti anno 1v.* Parum ualere pontificia monita: accurrens enim Iacobus in Aragoniam CaesarAugustae, vt scribunt Surita^b, Mariana^c & alij, regias infulas suscepit.

56. Attollere in eum signa moliebatur Philippus Francorum Rex, ac fratrem Carolum ualeſium, qui ad Caroli & Alfonsi Regum gratiam Aragonici regni iure & actione abſceſerat, eo extincto, pristina iura repetentem Aragoniae Regem imponere meditabatur; missisque ad Nicolaum oratoribus, flagitauit, vt sacram militiam aduersus Aragonios indiceret, ac decimas sexenales in sacri belli sumptus conferret. At Pontifex, qui Iacobum ad Ecclesiae obsequium pellicere nitebatur, & ad declinanda bellorum mala rem aequitate potius, quam ferro componere studebat, atque ob amissam recenter Syriam difficile bellum, quo aliud Asiaticum disturbaretur, non suscipiendum ratus, Philippi Regis petita in aliud tempus extraxit^d, utque rem aequi acciperet, facti rationem his literis exposuit.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae illustri.

Venerabilis frater noster P. episcopus, tunc electus Carcaſſonenſis, & dilecti filij magister Ioannes de Foresta clericus, ac Aegidius de Compendio laicus serenitatis regiae nuncijs, quos mittentis & suae probitatis obtentu benigne recepimus, prudenter ea, pro quibus asseruere semissos, in nostra & fratrum nostrorum praesentia exponentes, ex parte regalis celsitudinis inter caetera petierunt, vt ad negotium Aragoniae prosequendum tibi per sex annos concederemus decimam omnium ecclesiasticorum reddituum regni tui, & faceremus contra illos de Aragonia crucem in omnibus eiusdem regni partibus praedicari. Sane,

filii charissime, licet antiquam tui generis continuatamque diutius, & per te, Deo auctore, continuandam solite ad Romanam ecclesiam, & ecclesiasticam libertatem deuotionem, & affectionem dignis laudibus attollendam memori memoria recensentes, non indigne ad singularem erga tuam personam & regni eiusdem status prosperum moueamur affectum; non immerito ad efficaciter promouenda tua & tuorum commoda, exaudiendaque desideria excitemur; quia tamen non semper ratio cum affectione concurrat, diligenti super dictis petitionibus cum eisdem fratribus de liberatione praehabita, exauditionem ipsarum considerauimus ex causis varijs differendam. Infaustis siquidem rumoribus ad sedem Apostolicam de ciuitatis Acconensis captione perlatis, nos & iidem fratres de statu miserabili Terrae sanctae totius, totaliter expositae manibus impiorum, profundi & immensi tacti doloris aculeis, quem ex hoc opprobrij nominis Christiani profunditas, & dispendij Christianitatis subministrat immensitas; inter caetera quae ad reparationem tantae ruinae cum anxietate multimoda prouidimus exequenda, considerantes reparationem ipsam omnes contingere fidei Christianae cultores, & praecipue Reges & principes, praelatos, caeterosque magnates, ipsos super vijs & modis, per quos reparatio eadem tam necessaria, tam Christianitati toti uotina valeat, duximus consulendos, tibi & alijs Regibus & principibus, praelatis caeterisque magnatibus, nostris super hoc, prout expedire uidimus, literis destinatis. Per diuersas etiam mundi partes in eiusdem Terrae sanctae subsidium proponi mandauimus uerbum crucis.

Decet itaque, proculdubio, decet & expedire super consultatione praedicta expectare responsum, ne ipsa pendente, petitionibus supradictis ad gratiam exauditionis admissis, consultis dandi consilij uideremur adimere libertatem; dum per exauditionem ipsarum certum de subueniendo terrae praedictae propositum ad aliud tam grande conuertendo negotium, praesumeremur forsitan auertere ab incepto, & crucis praedicatio aduersus alios indicenda, tam charis. in Christo filij nostri Eduardi Angliae Regis illustris, quam aliorum, qui eiusdem crucis vexillum ad subueniendum terrae praefatae necessitatibus receperunt, certo ad transfretandum termino acceptato, non solum debilitaret animos, & in acceleranda suscepta subuentione remissiores efficeret; sed & ipsam forsitan totaliter impediret, non absque graui totius Christianitatis scandalo, quae ad illam affectibus intensis afficitur, ad illam anxia intentione suspirat.

57. Differendam in super dictarum petitionum exauditionem illud etiam persuasit, quia sicut ad excellentiae regalis notitiam iam forte peruenit, dilectum filium magistrum Guillelmum, dictum Mandagotum, notarium nostrum ad Iacobum natum quondam Petri olim Regis Aragonum destinauimus, per ipsum notarium monentes eundem, eique mandantes, vt ad mandata Ecclesiae praecise rediens, a solita peruersitate desistat: & ideo eiusdem notarij reditum, quem speramus proximum, absque inuouatione aliqua credidimus expectandum. Concessionem quoque petita decimae non mediocriter refragatur ecclesiarum eiusdem regni clamosa querela, quae se a tuis officialibus grauib. iniurijs affectas haecenus & afflictae quotidie conuoluentes, non uidentur ad praesens esse

Speranti imperia minae inrentatae

Missus eã ob causã in Aragoniam nuntius. Ep. cur. 47. 49. 50. 51.

Jacobus, contẽptis apostolicis minis, inſigne regiũ CaesarAugustae accipit. b Surit. in dic. lib. 2. hoc an. c l. 4. annal. cap. 123. d Marian. l. 14. c. 15.

Eod. l. 4. ep. cur. 83.

Philippus Rex sexennales decimas pro comparanda Aragonia flagitat a Pontifice.

Religiosã in Aragonios militã iudici.

Deo...

Signa...

Not...

Re...

Expe...

Gal...

esse disposita ad nouum soluenda prædicta decima onus æquanimiter subeundum. Nostra itaque præfens responsio, quæ licet nunc petitionibus prædictis non annuat, non tamen omnino præcidit eandem, mansuetudinis regalis obtutibus, quantum non molesta, sed grata proueniat: poterit enim succedente tempore, opitulante diuina clementia, opportunitas grata succedere, quæ nostris & tuis votis accommoda circa præmissa aliud fieri suadebit, prout futurorum euentuum qualitas suggeret, & uidebimus expedire. *Dat. Roma apud S. Mariam maiorem id. decembris anno IV.*

58 His Aragonum bellum dissuasit Philippo Nicolaus, qui Siculi conficiendi cupidus ab eo maximis contendit precibus, ut Carolo II tum ad retundendos hostium conatus, tum ad amissa recuperanda auxilia submitteret.

Charissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri.

Pulsat instanter ad ostium cordis nostri, mentemque propensius excitat affectuosa dilectio, quam charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliæ Regem illustrem funus hæstenuis profecuti, & continuatis beneuolis studijs prosequi non cessamus, ut apostolici fauoris auxilium, quod libenter ad filios deuotionis extendimus, ei vigilantibus studijs in suis negotijs impendamus; dignum & iuri consonum existimantes, ut sedem ipsam sibi fauorabilem & propitiam sentiat, quam sinceris deuotionis filialis affectibus reueretur. Sane quantas & quam atroces iniurias, quam grauiam & dispendiosam, quam plurima damna rerum, non utique breui numero includenda, olim claræ memoriæ Carolo Regi Siciliæ patri Regis eiusdem sibi que, patre ipso sublato de medio, intulit rebellionem detestanda perfidia Siculorum, plene, ut credimus, regalis magnificentia didicit, facti euidentia diuulgante: propter quod illa in præsentiarum duximus prætereunda silentio, ne multiplicatione uerborum aures regias grauaremus. Sed nondum Siculorum ipsorum elata & iamdiu continuata rebellio tam temerarijs ausibus finem dedit; cum in rebellionis nequitia persistentes, & in sua obstinati perfidia mala malis, & excessus excessibus adijcere non formidēt, eundem Regem suosque fideles offensis multimodis pro uiribus impetendo. Et quamquam per sedis memoriæ solertiam iam pluries moniti fuerint, ut debita pœnitentia ducti seque ad saniora consilia referentes rebellionis huiusmodi deuio, per quod gressibus periculosis oberrant, penitus derelicto, ad deuotionem Regis ipsius, a qua inconsulte recedere præsumpserunt, redire consultius non differrent, eius mandatis humiliter parituri; ipsi tamen extollentes in superbia verticem mentes suas, & praua studia imitantes, huiusmodi monitis temere obauditis, id efficere contempserunt. Quod si diligenter attenditur, tam tibi, quam cæteris dicto Regi cognationis nexibus copulatis tanto molestius & horribilius esse debet, quanto id non absque tua & eorum iniuria & contemptu temeritate præsumitur ampliori.

59 Cum itaque Rex ipse tot pulsatus iniurijs, tot confossus doloribus, passusque multiplicia damna rerum, multorum sed tua potissime deposcat auxilia, fauores expetat, & subuentiones confidenter exquirat; excellentiam regiam rogamus & hortamur attente, quatenus infra claustra pectoris sedula meditatione recogitans, quod in tanta tamque uigentis necessitatis articulo præfato Regi, cuius in hoc spes & fiducia in tuæ potentie uiri-

bus præcipue requiescant, te deesse non conuenit; sed potius, ut debitum sanguinis impleas, promptis adesse consilijs, fauoribus, & auxilijs opportunis; considerans etiam quod si, ope cælestis Numinis suffragante, huiusmodi prædicti Regis negotium tuis fultum præsidijs uotium & prosperum exitum fortiat, regia celsitudinis honor gloriosum exinde suscipiet incrementum, & in orbe terrarum dilatabitur amplius nomen tuum, quodque multum, immo quamplurimum fauoris accrescet negotio Terra sanctæ, cum de regni Siciliæ partibus ipsi terræ copiosum proueniat fulcimentum; memorato Regi fauoribus & auxilijs pecuniarijs & alijs munificentia regalis assistat, ut tuo fultus munimine & terram quam tenet defendere, ac aliam quæ ad hostibus de facto tenetur, recuperare valeat loco & tempore opportuno; tanto nobis proinde potius placiturus, quanto magis nostris in hoc affectibus complacere, & statum Regis eiusdem utpote deuoti Ecclesiæ filij felicem, & prosperum uotis ardentioribus affectamus. Sic ergo, fili, precibus in hac parte nostris obtemperes, & exhortationibus efficaciter acquiescas, ut præmijs exinde consequaris a Domino, qui pro minimis grandia recompensat, & præter laudis humanæ præconium titulis regijs prouenturum, deuotionem tuam uerbis in Domino laudibus attollamus. *Dat. apud Vrbem ueterem kal. octobris anno IV.*

Nec Gallorum modo, sed etiam Genuensium auxilia Carolo Siculo conciliare nisus est: Rheginensi enim archiepiscopo, cui prouinciam cum reipublica proceribus de recuperanda Syria agitare consilia imposuerat, iniunxit ut ad iuuantem etiam Carolum ipsos slecteret a, atque Genuenses, intentatis censuris, a commercio cum Siculis inuocaret b: eam rem ante ipsius permissam, ut Siculos delinirent atque ad obsequium Ecclesiæ pellicerent; sed cum in pernicacia sint obfirmati, cōmercij commodis priuandos uideri. Collegerant enim uero Siculi nouos in Carolum & Ecclesiam animos, cum Fridericus tyrannidem corripuisset, dum Iacobus frater ad Aragoniam & Valentiam sceptrum sibi asserenda prouolasset.

60 Cum Siculas res tractemus, insigne decretum silentio prætereundum non est, quod Gerardus Sabinensis episcopus A.S.L. ad expurgandos ecclesiasticorum mores edidit. Iussi enim omnes clerici intra bimestre concubinas, quarum turpi consortio infectierant, a se abijcere, incussis intermittendi muneris atque sacerdotij amittendi pœnis, si eas in sua alienaue domo tenerent. Ne uero archiepiscopi, episcopi, alijque præfules in exercenda legis seueritate remissiores essent, sacrorum usu atque ingressu ecclesiæ, si deessent muneri, interdixit: si maneribus corrumpi se paterentur, accepti duplum in pios usus deriuandum, atque ab officio submouendos sanxit. Querentibus uero mox præfules huius legis acerbissimam maiora parituram discrimina, nimisque facile exercendi muneris potestatem ereptum iri: tum iniquam uideri nullam ipsorum dignitatis habitam rationem, ac patriarchas, archiepiscopos, episcopos ipsidem ac cæteros inferioris ordinis clericos pœnis subijci. Ijs querelis permotus Nicolaus sanxit c, ut lex in inferioris dignitatis clericos ualere: in præfules uero ex canonicis dumtaxat sanctionibus animaduertetur.

61 Addenda hic nonnulla uidentur, quæ ad Regem Carolum spectant: Philippum Francorum Regem dominatu, quem in mediam Auenionis

Restituta Carolo Sicilia, rem Syriacam facilius instauranda.

Genuenses a Siculorum studio abducere nititur Pont. a *Ibid. ep. cur. 76.* b *Ep. cur. 75.*

Gerardi episc. Sabinen. pro Siculi clerici moribus excelsis constitutio.

Incussa concubinarum pœna. Et Præfules in eos non auidendū uertentibus.

Temperata a Nicolo legis seueritas. c *lib. 4. ep. 344.*

Philippus Rex imperij in dimidia Auenionensis urbis parte iura in Carolum Siculū trās fudit.

partem obtinebat, in Caroli gratiam cessisse a, adeo ut is iam tota urbis ditione potiretur. Qua causa motus est Nicolaus, ut decimarum mediam partem, ex Auenionensibus sacerdotijs redigendam, attributamque Francorum Regi, ad Sicilia Regem deriuarit. b

Carolo Regi Sicilia illustri.

Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod ciuitatis Auenionensis medietas, quam charissimus in Christo filius noster Philippus Rex Francorum illustris hactenus obtinebat, ad te nuper ex certa causa dignoscitur deuenisse, iam te totius ciuitatis eiusdem dominium obtinentem. cum autem ad prosequendum negotium regni Sicilia dudum tibi omnium ecclesiasticorum redituum & prouentuum decimam in Tarantasiensi, Ebredunensi, Aquensi, & Arelatensi prouincijs, terra comitatus Venefini ad Romanam ecclesiam nullo mediante pertinente, ac terram, quam in eisdem prouincijs Rex obtinet memoratus, dumtaxat exceptis, per tres annos ab instanti tunc festo natiuitatis B. Ioannis Baptistae numerandos, duximus concedendum, suppliciter postulabas a nobis, ut ad praefati prosecutionem negotij decimam ecclesiasticorum prouentuum medietatis praedictae tibi benigne concedere dignaremur. Nos itaque diligenti consideratione pensantes, quod negotium ipsum eo commodius & efficacius prosequi poteris, quo per nos vberioris auxilio fueris subuentionis adiutus, tibi pro iam dicti prosecutione negotij praefatam decimam medietatis eiusdem percipiendam a te * ex nunc usque ad sexdecim menses sequentes restare * noscitur de triennio supra dicto, dummodo praedictus Rex Francorum decimam ex concessione nostra, in medietate non percipiat supra dicta, praesentium auctoritate concedimus de gratia speciali, &c. *Dat. apud Urbem ueterem xiv. kalend. martij anno III.*] Caterum quod ad Auenionem spectat, demum a Ioanna I. Clementi VI. addita, est pretio, quo illa amissum Neapolitanum regnum recuperauit, Romanorumque Imperator Carolus IV. ad quem supremum dominatus in Auenionem spectabat, sua iura pio ecclesiastica ditionis amplificandae studio ad Romanos Pontifices transfudit: de quibus inferius suis locis agetur. Nunc nonnulla a Nicolao collata sacra beneficia adiungemus.

62 Prosecutus est Ioannem ducis Brabantiae maiorem natu filium e ea praerogatiua, ut in ara portatili diuinam rem a sacerdote peragendam curaret: *Deuotionis tuae precibus benignum imparientem assensum, auctoritate tibi praesentium indulgemus, ut capellanus tuus habere possit altare portatile cum debita reuerentia, & honore, & in illo tibi & familia tua ubicumque fueris, in loco uidelicet congruo & honesto, absque iuris alieni prauidicio, missarum solemnina celebrare.* *Dat. apud Urbem ueterem kal. augusti anno IV.* Congerenda hic alia uidentur beneficia, quae Nicolaus hoc anno alijs impertijt. Archiepiscopo Bisuntino in primis permittit d, ut Graiaci academiam excitaret; Bononiensi uero academiae e, ut qui in eo collegio approbatus esset, in caeteris omnibus academijs docere posset.

63 Praeterea amplissimam criminum condonationem ijs impertijt f, qui basilicam Lateranensem statis diebus daturi preces numini adirent.

Ut renati fonte baptismatis Apostolorum ipsorum, ac aliorum sanctorum, quorum sacra reli-

quia in eadem basilica, nempe Lateranensi, requiescunt intercessione, ac nostra remissionis munere mereantur in loco aeternae pascae collocari, omnibus uere poenitentibus & confessis, qui ad praemissam basilicam singulis diebus, in quibus in ipsa sacrosancta icona aperta permanet Saluatoris; necnon in singulis praedictorum Apostolorum Petri & Pauli, & beatae Agnetis, Romanis uidelicet, Campanis, & Marchianis, et alijs de prouincijs circumadiacentibus, de omnipotentis Dei misericordia & eorumdem Apostolorum auctoritate confisi, quatuor annos & quatuor quadragenas; Tuscis, Apulis, & Lombardis quinque annos & quinque quadragenas; Ultramontanis, & maria transeuntibus septem annos & septem quadragenas; illis uero qui in singulis beatae Mariae uirginis, necnon Bartholomaei, Thoma, & Matthiae Apostolorum, ac sanctorum Laurentij, & quadraginta martyrum, ac beatae Euphemie festiuitatibus, & per octo dies festiuitates ipsas immediate sequentes causa deuotionis accesserint annuatim, duos annos, & duas quadragenas, & illis qui singulis diebus totius anni, unum annum & quadraginta dies de iniunctis eis poenitentij misericorditer relaxamus. Dat. apud Urbem ueterem x. kal. aprilis anno IV.

64 Indulgentias etiam ijs tribuit a, quae elemosynas ad principis templi Vrbeuetani fabricam perducendam conferrent, cuius ipse primum iniaciendis fundamentis lapidem apostolicis manibus consecrarat posueratque, ut ipse his uerbis testatus est: *Nosque in ipsius ecclesiae fundamento pro reuerentia ipsius uirginis gloriose primarium lapidem benedictum, dilectis fratribus nostris sacrosanctae Romanae ecclesiae Cardinalibus nobis assistentibus, proprijs manibus duximus collocandum.* Suscepit quoque Pontifex idem clientelam uirorum religiosorum urbane xenodochij S. Mariae in Saxia b. Hac de priuilegijs suffecerint. Iam nonnulla nobis de eius feueritate, atque in tuenda libertate ecclesiastica & clericis a potentiorum tyrannide vindicandis sunt attextenda.

Non parum ipsi laborandum fuit, ut Salisburgensis ecclesiae iura contra Othonis ducis Bauariae potentia defenderet, qui nonnulla foedera iniquiora cum proceribus archiepiscopi stipendiarijs percusserat, quae scriptis ad Othonem ipsam c ac patriarcham Aquileiensem literis conuulsiit d: alijque literis grauiore querelas in eos proceres effudit, iustissimasque ob conflatum contra archiepiscopum de subiiciendo Othoni Salisburgo coniurationem minas incussit. e

Dilectis filijs nobilibus uiris baronibus, ministerialibus, castellanis, & communitatibus ciuitatis Salzeburgensis, & castrorum ac oppidorum ad ecclesiam Salzeburgensem spectantium.

65 Circa curam quarumlibet ecclesiarum iuxta pastoralis officij debitum solite uigilantes, contra illos, qui ecclesias ipsas earumque praelatos, praesertim eos, qui apud sedem Apostolicam de ipsius sedis beneplacito moram trahunt, in suis bonis, libertatibus, seu iuribus offendere moluntur eisdem ecclesijs ac praelatis, tenemur defensionis praesidio assistere opportuno. Sane uenerabilis frater noster Salzeburgensis archiepiscopus nobis grauius est conuictus, quod uos, non attendentes, ut conuenit, quod ex debito fidelitatis, quam Salzeburgensi ecclesiae ac praedecessoribus dicti archiepiscopi pro ipsis eorumque successoribus dicimini praestitisse, tenemini non solum ecclesiam & archiepiscopum praedictos molestijs seu

Lib. 3. ep. 747.

Lib. 3. ep. 748.

* quae noscitur

Vt Auenio postea ad sedis Ap. ditionem deuo lucra sit.

Lib. 4. ep. 398.

Academia Graiaci in situta a Bisunt. archiep.

Lib. 4. ep. 55.

ibid. ep. 435.

ibid. ep. 108.

Lateranensem basilicam ad iuris propositae indulgentiae.

lib. 4. ep. 748.

lib. 4. ep. 198.

Octo Bauariae Salisburgum subuenerunt c. lib. 532. d. Reg. 0004. Archieps. scopi. fam. cur. No. laus. f. lib. 531. Argu. lisburg. ses. cum. ne. fact. inj. ite.

seu

seu iniurijs non afficere, sed eos ab aliorum oppressionibus super eiusdem ecclesie bonis, immunitatibus, & iuribus, ipsos temere impetentium, pro viribus defensare, cum nobili viro Othone duce Bauariæ coniurationes, confederationes, & pacta inire, vosque ciuitatem Salzeburgensem, nec non castra & oppida ad ipsum archiepiscopum & ecclesiam pertinentia, in quibus omnibus eidem archiepiscopo, & ecclesie temporalem & spirituale iurisdictionem obtinere noscuntur, eidem duci submittere, quantum in vobis extitit, non sine damnabilis temeritatis audacia, præsumpsistis; promittentes nihilominus, datis super hoc patentibus literis, seu corporaliter præstitis iuramentis, quod dicto duci vsque ad vnum annum cum ciuitate, castris, & oppidis supradictis, ac omnibus munitioibus, vijs, & clausuris, quæ ad archiepiscopum & ecclesiam prædictas pertinent in Banaria obediatis & plenarie intendatis, & quod nullum in ciuitate, oppido, vel castro eodem inducatis, vel etiam recipietis in ipsis per præfatas vias siue clausuras contra ducis eiusdem beneplacitum voluntatis.

Post pacta vero huiusmodi taliter attentata, officiales dicti ducis, cui alias meminimus preces per nostras literas direxisse, vt haberet pro Apostolica sedis reuerentia præfatos archiepiscopum & ecclesiam commendatos; propter quod decessisset eundem ducem per se suosque ministeriales saltem ab ipsorum ecclesie ac archiepiscopi grauium iniurijs abstinere; partem ciuitatis prædictæ, castrum Foranis, & in Raflat, & quadam alia oppida, possessiones, & iura ecclesie memorata præfati ducis nomine per violentiam occuparunt: sicque occasione præmissorum subditi eorundem archiepiscopi & ecclesie ab obedientia & fidelitate, ipsi archiepiscopo debitis, subtrahuntur; eique facultas adimitur non solum percipiendi suos archiepiscopales redditus & prouentus, ac utilitates ipsius ecclesie procurandi; verum etiam ad eandem ecclesiam eiusque terras libere accedendi. Quare idem archiepiscopus nobis humiliter supplicauit, vt prouidere in hac parte sibi, & eidem ecclesie de opportuno remedio curaremur. Nos igitur attendentes, quod si præmissa veritate nitantur, huiusmodi coniurationes, confederationes, submissiones, promissiones, seu pacta in ipsorum archiepiscopi & ecclesie præiudicium sic de facto præsumpta; nec non & literæ exhibitæ, ac iuramenta præstita super illis de iure nullam obtinent firmitatem; & ideo submissiones, promissiones, confederationes, pacta, & iuramenta ipsa non sunt aliquatenus obseruanda: discretionem vestram per apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus illa tanquam cuiuslibet robore firmitatis omnino carentia nullatenus obseruetis; sed, ipsis nequaquam obstantibus, eidem archiepiscopo tanquam patri & pastori animarum vestrarum, vestroque domino temporali obedire, ac intendere studeatis. Alioquin venerabili fratri nostro patriarchæ Aquileiensi nostris damus literis in mandatis, vt vos ad id, si ei de plano & sine strepitu iudicii constiterit de prædictis modo prædicto, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: non obstante si vobis a sede Apostolica sit indultum, quod excommunicari, aut interdicti non possitis per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio-

nem. Dat. apud Vrhemueterem x. kalend. octobris anno iv.]

66 Nec minus tunc in Brixientem ac Tridentinam ecclesias grassante Maynardo Tyroli comite eodemque duce Charinthiæ, fuit Pontifici dedudandum: proteruum enim principem, diripiendarum Crucifixi opum auidum, grauissimis verbis monuit a, vt erepta Brixienti episcopo bona restitueret, eiusque culpæ socium Albertum Goritiæ comitem arguit b: tum apud Regem Romanorum, atque Albertum ducem Austriæ instat c, vt reddi ablata imperarent. Cumque hæc parum proficerent, sollicitauit Rodulphum d, dum superstes erat, vt Maynardum, ni ablata restitueret, imperiali aula depelleret.

Nicolaus &c. charissimo in Christo filio Rodulpho Regi Romanorum illustri.

Fili charissime, si debita consideratione discutias, patenter aduerteris, dictum ducem [nempe Maynardum Charinthiæ eundemque comitem Tyrolensem] graui sacrilegio inuolutum, per tam iustam excommunicationis sententiam a communione fidelium separatam, ab omnibus tuis consilijs & ab omni tua participatione curiæ, huiusmodi sua durante perfidia, separandum. Decet enim excellentiam regiam, immo etiam iuris necessitas interpellat, tam manifestum sacrilegium, tam notorium clauium Ecclesie sibi subditum, compescere contemptorem, vt temporali confusione coactus, satisfaciendo de sic manifestis, sic damnatis excessibus ad sinum matris Ecclesie redeat, viam salutis repetat, & ipsam, quam in eo cunctisque fidelibus affectamus, æternaliter Deo propitio consequatur. Ideoque rogamus serenitatem regiam, & hortamur attente, quatenus ad reductionem dicti ducis a tantæ auersionis inuio, instar Samaritani vino vsurus & oleo, vt ad nostra & Ecclesie mandata humiliter redeat; ac episcopo & ecclesie memoratis eorum bona & iura plene restituat, eisque de tantis iniurijs atque damnis debitam satisfactionem impendat, & salubribus persuasionibus inducere studeas, & ipsum, si tuis consilijs & exhortationibus non acquieuerit in præmissis, huiusmodi eius auersione durante, ab omni tuo & eiusdem curiæ participio excludere non omittas. Scire quidem regiam excellentiam volumus, & explicite duci memorato prædici, quod nisi beneplacitis dictæ sedis & nostris se celeriter coaptauerit in prædictis, præfatis episcopo & ecclesie restitutionem plenariam faciendo, & satisfactionem, vt præmittitur, impendendo, nos præter spirituales & temporales processus contra eum habitos & habendos in posterum, prout eius contumacia & proteruia indurata meruerit, contra eundem ad executionem omnium processuum aduersus eum habitorum, & etiam habendorum regalis tue potentie brachium, & etiam aliorum, quos ad hoc putabimus opportunos, disponimus inuocari; omni via, quam Dominus ministrabit, ad coercendam eius malitiam processuri, quousque ad cor rediens satisfaciatur de commissis. Illam itaque in ijs diligentiam & sollicitudinem circumspectio regia studeat adhibere, vt deuotionem tuam, quam in hoc promptam cupimus inueniri, condignis laudibus attollamus; tuque aduocatum ecclesiarum sollicitum, & strenuum defensorem ipsum per effectum operum te ostendas, ac præfata Romana ecclesia, quæ te gerit in visceribus charitatis, digne præsumere meritoque sperare valeat, quod sub tua præfidentie tempore libertas ecclesiastica

Maynard^o Tyrolico. mes Brixientis & Tridentini episc. iura inuadit. a Lib. 3. ep. 671. b Reg. post eand. ep. c Ibid. d Lib. 4. ep. cur. 29.

Censuræ illi incur. sã.

Implorata aduersus ipsum Regis Romanorum potentia.

refloreat, statu latabitur prospero, & votiuis proficiet incrementis, repressis & conculcatis omnino temerariis ausibus malignorum. Quidquid autem super ijs actum fuerit, regiae serenitatis apicibus nobis petimus intimari. *Dat. apud Vrbeueterem x. kal. iunij anno IV.* Caterum recurrente dominica ascensionis die sacro, Nicolaus Maynardum ducem, sistere se Apostolicae sedi respuentem, defixum anathemate pronuntiauit; Tridentinae ecclesiae clientes sacramenti ipsi praestiti religione exoluti, veuitque, obiectis censuris, vlla ipsi obsequia exhiberi. Vicit tandem Maynardi peruicaciam Nicolai constantia: cuius respicientis in gratiam Ecclesiae restituendi, vbi fecisset satis, prouinciam Ruffino abbati tradidit. Multis etiam pro defendenda in Anglia libertate ecclesiastica literis repetenda b eadem querela fuerunt apud Eduardum Regem, non licere nimirum, vt vidimus, pontificia diplomata iudicibus deferri; atque alia mala grassari, quae nondum sustulisset.

67 Superest vt nonnulla de Pontificis studio in seditionibus populorum, quae haecenus Italiam laniant, extinguendis afferamus. Eiecerant eo furore perciti Brixiani ciuium partem, quos tanto sunt odio infectati, vt vetuerint, ne quis cum ijs, aut nepotibus, vel ipsorum studiosis affinitatem contraheret. Quae res cum aeterna odia alitura esset, iniquam legem Pontifex hoc diplomate rescidit.

Dilectis filijs potestati, capitaneo, antianis, populo, consilio, & communi ciuitatis Brixiae.

Ad audientiam nostram non sine admiratione peruenit, quod olim ciuitate Brixienis, instigante humani generis inimico, in duas partes diuisa, & per vos parte altera partim exbannita, & partim ad confinia relegata, omni prorsus humanitate abiecta, contra legem diuinam ausu temerario dicimini statuisse seu ordinasse, vt nullus ciuitatis & districtus eiusdem cum aliquo partis praedictae extrinsecae, vel * eis descendente, seu coniuncto, vel adhaerente parti praedictae matrimonium aliquod, seu sponsalia, aut parentelam contrahere, vel inire, vel inita perficere audeat, & quod nullus publice vel occulte ad hoc opera, consilium, auxilium, vel fauorem dare praesumat: contrahentes vero & consentientes, necnon huiusmodi matrimonijs, & sponsalibus operam dantes graues poenas incurrant. Quorum quidem statutorum & ordinationum occasione contra praecipuum Dei vestras iniustitias facere praesumentes, nonnulla matrimonia ac sponsalia inita, & contracta inter aliquos de parte praedicta, defacto ausu temerario diuisistis & impediistis, & impedire praesumistis, ne contrahentes remaneant in matrimonijs sic contractis; & nonnulla alia statuta edidistis in odium partis extrinsecae supraedictae, ac etiam alia, quae ecclesiasticae obuiant libertati, ac redundant in animarum vestrarum periculum, & scandalum plurimorum, ac derogationem ecclesiasticae disciplinae.

Quia vero nostra interest super hoc de salubri consilio prouidere, cum matrimonia debeant esse libera, & in huiusmodi spiritualibus causis nulla sit vobis disponendi attributa facultas, vniuersitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus statuta, reformationes, seu prohibitiones, & ordinationes huiusmodi, quocumque nomine censeantur, vel quacumque alia in odium praedictae partis extrinsecae contra ecclesiasticam libertatem edita, quae ex nunc reuocamus, & nul-

lius decernimus esse momenti, de capitularibus vestris abradi, & aboleri penitus faciatis; illis non vtendo de caetero, nec ipsa, vel consilia in capitularibus ipsis faciendo inferi, vel rescribi. Alioquin dilectis filijs archipresbytero Veronenfis & archidiacono Pergamenfis, ac Dalfino de Gabianeta, canonico Cremonensis ecclesiarum damus nostris literis in mandatis, vt ipsi, vel duo, aut vnus ipsorum per se vel per alium vos omnes & singulos ad id, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, auctoritate nostra compellant. *Dat. apud Vrbeueterem id. february anno IIII.*

68 Claudimus hunc annum insigni prodigio seculorum omnium futurorum admiratione ac praedicatione celebrando. Eodem hoc anno quo amissam Syriam luximus, contigit, vt fert traditio, sacram illam domum, in qua, salutante Angelo, B. Virgo Christum Spiritus sancti virtute conceperat, olim ab Apostolis in sacelli formam redactam, in Europam ministerio Angelorum translata fuisse, atque Tersactum inter & Flumen Dalmatiae oppida in montis leuiter asurgentis imminensque Adriatico mari aequata planitie collocatam, quod loci spatium ab eo, vnde translata est a vastissimo interuallo distat: *Nec est, vt cum Baronio b loquar, quod quis de re gesta dubitet, qui memoria repetat illic dictum esse ab Angelo, non esse impossibile apud Deum omne verbum. Fidei Christianae esse praedixit Christus, vt & montes Christianorum imperio e loco in locum transferrentur: praestiterunt hoc complures sancti, & inter alios Gregorius ille magnus cognomente Thaumaturgus: complura enim id generis certa auctorum fide reperuntur miracula edita: sed in his modo non immorandum. Qui Nazareth inuiserunt, eiusdem domus situm eadem omnino mensura signatum inspexerunt, ac colis quod factum est fideliter attestantibus.*

69 Describit pluribus dignissimam fide historiam Tursellinus e vetustis publicis monumentis, e quo c haec a nobis visa sunt delibanda: *VII. id. inquit, maias Nicolao IV. Pontifice maximo, vt Illyrici annales perhibent, Deipara domus asportatur in Europam, cladem orientis tanto occidentis bono compensans. Sunt qui facultates Ioachimi patris B. Mariae spectantes, non tam domum eius, quam cubiculum putent a caetera seiunctum domo. Me quidem haud poenitet eorum sententiae esse, quibus simul cubiculum fuisse & domum Virginis, id est, tecti paterni partem praecipuam placet. Argumento est, vt de fidei armario, quod inibi visitur, ianua longe maior, quam pro modo cubiculi a caeteris adibus separati. Nec Ioachimi fortunae mouere nos debent: Nicephorus quippe Callistus tradit, Deiparae Virginis parentes propter bellicos Iudaeos tumultus ex oppido Bethlema, auita sede, in Galileam commigrasse, & Nazarethi domicilium collocasse; vt intelligamus hanc non auitam, sed paternam Virginis fuisse domum, parum fortasse dignam paternis opibus, caeterum vt temporis causa paratam haud sane incommodam, nec ab antiqua illius simplicitatis studio abhorrentem. Omnino talis est, vt eximium illum B. Mariae amorem paupertatis spirare videatur. Sed siue illud cubiculum, siue domicilium Deiparae fuit; certe ab Apostolis dedicatum, vt supra diximus, & in templi formam redactum Christiani deinceps excoluerant ornauerantque.*

Haec igitur ades eius vi ac potestate, qui ad preces D. Gregorij Thaumaturgi montem olim sedes sua molitus alio translulit, in gratiam calistum Reginae

Subditi
Maynardi
comitis
fidei sacra
mento so-
luti.

Erepta re-
stitueretur
pollicetur
ecclesiae.

Lib. 4.
ep. 364.
Defensa
in Angli-
bertas ec-
cles.

Lib. 4. ep.
cur. 28.

Brixiani
eiectionis o-
dio vetant
iungi in-
rer ciues
& exitibus
affinitates
Lib. 3.
ep. 714.

* ab

Correpti
a Nicolao
aeterna
alere odia

Iniquam
legem re-
scindere
iussi.

gina a fundamentis auulsa est, atque haud dubio Angelorum ministerio inde usque a Galilea, mirum dictu audituque, per ingenies terrarum marisque tractus in Dalmatiam translata: quippe id spatium patet amplius vicies centena passuum millia, Tersactum inter & flumen (oppida sunt Dalmatiae) leniter accliuus mons eminet, quo in summo aequata agri planities sedem efficit peramoenam, Adriatico imminenti mari, quod olim crebris fœdisque tempestatibus infame ex eo tempore satis mitigatum ferunt. Credas Virginem insanos freti illius aestus cella sua obiectu cobidere voluisse, ut vel hinc conijceremus quid ipsa effectura esset in mortalium vita, qua varijs quotidie casibus, & quae procellis agitatur. Hic igitur Nazarena domus velut praecipua tutela periclitantium a caelestibus ministris Deipara iussu sita est secunda circiter noctis vigilia.

Ut primum diuina liberalitatis donū accolis lux ostendit, enimuero animos rei nouitate attonitos, non admiratio tantum, sed etiam religio incescit. Ergo qui prius aberant, ut quisque primus rem notauerat, certatim visendi studio accurrunt. Aediculam conspiciunt fastigiato tecto, & simul camini culmine sublimi tintinnabulo insignem: at nulla re magis quam vetustate visendam. Protinus limen ingressi prostrere humi corpora: Deum venerari, sacro quodam horrore pariter gaudioque perfusi; inde, orato Christo Christi; Parente, quorum simulachra cernebant, cuncta otiose contemplari, & perlustrare oculis ceperunt. Sacellum animaduertunt figura quadrangula oblonga & vulgari structum lapide. Tectum perbelle laquearibus concameratum, quod modicis distinctum quadratis, caeruleoque colore obductum inaurata stella, velut in calo quodam intermicant: honestabant. Sub tecto laqueato eminebant undique e parietibus modica specie semicirculi se mutuo contingentes, quos medios picta adornabant capedines. Parietes cubitali ferme crassitudine, non ad perpendiculum, neque ad regulam exacti, loricati tamen opere tectorio. Huic superinducta antiquitus pictura adis ipsius mysteria referebat: qua superne multis locis hodie manet, inferne temporis vetustate defluxit. Aedis longitudo pedum amplius XL. latitudo minus XX. altitudo circiter XXV. in medio ferme pariete, qui olim, ut reor, faciem obtinebat domus: ianua satis ampla, sed a vulgari usu haud sane abhorrens. Pro superliminari trabs rudis superiecta est. Ad laeuam armariolum mira simplicitatis, asseruandis scilicet aptum. Ad dexteram in proximo pariete fenestra non magna, e regione fenestra caminus humilis, tenuisque opere, ut caetera vulgari. Inibi sublime loculamentum columellis in orbem striatis latera cingentibus conspicuum, arcusque eiusdem operis, quinque iunctas pariter lunas imitante fastigiatum. In loculamento B. Mariae stantis ac puerum Iesum altera manu medium amplectantis, altera sustinentis, effigies cedrina fere bicubitalis: cuius facies electro argentum referente oblita, sed luminum infuscata fumo. Caeterum illa ipsa infuscatio antiquitatis ac religionis indix, impense auget virginalis oris maiestatem. Gemmata corona sublimem distinguit verticem. Discriminati crines Nazarenorum ritu per nuda colli & humeros fluunt: simulacrum stola aurea tegit latiore zona gentis more succincta, demissaque ad pedes. Palla caerulea stola superinducta pendet ex humero: utraque in eodem trunco caelata pictaque. Insuper materna dextra puer Iesus mortali specie augustior, diuina cuiusdam maiestatis inuoluit vultu praefrens. Priores dextra digitos bene precantis in movent tollit. Sinistra aureum tenet globum. Et ipse

discriminato capillo, tunica talari, zonaque Nazarenorum habitum refert. Ante Deipara effigiem ara solida e saxo quadrato visitur, spirans sanctitatem. Dalmata igitur cuncta per otium contemplati, ut si quid tandem rei esset ignari, communi tamen consensu ita statuunt, quidquid sit, profecto donum id esse diuinum: neque enim eadem illam repente humo excitatam, sed aliunde Dei nutu ac voluntate utique aduectam. Igitur inde digressi, ut quisque obuius fit ab se visa commemorant. Nec mora, mortalium plerique, atque in his agrorum nonnulli ad nouum tanta rei spectaculum confluere, aliquid inde opis expectare: nec sua eos spes sefellit. Loci religio sanis corporibus mentis fere sanitatem, agris etiam morborum curationem impertiebat.

70 Aestuantes Dalmatis, quae illa tandem aedificata esset, vel vnde aduecta, Virgo Alexandro episcopo Tersactensi agro in ancipiti vita discrimine trahenti animam, poscentique opem, nuncupato voto, caeleste hoc visum obiecit: Intempesta nocte somnum inter & vigiliam Dei Parens repente caelo delapsa, caelestibus latera tegentibus, se illi obtulit, cubiculumque omne clarissima luce compleuit. Mox benigno vultu: Bona animo, inquit, esto fili. En vocata adsum, praesentem tibi optataque rei notitiam ferens. Sic igitur habeto, sacram eadem vestris nuper illatam finibus illam ipsam esse domum, ubi ego olim genita, ubi ferme educata sum. Hic ego Archangeli Gabrielis nuncio Spiritus sancti opera diuinam concepi sobolem. Hic Verbum caro factum est. Ergo post nostrum excessum, domum talibus mysterijs insignem Apostoli consecrarunt celebraruntque, certatim rem diuinam inibi facitantes. Ara pariter cum eade allata ea ipsa est, quam Apostolus Petrus sacris initiavit. Christi crucifixi imago, qua cernitur, olim ab Apostolis inibi posita: simulacrum porro cedrinum effigies nostra est, Luce Evangelista manu, qui pro familiaritate, qua illi nobiscum intercesserat, nostram similitudinem coloribus, quantum mortali fas erat, expressit. Haec igitur dilecta calo domus, per tot aetates in Galilea maximis honoribus culta, nunc demum, deficiente cum fide cultu, ex oppido Nazaretho ad vestras migravit oras. Nec dubia fides: Deus facti auctor, apud quem impossibile non est omne verbum. Caeterum ut horum tu ipse sis testis, idem praecoue, sanus esto. Tua ex longinquo morbo subita valetudo fidem miraculi faciet. Haec effata sublimis abit in caelum, caelesti quodam odore in tectis relicto. Id vero non ludibrium sopita, aut agra mentis, sed veram fuisse speciem rei ostendit euentus. Protinus antistes, mista pauori laetitia euigilans, totus sudore fluere coepit, depulsaque repente febris, valens ac vegetus surgit e lectulo. Mox non magis valetudine, quam Nazarena domus indicio letus submittit genua & oculos pariter, manusque in caelum tollens, Deo ac Deipara Virgini pro duplici beneficio multiplices grates agit.

71 Motus eo miraculo Nicolaus Frangipanius Dalmatiae, Croatiae, & Iliriae praetor ad indagandam auctoris e Syria sacrae domus veritatem fidos exploratores mittere Nazarethum constituit. Quae vero retulerint visa, ex annalibus Fluminis oppidi & Hieronymo Angelita refert memoratus auctor b: Impensius inquirentes comperiunt ex incolis non tam re, quam verbo Christianis domum natalem B. Virginis inde paulo ante sublatam. Et infra: Cernunt, eisdem monfirantibus, arcam ubi sacrosancta domus steterat: cernunt fundamenta recentia sancta domus auulsa vestigia. Dimensi longitudinem ac latitudinem arcae, fundamentorumque crassitatem reperiunt omnia cum translata in Dalmatiam

Dalmatiam in ca. visenda. stupor.

Affecti diuini ad ea accedentes beneficij. Cap. 3. ex annal. Flumi & Hieronym. Angelita.

Deiparae species Tersactensi episcopo obiecta.

Rei certiore facit.

Valetudinem ergo restituit.

Missi exploratores in Syria.

b Eod. lib. cap. 4.

Visa congruere veritate referunt.

tiam adis, parietumque mensuris, quas ad id secum attulerant, prorsus congruere, tempus quoque augusti sacelli illinc ablatis auctique in Illyricum conuenire. Ergo effusa cum letitia & gratulatione domum reuecti Frangipanio prætore explorata renuntiant. Ut vero augusta illa domus e Dalmatia in Picenum diuino nutu deportata fuerit, ingentibusque miraculis illustrata suo loco dicemus.

IESV CHRISTI

annus 1292.

SED. VAC.
annus 1.ADOLPHI ROM. REG. 1.
ANDRONICI IMP. ORIEN. 9.

Confudit conceptam de reperenda armis Syria Christianorum spem atque expectationem Nicolai sanctissimi Pontificis obitus, qui Seruatoris anno millesimo nonagesimo secundo supra millesimum ducentesimo indictione quinta, ingentem vniuersæ Ecclesiæ luctum attulit. Mox enim Christi fidelium ardor, qui illius hortatibus sub crucis signa coibant, deseruit. Sed prius quæ in extremo vitæ suæ actu perfecit, quantumve studij pro instauranda in Asia Christiana re posuerit, exponenda sunt. Eiectis e Syria, vel seruitutis iugo oppressis Europæis, Saraceni victorias in vicina Christianorum regna proferre pararunt; & Armeniam, quæ hæcenus occidentalium auxilijs armisque coniunctis munita eorum conatus frugerat, vindique armis ac periculis circumfuderunt. Illico Armeni supplices ad Romanum Pontificem ac principes Christianos manus tendere, vt opem Christi cultoribus, & eodem quo ipsi Redemptoris sanguine ablatis maturarent. Functi sunt legatione apud Nicolaum Armenorum Regis nomine nonnulli Minoritæ, & Gaufridus Comitissæ, quos Pontifex ad Galliarum Regem dimisit, vt ipsum ad fidei Christiana in Asia periclitantis patrocinium suscipiendum permoueret, precesque apostolicas cum Syrorum Armenorumque suspirijs coniunxit a: *Regni Armenia statum miserabilem attendentes. Et infra: Charissimi in Christo filij nostri Regis Armenia illustris nuncios tuæ magnificentia in Domino commendamus, rogantes quatenus eosdem, ad celsitudinis tuæ presentiam accedentes, pro diuina & Apostolica seais reuerentia benigne suscipias, & in negotijs præfati Regis, quæ tibi exposuerint, prout regiam decet mansuetudinem, aurem pietatis adhibeas, & animum regie propitiationis impendas. Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem x. kal. feb. anno 1v.*

2 Parum valere hæc preces apud Philip-pum, cum alijs bellis se implicuisse visuri sumus. Porro Pontifex Templariorum & Hospitaliorum equitum magistros, ac Rogerium e Thodinis classis Romanæ ecclesiæ pro Syria tuenda præfectum triremes egregie instructas in Regis Armeniæ auxilium submittere iussit b. Tum etiam, ne in vilo ad seruandas Christianorum reliquias muneris suo deesset, literis apostolicis fideles ad crucis signa exciuit c, vt in Armeniam ad religionem defendendam contra impetus Saracenorum prouolarent.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos litera ista peruenerint.

Pia mater Ecclesia super filios in manus impiorum datos tenera dilectione deplorans, si quas inuenit illorum reliquias non consumptas, illas conseruare conatur, & maternæ pietatis au-

xilijs conseruare. Cum igitur regnum Armenia in medio peruersarum nationum positum, & sicut oues inter lupos inimicos crucis noscatur inclausum, & ad sui tuitionem fidelium, eget subsidijs adiuuari; nos, qui ipsius matris Ecclesiæ gubernacula, Domino disponente, suscepimus, præfati regni notificatum nobis statum miserabilem attendentes, & paterno illi compatiens affectu, vniuersis Christi fidelibus, qui signo viuifica crucis assumpto de cismarinis partibus ad defensionem præfati regni contra hostes crucis accesserint, indulgentias, priuilegia, & gratias concedimus, quæ transfretantibus in Terræ sanctæ subsidium sunt concessæ. Regi vero, & incolis dicti regni ac alijs de vltamarinis partibus ad ipsius regni defensionem conuenientibus, qui in defensionem huiusmodi sub confessione catholicæ fidei, quam Romana tenet, & docet ecclesia, vitam finierint, indulgentias, & gratias concedimus memoratas; concessionibus huiusmodi vsque ad futurum proximum in prædictum subsidium generale passagium valituris. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem x. kal. february anno 1v.*]

3 Professos plures fideles sacram in Saracenos, accepto crucis symbolo, militiam, instructamque Pontificis iussu classem conscendisse, vt Ptolemaidis excidium vliscerentur, lapsasque res instaurarent, refert Sanutus a; ac munitissimam Turcorum arcem Quandelorium dictam tentasse iterum, sed irritò vt antea conatu: deinde inuectos in Ægyptum Alexandriam oppugnasse, sed nostro impetus eludente hostium peritia, recepisse se in Cyprium; ac tum Sultanum efferatum in iras bellum Cypro inferre meditatam: cumque religionem ex vniuerso oriente pararet excindere, non sine Dei prouidentia trucidatum a suis. Quæ ex eodem auctore in medium lubet adducere. *Cum ad aures summi Pontificis, Romanique capituli noua tam infelicia peruenerunt, afflictis fidelibus in insula Cypri viginti galeas continue transmisserunt, Cyprenses vero quindecim alias munierunt: quarum viginti quinque ad præoccupandum quoddam castrum, vucatum Quandelor, perrexerunt. Quod Turchi presentientes taliter munierunt, vt nihil eis nocere potuerint. Inde autem recedentes, Alexandriam perrexerunt, & diebus aliquot immorantes, cum nihil egissent, in Cyprium reuerse sunt: pœnitentia enim lamentis nouiter a Deo percussis potius, quam victorijs decebat intendere. Ille quoque sibi punitionem Saracenicæ crudelitatis retinuit, qui in Deuteronomio ait: Videte quod ego sum solus, & non alius præter me. Percutiam, inquit, & ego sanabo, quoad fideles. Quoad infideles autem sequitur: Reddam vltionem hostibus meis, & ijs qui oderunt me retribuam. Incubiabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Sequitur: Sanguinem seruorum suorum vliscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terra populi sui. Quod vtinam celeriter perficiat miserator & misericors Dominus.*

4 Cernens autem Seraph, magnus ille persecutor nominis Christiani, post tantas victorias se ad bella iterum prouocari, vbi maxime erat ipsius domini principatus, ira exarsit: & conuocatis admiraldis suis ait, quod capere vellet insulam Cypri, ter furiose replicans: Cypri, Cypri, Cypri. Propterea mandat parari centum galeas, vt opus hoc posset celeriter expediri. Illi sub eius arrogantia timidi promittunt iussa perficere. Offusus quidem tantus est terror Cyprijs, vt communi consensu decretum sit ad comparanda regno præsidia duos bysantios

E Dalmatia in Mar-chiani An-cò, postea deportata eadem facta erit adicu-la.

Saraceni in Armenios impetus conuertunt.

Missi ad occidentalia auxilia imploranda ab Armeniæ Rege oratores. a Lib. 4. ep. cur. 85. Nicolaus Regem Fracorum ad ferendam Armeniæ laboranti opem excitat.

b Ibid. ep. cur. 86. & 87.

c Ibid. ep. cur. 84.

in singula capita ab insulanis contributum iri, vt literæ Bonifacij ad Regem Cyprj excurrentis seculi nonagesimo octauo anno datæ a testantur: Tu dudum sex annis elapsis propter metum hostium fidei ad manutenendum armatos equites & pedites, nec non vasa marina ad tutamen & presidium regni tui, quandam generaliter de assensu omnium ipsius regni collectam, vel talliam annuam, que testagium dicitur, ordinasti, videlicet duorum bysantiorum pro capite cuiuslibet incola dicti regni, prelatis & clericis Latinis, Hospitalarijs, Templarijs, & Alemannis exceptis, &c. Liberavit Cyprum ab imminenti periculo obiecit, ac superbum Sultanum, furori suorum obiecit, vt prosequitur Sanutus: Post spatium vero dierum paucorum, eisdem vocatis iterum ait, quia cogitatio ascenderat in cor eius, post conquestionem Cyprj Baldacensem sibi subijcere regionem. Admiraldi videntes, quod tam ardua præsumeret, talibusque eos laboribus periculisque exponeret, cum tradere morti deliberant, perficiuntque: dum enim ille ad venationem pergeret, per insidias trucidatur. Tulisse meritas excisi Christiani cultus pœnas, ac male perijsse consentit Aytonus. b Melatesseraff ille fuit, qui cepit nobilem ciuitatem. Accon anno Domini MCCXCI. postquam vero pradielus Soldanus Melatesseraff redijt in Aegyptum, & quadam die iuisset venatum, per quendam seruum suum, fuit in nemore interfectus: qui dum crederet futurum se Soldanum, fuit statim ab alijs detruncatus. His addit memoratus Sanutus, vt maxima inter barbaros concitata fuerit discordia, atque hostes de protrita fide Christiana exultantes iustus a Deo pœnis affecti sunt.

5 Magna exinde inter admiraldos contentio oritur, quis eorum maior esse debeat; & in plures vota diuidunt, & tandem Bedeyre principatum vobtinuit: sed in crassino cum suis extinguitur. Simili forma Gotthega successit illi, quem Leschin cum suis conformiter occidit. Qui similiter infra spatium dierum paucorum cum suis gladio percussus est, simulque Segay maximus admiraldus, quod Christianis multa mala intulerat: ac per hunc modum omnes pene magni admiraldi regni Aegypti cum suis fautoribus interempti sunt.

Eodem etiam anno vniuersus populus fame percussus est, ita vt maior pars inedia periret; secutaque est pestilentia grauis, qua etiam diuites, & qui erant in delictijs occupauit. Licet enim voluntatem Dei fecerint in desertores euangelica legis, propter quod & iusta fuit eorum potestas; voluntas tamen fuit iniqua, non enim seruire intendebant deo iustitie, sed Christianum nomen de terra eradere: vnde & destruxerunt ecclesias, per terram & lutum trahentes cruces & sanctorum imagines, & huiusmodi multa agentes, qua vindictam celestis Iudicis merito prouocarent.

6 In hac rerum conuersione præ se tulit Eduardus Christianæ rei in oriente redintegrandæ desiderium: sed præteritis non contentus, petijt omnium regnorum ac terrarum decimas, quorum principes in Syriam non proficiscerentur: tum omnes, qui voto profectionis obstricti essent, censurarum religione ad nauigandum adigerentur; demum Cardinalis legatus itineris comes sibi tribueretur. At Nicolaus, collaudato ipsius zelo, subiecit, hæc sine aliorum præcipua iniuria concedi non posse. Alfonso attributas Hispaniarum decimas; Galliarum, Germaniæ, & septentrionalium regionum non posse: ita vero liberaliter cum ipso egisse Ecclesiam, vt cæteri principes queri possint; decimas nimirum Valliæ, Scoriæ,

Hiberniæ, Angliæ ipsi attribuendas: eos qui ad bellum futuri sunt idonei adactum iri; nec legatum defaturum est pollicitus.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi
Angliæ illustri.

Feruentis desiderij magnitudo, quam de recuperanda celeriter de manibus persequentium Terra sancta concepimus, pulsat animum, mentemque sollicitat, vt tibi, qui velut athleta Christi, & Christianitatis propugnator egregius non sine diuini numinis grâdi dono & sonoro laudis humane præconio ipsius terræ negotio assumpstisti, & gratiosi fauoris impendamus auxilium, & petitionibus tuis, quantum cum Deo possumus, annuamus. Venientes ad Apostolicam sedem dilecti filij nobiles viri Ioannes de sancto Ioanne ac Rogerius dictus Lestrangle milites, regalis magnitudinis nunciij, tuas nobis literas de credentia præsentarunt. Nos autem, licet tam grandia & ardua, tamque graui sub literis de credentia mitti, vel peti sine speciali causa mittentis, & recipientis, ac negotiorum qualitate pensata, non deceat; ac id, & merito, votis non accesserit nostris gratum; nihilominus nuncios ipsos, & literas affectione paterna recepimus, & tam quæ coram nobis, & fratribus nostris ex parte regia iisdem proponere nunciij voluerunt, quam quæ prædictæ literæ continebant, benigne audiimus, & intelleximus diligenter.

7 Sane nunciorum ipsorum habuit discretam, Illius nuntiorum ad Pont. & Cardd. oratio. relatio, quod tu tanquam Rex inclytus princepsque catholicus, in quo deuotionis & fidei plenitudo coruscat, perductis hæcenus ad audientiam regiam infaultis mæstisque Terræ sanctæ rumpribus, quam, proh dolor! orthodoxæ fidei hostium non sine multo Christianitatis excidio, feralis occupauit immanitas, ac in desolationem, & ruinam ipsius scelestius suribunda desæuit; tanto propensius ad ipsius Terræ subsidium stabili firmoque proposito animum regium roborasti, tuæque mentis feruentior affectus inualuit, & zelo vberioris extitit deuotionis accensus; quanto maioris necessitatis articulis imminere, dictæque Terræ sanctæ necessaria potius fore dignoscitur accelerata subuentio passagij generalis. Reuera, fili charissime, in huiusmodi tam celebris tam felicitis & acceptæ relationis auditu eo secundiorem concepimus infra pectoris arcana lætitiā, quo ad recuperationem celerem dictæ terræ votis feruentioribus aspiramus, exolentes propterea Deo Patri, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, gratiarum deuotas & humiles actiones; apud ipsum insistendo suppliciter, vt in huiusmodi subuentionis auxilium, mentem regiam de bono semper in melius igne desiderij propensioris inflammet.

Verum quia tibi tam verbo quam opere, sicut & nos decet & te, sicut etiam tibi hæcenus manifestauit ecclesia animum nostrum, ac ipsius possibilitatem ecclesiæ intendimus ad tui certitudinem & nostri exonerationem clarius aperire, super tua petitione, quæ nobis per tuos nuncios hæcenus, & nouiter per præfatos nuncios, quos misisti, fuit cum instantia repetita, vt de decimis, & obuentionibus regnorum & terrarum, quorum quarumque Reges vel domini personaliter in Terræ sanctæ subsidium non transibant, tibi prouideret ecclesia, non videmus quod aliud respondere possimus, quam quod tibi & tuis nuncijs ecclesia ipsa respondit, videlicet quod de decimis collectis in præfatis regnis & terris pro ipsius Terræ sanctæ subsidio, sublati impedimentis, quæ tunc

Omnium regnorum decimæ, quorum Reges iter Asiaticum non suscipere non potest.

hobstant, nec nonis superuenientibus, siquid erit de decima ipsa residuum, sic ipsius terræ negotio ac tibi in eodem prouidere disponimus, quod merito debebis & poteris esse contentus.

8 Et quidem, fili charissime, ne vagari possit tua cogitatio in incertum, latere te nolumus, quod tamen te ignorare non credimus, quod de decima regni Franciæ ad manus ecclesiæ nil peruenit. De terris vero Regi Castellæ subiectis, nihil vnquam percepit ecclesiæ, cum felicitis recordationis Gregorius Papa prædecessor noster, claræ memoriæ Alfonso Regi Castellæ ipsam decimam ex certis causis duxerit concedendam. De decima vero partium Alemanniæ & terrarum, quas continet regio aquilonis; sicut ipsius aquilonaris gentis non ignota conditio potest omnibus verisimiliter indicare, ac nobis hoc realiter patefecit, modicum respectiue ad ipsam ecclesiæ noscitur peruenisse. Decimam siquidem Angliæ, Scotiæ, Vvallix, ac Yberniæ tu ipse nosti, tibi pro dicto Terræ sanctæ subsidio esse concessam. Quantum igitur sit in reliqua parte residuum, & ad quæ & quanta sufficere possit pro ipsius Terræ sanctæ subsidio, facile potest experientia tuæ claritatis computare. Nam etiam præter alia onera, & quasi profluvia expensarum, quæ pro attenuandis inimicorum viribus, ipsorumque commodis & potentijs minuendis, & pro commoditate, vtilitate, ac effectu futuri passagij sustinuit hætenus, & assidue portat ecclesiæ, & habuimus hætenus, habemus & nunc pro ipsius terræ subsidio non modicum gentium numerum, & etiam galearum. Pro habendis autem decimis & obuentionibus supradictis, & ad omnia impedimenta tollenda, quibus sublatis decimæ, ac obuentiones ipsæ facilius habeantur, eadem ecclesiæ vigilauit hætenus, & laborare non desinit, ac successiue opportuna studia & labores impendit, tibi & eiusdem Terræ sanctæ negotio de eo, quod ad ipsius manus ecclesiæ inde peruenit, iuxta suæ possibilitatis exigentiam, vt prædicitur, prouidura.

9 Super eo vero, quod petis de solutione residui decimæ Angliæ, Scotiæ, Vvallix, ac Yberniæ, in proximo festo beati Ioannis Baptistæ præstanda; tibi taliter respondemus, quod licet nec sciamus, nec adhuc scire possumus huiusmodi residui quantitatem, cum de istis nullam per eos, quibus commisit ecclesiæ, vel alios adhuc certitudinem habeamus, tamen parati sumus implere: & ecce mandamus cum effectu, quicquid de huiusmodi residuo inter te & ecclesiæ promissum extitit vel conuentum, tibi sub modis & conditionibus appositis in præfato termino totaliter adimpleri. Petitionem vero tuam de decima Cisterciensis ordinis præteriti temporis sex annorum, qualiter cum effectu possumus admittere, non videmus: eum de ipsa decima, quæ in centum milibus librarum turonensium fuit gratiose taxata, nil adhuc ab ecclesiæ sit habitum vel receptum; & ipsum licet non habitum sed speratum est, pro galeis iam missis & transmittendis pro ipsius terræ subsidio necessitate vrgentissima deputatum.

10 Vt autem cruce signatos, qui personaliter in Terræ sanctæ subsidium transfretare tenentur, ad id auctoritate apostolica compellamus, nos sicut dudum tibi obtulimus, sic nos paratos offerimus compellere, quos temporis qualitas, & ipsorum conditio suadebunt, ac ipsa ecclesiæ expedire viderit compellendos. Sed ante ipsius compulsionis edictum decere putamus & congruum, ne tan-

tæ multitudini illudatur, ne ex hoc aliquid ecclesiæ impingatur, quod tanta habeatur certitudo passagij, quod cruce signati possint spe certa sentire tempus & locum, in quo & ad quem debeant transfretare: nam alias & ipsi passagio & cruce signatis omnibus videretur illudi.

Quod vero vt legatum de fratribus nostris pro ipsius terræ negotio deputemus; sic sentire te volumus, quod cum passagium tuum senserimus præparatum, & legatum ipsum congruo modo petitum, aliquem de fratribus nostris, vel alium ad hoc deputabimus, prout Dei & ipsius ecclesiæ honori, & Terræ sanctæ negotio deliberatione prouida videbimus expedire. Te autem, vt postulas, & omnes barones, & nobiles, ac milites, & alios qui tecum in Terræ sanctæ subsidium transfretabunt in Apostolicæ sedis protectionem & gratiam, quæ cruce signatis ex causa huiusmodi fieri solet & congruit, fauorabiliter admittemus. Ad hæc scire te volumus, fili charissime, & attendere diligenter, nam & nos diligenter attendimus, quod non vidimus, non videmus, non intelleximus, nec audimus cuiquam Regum, vel principum nominis Christiani etiam pro tali negotio sic liberaliter, sic effuse, sic affluenter & abunde subuentum fuisse ab ecclesiæ, vel prouisum, quod etsi tuis præclaris meritis digne cedere videatur, non tamen sine murmurationibus & obloquutionibus plurimorum factum arguitur, qui de tam effusa largitate mirantur. *Dat. Roma apud S. Mariam maiorem 11. id. february anno 14.* At demum, Eduardus abiecit, stringendumque in Saracenos ferrum conuertit in Gallos, vt sequenti anno dicitur. Nunc captam de eo orationem prosequamur.

12 Ferebat ille grauate, Angliæ sedis Apostolicæ vectigalem esse, vtque iura illius clam infringeret, petijt, vt census, qui Romano Pontifici soluendus erat, a nonnullis ecclesijs, quas ob id bonis amplissimis auget, penderetur. Sed Nicolaus id ecclesiæ dignitati non congruere respondit.

Eidem Regi Angliæ illustri.

Inter alia nuper nobis dilecti filij nobiles viri Ioannes de sancto Ioanne, & Rogerius dictus Lestrangle tuæ celsitudinis nuncij ex parte Regia patierunt, quod cum prouidere intenderes, vt census annuus mille marcharum sterlingorum, ad quem ratione regni Angliæ ac Yberniæ nobis & ecclesiæ Romanæ teneris, non solum tuo, sed & successorum suorum temporibus pacifice persolueretur, concederemus quod census ipse in aliquibus ipsius regni ecclesijs de cætero persolueretur. Profecto, fili charissime, felicitis recordationis Nicolao Papa prædecessore nostro petitionem similem factam per te fuisse comperimus: qui tibi, cum fratribus suis præhabita deliberatione, respondit quod, cum id nec sedis Apostolicæ conueniret honori, nec tuis etiam vtilitatibus expediret, non proponebat circa ea, quæ super eodem censu per suos prædecessores & tuos erant acta solemniter, & seruata diutius, aliquid immutare. Licet igitur satis faciamus libenter, in quibus cum Deo possumus, votis tuis; scire tamen te volumus, quod huiusmodi prædecessoris eiusdem cum fratribus nostris responsione diligentius recensita, & super præmissis deliberatione præhabita diligenti, patienter aduertimus, quod talis concessio non congruit præfate sedis honori, nec tuis videtur commodis salubriter expedire: propter quod non proponimus aliquid immutare circa ea, quæ super

Respondet Pontif. vt ex indicat a concilio Lugdun. decimæ vel consumptæ, vel non colligi potuerint.

Quæ in Syria sub sidu prouident exponit.

Consultu- ram ipsi in quibus potuerit ecclesiæ.

Altera in partem de cimæ constitutis legibus suppediatu

Compellendos cruce signatos, cum de tempore & loco, ad quem constant, sanctu erit.

eodem censu per nostros prædecessores & tuos acta solemnius, & seruata diutius dignoscuntur. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem kal. martij anno v. J*

13 Repulit quoque Nicolaus alia Eduardi petira, cum flagitaret vt Pontifex sua auctoritate publicas tabulas a, quibus Scotiæ principes, qui de Scotici sceptri iure disceptabant, Eduardum, vt regni illius supremum dominum conuersiæ arbitrum designarant, confirmaret; ne eo pacto Apostolicæ sedis perspicuis in Scotiam iuribus detraheret.

Charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illiusri salutem, &c.

Oblata nuper nobis per dilectos filios nobiles viros Ioannem de sancto Ioanne ac Rogerium dictum Lestrage nuncios regio tua petitio continebat, quod submissionem, vt dicitur, in te factam a quibusdam, qui in regno Scotiæ se vendicantius habere, confirmare auctoritate apostolica dignaremur. Sane, fili charissime, quantumcumque satisfaciamus libenter, in quibus cum Deo possumus, & tibi expedire cognoscimus, votis tuis; attendentes tamen huiusmodi arduitate negotij, & quod negotium ipsum multas contingit ecclesiasticas & seculares tam in generalitate, quam specialitate personas; ac dubitantes, quod per hoc, si sic a nobis inconsulte procederetur, posset tibi & eis magna scandali prouenire materia, nolentes quoque aliquorum iuri, & specialiter iuri, quod in regno ipso Romana habet ecclesia derogari, super ijs cum fratribus nostris deliberatione præhabita diligenti; petitioni regiæ in hac parte non duximus annuendum. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem kal. martij anno v. J*

14 Hæc ne comparata in Scotiam iura læderet Nicolaus: qui vt amissa in Sicilia recuperaret, omnem operam adhibuit, omniaque perduellibus auxilia abscindere studuit. In primis enim oratoris Minoritæ opera nifus est Genuensis a Siculorum communiõne ac fœdere abducere, ad quos graues eo argumento literas dedit b, ne Iacobi aut Friderici Aragoniorum commercio se inquinarent.

Nicolaus, &c. dilectis filijs Potestati . . capitaneo, consilio, & communi Ianuensi.

15 Quantis persecutionibus & impugnationibus quondam Petrus Aragonum Rex eandem Ecclesiã [Romanam scilicet] attrætarit, vulgaris famæ præloquium publicat, & ipsorum excessuum perpetratio notorie manifestat. Nec est alienum a communi scientia, quod Iacobus natus eius, hostis publicus, & persecutor ecclesiæ manifestus, in quo paterni criminis experimur exempla, vitiorum successor & heres, ac Siculi cum eodem præfatam ecclesiam enormiter ac multipliciter offenderunt: propter quod varij & horrendi processus per sedem Apostolicam cõtra dictos Petrum & Siculos habiti inter cetera patenter inhibent, & sub inflictionepænarum excommunicationis & ecclesiastici interdicti, quas ipso facto contrafacientes incurrunt, expressius comminantur, ne cum ipsis societatem, coniurationem, vel fœdus aliquod quauis ciuitas, communitas, vel specialis persona Italiæ inire præsumerent quomodolibet, vel tentarent; quodque nullus ad eundem Iacobum nuncios, vel literas destinet, vel recipiat ab eodem, nec aliquod sibi consilium, auxilium, vel fauorem impendat publice vel occulte, sicut in ipsis processibus plenius continetur.

16 More igitur pij patris volentes vestris &

aliorum Christi fidelium præcauere periculis, cum processus dicti Iacobi scandala pariant, producant dissidia, & ex ijs impediatur subsidium Terræ sanctæ, vniuersitatem vestram rogamus & hortamur attente in domino Iesu Christo, vobis nihilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus nullus vestrum ad eundem Iacobum nuncios, vel literas destinet, vel recipiat ab eodem; nec aliquod sibi consilium, auxilium vel fauorem impendat, publice vel occulte; nec vlla fœdera, societatem, coniurationem, pactiõnem, treguas vel inducias cum eisdem Iacobo aut Siculis, Frederico Iacobi præfati germano, vicarijs, officialibus, ministris, aut satellitibus eorumdem inire quomodolibet præsumatis, per quæ incidatis in pœnas processuum eorumdem. Quod si secus feceritis, nos singulares personas, super hoc consilium, auxilium, seu fauorem præstantes, excommunicatiõnis sententia innodamus, & ciuitatem Ianuensem ecclesiastico supponimus interdictio. Et cum a malo non sufficiat abstinere, nisi quod bonum dignoscitur esse fiat, nobis & ipsi ecclesiæ, ac charissimo in Christo filio nostro Carolo Sicilia Regi illustri, cuius causa est eiusdem ecclesiæ, ac status, cura & sollicitudo ad nos præcipue spectare noscuntur, in imminentibus nobis & ipsi casibus, tamquam filij benedictionis & gratiæ promptis studijs, & efficacibus auxilijs assistatis. Ecce quidem pro ijs dilectum filium fratrem Nicolaum de Camplis ordinis Minorum, zelatorem vestri honoris & commodi, ad vniuersitatem vestram prouidimus destinandum, quem mittentis intuitu, & suæ ad vos charitatis affectu sinceritas vestra deuote recipiat, patienter audiat, & præmissa ad effectum laudabilem votiæ executionis adducat. *Dat. Romæ apud S. Mariam maiorem 11. kal. martij anno v. J*

Vt beneficijs ipsorum amicitiam sibi Nicolaus conciliaret, plures prærogatiuas contulit, nimirum Gregorij IX. exemplo ipsos in clientelam suscepti a, & Innocentij IV. imitatus concessit, ne sine pontificio imperio anathemate percelli b possent. Hæc in Genuensibus beneficia conferebat Nicolaus, qui Venetos hortatus est ad porrigendam fidei censoribus c Minoritis in hæreticis insectandis operam. Nec in Veneta modo ditio, sed etiam in Viennensi comitatu Minoritas zelum inuellendis hæresibus explicare iussit. d

17 Interea summum Pontificem in moderando Christiano orbe occupatum mors acerba abstulit, atque Ecclesiam diu rectore orbam dissensionum fluctus coniecit. De quo hæc apud Iacobum e S. Georgij ad velum aureum diaconum Cardinalem: *Anno Domini * mccc. Nicolaus Papa IV. Pontificatus sui annum quintum agens, ipsiusque quinti principio senio confectus Romæ obiit.* Eum vero in parascene sancta vita sanctum docet Bernardus f cui consentiunt ij, qui ipsum pridie nonas aprilis decessisse scribunt: dies enim parascenes in diem 14. aprilis incidit. A quibus forsitan non discrepat appendicis ad Martinum Polonum g auctor, dum mortuum affirmat Paschæ die: etenim nonnulli Pascha appellare consueuerunt etiam parascenes diem: idemque in epitaphio recentiori eius nausoleo insculpto confirmatur. Exornat illum S. Antoninus h hoc nobili elogio, quod paucis verbis absoluit: *Reputatus rectus homo & sanctæ conuersationis.* Præditum singulari religiosa demissione fuisse, & saltu vacuum, cum ad honores inuitus raptus est, idem sanctus tradit i: *Cardinalis effectus humilitatis gloriam, quæ prius in eo reuecebat, ita prudenter seruauit, vt miro modo com-*

Partum e Siculorū rebell. extremum Syriæ exitium.

Vetat vltimum cum ipsis ac Friderico & Iacobo fœdus iniuri.

Hortatur vt opem Carolo Regi & Ecclesiæ explicent. Missus ea de causa Nicolaus Minorita orator.

Nicolaus Pontif. mors. Pontificatus tempus. Beneficijs eos sibi Pontif. studeat deuin.

a Lib. 4. ep. 683.

b Ibid. ep. 684.

c Lib. 5. ep. 11.

d 16. ep. 24.

e lac. S. Geor. ad vel aur.

f disc. Card. lib. in Cælest.

g Vestim. Flor. hist. hoc ann.

h Pol. Luc. hist. ecel.

i M. S. 1. 24. cap. 2 r.

* mcccxi.

In ecclesia S. Marie maioris sepelitur.

f Bern. in chro. om. Pont.

g Mart. Pol. l. 4. in Nic. IV.

h S. Ant. 3 p. tit. 20. c.

i 7. in princ. Vitæ sanctitate spe

stabilis fuit

i Tit. 24. c. 9. § 7.

Ab arrogantia lon-
ge abhorrens.

Afferur
a Vvad.
hoc ann.
n. 6.

Vetus il-
lius epita-
phium.

*munitur, & humiliter ageret, & honorem nihilomi-
nus dignitatis maturitate honestissima retineret.
Confessus est saepe, multum tamen sobrie, sed certo ut
dicebat sermone, quod potius vellet coquina fratribus
facere, quam Cardinalatus fastigio praeminere, se-
que aliter obstiturum fuisse gradui illi, nisi offensam
ordinis timuisset.* Seruasse eandem animi mode-
stiam in augustissimo honorum apice, nimirum
pōtificatu summo testatur vetus illius epitaphium
humili olim sepulchro incisum, in quo non ver-
sum inelegantia, sed sententiarum dignitas, veri-
tasque historiē spectanda.

*Hic tumulus tumulat humilē, qui fascibus auctus,
Sic moriens statuit ossa manere sua.*

*Hunc Franciscus alit, cardo ut sit, almaq; Petri
Sedes magnificat; gratia Dei beat.*

*Quartus Papa fuit Nicolaus: Virginis adem
Hanc lapsum reficit, fitque vetusta noua.*

*Petrus Apostolus socium, Franciscus alumnum
Protegit Omnipotens, Matre rogante beat.*

Ex humili eo sepulchro dein a Felice Peretto
e Monte alto Franciscani instituti, tit. S. Hierony-
mipresbytero Card. qui demum summi Pontifi-
catus apices indito sibi Sixti V. nomine gessit, in
nobilius mausoleum illius cineres in eadem S. Mariae
maioris basilica illati fuerunt. Prætereundem
de eo non est confirmatum a ab ipso tertium ordi-
nem S. Francisci de pœnitentia nuncupatum, vitæ-
que sanctioris præscriptam formam. b

18 Quid vero a Cardinalibus tradito sepulta-
ræ Pontifice gestum sit, exponit Iacobus Cardina-
lis c: *Cardinales vero numero duodecim Romani
sex, Italici quatuor, Gallici duo erant, qui Pon-
tificis per solutis obsequijs, propositoque clausim inter
eos, seclusis extraneis per Latinum tūc Ostiensem epi-
scopum Romana stirpe clarum exhortationis verbo
perlucido, adeo haud concordēs, ut nec loco consistere
eodem conuenirent, nec ante secundum annum, tertijq;
partem tertiam vacationis huiusmodi antistitem
summum crearent; sed nunc uno, nunc alio Urbis lo-
co, vicibusque interceptis pro electionis ministerio
conueniebant.* Discordiæ præcipuam causam af-
fert Ioannes Villanus d, cum alijs, quorum princeps
erat Matthæus Rubeus Ursinus, studiosum Caroli
Regis Siciliae Pontificem creare vellent; altera ve-
ro factio, cuius antesignanus erat Iacobus Colum-
na, contrarium affectaret. Quibus addit S. An-
toninus e: *Et propter hoc, quærentibus illis quæ
sua & non quæ Iesu Christi, tantum dilata est electio.*

Vt porro Latinus Ostiensis episcopus eleganter
ad ipsos orationem habuerit, ut omnium animos
in concordiam ad præficiendum Ecclesiæ pastorem
adduceret, profequitur non inueniunt carmine
Iacobus f Cardinalis S. Georgij ad velum au-
reum.

19 *Ergo ibi consecutum senio mors aqua recepit,
In sua iura patrem Nicolaum nomine quartum,
Romana sponsum ecclesie, de more solutis
Exequijs, dignum reputans veneranda senatus
Congerijs, tractare nouo de præside, sacras
Indixit libare preces, quas ipse Latinus
Ordine pontificum primus virtute coruscans,
Et generis titulis radiatus fudit ad aram
Virgineam, psallente choro. Mox omnibus una
Seclusis patribus succenso pectore fatur.
Quis poterit stellas fulgentes iungere calo,
Pleiadas Deus ipse potest; sic corda potentum
Concordi vincire iugo, glisvitque futurum
Pollicitus vati; quod se donante ministrum
Suscipient populi. Ne calo lumina recta
Deseruisse iuuet, presso est, qui cognita cordis*

*Inspicit, & pensans iusto libramine damnata
Degeneres: gemmis inter lucentia ferta
Imperitans cingi meritos. O quanta potestas!
Namque datum paucis ad summi culmini arcem
Sublimare virum, qui Christi nomine præsit,
Succedatque Petro, nec non caelestia claudat,
Dum ligat in terris; referet conuexa polorum
Vincula, dum soluit, tanto depellere culpam
Præstat. Sed votis celsæ fastigia molis
Quis cupiat nisi mente vagus? Quis dignus haberi
His queat? At, patres, quos excellentia præfert,
Desperare nefas; nam sacris inclyta virtus
Christus adest, volitis complens optata piorum,
Quos optare fuit: siquidem tendamus in vnum,
In quo fundatis nexis radicibus arbor,
Virtutum patulis ramis subreuerit altum
In culmen, varie florum distincta colore,
Præcipue roseo mentis feruore micante,
Atque pudicitia niueo candore coequans
Fructus iustitie, cuius prudentia ramos
Duxerit in rectum, nostro quia tempore clades
Inualuit: peccata premunt, virtusque recessit.
Tendimus* in Latium, prob clarâ funditus Accom-
Obruit & Tripolim vincens Babylonis hostis!
Instant Aragones, gens effera, plurima terra
Cis mare concutiens, Siculas quæ possidet orbes.
Nec minus Aragonum proles, Petreiaq; regnum
Occupat, in Gallos collatum; dedecus illis,
Et nobis, qui regna damus, nos undique turbant.
Subiecti vigiles plebi succurrite patres,
Casibus his tantis vestrum succurrere, vestrum est.
Dixit: & baud aliter diffusum vocibus ignem,
Frigida corda premunt, possit ne erumpere* flammis,
Quam tellus prohibet noua semina ducere germen,
Quo fuerint matura loco; tamen agnita dudum
Commemorant veteris moris discuntq; minores.
Talibus his paucis decursis rite diebus,
Montis Auentini rursus fastigia poscunt.
Per bis quinque dies Nicolai præfulis haud non
Deserere domos erectas circiter aram
Virgineam patres, quas nec reuerentia struxit,
Digna sequi, nec causa potens nec* missibile mudo
Exemplum. Nam quisque suas educet in altum
Aedes, & capitis Petri delubra relinquet,
Ac Lateranenses aulas regalia dona
Despiciet, gaudens proprios habitare penates, &c.*

20 Pergit auctor ut S. Mariæ maioris ædibus
ad S. Mariam, vbi olim Mineruæ templum surge-
bat, se receperint, vicissimque sibi mutua ambitio-
ne & inuidia Cardinales obstitierint, ne Pontifex
renuntiaretur: recurrente festo Apostolorum Pe-
tri & Pauli, Romanos aspera seditio inuicem ad
prælia concitarit a, Urbemque rapinis, cruore,
incendijs deformarit. Contentionis causa nimia
erat inter æmulos proceres senatoriæ dignitatis
adipiscendæ ambitio: quæ mala morbi auxere ac-
censa ætate, & Cardinales, ut saluti consulere-
nt, ex Urbe diffugerunt. Quæ idem auctor soluta ora-
tione in præfatione operis b his verbis profequit-
tur: *Intestina Roma interea, prob dolor! exorta
bella affligensque ultra solitum ætas morbum in-
gruebat, unoque e patribus Gallo febris deficientē
te, Campanus ex illis vnus, idemque posthac futu-
rus Bonifacius VIII. graui longaque chronica con-
cussus infirmitate, ita ut de eiusdem diffideretur cu-
ratione: Dei tamen nutu ad maiora reseruat, ad
patrium solum Anagninam discessit. At alter Hugo
Aluernus vnicus superstes Gallus, & tres alijs e pa-
tribus Italici timore percussi, Roma digressi, Reate
astuauerunt. Romani vero sex patres consanguinita-
te iuncti, sed volitis discreti, urbe consistere præci-*

a S. Ant. 3
p. tit. 24. c.
9. S. 11.
b Ext. ea
de re di-
ploma in
Bullar. in
Nic. IV.
c Iacob.
S. Georg.
diac. Card
in pref.
De subro-
gando Pō-
tif. diffidēt
inter se
Cardina-
les.

d Io. Vill.
l. 7. c. 150.
Diffensio-
nis causæ.

e S. Ant. 3
p. tit. 20. c.
7. in princ.

f Iac. S.
Georg. ad
vel aur.
diac. Card
l. 1. c. 1.
Latini epi-
scopi O-
stiensis o-
ratio ad
Cardina-
les.

g Lat.
Georg.
diac.
presb.

qua. Septembris autem transactis caumatibus, Campanus, Portuensis quoque natione Tuder, Sabinensis etiam posebatur, nimirum insequentis anni, e patribus vnus Parmensis natu, Romam reuersi, nec adhuc consensu vnanimis reperiuntur fore. Sed de his iterum suo loco: nunc de nouo Cæsare creato hoc anno sermonem instituamus.

21 Defuncto, vt diximus, superiori anno, atque Spiræ in regum monumento condito Rodulpho, cum de principe ad solium euehendo esset agitatum a, dissensisse electorum vota, atque Albertum Austriæ ducem ab alijs expetitur ferunt b, ab alijs Venceslao Regi Boemiæ honorem delatum c, sed eo per summam animi moderatorem intra fines regni Boemiæ curas continere, molemque Imperij in se suscipere detestante, demum versa ad omnium studia in Adolphum Nassouium, sustinendæ regiæ maiestati opibus imparum, sed virtutum principe dignarum fama conspicuum. De quo hæc Ptolemæus Lucensis historiæ ecclesiasticæ consignauit e: Anno Domini MCCXCII. adhuc Nicolao Papa viuente, conuenerunt electores Alemanniæ tam laici quam clerici, & Imperatorem eligunt comitem Adolphum de Nassou, virum strenuum in armis, sed in potentia deficientem, tum quia paucos habebat introitus, tum quia non multum radiceatus in parentela: sed in corde totus fuit magnificus & virtute plenus. Redimitur Germanica corona Aquiligrani, recurrente die S. Ioannis Baptistæ natali sacro, narrat Hocsemius f, aguntque eodem plures Germanici scriptores. Sed hæc nobis suffecerint: iam piæ nonnullorum sanctorum obitum prosequamur.

22 Migravit hoc anno in cælum beata Kinga siue Chunegūdes olim Boleslai Pudici Cracouiensis & Sandomiriensis ducis coniux, que in ipso coniugio virginitatem, viro consentiente, seruauit: enititurque miraculis adeo, vt Andream ducem Regis Vngariæ fratrem a morte excitari ad vitam, iterumque ob salutem animæ mori imperarit, vt diximus. Insignes vero eius virtutes atque elogia ex Longino reperere visum est: Magna, inquit g, sanctitatis & religionis, miræque deuotionis in Deum femina, & virgo ducissa Kinga, Boleslai Pudici Cracouiensis & Sandomiriensis ducis relicta, & filia Belæ Regis Vngariæ, cum annos tredecim in monasterio Sandecensi in magna abstinentia & proprii corporis mortificatione exegisset, graui infirmitate anno prope vno vexata vigesima quarta iulij deuotissime moritur, & in monasterio Sandecensi sepelitur, diem & horam mortis suæ habens multo ante tempore diuina reuelatione patefactam. In hora transitus sui felicitas Christianus canonicus Vislicienensis, vir religiosus & deuotus, Vislicia in oratione positus, vidit animam eius ex corpore egressam nitido candore in cælum, canentibus agminibus sanctis: Regnum mundi; deserri. Quod cum admiratione magna cerneret, dictum illi est, animam beatæ Cunegundis esse in illo momento a corpore solutam. Quæ quidem visio etiam pluribus alijs deuotis personis monstrata est.

Quemadmodum in vita pietas agnicælestis stupendis miraculis eam extulerat, ita & post felicem obitum amplioribus prodigijs varios curando languoribus, coruscabat. Ab anno siquidem mortis suæ usque ad annum Domini MCCXXXIX. meritis suis octoginta mortui vitæ pristinae redditi sunt, sexaginta cæci illuminati, quindecim captiui a vinculis soluti, septingenti in super homines vtriusque sexus a varijs agritudinibus curati. Vt satis mirandum sit, ætatis illius prelatos & principes Poloniae canonizationem tam sanctæ, tamque venerabilis ducissæ propter can-

dorem virgineum, quem annis multis in thoro conjugali seruauit, inter martyres computanda, non procurasse. Tantam siquidem circa illam Regis æterni benignitas magnitudinem suæ gratiæ, consolidando contractos, restaurando paralyticos, suscitando mortuos, mundando leprosos, liberando enervumenos, illuminando cæcos, erigendo claudos, collapsosque & multiplices agritudines (uis sanando meritis multipliciter noscitur effudisse, vt ex illis præstetur certa & euidentis fiducia, quod quæ in vitæ præsentis dignitate præfulgebat regia, per gratiam Regis cælestis glorificationem sit amplissimam inter superos consecuta. Nec mirum; coluit enim & custodiuit assidue integritatem mentis, & nobilissimè pudore integerrime virginitatis castimoniam sub nimio & arduo labore transegit, expers palme non credenda martyrij, quæ puritate mentis pudici cum mortificatione, carnis suæ videlicet & mariti, assidue cum oculis, cum naribus, cum cæteris sensibus, cum quiete & otio, cum silentio & solitudine, cum ipso denique fastu & apparatu regio, cum cibis, & potibus opipare conditis, cum rerum temporalium affluentia & successuum felicitate, vestium, gemmarum & vniouum pompa conficiens, noctu atque inter diu, momentisque singulis animi & corporis perfererat cruciatus; sanguineam rosam præ se ferens centeno fructu, & geminata laurea, virginitatis videlicet & sanguinis, meruit coronari. Virginitatem enim magnopere custodiens, mente & spiritu hostem sauum, quocumque se videret, se cum ferebat, assidue premebatur certamine, sine inducijs bellum gerens, non vespere, non nocte, non diluculo, non meridie, non mane respirasse permissa; sed singulis diebus atque horis fornacis medio succensa, auri instar probata, purior prodibat. Cogita quanti officij labor sit, & fatiga. Hæc constante matrimonio vixit modeste, castigate, abstinenter, non cultus in ea luxuriosior, non conuersatio cum viris, sed nec cum viro licentiosior, non conuictus splendidior: de qua sane & eius virtutibus atque sanctis operibus tanta dici possunt, vt ad longum usque volumen excreverent.

23 Obijt eodem anno, vt Cardinalis Baronius notat a, B. Albertus Carmelita Siculus, miraculis illustris, quem aiunt aliquando sicco pede torrentem calcasse, vt Iudæos liberaret, mox ereptos periculo in ipsa ripa torrentis baptismo iultraisse. b Cōsensit vitæ sanctissimæ pia mors, in qua plurimæ virtutum exēpla ipsum explicuisse, refert rerū gestarū illius scriptor b: Cum, inquit, mortis suæ tēpus aduentare cognouisset, graui correptus morbo, rogauit Dominum, vt ipsum ad se euocare dignaretur. Vtebatur autem hac precandi formula: Si proprio Esilio tuo non suam, sed tuam mandasti facere voluntatem, non mea Domine, sed tua voluntas fiat. Ita ergo ille in orandi seruire positus, & quasi mentis ecstasim patiens, audiuit vocem eiusmodi: Anima tua in sanctorum confessorum consortium admitte, gaudijs perpetuo duraturis fruitura. Quamuis ergo magna esset antea vsus precandi assiduitate, at nunc porro diutius in ea perseuerauit. Legebat prophetarum oracula, diuina in eis mysteria contemplan, dulcèque illi erat cum sanctissima Dei Matre miscere colloquia. Cernens autem prope adesse extremum vitæ suæ diem, acciuit ad se fratres, & exemplo sanctorum patrum mitissima voce eos compellans: Cupio, inquit, dissolui & esse cum Christo; additque tamquam Vaticanans: Hoc ipso die spiritus meus e carnis ergastulo liberabitur, & ad Dominum, qui creauit eum, dirigetur: eodem autem temporis puncto mecum pariter emigrabit soror mea. Quæ quidem aberat a loco, in quo tum erat vir sanctus, ad

Insignis
ipsum ca-
stimoniam

a Baron.
in not. ad
mar. yr.
Rom. 7.
aug. & in
sched. M.
S.
b Apud
Sur. to. 4.
die 7. aug.
B. Alberti
Carmelita
re mors,
c ibid.
In extre-
mo vitæ
actu ora-
tionis in-
cumbit.

Sororis
obitum
prædicat.

ducenta & sexaginta miliaria: compertumque est
possit, de eius obitu vera Albertum pradixisse.

Deinde orante illo, & grauius laborante, fra-
tres apud illum vigilabant, & precibus suis animam
eius Deo commendabant. Sub horam autem vespertinam,
sentiens imminere corporis dissolutionem vir
sanctus, in genua se submittit, & coram fratribus
sic orat: Domine Iesu Christe, qui cuncta creasti, &
omnia pro tua voluntate disposuisti, conseruasque ea
sapientia & prouidentia tua, conserua animam
meam ineffabili misericordia tua, tuere illam ab ho-
ste maligno, & perduc eam in consortium electorum
duorum. Deinde legit psalmum: Deus in nomine
tuo saluum me fac; cui adiunxit psalmum: In te Do-
mine speravi. Illo absoluto cum dixisset semel ora-
tionem dominicam, & bis angelicam salutationem,
iterum repetijt psalmum: In te Domine speravi. In-
de ad extrema tendens, sublatis in cœlum oculis, ani-
mam suam Deo & beatissimæ Matri eius commenda-
uit, eorum implorans opem, & paulo post alta voce
dixit: In manus tuas Domine commendo spiritum
meum; quibus dictis a fratribus orantibus anima
eius instar * nebule candidissimæ visa est uno vola-
tu ex ore illius reuolui in cœlos contendere. Corpus eius
præclaro cilicio indutum in terra relictum est.

Pic ani-
mam ef-
fiat.

* columba

Populorū
cōcursus
ad eius re-
liquias fa-
ci.

Ex ijs sua
uis odor
spirat.

M. S. 1. 1.
129.

Ve illius
cultus au-
ctus sit.

Ibid.

Ext. ib.
pag. 121.

Ad eius obitum campana, quam ille fieri curarat,
per seipsum, nullo mouente insonuit; & odor suauis-
simus, omnia vincens aromata, ab eius corpore man-
auit, adstantes omnes mirifice efficiens. Quamobrem
etiam omne mortalium genus non modo Christiani,
sed etiam Iudæi tanta rei admiratione permoti, ad
illud constuebant. Et infra: Quotquot vero illic ade-
rant, sacrum corpus contingere nitentur: exibat
enim de illo virtus & sanabat multos. Vestes eius
causa deuotionis ab omnibus lacerabantur & diripie-
bantur, singulis particulam aliquam inde sibi vendi-
care cupientibus, quod multa admiranda per eas Deus
efficiat ob merita sancti viri. Et infra: Cum corpus
B. viri summa populi deuotione in mediam maiorem
adem deportaretur, & exequiarum missa celebranda
esset, odor longe suauissimus e corpore diffundeba-
tur, cunctis non mediocriter id admirantibus: multi
enim morbidi eo odore sanabantur, ita vt corpus il-
lud quoddam sanæitatis receptaculum a turbis omni-
bus pro certo haberetur. Consignatur demum, non
nullis interiectis, mortis illius tempus: Obdormiuit
autem in Domino vir Dei Albertus anno a partu
Virginis MCCXCII. VII. id augusti. Hæc acta, quæ
tamen in alijs pluribus censura egent.

Illustrata pluribus alijs miraculis decursu
temporum illius sanctitate, fideles in honorem
B. Alberti plures aras ac templa æterno Numini
posuerunt a: cum vero canonicis legibus veti-
tum esset, ea veneratione quemquam publice pro-
sequi, nisi a Romana ecclesia ea decreta fuisset; ac
plures fideles nonnulla religio ab eo cultu reuo-
caret, cum non ita esset exploratum id ecclesiæ
Romanæ auctoritate niti, Ioannes e Soreth supre-
mus Carmelitarum magister a Callisto Papa III.
contendit, vt pronuntiaret an B. Albertus sanctis
exhibendo cultu affici sine vlla conscientia labe
posset; cui Callistus viua vocis oraculo, vt altaria
in B. Alberti memoriam Deo dicaretur, permisit b:
quod eiusdē Pontificis iussu Guillelmus tit. S. Mar-
tini in montibus presbyter Cardinalis Rothoma-
gēsis anno MCCCLVII. literis c suis promulgauit.
Dein recurrente anno MCCCLXXVI. Christopho-
rus Carmelitarū magister, agenda B. Alberti glo-
riæ zelo permotus, a Sixto IV. flagitauit, vt Apost.
auctoritate cultum eidem B. Alberto impendendū
confirmaret: cuius precibus pontificio diploma-

te a, cui insertæ sūt Guillelmi Card. literæ, assensu
24 Explicuisse eodem anno diuinum Numen
ingentia miracula Florentiæ, ad imaginem Dei-
paræ depictæ in columna fori frumentarij, vbi
olim templum surrexerat, asserit Ioannes Vil-
lanus b: adeo vt ex tota Etruria eo ingentes
populi concursus quotidie celebrarentur, quibus
etiam consentanea asserit S. Antoninus c: Eodem,
inquit, anno, nimirum MCCXCII. mense iulij pa-
trata sunt quadam miracula Florentiæ ex quadam
figura Virginis gloriosa, quæ erat in pariete picta
atrij, seu vorti S. Michaelis, vbi tunc erat forum fru-
menti, & aliorum bladorum. Nam concepta deuo-
tione ab hominibus, ad figuram illam infirmis deuote
orantibus ad imaginem illam, plures sanati sunt ex
varijs languoribus, claudi erecti, contracti sanati, &
obfessi a demonibus liberati. Fratres autem Prædi-
catores & Minores, quia parum fidei dabant dictis
miraculis, populus, qui leuiter mouetur, eis detrahe-
bat, & obloquebatur contra eos, adscribens inuidia
quod erat vera pietatis. Ex deuotione igitur ad il-
lam imaginem ab artibus fuit prouisum, vt ibi can-
tarentur laudes diuine in vulgari: & ita aucta est
deuotio populi ad illam imaginem ex miraculis pa-
tratis & enarratis, quod de tota Tuscia in festis B.
Mariæ fiebat ibi concursus populi, & in processu
temporis repletus est locus imaginibus cereis, ibi posi-
tis a gratias & beneficia sanitatum recipiētibus ex
votis ibi factis. Inde creata est ibi quadam societas
multorū ciuium, etiam notabilium, & in tantum elec-
mosynæ multiplicatæ, & legata dictæ societati facta,
vt ad sex milia librarum ascenderent reditus pauperi-
bus dispensandi, nō habendo ad huc aliquas possessio-
nes: sed postea creatum est officium eorum, qui dicun-
tur capitanei Misericordiæ, & legata sunt loco mul-
ta possessiones; & postmodum adificatum est ibi ora-
torium pulcherrimum circa illam imaginem, sculptu-
ris sanctorum magnifice exornatum: in quo oratorio
celebrantur quotidie decem missæ, vel circa.

IESV CHRISTI

Annus 1293.

SED. VAC.
annus 2.ADOLPHI ROM. REG. 2.
ANDRONICI IMP. ORIEN. 10.

Contrarijs Romani populi factionibus in-
creando senatore pugnantis, hinc Car-
dinalibus nō animis modo, sed ne quidem de loco
pro celebranda electione consentientibus, ingenti-
um malorum metu suspensa erat vniuersa Eccle-
sia anno a Virginis partu millesimo ducentesimo
nonagesimo tertio, indictione sexta. Impendebat
enim schismatis periculum d. ne tres Cardinales,
qui Romæ versabantur, ad creandum Pontificem
concurrerent, ac vicissim alij, qui plures numero
erant, alium sibi præficerent: sed diuina tandem
prouidentia factum est, vt Cardinales arbitrorum
opera de celebranda Perusij electione conuen-
rent; vt recenseret Iacobus Cardinalis his verbis c:
Schismatis incessit timor, ne vel Romani tres tunc in
Urbe commorantes loci, vt fatebantur, priuilegia, vt
qui alios non Romanos scriptis præsollicitauerant; ne-
uē etiam alij Romani tres, ceterique patres Reate
longe numero plures in electionem prorumperent:
sed nolens suam, quam pretioso Vnigeniti redemit
cruore, perire Deum Ecclesiam, schismatis pericula
ademit. Nam ex compromissi vi, in exteros commu-
niter collata, patres pro electionis instantis negotio
electo per arbitros Perusij loco, perque eosdem festo

videlicet beati Lucæ Evangelista tunc satis proximo, secundo scilicet vacationis anno, termino assignato conuenerunt: eoque Perusij quo Cardinales conuenere tempore Romæ sub quadam pacis umbra quies apparebat, dum partium concordia ad gubernacula Urbis in senatores generis nobilitate clari duo assumpti Petrus siquidem Stephani actoris genitor, de quo supra differuimus, & Oddo de sancto Stacchio alter.

2. Agente Perusij sacro Cardinalium senatu, ait auctor a Carolum extrema hyeme e Gallijs (quo profectum vidimus, vt fœdus cum Aragonio & Gallorum Rege, & Carolo Valesiorum comite componeret, liberisque obsides Catalana custodia liberaret) in Italiam redeuntem vna cum Carolo Martello Vngariæ Rege maiorinatu filio, qui patri obuiam ex Apulia procurrerat, Perusium accessisse, & Cardinales salutasse, hortatumque esse, vt quamprimum morenti Ecclesiæ patrem darent. Qua vero pompa & apparatu a Cardinalibus Reges excepti fuerint, Iacobus supra laudatus ita cecinit. ^b

Fortemodum scripsisse iuuat * quo cardine fulti, Seruarint. Nam clara dies ubi lampade solis Illuxit, theatrum subeuntes turba senatus, Leuitas geminos mittunt non longius vrbe Regis in occursum. Series diffusa caparum Hos sequitur, seu turba, duces, mandante senatu. Procedunt laici, crescit distensa sequela Elistæa, suas variatis vestibus hastas Curfibus infestis equites effringere iussit. Cetera communis complere palatia patrum Turba, moram firmans: decet hanc seruare quiete. Dum vacat heu sedes Papæ, nam pondera gestant. Hos siquidem viridi susceptos germine fulci, Et duo Leuitæ sortiti corpora Regum, Alterutro comitante suum maiore parentem, Atque minore satum illo passim mœnibus orbis Deducunt, quoad alta domus, plateasq. subintrât. At sacer, interna præsolans parte theatri Hinc cœtus processit iter longamque per aulam Egreditur, qua parte domus fastigia paruum Extendunt scalæ spatium, quod sedibus instat. Tunc inibi veteri stantes ex ordine patres, Oscula condonant Regi, Regique minori, Cui primum vidisse datum est tunc temporis omnes Cardineos proceres: auleque * sedibus ambos Constituant, dextraque patrem leuaque minore, Pontificum patrem medium, mediumque secundum Inter leuitas primos. Paulumque morati Applausere iocis vultu, risuque, loquela, Et nutu sibimet Reges patresque, fideli Assistente manu, capientum visere morem. Inde domum Reges comites habuere priores Leuitas. Non longa dies, & tendere cursum Parthenopem decreuit herus: sed primitus omnem Alloquitur cœtum. . . sermone profatur Rex pater, & precibus rogans spiramine sacro Afflari, populoque Dei pastore quietem Imponi. Responso duci digesta Latinus Attulit, & placido diffudit verba lepore. Post lapsu celeri spatio Rex mane secuto, Visere supremum cœtum, dictoque valete, Corripuit gressum sociatus ab ordine fratrum Vsq. foras orbem, rediere in tecta parentes. (di Mens quibus aduersa est, quamuis per plura sequē Consilium visum est, variasque requirere formas Vi sibi concordans animo factisque placerent.

De Carolo aduente Perusium, & purpuratis patribus ab eo sollicitatis, vt proximo tempore Pontificem crearent, meminit Iordanus ^c, additque a superioribus verbis Benedictum Caietanum, Annal. Eccl. Tom. XIV.

ab ipso exceptum: Tunc etiam, inquit, Rex Carolus de prouincia veniens, per Perusium transit: ad eligendum Pontificem Cardinales precibus inducit. Dura quoque verba cum domino Benedicto Gaitani habuit; nihil tamen profecit. Vt vero postea Benedictus Cardinalis, conciliato sibi Carolo, pontificatum cedente S. Cælestino, sit assecutus, dicitur inferius: iam reliquas Italicas res profequamur.

3. In Etruria pax Pisanos inter & Florentinos, Lucenses ac Senenses composita: cum iam Florentia ad maximas opes ac potentiam affurgeret, Pisani bello Genuensi attriti pacem flagitarent, ac Guidonem Montisferetri comitem gubernaculis reipublicæ amouerent.

At si parti Italiæ pax feliciter affulset, dæmonum rabies ad perdendam rem Christianam funestum & atrox bellum Gallos inter & Anglos inflammat. Cuius belli adeo obscura fuerit principia ^b, vt ex aliquorum nautarum Normannorum & Anglorum, vino ac mente captorum, iurgijs originem traxerit. Ex iurgijs enim, aucto furore Normanni aliquos Anglos morte affecere: eoque audito Angli & Aquitani maritimi, constata classe, aliam classem Gallorum partim cepere, partim mari mersere, victis ad vnum cæsis: atque inde in maritimam Francorum oram excursionibus actis, prædas auexere, Rupellamque ^c plurimo impetu oppugnarunt: exinde Reges auersi ab inuicem animis, ad quos conciliandos antea a Nicolao IV. Cardinales legatos vidimus transmissos, facile in nouas discordias coorti sunt. Monitus in primis a Philippo Rege Eduardus, ac iussus subditos comprimere, prædam restituere, quæ in ipsius regno inuenta esset, ac reos onustos vinculis mittere, vt supplicium de ipsis ex legibus sumeretur. Quæ imperia cum spreuisset Anglus, dies ei ad tractandam causam ex parium consilio constituta est: cuius rei diplomatum assertum Westmonasteriensis ^d, in quo Philippi hæc querelæ expressæ.

4. Nulla potest tergiuersatione celari, quod homines de Baiona, coadunatis sibi quamplurimis alijs, qui de regno vestro Angliæ assumptis nauibus, & armis, ac hominibus armatis in magna multitudine ibidem palam, & publice collectis, vobis non inscijs, vel probabiliter ignorare non valentibus, exierunt animo nefando, homines ac subditos nostros de Normannia, & de quibusdam alijs partibus regni nostri, tam in terra quam in mari, in locis etiam nostre iurisdictioni subiectis nequiter inuaserunt; innumeros ex eis inhumaniter occidendo, stragemque horribilem in eis faciendo, multos ex eis capiendos, & adhuc captos detinendo, ac eisdem nauibus, & mercibus quasi inestimabilibus ex die ante concepta nequitia depradando, confractis quampluribus ex dictis nauibus, & submersis. Et infra: Manifestum similiter, quod quamplures dictorum hominum de Baiona, aduocatis sibi nonnullis malefactoribus alijs, villam nostram de Rupella proditionaliter inuaserunt, insultus, quamplures in eam facientes, &c. Ob hæc Iordanus ^e adducit Eduardum in crimen, consecrata Christo arma in Gallos exacuisse: Eduardus Rex, inquit, Angliæ fingens se ad terram sanctam proficisci, magnum apparatus faciens, Normanniam terram Regis Franciæ inuasit, & in Rocellam plures fecit insultus. At Angli historici ab Eduardo eam labem abstergere nituntur ^f, ipsoque inscio a præfectis repetenda a Normannis, quos violati fœderis, accusabant, vltionis cupiditate rem gestam, pacisque consilia esse

Vt asperiora verba cum Benedicto Card. conuulerit.

a Io. Vill. lib. 8. c. 2. S. Anr. 3. p. iii. 20. c. 7. § 3. & alij. Pisanos inter & Florentinos pax firmata.

Guido Montisferetri comes a Pisani magistratu deiectus; Gallos inter & Anglos Leues belli caute. bV. v. v. in Xpod. Neustria. cV. v. v. Flor. hist. Postulatus iudicio Eduardus a Philippo.

dV. v. v. ibid.

Quæ ipsi obiecerit.

De Normannis bello petitis ab Aquitanis & Anglis.

Tentata proditione Rupella.

e Iord. M. S. V. ar. sign. n. 1690. fV. v. v. Flor. hist. hoc ann. v. v. v. in Eduard. I. & in Xpod. Neust. Polyd. Virg. lib. 17.

missis oratoribus ad sopiendum nascens bellum confectatum tradunt: quamquam Vvestmonasteriensis innuat Eduardum, cum illi vt fiduciario Gallica coronæ dies dicta est, remissioem initio in agenda causa fuisse, atque ita qua par erat celebritate bellum exitiale extinguere initio non studuisse. Non expertem pariter culpæ Philippum in pernicioso rei Christianæ bello suscipiendo, notat Villanus a, dum ait missio ab Eduardo Rege fratre Eadmundo causæ suæ actore in Gallico senatu Philippum illum admittere detrectasse, ne inuadendæ Aquitaniz deesset occasio. Ac sane lugre satis non possumus, Philippum qui nullis hortationibus a Nicolao IV. ad vlciscēdas Christi iniurias suscipiendumque labentis Syriae patrocinium permoueri potuerat, in hoc bellum vltro irruisse. b

5 Pari infeliciter casu Veneti & Genuenses in oriente arma aduersus Saracenos stringenda, in mutuas strages verterunt, præliumque atrox apud Aiacium urbem nobilem Armeniae minoris, quæ olim Cilicia erat, commiserunt; in quo Veneti etiam viribus superiores succubuere, vt narrat subiectis verbis Marinus Sanutus c: *In Armenia apud Aiacium; Et infra: Veneti, qui habebant circa vigesimum octauum numerum galearum, dum assisterent inimicis, deposuerunt vela, prostraueruntque ea, & quasi minime collegerunt antequam ad hostes pergerent remigando: postmodumque insultum Ianuensibus intulerunt; propter quod quadam ex Venetorum galeis ob ventum stantem vehementer, & mare quod ipsius commouebatur impulsu, siue causa etiam vtriusque, recto aggressionis tramite ferientes latera proris galearum hostium præbuerunt se opposcentes inter galeas suorum hostium, quæ vigintidua erant numero computata, & vt iam diximus preparata, & suarum residuum galearum; ita quod medietas earundem nec suis conferre auxilium, nec hostibus damnum inferre potuit, interpositis antedictis: ex quo fuerunt Veneti capta maiori parte suarum galearum deuicti, & a Ianuensibus debellati anno MCCXCIII. mensis martij. Auctum furorem, fuso Christiano sanguine, postea exercuere in Dalmatico mari, de quo inferius.*

IESV CHRISTI

Annus 1294.

CAELESTINVS V.
PP.ADOLPHI ROM. REG. 3.
ANDRONICI IMP. OR. II.

Annus, ad quem peruenimus, millesimus ducentessimus nonagesimus quartus indictione septima, Cælestini Pontificis maximi admiranda electione, qui e specu ubi latebat, ad solium apostolicum tractus est; ac rursus augustissimæ omnium dignitatis voluntaria abdicatione, vt sacro otio ac rebus diuinis facilius vacaret, insignis ingentem vniuerso orbi Christiano stuporem iniecit: sed quæ prius a Cardinalibus gesta sint, perstringamus. Destituta Pastore Romana ecclesia, nonnulli eius clientes ab officio discessere, ac iura ecclesiastica inuasere. Inter quos Vrbeuetani Volsinium explicitis hostilibus signis, occupare sunt meditati; cumque metueret Cardinalium senatus, ne Viterbienses studerent perduellibus, hæc illis imperia dedit. d

Miseratione diuina Gerardus Sabinensis, Ioannes Tusculanus, et frater Matthæus Portuensis episcopi prudentibus viris prioribus, cōsilio, & communi Vi-

terbien. ecclesie Romana fidelibus, salutē in Domino.

Credimus ad vestram notitiam peruenisse, quod ciues Vrbeuetani, tanquam in reprobum sensum dediti, spiritu rebellionis assumpto, iura & bona Romanæ ecclesiæ, ipsorum matris & dominæ; quam præsertim hoc tempore, quo ipsa pastoris præsidio carere dignoscitur, deberent pro viribus sollicitis studijs defensare; nefarijs occupare conatibus fatagentes, contra terras vallis lacus, & specialiter castrum Bulsen. ad eandem ecclesiam pleno iure spectantia, monitis, precibus, exhortationibus, & præceptis sacri collegij reuerendorum patrum dominorum Cardinalium ipsius ecclesiæ, propter hoc directis eisdem, penitus vilipensis, hostilem processum habere festinant in diuinæ maiestatis offensam, Apostolicæ sedis grandem iniuriam, & contemptum, & non modicam turbationem fidelium, & graue scandalum circumpositæ regionis.

Cum itaque tam temerarium, tamque detestabilem, & superbum huiusmodi excessum ciuium prædictorum præfatum collegium ferat non immerito grauitè & moleste, ac proinde plurimum perturbetur; nos ipsius auctoritate collegij, nobis in hac parte commissa, vniuersitati vestræ sub excommunicationis pœna in personas, & interditi in ciuitatem vestras, ac duorum millium marcharum argenti pœnis, quas ipso facto incurrere volumus, si secus feceritis, in hac parte districte præcipiendo mandamus, quatenus præfatis Vrbeuetanis nullum contra castrum & terras ecclesiæ Romanæ prædictæ, & habitatores eorum, per vos, vel per alium, aut alios impendatis consilium, auxilium, vel fauorem publicum vel occultum; & si forte ipsum præbueritis eisdem, illud pro posse infra quatuor dies a receptione præsentium reuocetis. Et nihilominus vobis auctoritate prædictæ præcipimus, vt ad requisitionem discreti viri magistri Petri de Piperno rectoris patrimonij B. Petri in Tuscia sedis Apostolicæ capellani, eidem ecclesiæ super huiusmodi negotio, prout tantæ necessitatis articulus exigit, vestrum tam in equitibus quam peditibus fauorem & auxilium pròpris & efficacibus studijs præbeat; sic nostris, immo potius memorati collegij super hoc mandatis humiliter & efficaciter parituri, vt de promptitudine deuotionis possitis exinde merito commendari. Alioquin ad exactionem pœnæ supra dictæ, ac alias etiam contra vos, & terram vestram spiritualiter & temporaliter, prout expediens fore videbitur, & qualitas facti suaserit, auctore Domino procedetur, &c. *Dat. Perusij v. kal. iunij anno Domini mccciv. Apostolica sede vacante.*

2 Perstiterè in Cardinalium fide Viterbienses, ac subiectis tabulis a non sensisse cum Vrbeuetanis sunt professi, atque etiam edicto proposito vetuere ne quis perduellium castra sequeretur: Memoratis literis diligenter lectis, expositis, & publicatis in palatio communis Viterbiensis, dicti priores incontinenti nomine suo, totius consilij, & communis Viterbiensis responderunt, quod mandatum minorum Cardinalium, & que in prælibatis literis continentur, pro viribus adimplebunt; & quod Vrbeuetanis non dederunt, nec dabunt consilium, auxilium vel fauorem, publicum vel occultum; & si aliqui publice vel occulte de ciuitate, vel districtu Viterbij dedissent dictis Vrbeuetanis aliquod auxilium vel subsidium, publicum vel occultum, illud infra quatuor dies sub pœna capitis renouarent: & statim indixerunt exercitum, & fecerunt præconizari, quod omnes essent parati equis & armis ad serui-

Rex vterque commissi in bello conflando culpa non expers. a Io. Vill. lib. 8. c. 4.

b Bonif. 8. ep. cur. 52 Veneti & Genuenses in Oriente clafses infestas committunt. c Sanus. l. 2. p. 4. c. 24. Victi Veneti.

d Exiant in arce S. Aug. & in lib. priu. Rom. eccl. 10. l. pag. 331. c. inter M. S. collect. p. Flatin. 10. 1. pag. 298



ium prædictorum dominorum Cardinalium, & sanctæ matris ecclesiæ. Actam & datum vt supra. nimirum anno Christi MCCXCIV. ind. VII. die penult. maij Apost. sed. vacante. At de his hæcenus: nunc initi a Cælestino pontificatus historiam aggrediamur.

3 Caruerat iam rectore ecclesiæ annis duobus mensibus tribus, die vno (Nicolaus namque pridie nonas aprilis anno MCCXCII. naturæ concessisse traditur, Cælestinus vero, vt ex actis consistorialibus infra reddendis constabit, creatus fuit quinta die mensis iulij huius anni) cum tandem post diutinas contentiones Pontificem extra collegium quæsiuere, ac repente mutatis animis diuinitus, vt visum est, afflati, Petrum e Murrone eremitam, nouæ religiosæ familiæ (quæ postea Cælestinorum dicta est) sectantis S. Benedicti instituta patriarcham, in remota Apuliæ solitudine macerando corpori ac rebus cælestibus contemplandis intentum, elegerunt. De quo hæc Ptolemæus Lucentis a: Anno igitur Domini MCCXCIV. Et infra: ad persuasionem domini Latini Ostiensis episcopi, & post recessum Regis, nimirum Caroli Siciliæ, vota sua dirigunt Cardinales in quendam eremitam de Abrutio, cuius nomen frater Petrus de Murrone; ipsumque in summum Pontificem eligunt, qui vocatus est Cælestinus v. Hic Regi Carolo multum deuotus in quadam sylua suum habuit habitaculum: vir maxima abstinentiæ & orationis, totus Deo consecratus. his consentanea Iordanus b, Cælestini vitæ scriptor c Bernardus d Martini Poloni appendicis auctor e, S. Antoninus f, Card. Baronius g & alij tradunt; e quibus Iacobus h Card. S. Georgij ad velum aureum in præfatione operis hæc commendat-historia: *Lapsis vacationis consecrum annis duobus, quartaque tertij parte, mensis iulij principio infra Apostolorum octauam, nocta mirifice fratris Petri de Murrone eremita visionis cuiusdam occasione, eodem Latino inter fratres patresve cætus visionis ipsius ex inopino verbum mouente, subito Dei nutu idem religiosæ & miræ sanctiuitatis vir frater Petrus de Murrone eremita ordinis S. Benedicti, in cella in monte de Marrone supra Salmonem sita manens, in summum vnanimi voto, & consensu patrum est electus Pontificem.*

4 Quæ fuerint cælestia illa visa idem auctor exponit carmine hexametro, & Cardinalium in conclauis sermocinationes describit.

*Soluerat obscuras pallentes æthere noctes
Sol radians egressus aquis, rosasque quadrigis
Inuectus, cum turba patrum de more sedentum
Conuenit, dextrumque latus namq; ordine primi
Pontifices tenuere sacri, leuitaque laeum.
At latus obiectum subducta hoc tempore sedi,
Presbyteri rubris, quos lustrat cardo galæris.*

Nonnullifque interiectis de immatura morte germani Neapolionis Cardinalis, quæ omnes mœnore perculerat, inducit vnum e Cardinalibus italoquentem.

----- cur protinus, inquit,

*Vnas mente gemens procerum, caligine tetra
Differimus lacrymas mœstæ detergere matris?
Curque sacerdotem summum præponere mundo
Negligimus? Cur tanta patres discordia nobis?
Hæc cum dicta forent, latique nouissima sermo
Longior exprimeret, præsumpta relinquere verba
Incipiunt. Sed corde vigil succensus amore,
Et domitus terrore Dei dimissa Latinus
Assumpsit, referens. Feruentis lampade visa
Res mihi comperta est fratres, quos patris honore
Attollo, memoranda metu, quam dicere fas est.*

*Spiritus omnipotens deuotis clausa reuelans,
Et pandens ventura suis hoc tempore visu
Ostendit: dicitque viro, qui consonat actu
Et voluit cum lege Dei, quod ni properemus
Sumere Pontificem, mundo qui præsit & orbi,
Ira Dei grauius desauit, iraque feruens
Iustitia mandante furet: nec tempora longa.
Nam neque vindicta motus protenditur ultra
Bis geminum mensem, cum festa celebra cives
Agglomerant superi plausu sanctisque colenda
Redditur vna dies. Fratres hæc dicta cauendum
Admoneant, reddantque Deo per singula charos.*

5 Addit auctor mox Cardinales, auditis Latini verbis, inter se plures de egrigijs Petri virtutibus sermones contulisse & quæsiisse, nū gerendo pontificatui idoneus esset: atque omnium primū Latinum Card. suffragium suum illi addidisse, mox alios suū adiecisse, distulisse nonnullos, donec Petrus Card. qui ægritudine laborabat, confuleretur; coque assentiente, ipsos quoque cæteris se adiunxisse: atque ita omnibus ingenti gaudio ac pietatis sensu delibutis, & lacrymis ob rei nouitatem ex oculis manantibus electionem celebratam. Cum ergo omnium vota & suffragia consonarent, a Cardinalium collegio prouinciam Latino demandatam, vt Petrum omnium nomine eligeret, vt Iacobus versu prosequitur.

*Hunc iterum legere Petrum, prodente senatu
Vnanimem sensum, vocemque per ora Latini,
Et Patris, & Geniti, sancti quoq; Flamini vnam
Interpellantis deitatem cunctipotentem
Auxilio, dum tuta crucis signacula dextra
Assumit. Sic iste Petrus cognomine Murro
Eligitur. Procere pariter debinc laude resultant.
Hincq; simul psallunt, dū primus in ordine lauo
Panderet in populam, quem clausa silentia norant.*

6 Similia continet decretum, a quod Cardinalium collegium edidit, vt facti rationem omnibus fidelibus exponeret.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Amen.

Nos miseratione diuina frater Latinus Ostiensis, Gerardus Subinensis, Ioannes Tusculanus, & frater Matthæus Portuensis episcopi; Hugo tit. S. Sabine, Petrus tit. S. Marci, & Benedictus tit. S. Martini presbyteri; Matthæus S. Mariæ in porticu, Iacobus S. Mariæ in via lata, Neapoleo S. Adriani, & Petrus S. Eustachij diaconi Cardinales, notum facimus quod anno Domini MCCXCIV. mense iulij, die luna, v. mensis eiusdem Apostolica sede per obitum felicitis recordationis Nicolai Papæ IV. vacante, post diuersos tractatus diuersis temporibus habitos per nos super electione summi Pontificis, quibus non accessit effectus, in communi consistorio solito more conuenimus, absente venerabili fratre nostro Petro tit. sancti Marci presbytero supradicto, qui erat in hospitio suo infirmitate seu debilitate detentus; demum inter nos ex insperato seu improviso de venerabili ac religioso patre fratre Petro de Murrone ordinis S. Benedicti, celebri sanctitatis viro, habita mentione, omnes, qui tunc presentes eramus in consistorio supradicto, ad personam eius intentæ considerationis intuitum dirigentes, in ipsum quasi diuinitus inspirati, non sine lacrymarum effusione, nullo prorsus discordante consensimus: & venerabiles fratres nostros dominos Ioannem episcopum Tusculan. Hugonem & Iacobum prælibatos ad præfatum Petrum presbyterum Cardinalem transmisiimus ad perscrutandum super huiusmodi negotio votum suum: qui eiusdem fratris Petri audito nomine, deuote consensit similiter in eundem, prout idem Cardinales ad eum transmissi,

Conferunt inter se de Petri virtutibus Cardinales.

Communis eorum dem consensus in ipso eligendo.

a Ext. apud Monach. Cælestin. & v. ad hoc ann. n. 1. ex tab. mon. S. Spiritus de Mangel. la. Decretum ea de re editum.

sicut pramittitur, in nostra presentia retulerunt: nosque volentes efficacius procedere in hac parte, venerabili fratri episcopo Ostiensi praedicto eligendi suo & omnium nostrum nomine memoratum fratrem Petrum de Murrhone in ecclesia Romana Pontificem & pastorem plenam, & liberam viua voce concessimus potestatem. Qui, potestate ipsa recepta, nobis presentibus, ut pramittitur, eam illico efficaciter adimpleuit, eundem suo & nostro nomine ex potestate sibi tradita in Romanum Pontificem eligendo; ac nos, electionem de dicto fratre Petro factam per eundem episcopum Ostiensem ratam habentes, eundem fratrem Petrum de Murrhone, licet absentem, deuote recipimus in nostrum & eiusdem Romanae ecclesiae episcopum & pastorem. In cuius rei testimonium & euidentiam plenioris praesentem scripturam fieri fecimus, nostrisque muniri sigillis & subscriptionibus roborari. Actum Perusij anno, mense, & die praedictis.

Missi ad Petrum e Murrhone nuntij vt dignitate oblatam admittiret.

7 Decreti etiam a Cardinalium collegio oratores archiepiscopus Lugdunensis, Vrbeuetanus & Portuensis episcopi, cum duobus notarijs apostolicis, qui ipsi Cardinalium literas a, quarum ferres inferius subiicitur, afferrent, atque ad excipiendum pontificatum adducerent.

Sanctissimopatri, & domino reuerendo fratri Petro de Murrhone ordinis S. Benedicti, diuina prouidentia in Romana ecclesia summo electo Pontifici, miseratione diuina episcopi, presbyteri, & diaconi sacrosanctae ecclesiae Cardinales pedum oscula beatorum.

Si diffusam facti memoriam solliciti calami prosequeremur officio, & praesentis negotij qualitatem condigna serie ponderarem, prolixi utique telam dictaminis nos ordini contingeret, ampliq; tenoris formare paginam, vestrae sanctitatis clementiae dirigendam: sed ne prolixitate verborum, aut multiplicatis eloquijs vestrum praegravemus auditum, processum per nos in eodem negotio habitum vobis sub compendio referemus. Vacante siquidem Apostolica sede per obitum felicitis recordationis domini Nicolai Papae IV. nos post diuersos tractatus diuersis temporibus per nostrae sollicitudinis studium super electione summi Pontificis habitos, quibus opratus non accessit effectus, in communi consistorio solito more conuenimus; & tandem inter nos, ex insperato seu improviso de vobis habita mentione, omnes ad personam vestram, meritorum virtute conspicuam, intentae considerationis aciem dirigentes, in vos, operante illo, qui fidelium mentes vnus efficit voluntatis, non sine lacrymarum effusione consensimus, prout in decreto super hoc facto plenius & seriosius continetur.

Cum itaque decretum ipsum vobis per venerabiles fratres archiepiscopum Lugdunensem, Vrbeuetensem & Portuensem episcopos, & dilectos filios magistrum Franciscum Neapoleonis de Vrbe, ac Guillelmum de Mandagato Apostolicae sedis notarios exhibitores praesentium fiducialiter destinemus; sanctitati vestrae instantissime supplicamus, & ex intimo cordis affectu deposcimus, quatenus profunda & sedula meditatione pensantes, quod huiusmodi celebrata de vobis electio, illo qui vbi vult spirat inspirante, processit, attendentes insuper necessitatem multiplicem non solum Romanae ecclesiae, quae longa vacationis dispendia pertulit, sed etiam totius gregis dominici iam diu pastoris commodo destituti; innumera quoque pericula, quibus vniuersalis Ecclesia subiaceret dignoscitur, nisi in eis per Iesu Christi domini nostri vicarium obuietur, vos diu-

nis dispositionibus, prout decet sanctitatem vestram, mente humili coaptantes, electioni praedictae tam laudabiliter tantaque concordia celebrata, pium velitis accommodare consensum; laetificaturi subinde per vestram desideratam praesentiam filiorum vestrorum, qui sumus nos, animos sitibundos, ut quod per nos pia intentione noscitur inchoatum, per vos votiuum & celebrem fortiatum effectum. Datum Perusij v. idus iulij anno Domini MCCXCIV.

8 Insolitum atque admiratione dignissimum spectaculum fuit, in abditissimo montis recessu Pontificem a Cardinalibus quaeri: vt vero plena erat prodigio illius ad pontificatum promotio, ita nec eius primitiae miraculis caruerunt a. Natus erat in Molsisij comitatu, humili quidem genere, sed pietate conspicuo, atque ex materno vtero secundinis in religiosa vestis more efformatis tectus non sine summa admiratione prodierat, & instar Beniamini fratrum duodecim postremus erat. Nec dubia post, cum adoleceret, pietatis ac futurae virtutis signa explicuit. Cumque literis operam dare iussus esset, non defuit daemones, qui magnum aliquid de eo praesagebat, conatus suos adhibere, vt ipsum ab earum studio abduceret: matrem enim ementira vatis specie male illi futurum persuadere est conatus. Sed defunctus pueri pater, mulieri cuidam praecipit b, vt vxorem serio moneret, ne filium a literarum studijs reuocaret. Quibus vero caelestibus blanditijs puerum Numen ad sui amorem cultumque alliceret describit vita auctor c: *Erat puer iste simplicissimus adbus, & iam primum breui in tempore psalterium didicerat legere, cum beatissimam Virginem & S. Ioannem Euangelistam stantes iuxta crucem Iesu sepe videret, visus est ad ipsum descendere, eumque consolando psalmos cum ipso dulcissime decantare. Angelos quoque de caelo lapsos, velut pedagogos suos eum instruendo, vidit in somnis sibi assistere, & si quid forte puerili more cum suis coetaneis minus decens aut dicere aut facere a diabolo tentatus fuisset, suauiter eum increpatione piaeque castigatione corripere.* Pueritiam egressus cum summo pietatis colendae desiderio arderet, atque ancipiti cogitationum aestu de vita instituendo genere fluctuaret, Romam se contulit, vt ab Apostolica sede consilium exproceret. Profectus in solitudinem ac S. Benedicti institutum sectatus, magno animi ardore corpus macerare, mentemque excolere virtutibus cepit; cum diuina prouidentia suo seruo suffragaretur, quae inter caetera admiranda noctu edito diuinitus campanae suauissima signo ad recitandum diuini officium excitabat. De cuius mira abstinentia ac vitae genere haec cecinit Iacobus Cardinalis. d

9 *Est complexa cohors, Benedicti dogmata spondens, Cuius & hic habitusque fuit, moresque professus. His neque contentus iuuenis, nam strictius ipse Vincebat mores, vitam pertingere gliscens, Aegypti patrum soli ipsi carpere cellam. Mos erat & clausam muris vt nullus haberet Ingressum, solique Deo seruire paratus Continuo paruo celebrabat carcere missam. Astabatque foris manibus per iustra ministrans Frater, & affectans fluidam restringere linguam, Temporalibus centis penitus discedere verbis Iusserat alloqui. Stratum, cui lignea lectum Praebat series scala tabulis sibi nexis, Seu tellus non culta iacens, sed puluere versas; Quique catenarum ferri dent pondera zonam, Succinctis lumbis, ne carnis pullulet ardor.* Et

Et lapis, aut durum firmumque resistere lignum
Cervicale: rudens nodosis crinibus asper,
Retibus innexus forma paleisque repletus.
Hæc eadem nudis præstabant tegmina membris
Hispida, quæ ut grauius stimularèt morsibus artus
Ferreæ loricæ moles contexta premebat.
Desuper hoc varijs peragebat mensibus anni.
Ille die nulla capiebat carnibus esum:
Sed ferijs ieiunus erat, cunctisque diebus.
Sola dies Domini huic bis * sumere pastum
At veneris martisque die ieiunia pane
Soluebat, calidamque sitim labentibus undis.
Huncque modum seruare iubet, qui dogmate patris
Arærentur; vir semper aquam, vir limpida puri
Gurgitis hauribat, vitans applaudere Baccho,
Sexque quater decenas addens, quo fortius omnem
Ingluuiem superare queat, carnemque refrenet,
Compellatque ipsam menti per singula subdi,
Illarumque tribus panem, lymphim, ac sine nullo
Condimento alio gustans; plerumque refutans
Coctâ manu, phœbe noctu, quo cingeret orbem
Non cicer atq; fabas lymphis liquidantibus vdas,
Non teneras crudas rapas, aliudque legumen,
Castaneas seu poma sibi dulcentia succo.
Sat tribus illarum solitus coniungere missum
Inspidumque cibum, fructusque modestius. Auctis
En vigiles peragendo dies noctesque quietas,
Versibus orabat psalmi, manibusque, genuque
Sæpe solo flexus callosa pelle ferebat,
Carnem: nec dubium, quin claro proximus orbi
Contemplando Deum fieret, Christi que saporem
Melliflui vicibus specularando lamberet ardens,
Ne qua mora obtusum, segnem, vel forte periculis
Redderet expositum, manibus munuscula doctis
Cilicium eremi texebat, opuscula fratrum,
Insuper & varios, quamuis religaret habenis;
Attamen & paruo sese submittere norat
Abbati famosus berus: quem fama fugacem
Insequitur, populusque volens hunc cernere clausum,
Post hæc tempestum reputamus scribere metro.
Vix credenda vis, qua ædum tempore prisco
Noiimus. En decies quadrate subdere corpus
Menti iussit amor, diuino fonte relabens
Taliter, ut spretris, qua gustus organa mulcent
Omnibus, ipse cibum viridis plantagine caulis
Sumeret, aut coctis folijs, sed stipite crudis
Proferit, ut palmes crispatis undique neruis,
Inque sitim viui torrentis gurgite lympham,
Hauriret, non plura feram. Vir ille supernus
Cilicio est pro veste vsus, soloque tegente
Corpus, & interdum lorice pondere fractum,
Mira senis, sed mira, viri sic septa voluntas.
Admiranda tamen virtutis gloria prestans,
Quæ potuit prisca seruare ad tempora * vitam,
Gratia languentes firmabat nexibus artus.
Quis titulos casta laudis, quis fortia grandis
Virtutis, quis septa gule iam lubrica, quisque
In lacrymis gemitusque; modum præscribere præptus?
Quis tua longanimis perquirere singula tentet?
Sunt qui te varijs referant micuisse sub æbra
Miraculis: quod fama loquax non occulit vrbes,
Sæpe nouis tantis agitans, hæc sæpius ipse
Audieram dederamque fidem. Nunc limite metri,
Sufficiat narrasse, patrem fulgoribus illis
Intendisse animum, decies tribus amplius annis,
Forte decem geminis, verosi consona fama est.
10. Ducentem igitur hoc vitæ asperrimum ge-
nus adiere oratores, ac venerandum senem incul-
ta veste horridum, squalidum macie, tumentibus
ex cōtinuo lacrymarum profluio palpebris con-
spicati, se ad illius genua demisere. Quibus ille

attonitus vicissim ad eorum genua proceubuit. At
illi exposita aduentus causa, & Cardinalium suf-
fragijs e scripto prolatis, vix a colendæ soli-
tudinis suscepto consilio Petrum abducere,
atque eius constantiam in respuenda summa di-
gnitate infringere potuerunt. Scribit Petrar-
cha augustissimæ dignitati fuga se subducere,
meditatum, e qua illum accurrentium populorum
retraxit pietas a: Statim, inquit, ab initio tentauit
fugam cum discipulo quodam suo Roberto Salentino
tunc iuuenis; sed inopinata & subita populi multi-
tudine circumuentus, cum euadendi nulla spes esset,
in discipulum versus quaesuit, an se ad excelsa tra-
ctum & coactum sequi vellet? Ille autem, qui a ma-
gistro didicisset mundum spernere, Christum vero, &
quibus ad Christum itur, virtutem, pacem, silen-
tium, & solitudinem amare: Quæso, ait, ut & la-
bore & periculo meo parcas, meque potius cælle ino-
pis & tuti otij successorem, quam diuitis, ac sollicitæ
gloria participem velis: quod & factum est. Cum
itaque viro Romanæ ecclesiæ nuncijs alijque pij
viri diuini iudicij metum, ac religionem incu-
terent; atque inter ceteros Petrus Columna
diaconus Cardinalis qui eo iniussus prouolarat,
instaret, ne diuinæ voluntati reluctaretur; pon-
tificium munus admisit. Mox qui aderant in
genua prouoluti, pedibus oscula supplices liba-
uere, ac magnifico comitatu deduxere. Carolus
enim Martellus, ut Iacobus refert b, Vngariæ
Rex ac Siculi sceptri heres, eo accurrerat. Que-
ritur vero auctor inuerso ordine, dum gradere-
tur, dextrum latus Regi Carolo, Cardinalibus
vero sinistrum dedisse, atque in ipsius consilia lai-
cos irrepsisse, quorum prudentiæ Ecclesiæ nego-
tia permittebat.

Pontificis magni dextrum latus ordine verso
Exceptit Carolum Regem, qui præsidet aruis
Appuliæ; laicæque manus subrepere passim
Consilij tentant diui in præcordia Patris.

Addit inde eas graues literas ad Cardinales
Perusij agentes emanasse, quibus ob ætatis ser-
uorem longius progredi non posse rescripsit. Suscep-
to vero summo Pontificatu tantum a fastu abfuit,
ut ne equum conscendere, sed asinum exemplo
Christi voluerit, cuius potius sapientiæ quam hu-
manæ conformandum se arbitrabatur: atque in
ea pompa quam describit c, Aquilam Regibus
Siciliæ & Vngariæ asini frana tenentibus est in-
gressus.

Intumidus vilem Murro conscendit asellum,
Regum frana manu dextra lauaque regente
Pontificis. Plures visu stupere, videntes
Sic humilem memorando Deum, cui præbuit omnis
Obsequium natura, placens sedisse benignum
Hoc animal, dum Iuda suas effusa coronas
Obuia prostravit vestes, ramosque recisos
Rettulit in laudem Christo viridantis oliuæ.

11. Non desuere qui Cælestini consilium da-
marent, cum ad seruandam Ecclesiæ maiestatem
sanctissimi viri regiam pompam, a qua penitus
alieni erant, passi essent. Et quidem Cardinales,
ac Siciliæ & Vngariæ Reges, qui accurrerant,
ab eo demissionis Christianæ consilio frustra reuo-
care conatos, narrat Petrus Cardinalis de Aliaco
his verbis d: Cum audita eius electionis fama Re-
ges Siciliæ & Vngariæ veloci cursu ad eum peruenis-
sent, & relicta cælla ad monasterium S. Spiritus cum
eis descendisset, & peractis ibi aliquot diebus ire Ro-
mam disponderet, non magnum equorum apparatus,
sed paruum asellum sibi adhiberi præcepit. Quod Re-
ges admirantes, ac alij Cardinales viæ eius comitan-
tes

Tentar su-
gam Pe-
trus.

a Petrar-
de vit so-
lit. l. 2. sect.
3. c. 18.

Magnis
precibus
fatigatus,
ac Numi-
nis tantū
meru pon-
tificat um
admittit.

b Iacob.
Card. l. 2.
c. 4. & l. 3.
cap. 1.

Negar
equo, sed
tantum
asino vehi.

c Id. ibid.
Siciliæ &
Vng Regi-
bus asini
frana ten-
entibus,
Aquilam
ingreditur

d Petr. de
Aliaco l. 2.
cap. 11.

tes vestigia, suadebant ne hanc ecclesia Dei inferret iniuriam. Sed ab incepto humilitatis proposito eum frustra conantur abstrahere, nam vsque ad ciuitatem Aquila super asellum sedens, honorabili ac innumerabili turba comitatus accessit. Hoc autem ab eo factum est non quidem superba singularitate, quasi alios, qui aliter fecerant, reprobare voluerit, sed singulari humilitate, qua a sancta rusticitatis monastica consuetudine nec facile nec cito auelli potuit. Hos quippe magnificos apparatus siue in equis, siue in vestibus ac alijs exterioribus ornamentis, quos plerique pompas vocant, a tempore B. Siluestri Pape sancti patris non solum summi Pontifices, sed et alij minores episcopi non ad suam, sed ad Christi & Ecclesia eius gloriam extollendam introduxisse credendi sunt: quos exterius cum temperantia moderamine obseruare, interius tamen seruata humilitate, non est vanitatis aut vitij, sed est virtutis ac meriti. Unde grauius increpandi sunt illi, & precipue monachi, qui sub pretextu humilitatis propter huius consuetudinis obseruantiam statui episcopali superbe detrahunt: multa namque in talibus decent episcopos, qua non decent monachos, aut eorum abbates, vel prelatos, sicut B. Bernardus testatur, dicens: *Alia quidem est causa episcoporum, alia monachorum. Scimus enim quo d illi sapientibus & insipientibus debitores cum sint, carnalis populi deuotionem, quia spiritalibus non possunt, corporalibus excitant ornamentis. Quod autem Christus illam singularem huius serui sui humilitatem non sibi ac Ecclesie sue imputaret ad iniuriam, sed ad honorem, singulari voluit declarare miraculo. Nam cum multi post eum infirmi portarentur, ut saltem possent eum tangere simbriam vestimenti (erat enim totius populi mira erga eum fidei deuotio) homo quidam, filium suum ambobus pedibus claudum portans, cum ad virum sanctum pra multitudine non valeret accedere, a fello de quo descenderat puerum imposuit, qui, sanitate recepta, ab illa hora firmiter ambulauit. De restituta pedum firmitate inopi contracto, qui magnis precibus obtinuit asino imponi, cui Caelestinus Christi, cuius vices gerebat, exemplo infederat, meminit etiam Vveltmonasteriensis.*

12 Interea a reliquorum Cardinalium collegio missa ad Caelestinum litera b, quibus precabatur, vt Perusium veniret: leniri humana indultia itineris labores posse: ingruere innumera pericula Apuliae ob Siculorum & Aragoniorum bellum. Imitaretur exemplum Martini praedecessoris, qui rebellantibus Siculis, licet ad suos defendendos comprimendosque hostes ferretur, consilio tamen Cardinalium in Apuliam non esset profectus; ac si Perusium adire nollit, vel saltem ex Siculo regno tumultuum ac periculorum pleno discederet. Sed nihil apud ipsum Cardinalium preces potuere, in Neapolitano enim regno ad confirmandas res suas eorum opera, qui in aula pontificia erant, detinere Carolus nitebatur, qua de re haec Ptolemaeus Lucensis c: *Attendendum, quod ipso creato simul cum decreto Cardinalium literas eidem transmittunt, & suae sanctitati significant, vt ad locum communem, vbi sua facta erat electio, dignaretur venire. Ille vero ad instatiam Regis venire recusabat: quinimo eisdem mandauit, vt ad ipsum veniant. His igitur peractis dominus Latinus grauius infirmatur, in quo totum pondus incumberebat super electione Caelestini. Hic enim dominus Latinus vir fuit magna religionis & sanctitatis, & ex deuotione specialiter coniunctus fuerat fratri Petro de Morrone, eidemque singulis annis a tempore suae notitiae specialem elemosynam transmittit, suosque*

confratres, qui morabantur Roma, vbi claustrum habebant prope sanctum Petrum. Ex hac ergo familiari deuotione & confidentia bonitatis fuit motus ad suadendum de ipso, vt in summum assumeretur Pontificem. Aggrauatus igitur aegritudine moritur Perusij, de quo magna & virtuosae dicuntur & exemplo digna. Sed redeundum est ad Caelestinum, quia sibi persuaderi non potuit vt veniret Perusium, sed in Aquila aliquo tempore pedem fixit. Tantu autem fuit ibidem concursus ad ipsum de vilijs & castris, quod superererat videre; quia magis veniebant ad suam obtinendam benedictionem, quam pro praebenda acquisitione: unde oportebat eum saepius ad fenestram accedere ad benedicendum populum, videlicet eorum clamoribus: quod & ego vidi, & praesens fui quando ista fiebant. Interim autem Cardinales aliqui praecedunt ad Papam, aliqui subsequuntur versus Aquilam: ultimus tamen ad veniendum fuit dominus Benedictus Gaytani, & dubitabatur quod non veniret, quia Regem verbis offenderat in Perusio. Venit igitur vltimo, & sic sciuit deducere sua negotia, quod factus est quasi dominus curiae.

13 Cum Aquilam confluxissent Cardinales, agitata de sacrando Pontifice consilia. Quae celebritas die decollationi S. Ioannis Baptistae sacro perfecta, vt refert Petrus de Aliaco Cardinalis: *In dicta, inquit, ciuitate Aquila, vocato Cardinalium cœtu Pater sanctus in festo decollationis S. Ioannis Baptistae coronam aliaque apostolica suscepit insignia: & quia in terris habitans, iam caelestis erat, & cum Apostolo vere dicere poterat: Nostra conuersatio in caelis est; in sua coronatione Deo, vt credimus, inspirante, Caelestini nomen accepit. Describit pluribus carmine Iacobus b Cardinalis feruoros ritus, vtque Latino Ostiensi episcopo, ad quem Pontificis sacrandi vetere instituto spectabat defuncto, Hugo Cardinalis ea dignitate ornatus sit & sacratu a Beneuentano archiepiscopo. Dein prosequitur, vt nouus Pontifex papalia insignia induerit.*

Est modus inuentus magna nouitatis & vrgens, Spernere consilium promptum, quo praesulis almi Fungere vix gelido cœtu, distante sacrari Mandarit Murro post hac sacrandus Hugonem Apatre Samnitum, necnon insignia rubra Sumpserit, & mantum, mithram, cinctumq; lapillu Obrizoque auro. Fuerant haec danda per armum, Leuitaeque manu Rubei: sed tanta vetusto Confert Neapoleo. Transfert tunc nomina Petrus In Caelestinum, quod vulgat plebibus idem Neapoleo. Subiecta pedum dant oscula proni Pontifices, Reges, clerus, comites, proceresque. Ipse tamen populo dextra prospectus ab alto Exhibuit sublimis apex signacula Christi. Et infra: Vestibus c ornati byffis, auroque decoris Insistunt operi proceres, praesulque nouellus Velletrensis Hugo liquidam fundebat oliuam In caput electi, cui pallia candida lana Insuper altari grandis leuita Mathaus Obtulit, & pbrgyium gemmis auroque coruscum. Post celebrata Deo missa solemnia, Papa Imposuit capiti, populo spectante, coronam. Deforis in thalamus campo sublimis aperto Structus erat iuxta templum, quo turba sedentem Cerneret hunc apicem, nimium populata pedestris. Hinc albo prouectus equo processit in urbem, Quam dicere Aquilam, seruat processio ritum, Ante ducem tendens longis clamoribus actum. Discubuitque suis cum fratribus ordine praesul, Vt decet antiquus regni mos festa peragrans.

14 Concurrisse ad eam celebritatem tantam homi-

Quibus ex causis Pontifices externam pompam fuerint passi.

Demissio Caelestini insigni miraculo diuinitus commendata.

v Vvltim. Flor. hist. hoc ann. b Iacob. Card. l. 3. cap. 1. Ptol. Luc. in annal. Rogatus a Caridd. vt Perusiu accederet in Neapolitano regno a Carolo a Ca rego detineretur.

c Ptol. Luc. hist. eccl. M. S. l. 24. c. 30. Latinus episc. Ostien. moritur.

hominum multitudinem, vt ad ducenta hominum millia ascenderet, testis est oculatus Ptolemæus Lucensis a. Ad consecrandam vero posteris rei gesta memoriam ecclesia, in qua peracta celebratas, sacris indulgentijs exornata est. Quarum quidem literarum forma inusitata subiectis verbis concepta est b: Nos qui in ipsius sancti decollatione capitis in ecclesia S. Mariae de colle Madio Aquilano ordinis S. Benedicti suscepimus diadema impositum capiti nostro insigne* hymnis, & canticis, ac fidelium deuotus* oraculis, cupimus venerabilibus honorari: vt igitur ipsius decollationis festiuitas in dicta ecclesia præcipuis extollatur honoribus, & populi Domini deuota frequentia tanto deuotius & feruentius honoretur, quanto inibi quarentium Dominum supplex postulatio gemmas ecclesie donis micantes spiritualibus sibi reperiret aternis tabernaculis profuturas, omnes vere pœnitentes & confessos, qui a vesperis eiusdem festiuitatis vigilia vsque ad vesperas festiuitatem ipsam immediate sequentes ad præmissam ecclesiam accesserint annuatim, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, a baptismo absolutum a culpa & pœna, quam pro suis merentur commissis omnibus & delictis. Dat. Aquila III. kal. octobris pontificatus nostri ann. I. Sed cum hoc beneficium in perniciem potius, quam salutem animarum vergere a Bonifacio crederetur, sequenti anno ab illo reuocatum est c: ac postea animaduerti in eos iussit, qui eam ecclesiam prætextu indulgentiarum adirent. d

15 Rescissa e sunt plura alia Cælestini gesta a successore, sicque in silentio & tenebris iacuerunt. Inter cætera vero Cælestinorum ordinem, cuius ipse vt dixi, erat conditor, confirmatum a Gregorio X. maximis auxit prerogatiuis f, vt tutius rebus diuinis sui vacarent: quod diploma typis cufum est g. Guidonem etiam Montiseretri comitem a Nicolao IV. ob Gibellinorum partes Pisis susceptas, sedisque Pontificiæ studiosos vexatos; tum ob Foroliuenses & Cæsenates concitatos ad rebellionem censuris defixum, veniam scelerum flagrantem, quem magno ardore animum a terrenis ad cælestia traduxisse visuri sumus; in gratiam restitui iussit, vt Bonifacius testatur h: Dum quondam Cælestinus Papa V. antecessor noster apostolatus officio præsuæret, idem Guido sanioris spiritu resumpto consilio, personaliter ad Apostolicam sedem accedens, ac rediens ad cor pœnitentis de commissis, ad eiusdem antecessoris & ecclesie prædictæ mandata duxit deuotius redeundum, obligationes, satisfactionem, & alia debita velut deuotus offerens, & veniam de commissis reuerenter implorans. Vnde præfatus antecessor misericordiam ianuam eidem aperiens, benigne ipsum talia offerentem admisit; & receptis ab eo prius corporaliter iuramento, ac postmodum certis cautionibus super ijs de parendo suis & ecclesie prædictæ mandatis; ipsum ab excommunicationum sententijs in eum propter præmissa vel eorum occasione per eandem ecclesiam, vel per quoscumque ipsius auctoritate prolatis, duxit iuxta formam Ecclesia absolvendum. Cum abeunte Cælestino pontificatu solutus non esset censuris, a Bonifacio id obtinuit. Dat. Romæ apud S. Petrum v. kal. decembris anno I.

16 Auxisse præterea Cælestinum Cardinalium numerum, consentiunt historici i septem nimirum Gallos, Italos vero quinque ad Caroli Regis Siciliæ gratiam sacra purpura donasse testatur Iacobus Cardinalis. I

Venerat ecce dies ignota ad culmina tollens,

Qua Cælestinus proceres augere senatus
Flagitat, & votum complet: nam bis repetitos
Sex creat & Gallos septem, paucosque Latinos
Quinque tamen, binos fratres sub lege morantes
Instituit propria, nullum quem subdita sedi
Immediata parit tellus, ex ordine patrum
Murrho dedit.

Recensentur a Ptolemæo Lucensi a nonnulla eorum nomina subiectis verbis: Fecit autem post hoc ad petitionem Regis vnâ magnam ordinationem Cardinalium, inter quos tres fuerunt de regno, videlicet dominus Landulphus de Neapoli, vnus de ordine suo, qui vocatus est dominus Thomas, tertius fuit autem archiepiscopus Beneuentanus, qui ante fuerat abbas Montiscassini: fecit & cancellarium Regis dominum Guillelmum de Pergamo, fecit & dominum Ioannem Monachi et archiepiscopum Lugdunensem, ac archiepiscopum Bituricensem, primus vocatus dominus Beraldus de Globo, & factus est Albanensis, secundus factus est Penestrinus.

17 Offendit ea res admodum, atque abalienauit aliorum Cardinalium animos, quorum consilium Cælestinus spreuisse videbatur. Exasperauit etiam eos magis, dum ob diuturnum ecclesiasticum interregnum, præteritaque seditione Gregorij X. decretum de Cardinalibus vacante sede in conclauis continendis iustis de causis, quas diuturni interpontificij incommoda ostendebant, renouauit. Similiter ingratum ipsis extitit non Romam, sed Neapolim petijisse, de quibus Iacobus Cardinalis hæc in sanctum asperiora scribit. b

Addidit errato diris processibus asper
Insuper hæc Murro, quod cum sibi Roma dedisset
Sceptra sui, dudumque; viam succinctus ad urbem
Tenderet eximiam Petri Paulique dicatam
Sanguine subductus Carolo, cœtuque sequente,
Parthenopen destexit iter. Sed primitus arctam
Gregorij legem statuit, qua claustra subire
Cardineos apices iussit, Pastore vacante
Ecclesia: quondam lex illa timenda recessit
Concilij, suspensa prius, renouata per istum,
Quam licet & duro laudent vulgaria plausu;
Certa tamen rerum docet experientia, casus
Hinc subsistere orbi cleroque pericula grandes.
Antiquis congesta malis incumbere sponte
Heu dolor, heu lacryma, patimur sine murmure
sauum.

Hæc auctor. Verum non inclusis, vt mos tulit, conclauis Cardinalibus, diuturna interpontificia magno rei ecclesiasticæ damno consecuta, experimento compertum est. Exulcerauit etiam Cardinales archiepiscopum Beneuentanum, post cœnam creatum Cardinalem fuisse c: adeoque contentio exarsit, vt archiepiscopus dignitate discedere coactus sit, qua postea ex antiquo ritu donatus est d. Nec tacite de sanctissimo Pontifice queri, ac missitate cœperunt inter sese, vt de viro gerendarum rerum imperito, qui syluas tantum & scopulos colere assuetus esset, adepto honore indignum: quotidie plures ad dignitates ecclesiasticas obrepere, qui ijs gerendis inepti essent. Iniecta e ergo ob hæc viro sancto ab ijs religio, qui se otij sacri delictijs, quas olim delibarat, priuari ægerrime ferebat, ac rerum diuinarum contemplandarum desiderium eo impulit, vt Card. Iacobo teste ad pontificiam dignitatem deponendam tota animi contentione, incubuerit. Resiciebatur enim adeo sacrarum rerum cogitatione, ac tanto pietatis sensu erat delibutus, vt appetente dominici aduentus tempore, pōtificiæ curia administrationem in tres Cardina-

Creati
Cardina-
les.

a Ptol. Luc
hist. eccl.
M. S. l. 24.
cap. 19.

Gregorij
decretum
de inclu-
dendis cō
clauis Car-
dinalibus
renouat.

b Iac. Card
l. 3. c. 9.

Constitu-
tio Greg.
X. de con-
clauis in-
cludendis
Card. re-
nouata.

Iniustæ
auctoris
querelæ.

Beneuen-
tanū arch.
creat a
cœna Car-
dinalium.

c Ib. c. 10.
Commotū
in sanctū
Pontif.
Cardina-
les.

d Eod. cap.
e Prol. Luc
in annal.
Sanctus
Pontifex
in festo
Domini
natalitio
ab homi-
num com-
mercio di-
uinis ani-
mum app-
licaturus
se subdu-
cit.

les transfuderit : ipse vero cella humili in palatio se incluserit a, vt soli Deo vacaret; tum discordias Cardinalium de se obmurmurantium sopiret. Ipsum enim proditum fuisse ab improbis curiæ administris, quos vrebatur avaritia, ac diplomata ad plurimum gratiam contra fas elicitata, atque inde creatam sanctissimo Pontifici inuidiam indicat Ptolemæus Lucensis. b

18 *Quamuis, inquit, Cælestinus faceret opera sancti viri, quia per statum pontificalem non recesserat ab innocentia primi status, sed eadem humilitas, eadem puritas perseveravit in ipso, licet modus viuendi esset immutatus propter dignitatem; decipiebatur tamen in suis officialibus quantum ad gratias quæ fiebant, quorum ipse notitiam habere non poterat, tum propter impotentiam senectutis quia atatis decrepita, tum propter inexperientiam regiminis circa fraudes & hominum versutias, in quibus curiæ multum vigent; unde inueniebantur gratiæ aliquando factæ tribus, vel quatuor, vel pluribus personis, membrana etiam vacua, sed bullata.*

Hoc igitur percipientes quidam de collegio, iam incipiunt querulari, & ecclesiæ fluctuationi attendere, ac etiam eidem Pontifici insinuare sub pretextu suæ sanctitatis quantum sibi periculum imminerebat. Interim autem Rex Carolus, vt tradunt, ordinavit cum Cælestino, siue cum beneplacito collegij factum est, quod curia transferretur Neapolim. Vadens igitur illuc multum stimuletur ab aliquibus Cardinalibus, quod papatu cedat, quod etiam Roma sub ipso periclitatur, & sub eo confunditur. Quibus stimulis concutatur sanctus Pater. Quod cum perpendifset Rex & clerus, mandat fieri processionem a maiori ecclesiâ vsque ad castrum Regis: cui processioni ego interfui. Vbi conuenerunt multi episcopi regionis, omnes religiosi, & totus clerus; cumque peruenisset processio ad dictum castrum, ubi dictus Pontifex morabatur, exclamauimus more solito pro benedictione: ipse vero pro reuerentia processionis ad fenestram accessit cum tribus episcopis. Data igitur benedictione, vnus episcopus processionis predictæ a sancto Pontifice audientiam petit, loquens in persona Regis, & totius regni quantum ad clerum & populum, me presente, supplicans humiliter eidem vice & nomine omnium supradictorum, voce altissima & tubali, quia processio tota audierat inferius in platea, Papa autem superius in fenestra; quod cum ipse esset gloria dicti regni, nulla persuasione ad resignandum consentiret. Ad quæ verba ex mandato Pape vnus ex episcopis, qui cum ipso erat, respondit, quod non intendebat, nisi aliud appareret, unde conscientia vrgeretur. Tunc dictus episcopus prolocutor pro Rege & regno alte incipit, Te Deum laudamus, & tota processio prosequitur ipsum vsque in finem: & ad propria redeunt: quod fuit quidem, vt mihi constat, circa festum beati Nicolai. Hoc autem non obstante, adhuc aliqui Cardinales mordaciter infestant, quod periculum anime suæ papatum tenebat propter inconuenientiam & mala, quæ sequebantur ex suo regimine: ad quæ verba mouetur sanctus.

19 Cum vero hæcenus inauditum esset, vt Pontifex Romanus dignitate decessisset, & cæteros præfules, abbates, episcopos, archiepiscopos, patriarchas id quidem, petita ab illo facultate præstare posse, at Pontificem summum id agere non posse videri, cum nullum in terris superiorem agnoscat; doctissimorum virorum consilia, ac nonnullorum præcipue Cardinalium explorauit, reque multum agitata ventilataque, augustissimum onus, sed ipsi intolerandum, excutere decreuit. Edita ergo constitutione, assentientibus

Cardinalibus, Romanum Pontificem munere abire volentem posse, pronunciauit a, ad tollendam ambiguitatem: *Exemplum inducens, inquit, S. Antoninus b, Clementis Papa, qui creatus Pontifex a B. Petro renunciauit papatu, ne illud in consuetudinem & exemplum duceretur, vt per voluntatem & electionem prædecessoris successor in dignitatibus ecclesiasticis institueretur. Vnde Linus post Petrum sedit, & post Linum Cletus, post quem Clemens tunc sedem accepit.* Sequenti vero die S. Lucia sacro promulgatæ legis auctoritate vsus, cultuque pontificio ornatus, Cardinalium cinctus corona, imperatoque ijs silentio, ne dicentem abrumperent, scriptum protulit, ex quo allatis abdicandi honoris causis, imparibus gerendæ dignitati virtutibus, effæto senio, incomptis moribus, inculto dicendi genere, imperitia rerum gerendarum, defectu experientia, tenuitate ingenij, iudicij inopia, quæ magno Christianæ humilitatis exemplo exaggerauit pontificatu se exiit.

20 Concepta est huiusmodi abdicationis forma c subiectis verbis: *Ego Cælestinus Papa V, motus ex legitimis causis, id est causa humilitatis, & melioris vitæ, & conscientia illæsa, debilitate corporis, defectu scientia, & malignitate plebis, & infirmitate persona, & vt præterita consolationis vitæ possim reparare quietem, sponte ac libere cedo papatu, & expresse renuncio loco & dignitati, oneri & honori, dans plenam & liberam facultatem ex nunc sacro cœtui Cardinalium eligendi, & prouidendi dumtaxat canonice vniuersali Ecclesiæ de Pastore.* Huiusmodi porto formam ab ipso Cælestino compositam non fuisse, indicat Iacobus Cardinalis his verbis. d

— Clarente per ortum

*Sole die festo Lucia virginis alma,
Coccineam chlamydem vestitus, signaque gestans,
Cælestinus berus Pape sedesit in vnum
Cum patribus thalamû pallens: doctusq; latenter
Portabat clausum scriptum: nec defuit huius
Auctor, &c.*

Illum fuisse Benedictum Caietanum Cardinalem, existimatum est. Et sane ipsum deponendæ pontificæ dignitatis præcipuum suaforem, extitisse præter alios docet Ptolemæus Lucensis his verbis e: *Dominus Benedictus cum aliquibus Cardinalibus Cælestino persuadet, vt officio cedat, quia propter suam simplicitatem, licet sanctus vir, & vitæ magni foret exempli, sæpius aduersis confundebatur ecclesiæ, in gratijs faciendis & circa regimen orbis.*

21 Obsecrarse Cardinales per sacra omnia, vt quantocyus Pontificem sibi subrogarent, ne Christiana respublica in discrimen adduceretur, tradit Vvestmonasteriensis f. Et quidem solitas disensiones renouata Gregorij X. constitutione præuerterat sapienter. Vvestmonasteriensis vero consentit Iacobus Cardinalis, dum S. Cælestinum hæc verba spirantia sanctitatem inducit. g

----- *Duces primo succurrere mundo,
Et date Pastorem viridantia pascua dantem,
Præsentemque gregi redem doctumque perennis
Pandere iter vitæ, nostrosque vt corrigat actus,
Obnixæ petimus, cum deuius impulit error.
Nam multis varijsque modis errasse fatemur.
Audito h sermone patris, suspiria dulces
Accipiunt animos procerum, lacrymæque per ora
Decurrunt. Quis mira videns non flebitur? &c.*

Excussisse multo magis lacrymas ex oculis Cardinalium S. Cælestinum, addit auctor, cum pontificio ornatu abiecto hirsuta & horrenti veste indutus apparuisset.

Luc. Card
l. 3. c. 11.

Procl. Luc
hist. eccl.
M. S. l. 24.
c. 31.
Admini-
stri curiæ
abusi Cæ-
lestini cæ-
dore.

Populi in-
structo ag-
mine reli-
gioso flen-
tes rogâr,
ne eccle-
siam dese-
rat.

His mo-
tus assen-
titur.

*immine-
bat si

Deliberat
pontifica-
tum abij-
cere.

Tunc a abeunte foras Petro, collegia pensant
 His super: & viso, quod cessit, digna volentes
 Assum, referunt placidos admittere cœtum
 Dissensus: ipsumque rogant ut stare serenus
 Eligat, implorans humili suffragia voto
 Diuina in plebem, populo sine Præsule mœsto.
 Nec b deerant lacrymæ verbis: nam languidus ille
 Secedens, vestes habitus mutauerat omnis
 Papalis, chlamydem vestitus terga pilosam.
 Fit c monachus qui Papa fuit, simplexque sacerdos
 Præsul: & inclinans alijs, cui regia sceptrum,
 Imperij diadema sacrum, mitræque bicornes,
 Illustris spectandus herus, clarissima turba,
 Religiosa amor, clerus, milesque pedestes,
 Agricola duri, profugus mercator & orbis
 Paruerant: si iura colunt, Christumque salutis
 Auctorem nouere suum.

De inueto adeo facinore quo, vt ait Iordanus a,
 præbuit humilitatis exemplum stupendum cunctis,
 imitabile paucis; varie sunt locuti auctores. Et
 quidem nonnulli temere rationem illius in dege-
 neris & abiecti animi vitium, alij in tranquillita-
 tis studium, alij in humilitatis Christianæ amorem
 contulerunt: ac sane Bernardus acutissime attigit,
 dum abdicationem huiusmodi maiori admiratione
 dignam, quam electionem fuisse affirmat. e

22 Ne vero quis male ipsum pontificatu abijse
 arbitraretur, non minus postea miraculis, quam
 ante effulgit; hæc enim tradit vitæ auctor f: *Vt in-
 ter executionem huius facti, & ipsius laudem & ad-
 mirationem nulli dubio mentis iudicio fluitarent,
 miraculum quod prima die post eius renunciationem
 Dominus per eum facere dignatus est, certum indi-
 cium fuit. Nam cum post eius missam quidam clau-
 det membris contractis sese ad pedes ipsius prosterne-
 ret, accepta ab eo benedictione, sanus erectus est:
 quod profecto non fieret, si quod ab eo gestum erat,
 tamquam indignum Dominus reprobarat. Eandem
 abdicationem, vt virtutis heroicæ exemplum,
 commendauit postea Clemens V. g qui ipsum
 sanctorum catalogo solemniter apposuit: vt
 mittam S. Antoninum, qui refert, Petrarcham fa-
 ctum collaudasse, ac Dantis leuitati illius opponit
 grauitatē, cuius h verba ornatissima referre placet:
 Pontificatu maximo, de Cælestino loquitur Petrar-
 cha, velut mortifero fasce deposito, in antiquam soli-
 tudinem tam capide repedauit, vt hostili compede li-
 beratum crederes. Quod factum solitarij sanctique
 patris vilitati animi quisquis volet attribuat, his
 Dantem carpere videtur, licet enim in eadem re
 pro varietate ingeniorum non diuersa tantum, sed
 aduersa sentire; ego in primis & sibi vtile arbitror,
 & mundo: vtri que enim propter inexperientiam re-
 rum humanarum, quas multa diuinarum contem-
 platione neglexerat, longumque solitudinis amorem
 periculosa esse, anceps & turbida poterat altitudo.
 Nam quid Christo visum sit, miraculum quod per
 eum Deus ostendit die, qui post renunciationem pri-
 mus illuxit, indicio est; quod profecto non fieret, si
 quod gestum erat, diuinitas non probaret. Ego pro-
 fus alessimi cuiusdam & liberissimi, & iugum nes-
 cientis, vereque caelestis animi factum reor: atque
 ita sentio, non potuisse id ab homine fieri, nisi qui res
 humanas iusto pretio estimasset, qui que tumidum
 fortune caput pedibus subiecisset. Ambrosij patrocini-
 o locus eget, ex eo præsertim libro, quo ad vere
 humilitatis obseruatiam sacram virginem Demetria-
 dem cohortatur: Non vt dilectores, inquit, huius
 seculi putant, parui cordis, aut segnis est animi ter-
 renas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec
 ibi gloriam querere, vbi laudatur peccator in desiderijs*

anima sua; & qui iniqua gerit, benedicatur. Vnde si
 vere intelligatur contemptus iste rerum presentium,
 ad qua tendat & qualia cōcupiscat, nihil huiusmodi
 mentibus relictis, nihil inuenitur erectus, qua sacratis-
 simis desiderijs vniuersa transcendunt, neq; ad vllam
 creaturam, quamuis potentem atque mirabilem: sed ad
 ipsum omnium visibilium atque inuisibilium ambientium
 Creatorem, cui appropinquare clarescere est, quem ti-
 mere gaudere est, cui seruire regnare est.

Huius præconio laudis quis vsquā, quaso, seu quis
 vnquā dignior Cælestino? Reliquerunt alij nauiculas
 suas ac retia, alij possessiunculas, alij telonei, alij etiā
 regna, vel regnorum spem: secutiq; Christum dominū
 facti sunt Apostoli, facti sunt sancti & amici Dei; pa-
 pātum vero, quo nihil est altius, rem tam exoptatam,
 tamq; mirabilem, vt ab admiratione ac stupore dictam
 ferant, quis vlla etate, præsertim ex quo tanto in pre-
 tio esse cepit, tam mirabili & excelso animo contempsit,
 quam Cælestinus iste, pristinum & nomen & locum, &
 amicam bonis moribus egestatem appetens, atq; dum
 celum suspicit, terræ immemor: Quem in statu quoli-
 bet aque Deo placitum quis non videt, qui mira eius
 opera, sed alio digna stylo trifariam distincta perle-
 gerit, qua gestit, aut antequam ascenderet, aut post-
 quam descendit, aut dum sedit? Quid miri autem, si
 virtus operum non defuit, cuius & animi tenor vnus
 & qua licuit vitæ mutatio nulla fuit? Siquidem in
 supremo rerum culmine, & inter augustissimum
 ac papalem thalamum angustam sibi eremiticamque
 cauernulam meditatus, in alto humilis, inter turbas
 solitarius, inter diuites pauper vixit. Nonnullif-
 que interiectis addit Petrarcha.

Ad Cælestinum redeo, cuius ascensus quam mœ-
 stus, quamque contra animum suum esset, descensus
 latus & spontaneus declarauit. Audiuī narrantes,
 qui viderant, tanto illum fugisse cum gaudio, eaque
 signa lætitiæ spiritualis oculis ac fronte gestantem,
 dum à conspectu concilij, iam tandem sibi redditus, ac
 liber abscederet, quasi non humerum blando oneri,
 sed collum diris securibus subduxisset, vique eius in
 vultu nescio quid angelicum retinebat. Nec immeri-
 to, norat enim quid repeteret, nec quid dimitteret,
 ignorabat. Certe a laboribus ad requiem, ab insanis di-
 sceptionibus ad diuina colloquia remeabat: linque-
 bat Urbem, ibat animo, & nisi successoris fastus ob-
 staret, pedibus ibat in montem bispidum, fateor, ac
 præruptum, sed vnde sibi planum iter esset ad su-
 peros. Hactenus Petrarcha. Ex eo vero atque alijs
 superiori loco dictis refelluntur nonnulla inepta,
 apocrypha, & fabulosa de voce ab impostore per-
 tabam oblongiorem noctu immissa, atque alia que
 a nonnullis recentioribus historiae fuere incaute
 consignata, quæque nouatores in centuriam ter-
 tiamdecimam contulere a; impudentissimi vero
 mortalium nō erubere sanctissimum Cælestinum
 hypocrisis damnare: sed missis blasphemis institu-
 tam orationem repetamus.

23 Vacante igitur sede ob voluntariam Cæle-
 stini abdicationem, postquam is mensibus quin-
 que, diebus nonem pontificatum tenuisset (id enim
 temporis a quinta die iulij qua renuntiatum vidi-
 mus, ad diem S. Lucie factum, qui in XIII. decem-
 bris incidit, quo munere abiit, excurrit) Cardina-
 les ex renouata a sancto viro Gregorij X. lege con-
 clauis inclusi, imploranda Spiritus sancti opi ve-
 teri instituto vacauerunt, ac demum Benedictum
 Caietanum patria Anagninum, Luitfredi Caietani
 filium, presbyterum Cardinalem tit. SS. Siluestri
 & Martini consentientibus votis Pontificem crea-
 runt: in cuius electione seruatos ritus describit Ia-
 cobus Cardinalis b

Vir sanctus
 exultans
 abire in so-
 litudinē.

a Cent. 13
 c. 7. col.
 736. & c.
 10. col.
 1012.
 Refelluntur noua-
 tores

b Iac. Card
 l. 1 de con-
 sac. Bonif
 cap. 1.

Cardinales con-
clavi inclu-
si.

Diuinam
precibus
implorant
opem.

Benedi-
cti creant
Pontificē.

b Eod. lib.
cap. 2.

Cur is Bo-
nificij no-
men sum-
pserit.

b Iac. Card
S. Georg.
ad velaur
in prefat.
oper.
Eius elo-
gium
Iphius pri-
mitia.

e Ptol. Luc
hist. eccl.
M.S. l. 24.
cap. 36.
d Bonif. h
ep. 466.
e Iord. M.
S. var. sign
n. 1960.
f An. Chr.
1280. n. 2.
Gesta pre-
cipua mu-
nera.

g Ann.
1283. n. 12.

h Ann.
1290. n. 24.

i Ann.
1289. n. 17.

l Ann.
1290. n. 20.
m Ann.
1291. n. 51.

*Iam veneranda ducum cleri stipata cateruis
Turba, nouum lectura Patrum, conuenerat aula
Regis; & excurso bis quino lumine phæbi
Lege dato, proceres obstructis marmore valuis,
Carcere clauduntur: nec non seruata priorum
Tempora sunt morumque senum, missæque celebres
A patribus, vocesque ducum resonare per hymnos,
Sermoque diffusus. Post hæc procedere visum est.
Scrutantesque suum per claustra silentia votum,
Mox referant, patuitque; uiris haud spiritus idem,
Sed quasi conformis: nam plurima nomina fratrum
In te conueniunt: alij licet altera fossi,
O cardo Benedicte sacer, huiusque quondam
Eligeris: nam digna quidem concordia uocum
Accessit, pater almæ patrum, ne promptior ausit
His aliud culpam celans finxisse, rubentum
Quisque tuo submissa pedi dedit oscula supplex.
Sic a igitur lacrymans, ac molis pondera librans
Assensit gestare iugum, iam doctus ab ante
Quis labor & meritum cruciet, quam publica cura
Pontificem roseis spinam substrare cruentam
Floribus, haud dubitat sic pastor conscius aui.
Cumque foret Benedictus ei de fonte perenni
Nomen, ut excrescens fieret, maiorque secundis
Rebus, & addicto laudem conuerteret heros
Gestorum laudes præsul, Bonifacius inde
Dicitur: in uoces modularis spiritus altas
Concrepat, ac populus festinat currere, miles
Tentat in auditum, &c.*

Contigit b ix. kal. ianuar. ipso natalis Do-
mini peruigilio creatio Bonifacij, ut obseruat Ia-
cobus Cardinalis his uerbis. Post huiusmodi Cale-
stini cessionem die undecima, uigilia scilicet natalis
Domini, quæ habentis tunc millesimi ducentissimi
nonagesimi quarti anni ultimo decurrebat die, Boni-
facius VIII. tunc Benedictus Gaictanus nomine
Anagnia ortus, profunda iuris utriusque scientiæ,
longique in illis exercitij, doctæque; experientia, in Roma-
na ecclesiæ moribus ueteranus, cardine etiam insignis,
in summum Pontificem scrutinio accessioneque eligitur.
Ornat illum simillimo elogio Ptolemæus Lu-
censis c. Explicare uero primum capit rerum
gerendarum industriam in Othoboni Cardinalis,
postea in Pontificatu Adriani V. nuncupati, lega-
tione amplissima, quam is in Anglia obibat. Pa-
troni etiam causarum ac dein notarij Apostolici
functus e munere a Nicolao III. una cum Mat-
thæo Cardinale adhibitus est f, ut fœderis inter
Rodolphum Romanorum, & Carolum I. Sicilia
Reges de Prouinciâ Etruriæque dominatu con-
tendentes, ineundi formulas conficeret. Tum sacra
purpura ornatus, primum diaconus S. Nicolai in
carnere Tulliano, dein presbyter tit. SS. Siluestri
& Martini creatus, cum eloquentia ualeret, a Mar-
tino IV. ad Carolum I. Regem missus est, ut ipsum
a suscipiendo cum Petro Rege Aragonum singula-
ri certamine dererreret g, cuius spreuisse consi-
lia maximo exitio fuit: Nicolao IV. Pontifice, ges-
sit h in Sicilia citeriori legati apostolici munus
ad populos in ecclesiâ & Caroli fide continendos:
atque ab eodem Pontif. componendâ grauissimâ
inter clerum Lusitaniz & Dionysium Regem con-
trouersia præfectus i, paulo post ad transalpinos
Reges una cum Gerardo episcopo Sabinensi mis-
sus, sciendâ inter Carolum Siciliæ & Alfonso
Reges concordia præfuit l: tum restituendi re-
gno Iacobi Regis Balearum, conciliandi eidem
Alfonso Caroli ualefij ac iure actioneque in Va-
lentiz & Aragoniz regna decedentem admitten-
di; sopiendâ inter Eduardum Anglorum &
Philippum Francorū Reges dissensionis, tutandâ,

in Gallijs ordinis ecclesiastici immunitatis a Phi-
lippo oppressæ; denique ingentis auxiliij pro in-
stauranda pereunte re Syriaca comparandi, pro-
uincia demandata est a. Dum tenebat interpon-
tificium a Nicolai morte, datum eidem Benedi-
cto uitio est, discordias Cardinaliū ipsum aluisse b;
unde uerbis asperioribus a Rege Carolo exceptus
est: quamquam postea Cælestino Pontifice in
illius gratiam se insinuauit, ac papalis curiæ admi-
nistrationem corripuit c Describit eius dotes S.
Antoninus his uerbis d: *Nobilis secundum secu-
lum, uir utique prudens & liberatus, & magni ani-
mi, zelator magnus, & conseruator iurium Ecclesiæ.*
Factus uitio uulgo notatur ab historicis e, e qui-
bus Iordanus i ubi nonnulla de singulari illius
industria peritiæque dixit, subiungit: *Sed ex hoc
factus est fastuosus & arrogans, omnium contem-
ptiuus: unde factus Pontifex prædecessorum suorum
Nicolai & Cælestini gratias reuocauit.* Omnium
vero accuratissime illius primitias describit Iaco-
bus Cardinalis, a quo superius dicta confirmantur,
ac primum a patria ita exorditur. g

*Clara domus genuit, quam nutrit Anagnia colle
Gaictana uirum diues, seu carmina uatum
Insinuant, urbs illa fuit disloque uetusta:
Sed longe maiore gradu prælata refertur,
Floridâ cui triplices nostro producere plantas
Tempore concessum est, quæ Petri sede monarchæ
Imperio cunctas subigunt de iure cathedras,
Quas inter præluce heros, cui scandere fasces
Iuserat. En legum titulum sortitus ab olim.
Sæpe tulit casus leges, & perculit hostem;
Sæpe repperçussus, contundens spicula uictor.
Sæpe fuit mens alta uiro, facunda iuuentus,
Et docile ingenium, solers industria, promptum
Obsequium, secuta palam prudentia fari
Præsulibus fecere uiam, qua tractus in altum
Cresceret: hinc scribamur uis papalis adeptus,
Omnia pertractans, clarus dictamine quondam.
Cardineo fulsit rubeo huius sacerdos,
Cardo manens, Benedictus heros, nunc culmine summo
Imperat. O pietas miserantis in omnia Christi
Ecclesiæ, cuius lacrymis & uulnere diro
Sanamur, gens cæca malo cæcata parentum
Delictis, dum tantus apex, qui secula, mores,
Pontifices, clerum, Reges, proceresque, ducesque;
Et Gallos, Anglosque procul, fraudeque minasque,
Terrarumque plagas orbemque; reuiderat omnem.
Romaneque statum sedis ueteranus in illa
Eligitur, pensata quidem medicina, coaquans
Languores tibi Christe Deus, sed proxima nobis
Tempora prospicimus. Succesit in ardua prudens
Fluctibus in medijs ortus: Campania talem
Edidit, ac tantam produxit Anagnia prolem.*

Prænuuntiasse S. Cælestinum Bonifacio pontifica-
tum, scribit uersu Iacobus Cardinalis h, idque
se ex ipsius Bonifacij & aliorum ore accepisse:
additque in curia apostolica paulo post a sua ab-
dicatione remoratum, ut antea vitæ errata
sacra exhomologesi apud Bonifacium expiaret i.
Auctoris uerba hæc sunt, Cælestinum compell-
lantis.

*At tua simplicitas, perfectio, puraque mentis
Religio, deuota fides, spes firma salutis,
Illo se referant, quo dulcis in omnia uerax,
Cuncta a uo commissa tuo peccamina pandis
Summo apici: quæ causa senem remanere coegit,
Post cessum papale decus discedere promptum.
Narrat soluta oratione idem auctor, ut Boni-
facius sanctum uirum tradere custodia meditarecur,
isque curiæ strepitus perosus fuga solitudinem*

reperierit: *Humane*, inquit, *cedentem*, nempe *Caëlestinum*, tractans eum secum ad Romanas vel Campaniæ partes ducere tentabat, cauens sibi Ecclesiæque, ne viro simplici aliquorū calliditate periculi aliquid suaderetur. Sed tamen sua in tempus frustratur opinio: nam in die festi circumcisiōnis eius ne crastino, Neapoli Romam iter aggressurus, præmissum suas celantem vias Murronem eius inscijs custodiibus diuertisse comperit. Iis Bonifacius caute anxius, nec captum iter profegui, nec latitantem, ac se eius rei non aduertisset, desistit. Sed de Caëlestini fuga iterum anno sequenti.

24 Nobilitata est hoc anno Italia augustissimo munere sacra Deiparæ æde Nazarethana, quæ ante annos tres ac menses septem in Dalmatia constitit. Qua de causa in Picenum superato Adriatico mari transfucta fuit, haud plane constat: maxime certe inde ædi sacræ dignitas conciliata est; diuini enim aliquid in ea inesse conspicuum fuit. Cum ita locum mutasse compertum est, Frangipanius ex primaria veterum Romanorum profapia ortus Illyrici prætor similem ædem in eodem, ubi subliterat, loco condidit, ut refert historiz Lauretanæ scriptor a: *Nicolaus Frangipanius nouam ædem Nazarena parem ac geminam in iisdem vestigijs, ubi illa steterat, abs se extructam magnifico circumdedit templo. Id templum S. Maria a Tersa factio vocatur, vel veteri sanctissimi sacelli memoria, vel nouis miraculis nobile, & in eo templo ad ianuam assimulata Nazarena domus egregium Nicolai Frangipaniij monumentum hodie visitur, qui templi conditor pro sua erga natalem Virginis domum eximia religione proximum illius vestigijs sepulcrum elegit sibi posterisque. Quin etiam u. armonea inibi tabula extat perantiqua tanti miraculi ad posteros testis, in qua incisum: HIC EST LOCVS, IN QVO OLIM FUIT SANCTISSIMA DOMVS B. VIRGINIS DE LAVRETO, QUAE NUNC IN RECINETI PARTIBVS COLITVR. Condidit noctu in syl. a. Recinetensis agri passus mille circiter a mari distita, quæ ad nobilem matronam Lauretam nomine pertinebat, atque inde Lauretanæ domus nomen traxit: quod insigne prodigium memoratus auctor his verbis enarrat b: Celeste hoc donum mira opportunitate transmissum Italiae est anno MCCXCIV. Et infra: IV. IAN. DEC. MBRIS insigni ac sempiternæ memoriæ commendando die Virgo Deiparapacem, salutemque Italia ferens, in Piceno sua domui sedem optauit. Picenum regio Italiae est haud ignobilis & satis opulenta, e regione Dalmatiæ sita, interiecto Adriatico mari, quod etiam superũ appellatur. Ergo sacrosancta domus e Dalmatia trans Adriaticum sinum, qua traiectus patet millia passuum ferme centum, in Picenum delata, condesit in Recinetensis agri sylua mille circiter passus a mari. Ea sylua matronæ cuiusdam Recinetensis erat diuitis iuxta pieque. Laureta nomen fuit: cuius deinde nomine Lauretana ædes appellata immortalæ vicissim reddidit celebritatem ei, unde nomen accepit. Tenet fama, nec vana est fides, venienti Deiparæ domicilio arbores obutas velut venerabundas inclinasse se, ac deinde pronas perstitisse quoad auro ventis, ferro procumberent. Proinde dum staret nemus, quod hodie excisum est, inclinatas ad ædis aduentum longo ordine monstrari solitas peregrinis tanti miraculi testes, recens est adhuc memoria. Narravit mihi haud dubia fide vir abs se complures illarum arborum non fere amplius viginti ab hinc annis, nec semel nec sine admiratione conspectas; toto videlicet trunco pronas eas fuisse, ac proclinas versas mare, qua sacrosancta domus in destinatam sylua*

sedem sublimis inuectæ transferat: easdem porro arbores exciso etiam saltu superstitibus diu fuisse religione tutante; demum annis ab hinc circiter viginti rusticorum accolarum inscitia casus, ne impedimento arationi forent.

Intempsta noxerat, cum Virginis domus vacuum sylua spatium incedit. Custodiebant tum armenta Recinetensium in proximo saltu pastores, diuisis inter se de more vigilijs, cum subito lux sacræ circumfusa domui excubantium oculo eo repente conuerit. Mirum eis videri nouum in solitudine illa tectum, & quidem luce conspicuum subito extitisse. Et fuit inter eos, qui eam conspexisse se diceret cum sublimis supra mare ferretur. Ig. tur socijs ad spectaculum excitatis, primo multa inter se, ut est admirantium mos, seiscitari; inde mutus se vocibus ad rem explorandam accendere, omnesque pariter id quod erat coniectare ceperunt ibi aliquid esse diuini: accedunt, tectum subeunt. Limen ingressi, cohorr. scere primum animos, mox inusitatæ quadam dulcedine perfundi sentiunt. Itaque venerabundi precibus reliquam exegere noctem, quacumque sub tectio erant intentius contemplantes. Prima inde luce ex ijs nonnulli Recinetum (aberat ab eo loco millia passuum ferme quatuor) iter intendunt: quæ viderint dominis nunciant. Tota res primo ob auidiorum simplicitatem cum ipsis auctoribus spreta, vana scilicet ab ijs afferri, & fortasse obiectam in somnis imaginem. Pastoribus deinæ omni asseueratione affirmantibus, eniuvero oculos facturos fidem si uerent; domini magis uelle credere quam audere. Ad ultimum, ne aut creditum temere tam insolitum miraculum rusticorum hominum testimonio, aut pro vano prætermisum, quoa verum esset, ipsorum incuria videretur, illis comites addunt se, quia tandem rei foret exploraturi. Vbi ventum est in demonstratum nemoris locum, & pastorum fides extitit; vix satis oculis, vix sibi quisque credebat. Certe illam ædem ibi nunquam antea visam, nec recens conditam, quod eius vetustas satis ostendat, diuinitus utique ahunne auuectam, aut calo delapsam. Talia uamirabunda inter se mussitantes, propius accedunt: tectum cernunt non tam specie quam antiquitate insigne. Mirantur adeo vetustum ædificium stare nullis innoxum fundamentis, nullis suffulium adminiculis. Mox suspensis animis limen intrant, B. Virginem lesum puerum manibus complexam supplices venerantur. Nec pietatis defuit fructus. Tantis repente eos latitia mistus horror inucessit, nusquam ut in omni vita presentius Dei numen sensisse se dicerent. Confestim igitur in urbem citato recurrunt gradu, diuinum munus inter se sibi & patriæ gratulantes. Præcipuum Lauretæ matronæ gaudium fuit, cuius saltum diuina illa ædes incederat.

Ut primum urbem tanti miraculi fama peruasit, velut signo dato, mirus hominum cuiusque ordinis ac generis insolito spectaculo oculos implere cupientium concursus fieri in syluam. Non pueri, non puellæ, non senes, non debiles domi continere se posse. Aegri quoque relictis grabatis adrepere, visendi cupiditate, ut fit, vires subministrante. Plerique impetu quodam ardoris ruentes certatim ante alios pronolabant, ut tale spectaculum oculis capefferent primi. Quo propius perueniendi spes admouebatur loc magis concurrentium multitudo visendique cupido crescebat. Vbi vero sacrosancta se des, cuius conspectum nam arborum interseperant, in apertiore saltum ingressis subito apparuit, confestim omnes in unum conuolare ceperunt: tantique undique ex syluæ semitis repente concursus facti adire, contingere, osculari sanctos parietes cupientium, ut se mutuo pre-

Caëlestis splendor facram, ædem circumfudit.

Pastores miraculi testes & nuntij.

Piorum ad sacram ædem concursus.

mentes pene alij super alios corruerent. In augusta sedis ingressu, dum venerabundi salutant Virginem, ingenti religione perfusi lacrymarum vim profundunt, consilia ineunt melioris vite, ab eo loco diuelli nequeunt. Inter hac ingentes undique agrorum, praecipue ac debiliū clamores exaudiri, confusis vocibus patronam, matrem, cali Reginam, Dei parentem appellantium, valetudinemque ac sanitatem crebris exposcentium precibus: nec voces vanae, nec preces irritae cadebant. Protinus depulsis morbis, restitutisque viribus multorum diuina vis exitit. Tum vero ingeminari clamor ceptus agentium Deo ac Virgini grates, & caelestem vim operumque praedictantium in se ipsis expertam. Ergo ut Recinetensibus diuina lux liberalitatis affulsit, certatim sanctissima Virginis cella coli ab eis, celebrarique cepta est. Sed priuata inter publicos honores Laureta studia eminebant, ex quo ad Lauretane deinde nomen factum. Ut vero ex hoc loco in collem proximum atque iterum in alium deportata fuerit, sequenti anno dicitur.

Beneficia diuini collata opē Dei parā implorantibus.

Aquitania Philippus Eduardo cripti.

25 In Gallijs bellum atrox gestum, cuius causas anno praeterito Eduardum inter & Philippum enatas vidimus. Cum enim Eduardus constituta die ad dicendam vexata populatione Galliarum orae maritimae causam non affuisset, Philippus Rex ipsum Aquitaniae ducatu, cuius nomine fiduciarium se erat professus, edicto priuauit, ad quam prouinciam recipiendam validum immittit exercitum: ac tum, cum Angliae Rex Edmundi fratris opera, Ioanna & Maria Reginae Franciae foederis interpretibus, illatas Gallico nomini iniurias, permissis Regis Gallorum fidei sex arcibus ac datis pluribus obsidibus, sarciret; ponderetque Philippus Rex edictum in Eduardum de reuocanda ad Gallicam coronam Aquitania abrogaturum; eum etiam Eduardus Philippum ad dirimendas familiari colloquio controuersias aditurus esset, atque ideo Angli pacis confidentia a bellico apparatu minus intruēti essent; repente Philippum dolo & vi Aquitaniam imparatam armis & militibus subegisse, queruntur Angli historici a, ex quibus Vualsinghamus haec habet: *Ecce, procurante pacis amalo, immutatum est cor Regis Franciae, condusque Regi Angliae denegatur, & litera constabularij reuocatoria per posteriorem literam irritatur. Et quia per constabularium Vasconiam in manu potenti intrantem, custodibus, & ministris iuxta tenorem literae, nempe Eduardi iubentis sex arces pacis causa Franco dedi, sibi apportata se subdētibz in manu Regis Francorum, accipitur terra tota, ministri omnes Regis Angliae terraeque custodes obsides, & captiui Parisios deducuntur. Post dies tantum aliquot Edmundus Reginae rogauit, ut iuxta promissa sua & passionē initas Regem Franciae interpellare super conuētu Regis Angliae concedendo, citatione reuocanda, terra restituenda, & obsidibus liberandis. Rex vero Francorum per quosdam milites ad Edmundum missos insciatur se quicquam de talibus passis scire. Ut vero Bonifacius VIII. qui postea controuersiae arbiter delectus est, debellatam hoc dolo Aquitaniam Anglo restitui iusserit, dicemus inferius.*

Funesto ita bello, cuius fructus fidei hostis in oriente colligebat, impliciti Reges aeternis sese cladibus obtruerunt. Gallus enim terra viribus instructor: Anglus vero in mari victor plura hosti mala retulit; tum periculosissimum Gallo bellum conflauit, Guidone Flandriae comite nonnullisque principibus Galli clientibus ad defectionem pellectis, de quo haec Ptolemæus Lu-

a Vuestm. Flor. hi. 7. & alij. Vualsingh in Eduar. do l. sub an. 1295. sic

Martimo prelio vincitur. Deficiunt ab eo Fladri.

26 Emergere hoc anno ceptisse nefandam Fraticellorum & Bizochorum haeresim, referunt Iordanus c & Baronius d, auctoribus duobus Minoritis apostatis, quos S. Caelestini simplicitati illulisse, cum virus obtensa sanctitatis larua tegeant; atque ab eo obtinuisse, ut eremiticam vitam colerent. Quae vero venena suis affunderent, quae inde secuta sint, ex eodem Iordano petamus: MCCXCIV. Petrus de Macerata & Petrus de Forosempronio apostatae fuerunt ordinis Minorum & haeretici. His potentibus eremitice viuere, & regulam B. Francisci ad literam seruare possent, Caelestinus sua pura, sed periculosa simplicitate concessit, & sibi adherentibus: quibus plures apostatae adhaeserunt, qui statum communitatis condemnabant & declarationes regulae, & vocabant se fratres S. Francisci, seculares autem vocauerunt bizocios & fraticellos, vel vocafotos. Hi dogmatizabant, quod nullus summorum Pontificum regulam B. Francisci declarare potuit. Item quod Angelus abstulit a Nicolae IV. ceperat is in hos nouatores animaduertere e, auctoritatem papatus, & ab illo tempore non fuit Papa in Ecclesia, nec verus praelatus, vel sacerdos nisi inter eos solum; & quod ipsi soli sint in via Dei, & vera ecclesia: & mutauerunt secundo sibi nomina. Vocauerunt se primus Liberatus, secundus Angelus dictus, quia se fingeat reuelationes angelicas habere. Pullulasse eandem sectam Caelestino Pontifice, cum viro sancto ab hypocritis pietatis specie fraus obiecta esset, atque in eam non modo ex Minoritarum familia apostatas, sed etiam ex tertio ordine, atque aliam hypocritarum illuuiem confluisse, Ioannes XXII. restatur in illa sanctione, quam aduersus eam pestem, cum in Italia, Gallijs, & oriente serperet, edidit: *Nonnulli, inquit, profana multitudinis viri, qui vulgari ter Fraticelli, seu fratres de paupere vita, Bizochi sua-*

Bi.

*Bigini, vel alijs nominibus nuncupantur. Et infra: Habitum nouæ religionis assumere, congregationes & conuenticula facere; Et infra, quasi eorum secta foret una de religionibus per sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumperunt & præsumunt etiam incessanter. Et ut ipsorum error, veritas, & impietas religio reputetur, plurimi eorum regulam, seu ordinem fratrum Minorum, quem sanctus Franciscus instituit, se profiteri ad literam, * conseruare conseruunt; quamquam in obedientia generalis, aut prouincialium ministrorum non morerentur, prætendentes se a sanctæ memoriæ Celestino Papa V. prædecessore nostro huius status, seu vite priuilegium habuisse. Et infra: Ipsorum quamplurimi (sicut fide digna relatione percipimus) a veritate catholica fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios student multipliciter seminare. Illustrantur superiora a sancto Antonio a dum tradit iam ante exortos qui paupertatis conseruandæ pernicioso zelo multa scandala in sacro S. Francisci sodalitato Nicolao IV. Pontifice maximo concitarint: Papa, inquit, nimirum Nicolaus, misit literas dicto generali, nepe Raymundo, ut contra quosdam fratres, qui in prouincia Prouincia scibisma videbantur inducere, statum aliorum fratrum damnantes & se spiritualiores cæteris reputantes, procederet. Quorum nonnulli reperti sunt infamiam & scandala in prouincijs suscitantes, & doctrinam non consonam veritati tenentes. Tradit etiam Petrum Oliui plura de ordinis paupertate effutisse, additque: Multos sequaces in doctrinâ habuit, Zelum nescio quem sine discretionem habentes, sub deuotionis colore non modicum capitosos, a quibus multa scandala sunt secuta. Scribit idem sanctus b de iisdem ad insaniam & impietatem paupertatis iactatoribus, qui se ab ecclesia Romana diuiserant: Adhuc reprobis illi inueniuntur in saculo, constituentes sibi papam vel potius anticristum, episcopos & sacerdotes; & per domos muliercularum dogmata sua docent, & sacramenta ministrant filij diaboli. Ut vero ad nectariam sectam, quæ in Italia Fraticelli della opinione vulgo nuncupata est, abolendam Bonifacio primum, ac dein alijs Pontificibus desudandum fuerit, iustitque ij pænis conteriti in orientem ad noiam illi pestem inferendam aufugerint, dicitur inferius: nunc Græcorum res perfringendæ sunt.*

27 Depulso patriarchali sede Cõstantinopolitana Georgio Cyprio, quæ is flagitio inuaserat, subrogatus est a schismaticis Athanasius, ut ait Gregorius c, vir indoctus sed austerus, atque ideo cum sacerdotum collegio haud placeret, Ioannes Sozopolita ad thronum euectus. Tanta erat in schismaticis inconstantia, & patriarchæ leuissimorum virorum temeritati adeo obnoxii, ex quo Romani Põtificis obsequio se subdixerunt. Ioannes porro Michaelẽ Andronici filium coronam rediit. Subdit vero auctor Michaelẽ non Balduini Cõstantinopolitano Imperio exacti e filio neptẽ ob grauiora Caroli petita, sed Regis Armeniæ sororem uxorem duxisse. Meruit forte Aytonus Armenus, qui S. Francisci instituta Ioannis nomine accepto sectabatur, ob inita cum schismaticis fœdera a Deo plecti, quæ enim ipsi ac toti Armeniæ funestissima mala earum nuptiarum occasione inuecta fuerint, describit Sanutus d, nimirum dum ipse Mariam sororem Cõstantinopolim magno apparatu duceret, fratrem Sebath Armeniæ sceptrum corripuisse: Christiani, inquit auctor, transmarini, licet impiorum cladibus lacerati, in Armenia maxima scandala concitant inter se: cum enim Ayton

Rex Armenia Cõstantinopolim pergeret, quia filius Andronici eius sororem æsporsauerat, ducens secum fratrem Thoros, Sebath alter frater regni diadema sibi imposuit MCCXCIV. ex eo motus, quod Aytonumquam coronari voluit, sed magis fratrum Minorum sumpsisset habitum, & frater Ioannes ex tunc communiter vocaretur. Cum igitur redisset Ayton ab Armenis repellitur. Cognita causa in Cyprium primo, dein in Cõstantinopolim nauigat, & inde pergat ad Tartaros, ut de fratre ponat querelam: sed hunc ille præuenit, & ad gratiam captandam Tartaram duxit uxorem.

Sebath Armeniæ sceptrum illicipit.

Affinitatẽ contrahit cum Tartaris.

IESV CHRISTI

annus 1295.

BONIF. VIII. PP. ADOLPHI ROM. REG. 4.
annus I. ANDRONICI IMP. ORIEN. 12.

I Neunte anno a Virginis partu millesimo ducentesimo quinto, indictione octaua, Bonifacius electus Neapoli summus Pontifex, susceptis Ecclesiæ gubernaculis, quæ Celestinus posuerat, orbem vniuersum complexus animo, pacare Italiam, Siciliam reuocare ad officium, Hispanias fœdere cum Gallijs coniungere, Philippum & Eduardum Reges ad pacem adducere, Adolphum Romanorum Regem ab inuadendis Gallijs deterre, ceteros Christianos, qui in mutua coniorant funera, tanquam fidelibus perdendis Saraceni non sufficerent, firmissima connectere concordia; initaque armorum societate, schismaticos Græcos ad obsequium ecclesiæ Romanæ adigere, ac Terram sanctam ob dissensiones occidentalium amissam recuperare, est meditatus adeo, ut apposite hanc sententiam in pontificum symbolum acceperit: a Domine Deus in adiutorium meum intende. Ob ea vero egregia consilia iure cum præstantissimis quibusque Pontificibus conferendus, pluribus videbitur: quamuis tristes exitus ex latissimis inijs emerferint; ut Bernardus b hæc de ipso prodiderit. Incepit quadam singulari via suam potentiam, & papalem magnificentiam dilatare, cuius prædecessor Celestinus miracula operatus est in vita sua & post mortem: ipse vero Bonifacius Papa fecit mirabilia multa in vita sua; sed eius mirabilia in fine mirabiliter defecerunt. Illustrabuntur hæc ex vniuersa illius pontificatus historia, quam aggressuri primũ ex Iacobo Stephanesco, qui a Bonifacio Cardinalia dignitate auctus, versu illius res gestas, & Celestini ad eremum fugam ac mortem cecinit, exordiemur. Refert imprimis, ut Bonifacius, quamuis precibus a Carolo vrgeretur, ut Neapoli consisteret, põtificij decoris esse arbitratus Romæ insignia dignitatis accipere, in Urbem Regibus Sicilia & Vngariæ stipatus e venerit, magnoque plausu & apparatu a ciuibus receptus sit.

Altiora Bonifacij, & laude dignissima consilia.

a Ep. 184. & alijs.

b Bern. in ekr. n. Rõ. Pont. hoc ann. vit. Bonif. in Val. M. S. sign. li. C. n. 25. & n. 79.

c Tac. Card. de coronas Bonif. l. 2. cap. 7. d. 1b. c. 5. Pontificij iter versus Urbem.

Delata illi a Romanis senatoria dignitas.

Attamen d ut Petri sedes compressa dolore Libertate frui, sponsumque recusare possot, Admonitis sermone graui dictoque salubri Regnicolis; laudando fidem, Caroloque secundo, Ut pia subiectos pascat elementia regno Atritos bello, vastisque laboribus ætos; Carpit iter Præsul, Capuam, montemq; Casinum, Inde Ceperam transuexit flumina ponte. Cumque per effusus peteretur Anagnia campos, Obuia multiplici discurrat milite pompa. Excipiensque patrem rupes natia pedestres Effudit choreas, iussas occurrere palmis. Illis nobilium procerum pars magna vetusta

Vr.

*Vrbis in aduentum Papae deferre senatum
Venerat. At sumpto Romana attingere Praesul
Moenia festinans, patriam ciuesque relinquens,
Continuauit iter, quoad altam cerneret Vrbem.*

Et infra:

*Roma velut sponsum remeantem carcere ab hostis,
* Exceptum foret, frontem vestita coronas,
Vadit in occursum, laudansque excurrit in aruis
Miles, eques, clerusque canens sua thura ministrat
Pontifici. Primum Laterani templa nouellum
Suscipiunt patrem. Confestim principis aula
Clauigeri Petri gaudens suscepit euntem.
Hic locus, hic thalamus, sedes quoque; festa sacradis.*

2 Describit id. m auctor seruatos in consecra-
tione ritus, cultumque, quo magnifice adorna-
tus nouus Pontifex ad aram accesserit.

— *Roseo a velamine fulgens*

*Ingreditur sacra templa Petri, mantoque relicto,
Induitur niueum zona succinctus amictum.
Velaturque caput, texto radiante monili,
Haud faciem solito colli circumdare nuda
Pontificis, fuluo micat & carbunculus auro
Insitus, & varia fulgent in pectore gemma.
Et stola demissis pendet coniecta lacertis.
Nec deerat byssus tunica, manicataque vestis
Leuita, casulaque capax a forfice forma,
Post longas habitura plicas, contracta ministris.
Cornua fronte gerit, duplicem signantia legem:
Legem quippe nouam Christi, veteremque figuram,
Aiterius quas nosse suum, quas condidit idem
Omnipotens. Obirotbeca manus, digitosque venustat
Annulus, & cubitum laeuum cingitque manipulus.
Nec non cardinei proceres, distinctus & ordo
Cuique dabat, sumpsere habitu discrimine fuci
Nullos namque color tingens in sydone vestem
Consimilis. Sic ergo dies ornata refulsit.
Sic & Pontifices vicina plebis, in Vrbem
Accipi, festus aderant. Et infra.*

*His b comptus sublimis apex sandalia gestans,
Ornamenta pedum. Et infra.*

— *Mediusque accessit ad altum,
Egregiumque decus fidei venerabile donum,
Christicolis altare Petri de marmore casum,
Porphyrysque gerens fuluis a celte columnis
Quattuor, argenti calum, quod tempus in atrum
Verterat; ac subter fusi sub tegmine cupri
Corpora sacra tenens, totum veneranda per orbem
Aetherei Petri, Pauli quoque gentibus almi
Doctores, quo solus apex summusque sacerdos.
Christi capiti flagras: decet hac nam gloria patrem
Cumque genuflexo sedi prostratus, & auro
Procubuisse herus, simul omnis & insula circum
Pontificum supplex in faldistoria pectus
Funeret, & leta resonasset murmure . . .*

** Atque duci praeset sacras in vertice palmas,
Suspensusque liber capiti non clausus in altum
Praesoret is praesul, cui subditur Ostia Tybrim
In mare deducens, faciem conuersus in illum,
Qui sacrandus erat, praestansque altaribus idem
Incipit, ampullae liquidum perfundere chrisma
In caput, atque breui digito complere coronam,
Et complere manus, quidni si balsama fragrant,
Non falsis commixta dolis, sed sponte virenti
Mixta oleo? Cur ista? Notant in praesule famam
Balsamus, inspirans citri recalentis odorem,
Atque oleum clarere Dei sub lumine mentem.
Quippe decet famam populo Christoque celebrem
Cōseruare domū. Cur nam vda est sphaerica ceruix?
Cur manus? En facies operum signata per actus,
Quae pia, dum blanda palme sacrantur oliua,
At capitis summum signans rationis acumen*

*Balsamus oblimat, faciens incendia sacri
Flaminis. Haec praeter quam sit veneranda potestas,
Illius frons vncta docet, testatur & actum
Officij hinc manus. Nam claudere captum
Maturabant opus sacrans, ubi mystica fucis
Verba micant, sensusque patent grauitate referti.
Pallia a tunc humeris, crucibus candentia nigri,
Imposuit leuita rubens, quibus aurea pueros
Sappiuros defixit acus, laudansque monile
Fert sublime datum, certo non limite septum
Possit: sed effusas obertim suscipe vires
In genus omne virum, pulso discrimine sexus.
Ad Patris ingeniti, Geniti quoque, Flaminis almi,
Virginis intacta matris nascentis ab ortu,
Et Petri Paulique ducum, renouatus honorem,
Ecclesia titulum Romana suscipe signum.*

3 Hoc tantae virtutis apex, de corpore sumptum
Principis aetherei. Post haec sacratus adaucto
Insidens thalamo summus Bonifacius heros,
Atque alios patres suscepit, & oscula passim.
Et infra.

*His bita: consurgens nascentis cantica Christi
Inchoat, angelicam vocem, sonitumque tubalem
Effert, & celebris missae solemnia complet.
Haud alij procerum: nam delibuta coronas
Non prius in festis, quam dicit epistola sensum
Turba solet, princepsue canit; sed libat eodem
Tyro nouus. Varias impulso gutture voces
Concrepat inde chorus, duplicat sua vulnera pason.
Hic petit vnisonum stabili firmatus in vnco,
Et liquidas errore vago modulamine voces
Per medium, perq; omne solum, perq; ardua firmat.
Ille tonum Romanus auet, clarum diapente
Ille canit, ferit ille grauium quarta diatesseron.
Lubricus in vocem nescit consistere pernix
Italus, hic notas refricans seu nubi a guttas.
At statu melior vox Gallica, lege morosum
Praecinit, & queruli gemmans retinacula puncti
Instar habet dure percussi incudibus aris.
Nec tantum clerus, sed diuis vrsibus vxi
Causarum patroni aderant, magnoque tumultu,
Dum leuita canit, summo praeconia Papa,
Exclamare * pio laudes de more celebres*

4 Prosequitur auctor vti augustissimum mis-
sae sacrificium a nouo Pontifice peractum sit; de-
inde nobiles Romani aureis togis nitentes Vrsini,
Columnenses, Sabelli, Stephanesij, Annibaldi,
alijque spectaculi pompam adornarint; vtque po-
stea Bonifacius extra S. Petri basilicae limina co-
rona cinctus fuerit, ita celebrat. c

*Vt prius insignis casula variante colorem,
Insedit, sacris pedibus subsellia calcans;
Tunc senior leuita manu diadema vetustum,
Imperij signum, pauonis cortice candens
Pannarum, in texto gemmis radiantibus auro,
Vallatum in gyro, cui summo in vertice carbo
Euomit, & cubito gemmarum maxima flammas
Imposuit capiti, sphaera cubitique figuram
Accipiens, phrygium lapidum fulgoris inane
Quondam; sed mui pileum candoris acuto
Vertice contentum, gemma nunc temporis auctū.
Haec Romana tenens quondam fastigia Caesar,
Imperitans mundo magnus pietate monarcha
Constantinus apex statuit, tum primus in orbe,
Fonte sacro purgatus herus, proprium sibi regnū,
Seu phrygium manibus Siluestri in vertice pressit.
Officijque humilis gessit stratoris ab ipso
Mundatus lepra monitus per somnia princeps.
Qui licet in terris Petri successor apertum,
Et clausum retinere queat procul obice caelum;
Confessor tamen ipse sacer latitabat in antris.*

Mar-

* Excep-
tura

Ingenti
pompa
Vrbem
ingredi-
tur.

Confeca-
tur in ec-
clesia S.
Petri.

a Cap. 1.
Sacrandi
Pontificis
cultus.

b Cap. 2.

Accessus
ad altare
S. Petri.

* Pressisset-
que duci
Seruati in
consecra-
tione ri-
tus.

Eorum
mysteria.

a Cap.

b Cap.
Perab.
felicem
pompa
causa

Feste
clama-
nes no-
Pontif-
date.
* idem
clama-
re

Vt cor-
na pp-
fuerit
dimin-
e ad
cap-

A Co-
stanti-
regia
genia
Pontif-
bus.

Martyrij palmam deuoto pectore zelans,
Vsq; quoad vetus coram stetit, atque profanem
Audijt Augustum, Petri Paulique ducatu
Post scelus exosum, positisque in crimine metis,
Ad Christum veramq; fidem, sancti quoq; dogma
Venturum, baptisma datur, miracula clarent.
Opitas immensa Dei spatiosa per omnes!
O virtus! O digna salus!

5 Pergit auctor a qua pompa ex ecclesia S.
Petri Lateranum triumphantum more petierit.

Principio b crux celsa Dei, suffecta que celtis
Ingenio rutilans hastili fertur in altum.
Post ipsam quadratus equus detextus ad ante,
Velatusque rubro scarletii stercora nactus
Cygneus ad dextram vebitur. Vexilla sequuntur
Ordine bis seno tenus, & pluuiabibus. Ambo
Navales praefecti adeunt, quos protinus omnis
Insula Pontificum, sacro vertice candens,
Subsequitur: numerum veniens Romanus & abbas
Aggerat: hos retro lento procedere gressu
Pontificum veneranda cohors, pars una senatus,
Aggreditur clausis pars altera septa planetis,
Presbyterum grauitate sua succedere dignum
His putat: ac longo protensa sub ordine turba,
Scribarum, doctumque simul, legumque professum,
Hos tantos sectare patres, ceterisque canentum,
Cam Graecis aliisque viris, qui psallere doctum
Ensiserum potuere ducem, post terga priorum
Incedunt. Similisque manus tunicata per artus
Pontificis Romanae Urbis postrema ferebat
Agmina, qua filum recta seruauimus ala
Nos leuitarum cunctus, nos illa senatus
Dalmaticas vestita togas. Pars nobilis una
Ilicet assequitur, scandens mantiibus albis
Teftos vndique equos, legio ceu cuncta bicornis,
Vt festo clarere die, possitque triumphis.

Fecerat ac serie proceres incedere ritus,
Edocet hoc etiam, ne fors aboleat in auum,
In scriptis monumenta tenent, sed vadere recto
Tramite quis poterat? Et infra.

Progreditur sic summus apex, cui tanta reuocet
Gloria, sublimi phrygio vestitus, & auro,
Cornipedemque sedens niueum sub tegmine nacti,
Mandentemque genis ibat, quo latior, aurum,
Aduentabat equo candens diademate, palla,
Aurataque super palla, nam cuspidi pluma
Cypressus consuta nitet. Tunc lora tenebant
Illustres Gallique duces, Carolusque secundus
Rex Siculus, Carolusque puer prolesque iuuenta,
Floridus Vngaria materno a stipite nomen
Regis habens. Dextram pater accipit, atq; sinistram
Filius, ardentis habitu, quos vna tinxit
Grana rubens; siquidem Terra per rura laboris
Hi Reges sociare patrem venere volentes;
Iure tamen: nam sceptrum tenet vassalus ab ipso
In feudum Siculus: nec non de more, vicissim
Diuisum sortita locum Romana senectus
Id peragit procerum terra caelique ministro,
Dum pergit sacratus apex, quem circuit amplus
Miles eques post terga ruens, festumque decorans
Appulus & Gallus, Romanus & inclutus omnis,
Nobilitas Campana sequens vestigia summi
Principis. An numerum poterit quis paderi metro?

Et infra.

Sic igitur vadens redimitus tempora regno,
Summus apex propriam signabat acumine dextra,
Deuotamque sibi cupidamque inuisere plebem:
Qua laudes exclamat hero, qua & viuere longum
Optat, &c.

6 Prosequitur, vt Romani varios arcus ma-
gnifice, qua iter erat, adornassent; tum subdit: d

Progrediens Princeps Lateranum summus in orbe
Appulit, haud phrygium, mitram sed vertice gestas,
Pondere consecutus nimio. Et infra:

----- Primusque sacerdos
Cardineus sacrum Princeps dum tendit ad aulam,
Vt leuita prius cecinit praeconia, septus
Iudicibus, declamat hero, laudesque perorat
Illi. Cum residens Siluestri in limina ductus
Munera diuisim largitur cardine fultis,
Praefulibus alijs, clero, laicisque ministris
Summus apex, humeros roseum vestitus amictum.
Hac ita: ne immemores videamur quærere fastus,
Ac humilem templi domum, solemnia cleri
Pandimus. En sedes, capiens de stercore nomen,
In platea est circa templum, despecta parumper
Visa nouis, quia foeda loco, qua maximus heros
Hoc fortasse die recubans, ubi primitus illis
Non foret aduentu positus ter missile iacbat,
In populum, faturque docens: Non aurea nobis
Argentumque nitens nobis ad gaudia non sunt.
Quod tamen est, hoc propta manus dispergere tēat.
Ergo potest sine fraude pie de stercore sumptus
Credi summa tenens*, solum & de puluere nactus
Principibus relocandus apex, a Numine diuo
Compositus. Talique die perducitur inde
Ante fores templi, binas ubi purpura sedes
Porphyreas natiua tenet. Super accubat illas,
Et dextra ferulam sancte Pater accipit, adis
Sanctorum clauis, ad sacra palatia veteres
Insuper: at laua positus seruanda redonat
Illa viro; zonaque pater succingitur illic,
Ad quam purpurea bursa est appensa, lapillos
Bissenos referens pretiosos, sculpta sigilla,
Et muscum, quae magna notant praesagia magnum,
Si sensus grauitate sua cernatur.

Et infra.

Susceptos effusa manus ter spargere nummos
Inchoat, ac fatur: Iustus dispersit abunde,
Pauperibusque dedit, manet hac in secula seculi
Iustitia virtus. Post haec sub imagine ductus,
Qua mare per liquidum nullo ductore sub Urbem
Peruenit sublimis, apex Laurentia templa
Ingreditur, qua iure sibi meruere capella
Praecipuum nomen, cleri populique relatu,
Sancta sanctorum. Quidni? Sandalia Christi,
Et caput aetherei Petri Paulique celebris,
Christiferaeque crucis, maculas ubi sanguine terfit,
Et scelus humani generis Saluator & actor,
Reliquiaeque aliae celebri conduntur in ara.
Hac igitur coram lacrymas in pectora fudit,
Dulcis amor, pietasque viri, * cui credere fas est.

Subdit auctor, vt Siciliae & Vngariae Reges coro-
nis regijs redimiti epulanti Pontifici inferuio-
rint, ac primis ferculis ab ipsis appositis, inter
Cardinales mensae accubuerint.

7 Perfecta pompa Bonifacius a, ad praefules
catholicos, Reges, principes ac fideles alios datis
litteris, certiores eos fecit, vt Caestino sponte ob
iustas causas pontificatu se abdicante, cessionem-
que admittente Cardinalium collegio, communi-
bus suffragijs ad summum pontificatum euectus
esset, adiecitque preces, vt diuina illi praesidia ad
gerendum arduum munus moderandaque probe
Ecclesiae gubernacula pijs orationibus compara-
rent. Exemplum earum, quas ad archiepiscopum
Senonensem eiusque suffraganeos episcopos
misi b, infarscriptum est.

Bonifacius. &c. venerabilibus fratribus ar-
chiepiscopo Senonensi & eius suffraganeis salu-
tem, &c.

Gloriosus & mirabilis in operibus suis Deus,
qui

Data a-
pud Late-
ranum
munera.

De sede
stercora-
ria.

* solium

Nonnulli
myfici
ritus.

Sparsi in
populum
nummi.

Sancti-
sanctorū
quas reli-
quias con-
tineant.

* id est si-
cut

a Formul.
Mar. Ebu-
li M.S. Vat
pag 56.
Encycli-
cas de sua
promotio-
ne literas
scribit.

b Bonif. d.
ep. I.

qui cum sit in misericordia copiosus, in huius orbis orbita plena malis, conferta diffidijs, innumeras miserationes exercet; Ecclesiam suam, quam ipse summus opifex rerum instituit, ac supra fidei firmam petram alta, & solida fabrica stabiluit, opportunis fauoribus prosequi non desistit. Assistit enim illi miserator & propitiator assiduus, non obdormiens, nec dormitans in suorum opportunitatum euentibus peruigil custos eius. Ipse siquidem sibi est in turbatione pacatio, in tribulatione solamen, in necessitate succursus. Tuncque maxime in adiutorium eius sua pietas larga diffunditur, cum aduersus illam mundi nubila tempore caligante leuantur, quæ inter molestias & afflictiones intrepida, colligens in vexatione vigorem, in ipsa malorum instantia conualescit. Nam diuino semper munera præsidio, nec comminationum strepitu deterretur, nec aduersitatum superatur incursum; sed in terroribus turior, & constantior in aduersis, pressa præualeat, passa triumphat. Hæc est arca, quæ per confluentias & multiplicationes aquarum eleuatur in altum, & subactis culminibus montium, libera & secunda profundas importuosi diluuij calcatur undas. Hæc est utique nauis, quæ, vento contrario irruente, strepentis maris furibundis motibus agitur: firma tamen & solida fragoribus non dissipatur æquoreis, nec marini furoris rapiditate sorbetur; sed elatas procellas obruens, ac spumosa & tumida freta sternens, triumphanter exequitur suæ navigationis incessum, quæ ad vitalem crucis saluificæ arborem recte intentionis alis totaliter eleuatis, in cælum semper intenta, procellosum intrepide mundi pelagus peragrat, eo quod secum habet seduli gubernatoris auxilium marii præceptoris. Vnde regente illo & dirigente salubriter, ac Spiritu sancto flante, aduersitatum quarumlibet nebulis dissipatis, victoriosa peregrinationis liberum agit iter, ad patriæ cælestis portum supernis nutibus feliciter perduenda: cumque sic aduersis innumeris prematur, & turbetur Ecclesia, illa in intimis ipsam æcerbibus fauciat, duriusque ferit aduersitas, cum pastore utili & prouido viduatur. Sed licet sæpius Ecclesia eadem, pastoris regimine destituta, longe viduitatis lamenta pertraxerit, expectando gemebunda diutius cõsolationem plenariam successoris; in huiusmodi tamen mœroris nubilo dignanter illi clementia diuinæ pietatis illuxit, doloribus & necessitatibus suis opportune subueniens per substitutionem optatam & delectabilem noui sponsi, ac eam de amissione prioris interduum, inutilis per promotionem mulcebre accommodi successoris instaurans.

8 Sane vacante Romana ecclesia per liberam & spontaneam dilecti filij fratris Petri de Murro olim Romani Pontificis cessionem, coram venerabilibus fratribus episcopis, & dilectis filijs nostris presbyteris & diaconis Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, ex certis rationabilibus & legitimis causis factam ab ipso in festo beate Lucie virginis proximo præterito, & a Cardinalibus prædictis admissam; cum illam posse sic legitime fieri, & primorum gesta Pontificum, & constitutio declarent apertius, & ad eam etiam faciendam expressus accesserit Cardinalium prædictorum assensus; Cardinales ipsi, considerantes attentius quam sit onusta dispendijs, quam grauiam malorum incommoda secum trahat proluxa ecclesie memoratæ vacatio; & propterea voris ardentibus cupientes per efficacia & accelerata remedia huiusmodi periculis obuiare, die iouis x. kal. ianua-

rij post festum subsequenter prædictum, missatum solemnij ad honorem sancti Spiritus celebratis, hymnoque solito cum deuotione cantato, se in quodam conclauis apud Castrum nouum ciuitati Neapolitanæ contiguum, vbi tunc idem frater Petrus cum sua residebat familia, incluserunt, vt per mutui commoditatem colloquij ecclesie prædictæ prouisio, suprema cooperante virtute, celerius proueniret. Die vero veneris immediate sequente præfati Cardinales, mentis oculis erectis ad Dominum, pia desideria benignius prosequentes, in electionis negotio per viam scrutinij feruentibus studijs, vt prædicta vitarentur incommoda, procedentes; & tandem, cum diuina clementia ecclesie prælibatæ compatiens, eam nollet vltioris vacationis periculis subiaccere; ad personam nostram, licet immeritam, intentum animum dirigentes, quamquam inter eos quamplures magis idonei, & digniores etiam haberentur; nos tunc tituli S. Martini presbyterum Cardinalem in summum Pontificem canonice elegerunt, grauis oneris sarcinam nostris debilibus humeris imponendo. Nos autem profunda, & sedula meditatione pensantes difficultatem officij pastoralis, continui laboris angustias, & præcellentiam apostolicæ dignitatis, quæ sicut honoris titulis altioris attollit, sic magnitudine ponderis deprimit grauioris; attendentes insuper nostræ multiplicis imperfectionis instantiam, expauiimus & hæsitauimus vehementer, nimioque concussus exitit stupore, cor nostrum. Nam cum ab tolerandas particularis vigilias vix nobis possibilitas nostra sufficiat, ad vniuersalis specula sollicitudinem vocabamur, & intolerabile apostolici ministerij iugum inferebatur instanter debilitatis nostræ ceruici, iugiter supportandum; ac meritorum non suffulti præsidio, ad suscipiendas apostolorum principis Petri clauas, & gerendum super omnes ligandi & soluendi pontificium angebamur. Verumtamen ne diuinæ prouidentie opus impedire forsitan videremur, aut nolle nostræ voluntatis arbitrium suo beneplacito conformare; ac etiam ne corda electorum concordia per nostræ dissensionis obiectum ad discordiam verteremus, voluntatibus tandem acquieuiimus eorundem, ad subeundum iugum huiusmodi nostros impotentes humeros submittendo: non quod de aliqua nostræ probitatis virtute fiduciam habeamus, sed quia in eius speramus clementia, qui confidentes in se non deserit; sed eis propitius opportunis auxilijs semper adest, quique de sublimi polorum folio, Ecclesiam sponsam suam intuetur misericorditer & tuetur, suæque illam exaltare non desinit copiosis beneficijs pietatis.

9 Vestris igitur, & aliorum suffragijs propter imperfectum nostrum propensius indigentes, vniuersitatem vestram affectuose rogamus, hortamur attentius, & requirimus confidenter, quatenus assidua nos apud æterni Regis clementiam intercessionibus iuuetis, humilitatem nostram sibi deuotis supplicationibus commendando, vt super nos gratiæ suæ dona multiplicet, & rorem vberem solitæ benignitatis effundat, vt actus nostros ad ipsam deuotissime dirigentes, Ecclesiam suam, quam nobis committi voluit, salubriter regere, ac de vniuerso ipsius grege, nostræ vigilantie credito, curam gerere debitam, sicut expedit, valeamus. Nos vero stabiliter in animo gerimus vobis & vestris ecclesijs benignis adesse præsidijs, ac vestrum & earum profectum cõdignis fauoribus promouere.

Dat. Laterani xx. kal. febr. pont. nostri anno i.]

Con-

De diuina
in Ecclesia
regenda
prouidentia
diffidit

Ecclesia
aduersis
non deprimi-
tur, sed
assurgit.

De Cælesti
sponsa
a pontifici-
caru abdi-
catione.

Vt Apo-
stolico de
creto lice-
re confir-
mari sit.

De Car-
dinalium
assensu.

Præfati
implorati
preces

10 Conceptas eadem verborum forma magna ex parte literas ad Philippum Regem Francorum misit, quem de Cælestini abdicatione spontanea, suaque promotione certior fecit, atque ad colendam æquitatem, & Ecclesiam propugnandam est hortatus. Tum multis verborum officijs reuocata in memoriam veteri, dum a Nicolao IV. sedis Apostolicæ missus in Gallias legatus fuit, animorum coniunctione, apostolico ipsum studio complexurum est pollicitus a: Celsitudinem regiam rogamus & hortamur attente, ac obsecramus in domino Iesu Christo, quatenus diligentem meditatione considerans, quod iudicium diligit Regis honor, metas iustitiæ curiosus obserues, illamque sincere diligere studeas, æquitatem non deserens, elementiam non omittens; ut subiectus tibi populus copiosus in pacis pulchritudine sedeat, & in reipublica opulenta quiescat. Ecclesiam insuper matrem tuam & ipsius prælatos, nostri utique Saluatoris ministros, ceterasque personas ecclesiasticas eius obsequijs dedicatas; quin potius in illis Regem calorum & dominum, per quem regnas & regeris, incessanter & solerter honorans, ipsos regij fauoris ope confoueas, & in plenitudine libertatum, aliorumque suorum iurium efficaciter protegere studeas & tueri; sicque in ijs, tamquam filius benedictionis & gratiæ, te geras & dirigas, quod clara memoria progenitores tuos, qui erga præfatam Ecclesiã summam deuotionis & reuerentiæ titulis, dum vixerent, claruerunt, non solum imitari solite, sed etiam euidenter excedere dignoscaris ad laudem & gloriam Dei Patris, & celebre magnumque tui honoris & nominis incrementum. De nobis autem utpote patre beneuolo & sincero, qui te in minoribus etiam officio constituti affectuose dileximus, & diligere non cessamus, spem certam, & fiduciam firmam gerens in tuis, & eiusdem regni negotijs, & opportunitatibus quæ occurrerent, ad nos recurrere non postponas. Nam in ijs, super quibus ex parte regia fuerimus requisiti, libenter, quantum cum Deo poterimus, votis regij annuemus, tuam & eiusdem regni prosperitatem omnimodam, non solum studijs conseruare sollicitis sed etiam plenis augmentare fauoribus intendentes. Datum ut supra.

11 At licet Bonifacius catholici rei administrationem a se susceptam toto orbe valeret, haud tamê defuere b pertinaces viri, qui ambigerent, initium ab ipso legibus pontificatum, ac suadere tentauerint Petro Murrone, ut se tamquam Pontificem gereret, quorum impia consilia vir sanctissimus repulit. Bonifacius vero anxius ex illius fuga perquisitum diligentissime ad se deduci iussit; quæ pluribus Petrus de Aliaco Cardinalis enarrat, ex quo nonnulla memoria & admiratione dignissima repetemus: Propere misit post eum camerarium suum, & abbatem Cassinensem, qui eum reperiens in cella rogauerunt, ut ad Papam cito rediret, ne eius indignationem incurreret. Ipse vero protestationem allegans, quam ante renunciationem fecerat, supplex orabat ut summus Pontifex eum in solitudine pacifice viuere permitteret, pollicitus se nulli hominum, nisi solis suis fratribus, locuturum. Quæ promissione recepta, camerarius ista Papæ relatoris discessit: sed ecce alius superuenit nuntius apostolicus, literas camerario deferens, ut absque mora virum sanctum, etiam inuoluntarium, reduceret. Cumque idem camerarius ad cellam non sine impetu & furore rediret, hæc ille fidedigno relatu præsentiens abscondit se, & clandestine fugit. Et infra: O miranda, & miseranda persecutio: ipse corporis viribus destitutus, & propter ultimam senectutem otio & quieti, quam itinerum labori habiliior,

ad partes Apulie in obscuram syluam, ubi quidam serui Dei habitari dicebantur, per loca abscondita & ignota, vno tantum fratre comitatus, latitandi causa fugere cogitur. Sed quod stupendum est, quamuis mutato habitu consueto vilissima cblamyde indutus, alijs quoque, quibus poterat modis absconditus incederet; tamen quocumque pergeret, agnoscebatur: quandoque a pueris, quandoque a prouectis viris, qui numquam eum viderant, proprio nomine vocabatur. Cumque in sylua cum fratribus tempore quadragesimæ remansisset, superuenientibus illis, qui ut inuenirent & captiuum ducerent, persequebantur eum, inde abire compulsus est: & videns se in illis partibus occultari non posse, mare transire disposuit; paratoque vehiculo, sed male prospero vento, cum per quindecim milliaria nauigasset, ad terram iterum impellitur, & iuxta ciuitatem, cui nomen Vestia est, applicuit. Tribuit rem miraculo Iacobus Cardinalis his versibus a.

Sanctior ille

Murro senex tacitos properabat adire recessus,
Occultasque plagas, Græcamque inuisere terram,
Ut lateat sibi metque vacet, caueatque futuris
Schismatibus, ne causa foret, tantisque periculis.
Sed mare syluestrem fugiens, celumque perosum,
Ipsiusque Dei parens obtutibus, alium
Ter secit, ter fudit humo, ter carbasa vento
Dispulit, & sicis nauim detrusit arenis.
Quæ nauta nouitate stupent, mirantur, & herent,
Inspiciuntque patrem, quis sit, quo tendat, & vnde
Digræssus rogitant: quidam miracula terrent,
Et facies veneranda senis suffultaque barba,
Florida canities, vestis villosa, relucens
Simplicitas indocta plicis, vulgataque fama
Cedentem latitare patrem, Regisque sonorum
Edictum, quibus exciti condicere tentant;
Coniunguntque; hunc esse Petrum, clausimque reuelant.
Sed quis tanta queat, tantumque obducere nomen?
Indubie viget igniculus, sensimque fatiscit,
Et trahit arreptos patris ad spectacula vultus,
Vndique visendi causa concurritur, & qua
Perreçturus erat subsistunt; huncque verentes,
Inclinant fluctuantque genu, velluntque pilosum
Quadrupedem sefforis equum, ac asinumque; rudetem
Præciduntque togam: morum fiducia tanta est:
Nam iusti meritis tergi sua crimina vulgus
Sperat, & incolumes reddi languoribus egros.
Sic fugiens mundum, mundo deducitur. O quam
Mundi crescit honos, laudisque insignia clarent, &c.

Deductum magna veneratione Pontificis, & Regis Caroli iussu a Patriarcha Hierosolymitano, consentit Petrus de Aliaco b; tantos vero populorum concursus ad eum factos, ut noctu clam iter carpere cogeretur: Vbi que etiam, inquit, occurrente sibi innumerabili multitudine, cum tanta cordis alacritate a cunctis suscipitur, ut vix de die, obstante populi importunitate, exire valentes, nocte media iter aggredi cogerentur: nec tamen sic euadere poterant, quo minus ante diluculum rursus circumdarentur a populo.

12 Erant autem tunc multi, qui viro Dei suadebant, ut se Papam faceret nominari, dicentes eum de iare non potuisse renunciare papatu. Ipse vero constantis animi, & iusti rectique indeclinabiliter tenax consilij, licet super hoc iterum, deinde, ac sapius interpellatus; firmus in proposito persistit, asserens id, quod iuste fecerat, etiam si non fecisset, voluntaris esse facturum. O vocem hominis vere constanter humilis, qui honorem, per quem tam contemptibilem persecutionem euadere potuerat, perseueranter contemnit, & summum sibi honorem in summa humilitate

Parat traicere in Græciã.

a Tac. Card de canoniz. Petri de Murrone lib. 1. cap. 4.

Ter ventis ad litus repellitur.

Captus deducitur ad Bonifacium.

b Petr. de Aliaco lib. 2. cap. 16.

Impia consilia respuit.

et constituit! Ideo Christus, qui humiles exaltare promittit, seruum suum in hac persecutione, ita auctor Bonifacii diligentiam in eo peruestigando deducendoque appellat, clarum fecit, ac multis miraculis gloriosum: quae omnia hic tacere contentus essem, nisi unum me referre cogeret admiratio. Postquam enim de regno Sicilia extiterat, postquam a dictis regalibus nuncijs camerario Papa traditus Campaniam intrauerat, de nocte occultissime in Anagninam missus prope cameram Papae in quadam domo arctissime reclusus est. Quo in loco ut quantus esset, qui ibi captiuus tenebatur, ostenderet, voluit Dominus hoc eum miraculo declarare. Erat in illa Papa curia archiepiscopus Consentinus tam intolerabili dolore calculi, variaque grauatus infirmitate, ut eo a medicis derelicto, ipse & omnes, qui eum videbant, de ipsius corporali salute desperarent; iamque familia eius & sibi vestes lugubres, & magistro suo parauerat exequias; dum ille deuotas preces Deo fundens, per sancti viri merita salutis auxilium postulabat; & ecce subito oratione facta perfecte sanus effectus est, ac ita plene conualuit, ut sequenti die hoc domino Thomae, quae pater ille sanctus de ordine suo Cardinalem assumpserat, ad Dei & serui sui gloriam nunciaret.

12 Reuocatum prudenter ex fuga, traditumque custodiae inuit Ptolemæus Lucensis a: Inuentum, inquit, ipsum reducunt, ac in custodia ponitur & tenetur, praecauendo scandalo Romanae ecclesiae, quia apud aliquos mussitabatur an cedere potuisset: & sic poterat schisma in Ecclesia generari. His etiam consentanea mandat historiae hinc verbis Iordanus b: In custodia posuit ad cautelam vitandi dissidij: aliqui mussitabant quod cedere papae non potuit. Addit Iacobus Cardinalis c S. Georgij ad velum aureum, perhumane habitum a Bonifacio persuasumque, ut in Fumonis arce in Campania sita confisteret; concessosque illi ex suo ordine aliquos religiosos viros, cum quibus diuinis rebus vacaret atque omnia illi opipare subministrata: sed virum sanctum, sacri propositi tenacem, a delictis alienum parce admodum cum suis oblatiis vsu, totum se rerum caelestium contemplationi d addidisse; nec dissentit Ptolemæus Lucensis e. At Petrus de Aliaco Cardinalis in Caestini vita acerbe admodum a Bonifacio habitum fuisse tradit, f atque ab illo contra sententiam Cardinalium, qui libertatem permittendam censebant ut in solitudine ageret, in arctissimum carcerem compactum: Missus est, inquit, ad castrum Fumonis, & fortissima turri reclusus: & adhibitis sex militibus, & alijs triginta satellitibus ad eius custodiendam noctemque; & tenebatur arctatus, ut nulli hominum ad eum patere posset accessus. Petijt autem ut duo sibi darentur fratres, cum quibus diuinum ageret officium: qui ei concessi, illius carceris angustiam diu ferre non valentes, inde extraherentur infirmi: erat enim tanta turris arctatio, ut vir sanctus ubi habebat pedes, dum missam celebraret, ibi caput reclinaret dum dormiendo quiesceret. Subdit auctor multa in Bonifacium conuicia, queriturque virum innocentem, paulo ante Christi vicarium, ac Regum & principum communem patrem, tam tetro carcere damnasse.

14 Tulit porro summa animi constantia & aequitate Caestinus carceris tædia, nec vnquam ex illius ore querela vlla erupit; utque vitam sanctissimam duxerat, ita sine sanctissimo ornauit: Appropinquante, inquit auctor g, mortis suae agone, exitum suum psalmis & orationibus quantum poterat, aduersus diaboli insidias munire studebat; & ut secum in eis assidue vacarent, fratres suos insisteret & humiliter hortabatur; unde cum ipsi in-

diuinis pariter perseuerarent laudibus, ipso die sabati hora vespertina, eo dicente psalmum; Laudate Dominum in sanctis eius; statim completo versu: Omnis spiritus laudet Dominum; cum flatu tenuissimo emisit spiritum, cum sanctis & beatis spiritibus Deum in perpetuum laudaturus.

15 Illustrauit illius sanctitatem insigni miraculo Deus, quod enarrare pergit idem Cardinalis Aliacensis a: Quidam milites, qui eum custodiebant in carcere, tam Papae quam alijs pluribus retulerunt, quod a feria sexta vsque ad horam mortis eius viderunt ante ianuam camerulae eius crucem coloris aurei, non affixam alicubi, sed mirabiliter pendentem in aere: quo miraculoso crucis signo patenter ostensum est, poenitentiam, quam ille per carnis mortificationem iugiter portauerat, Domino placuisse. De quo miraculo deque pia eius morte hæc cecinit Iacobus Cardinalis. b

Febri adest stimulatque senem, sacrisque potitum
Exhalare pium cogit hunc ad sidera mentem
O felix papale decus, supremaque calcans!
Quaeque supergressus, vinceque per omnia luxum
Ingredis caeleste solum, terrasque supernis
Commutas, & sine probas te attingere palmam.
Viuus c in abscessu, rutilans in limine parua:
Parua tamè, quia paruus erat, nã mente subextans
Crux micat, insignis visa est vertigine versa,
Ut magis eniteat, iussisque in singula subdi
Hunc doceat, memoremque crucis memoremque labori.
Huncque; crucifixum mundo, mundumque; vicissim.

Conspectam illius animam sublimem in caelum efferri a Roberto Salentino viri sancti discipulo, qui ab eo, dum ad Pontificatum vocabatur, oblatos ecclesiasticos honores respuerat, refert subiectis verbis Petrarcha d: Animam, e carcere gemitum ad sideras scandentem, sedes conspexisse dicitur (de Roberto loquitur) ignarus rerum & miraculo stupens, atque interrogans, an se tum etiam sequi, an quid aliud agere iuberet? Quem ille, ut in solitudine perstaret, admonuit: & sic caelum petens, inter verba disparuit. Discipulus autem ille consilij memor, vsque ad tempora nostra perueniens, & dierum plenus ante hos paucos annos post magistrum abiit, magna quidem apud suos sanctitatis opinione, & mirabilem fama operum relicta. Hoc vero anno mcccxc. xiv. kal. iunij Petrum sanctissimam vitam clausisse, Iacobus Card. refert e: Catholice, sancte, religioseque; defunctus, inquit, terram caelo, calamitatem felicitate, mortem vita commutauit, Ferentini in loco sui ordinis fratrum sepultus reuerenter. Praefuisse celebrandis exequijs Cardinalem a Pontifice missum, atque eundem Bonifacium Romae diuinam rem pro eo peregrisse, idem auctor his versibus profequitur: f

Exequijs dum Cardo praest a Praesule missus,
Et celebrem sublimis apex Bonifacius heros,
Missam doctus ait Roma. Reuerentia quidni
Promeruit patris, quondam diademate fulsit
Papali, mirusque fuit virtutibus orbi.

Effulsisse ingentibus miraculis post mortem celebrat subiecto carmine: g

Post obitum secreta tenens caelestia pauper,
Diues opum, sydusque potens, donisque refertum
Signa nouat: nam voce carens, linguaque tremiscenti,
Quoque; arctum tremulus, nec firmis gressibus harenis,
Lecticulo quia membra fluunt, nec pacta resistunt,
Ad loca deductus, miram quibus ille peregit
Vitam eremi, zonamque patris per singula cinctus
Membra, iacens surrexit ouans, laudeque; rependit
Sanus, & ex toto morbi discrimina nescit.
Sicque & alius standi ac gradiendi commoda sensus

Pateat miracula.

a Ptol. Luc
b Ptol. Eccles
lib. 24 c.

b Iord. vbi
sup.

c Iac. Card
in praef. &
lib. 1. de
canoniz.
e. 5.

Traditur
custodiae

d Idem
de Caloff.
vit. l. 1. c. 5
e Ptol. Luc.
cap. 36.
f Lib. 26.
17.

Magna ani
mi constan
tia fert car
ceris angu
stias.
g Lib. 2.
cap. 8.
Sanctissi
me mori
tur.

Cris
tiani
pro
prie
cent
naua
spira
d. i. i.
c. 14
b. i. i.
Car
canon
Petr
Mar
cap. 4
c. 14
d. Pet
v. i. i.
l. i. i.
c. 14
Petr
Aliac
de v
Cal
19.
Sept
Febr
e. i. i.
Car
praef
oper
f. T
l. i. i.
nom
Petr
Al
Car
c. 14
g. i. i.
lib. 1

*Perdiderat, celerisque manus & tristius usum
Ecclesia recubans noctu, qua corpus humatum
Almifici Murronis erat, de mane resurgens,
Se sanum reperit, te templo, teque fatetur.*

Addit nonnulla alia eius ope patrata miracula,
quibus postea Clemens V. permotus sanctorum
catalogo nomen illius adiecit a consecrauitque;
qua de re inferius. Nunc piam S. Petri Cælestini hi-
storiam absoluius hoc insigni elogio, quo Iaco-
bus Cardinalis illum exornat:

*Si maiora velis forsam cognoscere, vitam
Inspice: si vitam, veterataque tempora lustra.
Tempora si prudens complecteris, accipe famam.
Si famam resperisit odor, tu suscipe fratres.
Si fratres & dogma legas, eremi quoque dogma
Si capies perames. Si iam dulcedine captus
Alliceris, metire tuas per singula vires.
Tunc pudor & candor, laxaque modestia lingua,
Paupertas, virtusque, actus frangat luxum;
Et modus, & pietas humilis, fraternaque mentis
Integritas imitanda tibi, venerandaque semper
Occurrent, &c.*

16 Post eius obitum Bonifacius creuit auctori-
tate apud illos, qui perperam in dubium ipsius ele-
ctione reuocarant; cuius pontificatus exordia splen-
dida admodum & augusta fuere: cum enim or-
bem Christianum mutuis principum bellis flagran-
tem cerneret, ad ea sedanda curas applicuit. Ut-
que a rebus Siculis, quæ maxime illius pectus vrebant,
exordiamur: exegit a Carolo Rege clien-
telarem sponsonem pro Sicilia regno ac terris
citra Pharam, quæ ad pontificia ditionis limitem
excepto Beneuento excurrunt, formamque spon-
sionis apostolicis literis, ne qua illam deleter obli-
uio, inseruit b; quæ in molis Adrianæ archiuo
asseruantur, cum vero adscripta tantum die ab ijs,
quas ante attulimus c, cum Nicolao IV. Carolus
regnum Siculum acceptum retulit, discrepent, non
repetendæ visæ. Ita vero consignatæ sunt: *Nullis
&c. nostra attestationis, acceptationis, & constitutionis,
&c. si quis, &c. Dat. Laterani XIII. kal. martij
anno 1.*

17 Ceterum Carolum ob non solum censum
amittendi regni multa incaute se irretijisse, atque a
Bonifacio absolutum, scribit his verbis Baronius: *d
Hoc etiam anno primo Carolus II. Rex Sicilia ve-
nit Romam, & petijt absolutionem a censuris, & a
pæna priuationis regni, quam incurrit ob non solu-
tum censum: quem Papa absoluit præbita satisfac-
tione, ut habetur libro priuilegiorum Romana ec-
clesiæ.* Hactenus Baronius. Extant quidem ea-
de re apostolica litera e non quæ omnino asse-
rant Carolum ijs pænis obnoxium, sed quæ ip-
sum conditione adiecta liberent, si qua culpa er-
roreque sese deuinxisset.

*Bonifacius &c. charissimo in Christo filio
Carolo Regi Sicilia illustri.*

Nobis, & fratribus nostris humiliter suppli-
casti, vt si tu aliquam vel aliquas excommunica-
tionum sententias forsitan incurristi propter con-
ditiones, conuentiones, & pacta inter Romanam
ecclesiam & claræ memoriæ Carolum Regem Si-
ciliæ patrem tuum in concessione regni Sicilia &
terræ, quæ est citra Pharam vsque ad confinia
terrarum ipsius ecclesiæ sibi facta, per eandem
ecclesiam habita, & in nonnullis articulis seu ca-
pitulis non seruata, aut occasione ipsorum; vel si
eadem regnum & terra propter ipsa non seruata
per ipsum, seu per te, supposita sint ecclesiastico
interdicto; vel si idem pater tuus propter hæc a
dictis regno, & terra cecidisset omnino, & omni

iure, quod sibi competebar in ipsis; aut si etiam
tu ipse ab eisdem regno, & terra propter condi-
tiones, conuentiones, & pacta præmissa quomo-
dolibet non seruata ab omni iure, quod tibi in-
dictis regno & terra competere cecidisses, ita quod
ipsa per hoc libere essent ad eandem ecclesiam
deuoluta, prouidere tibi plenarie super his apo-
stolica sedis clementia dignaremur. Nos itaque
supplicationibus tuis paternò condescendentes
assensu, & volentes in præmissis tibi tuisque here-
ditibus quoad præterita plenarie prouidere, de
ipsorum fratrum consilio & assensu quascumque
excommunicationum sententias incurristi; nec
mon & quaslibet sententias, interdicta, quibus
supposita sint regnum & terra præfata propter su-
pradictas conditiones, conuentiones, & pacta,
per dictum patrem tuum, aut per te, siue per
vtrumque quomodolibet non seruata; hæctenus
penitus relaxamus, & te ab huiusmodi excom-
municationum sententijs absoluius de gratia
speciali: omnesque pænas in conditionibus, con-
uentionibus, & pactis præmissis contentas, & spe-
cialiter priuationis seu casus a iure regni, & terra
dictorum, si quas & quocumque capite, vel quo-
modolibet tu vel pater tuus præfatus incurristis
hactenus, & totaliter abolemus, & remittimus de
plenitudine potestatis: volentes, & nihilominus
auctoritate apostolica discernentes, per hæc dictis
conditionibus, conuentionibus, siue pactis, aut
quibuslibet contentis in litera felicitis recorda-
tionis Clementis Papæ IV. prædecessoris nostri
super eis & contingentibus ipsa confectis in nullo
in posterum derogari; sed ea per omnia proinde
remanere in suo robore firmitatis, ac si nulla tibi
super præmissis gratia facta foret. Verum licet ad
tuam tuorumque heredum cautelam præmissa
fecerimus gratiose, tamen per hoc te non duxi-
mus absoluendum ab his, de quibus pro patre
tuo vel per te teneris nobis, Romanæ ecclesiæ,
vel alijs quibuscumque satisfacere, si neque ipse
neque tu cecidissetis a regno, & terra prædictis:
sed ad satisfaciendum de eis volumus te teneri,
&c. *Dat. Laterani VIII. kal. aprilis pontificatus
nostri anno 1.*

18 Egit a Pontifici gratias ob acceptum be-
neficium Carolus Rex, ad cuius in administrando
regno leuandas curas, mulcendosque religione
populos commisit b amplissimum Landulpho
S. Angeli diacono Card. legati apostolici in Sici-
lia munus eumque pluribus prærogatiuis auxit c,
& ipsi Regi Carolo, Mariæ Reginæ, præsulibus
regni, proceribus ac populis commendauit d: de-
quæ imposita huiusmodi pronuncia subiectæ literæ
ad ipsum datæ sunt e.

*Bonifacius &c. dilecto filio Landulfo S. An-
geli diacono Cardinali in regno Sicilia
Apostolica sedis legato.*

Leuantes in circuitu oculos mentis nostræ,
ac pensantes folicite multitudinem gratiarum,
quibus personam tuam bonorum dator Altissi-
mus decorauit, cum in te scientiarum magnitudo
resplendeat, clareat altitudo consilij, niteat di-
scretionis industria, & aliarum virtutum excellen-
tia relucescat; gerentes quoque de tua circum-
spectione prouida, & prouidentia circumspecta
fiduciam specialem, te, quamuis in conspectu no-
stro gratiosus appareas, acceptus occurras, placi-
dus habearis, tuaque propterea inuiti præsentia
careamus, ad præfatum regnum pro ipsorum Re-
gis & regni, ac eius etiam incolarum statu pro-
spero & tranquillo de fratrum nostrorum consilio

tanquam pacis angelum destinamus, tibi in eodem regno plenæ legationis officium committentes, ut euellas, destruas, dissipas & disperdas, ædifices & plantes, ac facias auctoritate nostra suffultus quæcumque; ad honorem & gloriam summi Regis, ac bonum & prosperum, pacificum & quietum Regis, regni, & incolarum prædictorum statum videris pertinere, &c. *Dat. Laterani v. id. aprilis anno 1.*

19 Cum vero postea Carolus Martellus, iure materno Vngariæ Rex, a patre Carolo, qui in Gallias abierat, a relictis regni Siculi vicarius Neapoli, in ipso ætatis flore, cum iam ad magnas spes adolesceret, obiisset; Bonifacius administrando regno Landulphum Cardinalem, & Philippum Caroli II. Regis filium principem Tarentinum præfecit. At paulo post & Cardinalis legati, & Philippi principis consilij adductus, cum spes affulgeret melius publicæ rei consultum iri, si Mariæ Reginæ procuratio regni deferretur, illam eo munere exornavit.

Charissima in Christo filia Maria Regina Sicilia illustri.

Pridem, non absque gravi nostræ mentis amaricatione, percepto quod claræ memoriæ Carolus Rex Vngariæ charissimus in Christo filij nostri Caroli Regis Sicilia illustris ac tuus primogenitus, ipsiusque Regis in regno Sicilia vicarius generalis mortem, sicut Domino placuit, apud Neapolim subierat temporalem, nos attentæ considerationis studio, prout ad nostrum spectat officium, attendentes, quod in regno ipso, Rege absente præfato, non habebatur qui vices exerceret ipsius; ac nolentes, ut prædictum regnum in eiusdem Regis absentia tanto turbine circumdatum, tantis expositum fluctibus, gubernationis temone careret, seu defectum regiminis pateretur; cupientes etiam, ut eiusdem regni ac eius incolarum fidelium præcaueatur dispendijs, periculis obuietur; quodque inibi promoueantur vtilia, laudabilia procurentur, conquiescant iniuriæ, compefcantur excessus, reprimantur grauamina, insolentiæ refranentur; dilectos filios nostros Landulphum S. Angeli diaconum Cardinalem A. S. L. & nobilem virum Philippum natum eiusdem Regis atque tuum, principem Tarentinum, vicarios & baiulos dicti regni, in quo Apostolica sedes directum & altum habet dominium, de fratorum nostrorum consilio diligenti deliberatione cum ipsis super hoc habita, de apostolicæ plenitudine potestatis sub certa forma duximus ordinandos, sicut in nostris super hoc confectis literis plenius continetur.

Nuperrime autem fide digno relatu ad nostram perducto notitiam, quod statui dicti regni foret vtilius, ac eius incolis acceptius redderetur, si tu, quam gratiarum omnium elargitor regalium elegantiam morum, affabilitatis, prudentiæ, ac circumspeditionis multæ virtutibus decorauit, per quas gratam acceptamque redderis plurimum incolis memoratis vicariatus, & baiulatus huiusmodi regimen exerceres; de prædictorum fratrum consilio, & eiusdem plenitudine potestatis te solam dicti regni generalem vicariam & baiulam ordinamus; curam, administrationem, gubernationem, potestatem, & regimen, ac omnem plenamque iurisdictionem in regno prædicto tenore tibi præsentium committentes, donec per eandem sedem aut per Regem ipsum aliud in hac parte ordinari contigerit vel disponi: non obstante, quod super hoc de prædictis legato & principe per nos fuerat, ut præmittitur, ordinatum;

omni genere alienationis bonorum seu rerum immobilium in dicto regno, ad Regem ipsum spectantium, tibi primitus interdicto; credentes & pro firmo tenentes, quod præfatus Rex Sicilia, tamquam deuotionis & reuerentiæ filius, se in hac parte apostolicis beneplacitis conformabit, & gratum geret non modicum & acceptum, quod per memoratæ sedis circumspeditionem prudentiam factum & ordinatum noscitur in hac parte. Celitudinem itaque tuam monemus & hortamur attente, quatenus, tamquam mulier fortis animo, in agendis experta, & multimode virtuosa baiulatum & vicariatum huiusmodi sic prudenter & strenue, sicque solite gerere studeas, & laudabiliter exercere, quod a Deo præmium, & ab hominibus laudem exinde tamquam benedictionis filia digne consequi merearis. *Dat. Anagnia 11. kal. septembris anno 1.*

20 Discessisse e regno Carolum, ut foederis cum Aragonio compositi leges ad opus perduceret, refert Ioannes Villanus. Qua etiam de causa Guillelmus tit. S. Clementis presbyter Cardinalis in Gallias missus, ut nascituras diffidiorum causas sua prudentia leniret. Cui imperia data, ut ad explicanda optima in perplexis rebus consilia animu ad Deum conuerteret, atque in omnibus confesaretur æquitatem: *Sicut te oraculo viua vocis instruximus, ubicumque circa operationem tractatus eiusdem, nimirum inter Philippum Francorum, Carolu Sicilia Reges, Carolum Alanconij & Valefij comite & Iacobum Aragonium, aliquis se nodus dubitationis ingesserit, quod te forsitan in perplexo deduceret, oculos conuertens ad Christum, quantum cum ipso poteris conformes tue conscientie gremium ad id potius quod prædictæ perfectioni proficiat, quam quod ipsam per obstaculum alicuius ingesti præpedij aliquo modo ledat. Nosti quidem, quod in ijs, que facta contingunt, de iuris prouidentia determinatione certa non traditur; sed ius dicentis, & exequentis prouidentia committuntur. In præmissis ergo ubi præcipue casus emerferit, qui per commissiones factas tibi, & informationes nostras videatur ommissus, sic te geras tractabilem & humanum, quod rigorem mansuetudine tua prouisio temperet, & ad æquitatis dulcedinem per modestos & explicitos terminos circumspectio prouida secum gratia humana amabilitatis inclinet.* *Dat. Anagnia 11. kal. iulij anno 1.* Iustus præterea est Guillelmus c. dare operam, ut Carolus Valefiorum comes vitiu tolleret, quod irreperat in literas, quibus acceptis beneficentia pontificia Aragoniæ & Valentiniæ regnis Cataloniæque principatu cesserat; eoque emendato, abeuntis suo iure renuntiationem ecclesiæ Romanæ nomine admittere & confirmare. Quod ad memoratum foedus attinet, de eo hæc tradit Iordanus: *Alfonso Rege Aragonia defuncto, successit ei Iacobus inuasor Sicilia, & facta pace cum Carolo vnâ de filiabus eius accepit: sed Fredericus alter frater Sicilia occupauit eodem anno.*

21 Descriptæ sunt ab anonymo e rerum Sicularu auctore illius pactiones: *Inter ipsum, inquit, & Carolum pax & concordia facta extitit & firmata: cuius pacis tractatu Iacobus, recognoscens insulam Sicilia iniuste tenere, ipsam omnino deseruit, omnique iuri, si quod in ea & regno prætendebat habere, dicta Romana ecclesiæ & Carolo II. sponte renunciauit & cessit; promisitque eundem Carolum II. bona fide & absque dolo in ipsius insula possessionem inducere corporalem: & propterea interdictum, cui regnum Aragonia totaque terra ipsius Iacobi erat supposita, extitit penitus relaxatum. Pro cuius*

in Pandul. Collemur. lib. 9. h. 8. Neap. Carolus Martell. Vng. Rex moritur.

in Lib. 1. op. 129.

Neapolitana rei administratione data. legato & Philippo principi.

Ad eorum preces in Regiam collata.

Regia bona alicuius rei.

paris obseruantia firmiori, inter ipsum Iacobum, & dominam Blancam ipsius Caroli II. filiam, interque Robertum eiusdem Caroli primogenitum & iam dictam dominam Yolendam ipsius Iacobi sororem matrimonia solemniter sunt contracta. Adiecta etiam alia fuere, quarum princeps ea erat, vt Carolus Valesiorum comes, accepta Apostolica sedis beneficentia in Aragoniam & Valentiam, & Cathaloniam iura Pontifici permitteret; ac tum Bonifacius, vt supremus eorum regnorum dominus, illa Iacobo Regi in gratiam ecclesie renocato restituit, vt e diplomate a subiecto constat.

Ad certitudinem presentium, & memoriam futurorum.

Splendor gloriæ, & figura substantiæ Dei Patris, in cuius lumine lumen inspicitur operoso mysterio, lenitate pacis amare nos instruit, & quodam exemplari speculo fragilitati nostræ viam humanæ miserationis ostendit. Sane propter iniustitiam manifestam quondam Petri olim Regis Aragonum circa occupationem insulæ Sicilia, terræ peculiari ecclesie, variosque conatus, & insidias ad alias partes regni Sicilia occupandas, seditionem in ea insula, motam commotionem, & concitationem populi factam inibi contra rempublicam ecclesiamve Romanam, & claræ memoriæ Carolum Regem Sicilia, non absque strage & occisione multorum; felicis recordationis Martinus Papa IV. prædecessor noster, regnum Aragoniæ, ceterasque terras Petri præfati exponens de fratrum suorum consilio, ipsum Petrum dudum Regem Aragonum eidem regno & terris regioque honore sententialiter, iustitia exigente, priuauit; & priuans exposuit eadem regnum & terras occupanda catholicis, de quibus, & prout sedes Apostolica duceret prouidendum. Postmodum vero idem regnum Aragoniæ atque Valentie, & comitatum Barcinoniæ; quæ sunt de terris expositis, quæ olim fuerant dicti Petri, claræ memoriæ Philippo Rege; Francorum, & dilecto filio nobili viro Carolo nato eius Alanzoni & Valesij comiti; electo ad dictorum regnorum & comitatus regimen a Rege præfato per ministerium, seu deputationem bonæ memoriæ Ioannis tituli S. Cæcilie presbyteri Cardinalis; de ipsorum fratrum consilio, præhabita deliberatione, concessit.

22 Verum præfato Petro sublato de medio, post varios tractatus pacis habitos inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem, eiusdemque Petri posteros sibi successores in vitium, qui facit concordiam in sublimibus suis, Iacobi de Aragonia præfati quondam Petri olim Regis Aragonum filij, præcipue succedentis in culpam, præfatum insulam & nonnulla alia loca in regno Sicilia citra Farum occupata tenentis, hostis ecclesie Regisque dictorum, vt insinuatio nobis & fratribus nostris facta continet; animum conuertit ad pacem: sicque inter iam dictos Regem & Iacobum tractatus pacis est habitus & firmatus, in quo ex parte præfati Iacobi illa inter cætera sunt conuenta, quod insula, memorata Sicilia cum omnibus terris, & castris, casalibus, fortalitijs, insula Malta, aliisque omnibus insulis eidem insulæ Sicilia adiacentibus ubicunque sint, sicut bonæ memoriæ præfatus Rex Sicilia ante rebellionem insulæ prænominatæ tenebat, iuxta nostri determinationem arbitrij per eundem Iacobum Romanæ restitueretur ecclesie; alijs locis, castris & insulis, quæ per ipsum Iacobum, valitores, fautores, complices, & ministros

ipsius citra Farum occupata tenentur, restituentis præfato Carolo Regi viuenti, iuxta nostræ prouisionis arbitrium; nec non liberis, & alijs ob fidibus dicti Regis, quos idem Iacobus apud se detinet, iuxta formam in serie præfati tractatus annexam certis hinc inde pro firmitiori pacis nexu & charitatis nutuæ matrimonijs copulandis.

23 Nos itaque cernentes frementia vndique mundi pericula, & quæ instant præforibus ruinam minantia, grauiâ detrimenta super Terram sanctam, desertam incolis Christi fidelibus, ipsorumque destitutam suffragijs, sententes amare; cum, catholicis principibus distractis ad bella ciuilia, non sit qui consoletur eam ex omnibus charis suis; ac misericordiam potius, quam iudicium, cantare cupientes Altissimo; ad reparationem quoque status præfati Regis Sicilia, filij specialis ecclesie, specialem habentes considerationis intuitum; & memoratum tractatum pacis paternæ charitatis brachijs amplectente (factam iam in manibus nostris per charissimum in Christo filium nostrum Philippum Francorum Regem illustrè, & dilectum filium nobilem virum Carolum fratrem eius Alanzoni & Valesij comitem renunciatione legitima & solemnè de prædictis regnis & comitatu Barcinoniæ, claræ memoriæ prædicto Philippo Regi Francorum eorum parenti, & eidem Carolo comiti, vt præmittitur, per ecclesiam ipsam, concessis, omnique iure, & actione eis competente pro illis) eidem Iacobo, & suis heredibus de fratrum nostrorum consilio & assensu restituumus, reddimus, atque concedimus iam dicta regna Aragonum atque Valentie, ac comitatum Barcinoniæ, honorem regium, ac omnia & singula, quæ sententia dictæ sedis Apostolicæ lata contra dictum Petrum olim Regem Aragonum patrem suum continebat expresse; & ea, atque verba sententiæ, vel effectus eiusdem sententiæ se extendunt: vt ea habeant & teneant eo modo, quo habebat & tenebat dictus Petrus quondam Rex Aragonum pater suus, antequam Romanam ecclesiam offendisset in aliquo, & de prædictis regnis & comitatu in quondam Alfonso primogenitum eius donationem, vt dicitur, contulisset. Nec intendimus, quod per prædictas restitutionem, redditionem, & concessionem nobis vel ipsi ecclesie ius aliquod acquiratur, nec retineatur in illis occasione retentionis, seu reseruationis, quam fecit ecclesia in dictis regnis & comitatu, cum ipsa prædicto quondam Philippo Francorum Regi concessit; nec ratione concessionis factæ de ipsis per Romanam ecclesiam dicto Carolo comiti, aut renunciationis seu resignationis præfate factæ in manibus nostris per eosdem Regem Francorum & Carolum comitem fratrem eius: sed eidem Iacobo, suisque successoribus in eisdem regnis, comitatu, seu terris sua iura firma & illibata persistant, nec ex ijs sibi, vel suis in aliquo præiudicium generetur; sed ea habeant, & teneant, vt prædicitur eo modo, quo habebat & tenebat dictus Petrus, antequam Romanam ecclesiam in aliquo offendisset, & de præfatis regnis & comitatu contulisset donationem in Alfonso, vt dicitur, memoratum; inuestientes per nostrum annulum de prædictis omnibus & singulis eiusdem Iacobi & heredum suorum nomine dilectum filium nostrum Guillelmum tituli S. Clementis presbyterum Card. quem pro votiua perfectione tractatus eiusdem versus partes vltromontanas præsentialiter destinamus. Nulli ergo &c.

Ego Bonifacius catholice Ecclesie episc. subs.

Ego

Caroli Regis iberos & alios ob fides dimittendos.

Carolus Valesius obtento ab ecclesia regni Aragonici iure decede.

Restituit Iacobo Bonifacius Aragon. & Valent. regnor iura.

De Pontificis manu Guillelmus Card. Iacobi nomine accepto annulo, in duntur.

Ad rem perniciendam legatus mittitur.

Ego Gerardus episc. Sabinensis subsc.
 Ego Ioannes Tusculanus episc. subsc.
 Ego fr. Matthæus Fortuen. & S. Rufina episc. sub.
 Ego fr. Hugo Hostien. & Velletr. episc. subsc.
 Ego Petrus tit. S. Marci presbyter Card. cum
 per me non possem, per Petrum Bonagentis cap-
 pelanum meum me subsc.
 Ego fr. Thomas tit. S. Cæcilia presb. Card. subsc.
 Ego Ioannes tit. S. S. Marcellini, & Petri presb.
 Card. subsc.
 Ego Guillelmus tit. S. Clementis presb. Card. subsc.
 Ego Nicolaus tit. S. Laurentij in Damaso presb.
 Card. subsc.
 Ego fr. Robertus tit. S. Potentiana presb. C. subsc.
 Ego fr. Simon tit. S. Balbina presb. Card. subsc.
 Ego Matthæus S. Maria in porticu diac. C. subsc.
 Ego Iacobus S. Maria in via lata diac. C. subsc.
 Ego Neapolio S. Hadriani diac. Card. subscripsi
 Ego Petrus S. Eustachij diac. Card. subsc.
 Ego Guillelmus S. Nicolai in carcere Tulliano dia-
 conus Card. subsc.
 Ego Benedictus S. S. Cosma & Damiani diaconus
 Card. subsc.

Datum Anagnina per manum magistri Petri de Pi-
 perno S. R. E. vicecancellarij xi. kal. iulij, indictione
 octaua, incarnationis dominicæ anno MCCXCV. pont.
 vero domini Bonifacij Papæ VIII. anno 1.

24 Ad stabilendam pacē & mutuo amore con-
 iungendos Reges in tractatu fœderis sancitū fue-
 rat vt vidimus, vt mutuis affinitatibus coniunge-
 rentur: quare Bonifacius consanguinitatis impedi-
 menta, quæ inter Blancam Caroli filiam ac Iac-
 obum erant, sustulit a, vt matrimonio coniun-
 gi possent. Tum abrogauit censuras, quæ vibra-
 tæ in Aragoniam fuerunt; atq; vniuersi clerici, ex-
 poscente Iacobo, sententijs anathematis, inter-
 dicti, irregularitatis, suspensionis, & alijs pœnis
 soluti sunt, ac pristinae dignitati, vt in ecclesijs mo-
 nasterijsque eligi, & postulari possent, restituti. b
 Ad compensandam porro iacturam Siciliae, qua
 cedebat Iacobus, aiunt Surita c ac Mariana d a
 Bonifacio Sardinia & Corfica regna ex arcano
 fuisse promissa; atque ita factum, vt qui fœdus il-
 lud exitiale Aragoniæ querebantur, vtilissimum
 agnoscerent. Sardiniam enim recepere Arago-
 nij, atque immensam pecuniarum vim; nec tamen
 Siciliam amittere, quam suis artibus tenuerunt, &
 demum Galli ac Bonifacius fuerunt delusi. Polli-
 citus est insuper, vt narrat Surita, Iacobo Carolus
 centum millia marcharum argenti, quæ partitis
 vicibus, statuendisque a Bonifacio temporibus
 erat soluturus, præter viginti quinque millia mar-
 charum, quæ in presentia erat numeraturus in do-
 tem Blancæ filia; triginta alia marcharum millia,
 quæ Alfonso Iacobi fratri erant tradita, remissa.
 Cum vero Caroli ærarium exhaustum esset, ac
 dilationem flagitare e cogeretur, Bonifacius eius
 inopiam leuauit: præter enim concessas solutionis
 census petitas moras, vigintiquinque f millia
 marcharū Perpiniani, tum alia septem g millia li-
 brarum turonensium mutuo dedit, qua de re con-
 fectæ fuere tabulæ; ac decimas in eam rem deri-
 uauit, vt probant literæ h ad Aquileiensem, &
 Gradensem patriarchas, Iadrensem & Spalaten-
 sem archiepiscopos, quibus significauit ecclesiam,
 ob immensos sumptus in bello Siculo collocatos,
 ad eam ex Petri, Iacobi, ac Friderici manibus li-
 berandam, exinanitam esse opibus; ac licet tracta-
 ta iam cum ijs pax ac firmata fuerit, ad leuanda
 tamen onera, quæ affert, omnium ecclesiasticorum
 prouentuum decimas colligendas triennio

deposcere, easque pariter se ex tota Italia repe-
 tere; ijs tantum exceptis ecclesijs, quibus episco-
 pus Cardinalis præfesset. Indictæ etiam in Gal-
 liarum parte eadem de causa decimæ a, vt Carolo
 Regi subsidia compararentur.

25 Magna vero contentione inter Philippum
 Regis & Iacobi oratores certatum de restituendo
 Roge Maioricarum Iacobo, alterius Iacobi Ara-
 gonij patruo, qui ob belli societatem cum Gallo
 ininit ab Aragonijs regno depulsus fuerat.
 Cumque negarent Iacobi oratores, ea se aucto-
 ritate instructos fuisse, Bonifacius apud Iaco-
 bum Aragonium institit b, vt patrum restituere-
 ret: cumque de valle Aragny disceptarentur, ad
 cuius ius spectaret, decreuit Pontifex, vt si ante
 bellam Gallis paruisset, in eorum ditione permaneret;
 si bello parta fuisset, mox redderetur: inter-
 im dum veritas inquireretur in pontificia po-
 testate versaretur, vt illius legitimo principi red-
 deretur: deque ea re ad Philippum Regem extant
 apostolicæ literæ c, quibus significauit Bonifacius,
 eius fratrem iam oratorum opera coram se iure
 omni in Valentiam, Aragoniam, & Barcinonem
 cessisse, vt pax confici posset; ac superesse, vt Phi-
 lippus vallem Aragny Guillelmo Cardinali tit. S.
 Clementis seruandam traderet.

Philippo Regi Francorum illustri
 26 Latamur in te, fili benedictionis & gratiæ,
 quod de manuum tuarum operibus fructus pacis
 colligimus, & placidæ charitatis dulcedinem pro-
 batis effectibus degustamus. Hos quidem fructus
 talis arbor debet natura producere, qua genus
 tuum fide præclarum, sinceritate præluens, deuot-
 os ad Christum & sanctam Ecclesiam sponsam
 suam fundatores in orbem quietis amœnæ produ-
 xit, & zelatores feruidos status prosperi totius fi-
 dei Christianæ lætauit. Sane pro consummatione
 prospera tractatus pacis, habiti inter charissimum
 in Christo filium nostrum Carolum Siciliae Regem
 illustrem & Iacobum natum quondam Petri olim
 Regem Aragonum, venerabilis frater noster P. Au-
 relhanensis episcopus, & dilectus filius I. Abbas
 S. Germani de pratis tui procuratores & nuntij, &
 dilecti filij Caroli Alanconis & Valefij comitis fra-
 tris tui ex parte vestra renuntiauerunt nuper in
 manibus nostris pure, & sine conditionis adiectu,
 non sine motu consilij, regnis Aragoniæ, Valentie,
 & comitatu Barcelloniæ, ac omni iuri vobis in illis
 quomodolibet competenti. Quo fit, vt soluto
 nodo pacis eiusdem, ad laudem diuini honoris &
 nominis aperta sit via quieti paratior, & eidem
 Regi Siciliae consanguineo vestro debitæ compas-
 sionis amplexu affectus vester exhibitus amabilis
 charitatis. Verum cum circa perfectionem pacis
 eiusdem super facto vallis de Arany anfractus in-
 cideret, quam idem Iacobus ad se afferens de iure
 spectare, petebat sibi restitui; præcipue cum
 post motam guerram per vtriusque parentes ip-
 sus vallis se dicat possessione priuatum; iidemque
 nuntij tui affirmantes contrarium ex aduerso, de
 illius restitutione a vobis potestatem se dicerent
 non habere; post diuersas discussiones & tractatus,
 ne tanti boni orditus principium per obstaculum
 huiusmodi interiecti præpedij infelicitè sortire-
 tur euentum, suasit rationabilis cautela consilij,
 quod cætera pacis capitula per ordinem debitum
 ponerentur in terminis, & dictæ vallis articulus
 per modum, qui sequitur a censura æqui boni-
 que non deuium ponatur in statu, vt dilectus filius
 noster Guillelmus tit. S. Clementis presbyter
 Cardinalis, quem pro ipso tractatus executione
 voti-

Lib. 1. ep. 180.
 Lex de coniugijs ad Blancæ & Iacobi gratiam soluta.
 Censuræ in Arag. latæ dissolutæ.
 Lib. 1. ep. cur. 160. & Surita l. g. c. 10. a Mariana. l. 14. c. 17. Sardinia & Corfica regna ex arcano Iacobo promissa.
 Pontifex & Carolus a Iacobo circumuenti.
 Lib. 1. ep. 128.
 f. Exp. in arch. molis Adriane lib. prius. Rom. eccl. 10. 3. pag. 447. & collect. Pla sin. 10. 1. pag. 231. & in cod. Vallis sign. lit. B. n. 12 p. 293.
 Lib. prius 10. 3. pag. 248.
 h. Lib. 1. ep. 497.
 Decimæ a Bonifacio pro Sicilia recuperanda indi-
 ctæ.

lib. 369.
 De la- bo Reg. Man- rum tu- gno- tum.
 b. lib. 163.
 e. Ep. 1.
 Dece- ne in- in reg. Arago- a Car- facta.

votina in vlttramontanas partes destinamus ad præfens; celeriter & solerter inquirat de spoliatione seu destitutione vallis eiusdem: & si quidem comperit dictum Iacobum, vel præfatum quondam parentem ipsius post commotionem guerræ iam dictæ per claræ memoriæ Philippum Regem Francorum illustrem tuum genitorem; aut te dictæ vallis fore possessione priuatos, ipsi Iacobo sine dilationis obstaculo restituatur vallis memoratæ possessio, in ea tibi nõ in forma vel figura iudicij in omnibus dominij iure saluo: si vero de præfata non poterit destitutione constare, ipsa possessio ad te sine dilatione restituta proueniat, iure proprietatis in ea modo præmissis similiter eidem Iacobo reseruato. Et vt amabilius procedat ipsius vallis negotium, in quo nuntij dicti Iacobi difficultatem ingerunt, cum de pacis amabilitate tractetur; excellentiam regiam hortamur attentè, & cum interna cordis affectione rogamus, quatenus pro nostra & Apostolicæ sedis reuerentia, & debita Regi Siciliae charitate, donec per Cardinalem ipsum fiat dicta inquisitio super possessione præfata, & eius terminatio subsiquatur, possessionem vallis eiusdem in manu dicti Cardinalis, quem scimus te interne diligere gratuita amabilitate, sequestres. Inconueniens quippe tibi, mundo damnosum, & exempli perniciosi res foret, si per tam modicæ rei obiectum, facta iam refutatione de magnis, tua charitas propalata frigeret; si tam vtilis & Deo placida pacis alligatæ iam vinculum dissolutionis, quod absit, dispendium sustineret. Prætores etenim, apud quos viguit rerum summa prudentia, non curauere de modicis, nec laxis minoribus, quibus specialis fauor a iure tribuitur, in restitutione rei modicæ, si maiori præiudicium afferat, restitutionis beneficium indulserunt.

27 Super facto vero restitutionis regni Maioricarum insularum, Euicæ, & Minoricarum, & aliorum locorum faciendæ per dictum Iacobum charissimo in Christo filio nostro Iacobo Regi Maioricarum illustri; cum nuntij dicti Iacobi dicerent se potestatem aliquam non habere, ac per consequens eidem tractatui discrimen dissolutionis instaret; ne tractatus tam Deo placidus, mundoque proficuum perduceretur incassum, quo multa periculosa discrimina sequi possent, negotium restitutionis eiusdem cum satis expressa conuentionia nuntiorum præfati Iacobi per nostræ prosecutionis remedium assumpsimus, Deo propitio, per modum, qui sequitur, promouendum. Quod prædictus Iacobus restituat, & restitui faciat dicto Regi Maioricarum præfatum regnum Maioricarum, & insulas cum cæteris omnibus immobilibus sine stabilibus, occupatis per præfatum Iacobum & suos, de terris, villis, & possessionibus Regis Maioricarum prædicti, tenenda & possidenda per ipsum Regem Maioricarum eo modo per omnia, quo ipse tenebat ea tempore motæ guerræ præfate; ita quod per hæc nullum ius dictis Regi Maioricarum vel Iacobo crescat in aliquo vel decrescat, saluo quod Saraceni, qui de ipsa insula Maioricarum per dictum Iacobum vel suos eiectione fuerunt, non reponentur ibidem: sed de habitatoribus Christianis ipsius insulæ, si aliqui sunt, quos idem Rex Maioricarum suspectos habeat vel odiosos ex rationabili causa, quæ arbitrari habebit Cardinalis prædictus, vsque ad certum numerum moderandum per Cardinalem eundem de insula præfata recedent; & si nolent recedere, ministrorum manibus expellentur. Verum poterunt, si quas in eadem insula possessio-

nes emerint, vendere & secum portare pretium cum cæteris mobilibus eorumdem: & ad hoc faciendum dabitur eis certus terminus, iuxta ipsius Cardinalis arbitrium statuendum. Cæteri Christiani, quibus dicta insula Minoricarum populata est, in subiectione dicti Regis Maioricarum ibi, si voluerint, remanebunt: sic tamen, quod si per antedictum Iacobum, aut quondam Alfonso fratrem suum, ipsorumve mandatum in eadem insula Minoricarum aliqua possessiones traditæ fuerint in feudum, aut emphyteusim, vel ad censum pro minori seruitio, aut valore, vel censu notabiliter, quam valeant, & æquum, aut rationale censeatur; * quod iudicium tempore contractus inspecto ad æquum & rationale iuxta dicti Cardinalis arbitrium reducetur, donationes autem simplices factæ per eundem Iacobum, & quondam Alfonso, officiales, seu ipsorum factiones in prædictis & de prædictis possessionibus, omnifariam irritentur. Rogatibus itaque nostris, hortationibusque paternis circa sequestrationem vallis prædictæ tua filialis & sincera deuotio aures præbeat, cor inclinet; tenens & sentiens, quod ex complemento præfati tractatus, quatenus ad te spectare dignoscitur, præter id quod æterno Regi te gratum, nobis & Romanæ ecclesiæ matri tuæ placidum & fauorabilem exhibebis, per diuersos mundi circuitus exurgunt laudis tue sonora præconia, quod dicto Regi Siciliae, sanguinis tibi identitate coniuncto, circa reparationem status ipsius auxiliaria, & præcipua impenderis iuramenta. *Dat. Anagninæ xii. kal. iulii anno 1.* Repetita eadem preces a Bonifacio fuere iv. Kal. iulij apud Philippum, vt vallem, cui Arany nomen est, controuersam Cardinalis fidei commendaret; iterumque, ne pro leuissima re vtilissimum fœdus discuteret: Balearium Regem in suam ditionem reuocatum iri.

28 Ad restituendum præterea dignitati pristinae Balearum Regem Bonifacius conuulsi b decretum Catalanorum, quo subactis armorum vi Balearibus insulis sanxerant, vt Barchinonensis comitatus ditioni obnoxia forent: at egregium eorumdem facinus, cum Saracenos omnes ijs insulis pepulerunt, confirmavit c. Ne vero Fridericus aut Petrus Iacobi fratres initum fœdus confunderent, Iacobum qui pactus erat, eos ex Sicilia insula a se reuocatum iri, nec Siculos auxilio consilio adiuturum, vsit vt conuenta operi mandaret. Diuelli ex ingenti præda haud sine magnis difficultatibus poterat Fridericus, qui abeunte in Aragoniam Iacobo Siculorum ora animosque in se conuerterat: quem vt maiorum spe & cupiditate ad pacem, abijciendamque Siculorum clientelam alliceret Pontifex, ipsum ad colloquium exciuit, de quo hæc rerum Sicularum verus M. S. a *Licet Siculi eiusdem Friderici ad dominum summum Pontificem dissuaderent accessum, idem tamen Fridericus, domini nostri Papæ mandatis potius quam Siculorum consilijs libenter inherens, cum quadraginta galeis ad maritimum Chircbelli accedens, cum equitum honorabili comitatu ad terram Billitei partium Campanie se contulit confidenter.* Spondit illi Bonifacius splendidas Catharinæ Imperatricis Constantinopolitanæ nuptias dotaleque Imperium communibus armis schismatico Andronico eripiendum ostentarat: vtque ab Augusta assensum eliceret, subiectis literis illi proponit auitam hereditatem eo coniugio recuperatum iri, Græcos ad obsequium Ecclesiæ adigendos, ac pace reddita Siciliae, principibusque fœdere con-

* eorum

* iuuamēta

a *ibid. ep. 208.*c *ibid.* Fridericū mulcere studet Pontifex.

d M. S. Fred. com. v. bald. In Campaniam allic.

Spes illi propozita.

coniunctis arma in religionis hostes vertenda, instaurandæque in Syria rei Christianæ præclaras spes affulgere.

Ep. 174. *Charissima in Christo filia Catharina Imperatrici Constantinopolitana illustri.*

29 Postquam diuina miseratio nos ad apicem summi apostolatus assumpsit, feruentibus curauimus studijs, & indefessis sollicitudinibus laborare, vt catholici principes orbis terræ, ad inuicem diffidentes, ad pacis & tranquillitatis commoda reducantur. Sed cum inter alia principum & aliorum ipsius orbis scandala, inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Siciliae Regem illustrem, patrum tuum, & quondam Petrum olim Regem Aragonum; ac eo de præsentis vita subtracto, inter dilectos filios Iacobum & Fredericum natos eius super regno Siciliae suscitata discordia, & grauiam quæ contigerunt pericula mentem nostram continuis vexauerunt angustijs; laboriosos deduximus dies ac noctes, nec mirum, insomnes, vt hinc inde firma pax & plena concordia cum beneplacito charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum illustris, auctore Domino, proueniret. Demum itaque, diuinæ gratiæ cooperante virtute Iacobo & Frederico prædictis redeuntibus ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ reuerenter, tractatus pacis & concordiæ, promissionibus de matrimonijs contrahendis, obligationibus, conuentionibus, pactis, & pænis hinc inde firmatus aduenit, sicut in instrumento publico, & apostolicis literis inde confectis plenius continetur: ex quo Terræ sanctæ subuentio, pax renatis fonte baptismatis, magnaue tranquillitas, & tibi maxime, prouentura sperantur. Profecto, filia charissima, dum in huiusmodi tractatu pacis essemus, ac multa & varia, noua & vetera, sicut negocij ministrabat arduitas, in crebram memoracionem consideratio nostra deduceret, occurrit memoriæ nostræ frequenter de inclytæ recordationis Balduino auo & Philippo patre tuis Imperatoribus Constantinopolitanis rememorantes, in eis deuotionem puram, & filialem affectum, quibus ipsi erga Romanam ecclesiam matrem suam, efficacibus studijs viguerunt; grauiam quoque corporum, rerumque dispendia, quæ a Græcis pertrahere schismaticis, laborantibus in opprobrium fidei Christianæ; maternam etiam beneuolentiam recensentes, qua ipsos ecclesia prædicta sicut charissimos eius filios & Christianissimos principes compassionis affectu extitit prosecuta; sicque pensantes infra nostri peccatoris arcana sollicitè de tui status tuæque prosperitatis augmento, cum ab olim etiam, dum nos minor status haberet, ad tui releuationem honoris nostra plurimum intentio versaretur; diffudimus vndique, & in longum protendimus considerationis nostræ respectum, qualiter tibi posset salubrius Imperij tui Constantinopolitani recuperatio prouenire: qualiter ille schismaticus Græcorum populus, ab olim in deuium prolapsus erroris, reduci commodius valeat ad semitam veritatis, & gremium sanctæ Romanæ ecclesiæ, ac subiectionem Imperatoris Constantinopolitani catholici, veri dicti populi domini temporalis.

30 Cumque inter cæteros mundi magnates ad id vtiles circumspectio librata discerneret, cum prædicto Rege Siciliae patruo tuo, qui te affectu paterno pura sinceritate prosequitur, collatione super hoc & discussione habita diligenti, cogitauimus quod nulli melius pro huiusmodi tuo consequendo commodo iungereris, quam Frederico

prædicto, qui pensatis omnibus; & eo maxime, quod inter prædictum Iacobum fratrem eius, & filiam dicti Regis matrimonium est firmatum; ad prædicti recuperationem Imperij vtillior his temporibus videbatur. Sicque tractatu de contrahendo matrimonio inter te ac eundem Fredericum, non in discursu, sed cum deliberatione maxima, profecuto, sub firma fiducia, vt a nostris & dicti Regis super hoc tui sensus non discrepent; sed ad id cum promptitudine voluntatis tuus assensus accedat, cum respicere tui calminis incrementa felicia dignoscatur; idem Rex pro parte tua, & procuratores eiusdem Frederici pro eo cum iuramentorum præstatione solemniter promiserunt, vt infra mensem septembris proximo futurum per verba de præsentis matrimonium huiusmodi compleatur; nosque præmissorum consideratione pro ipsius recuperatione Imperij eidem Frederico in casu prædicti matrimonij contrahendi magnum pecuniarum subsidium duximus promittendum, Celstudinem itaque tuam monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus diligenti meditatione considerans, & prudenter aduertens, quod id pro tua vtillitate præcipue, ac pro tui releuatione status factum & ordinatum existit, mentem & animum tuum ad ipsius matrimonij perfectionem exponas, & propter hoc personaliter statim ad præsentiam nostram accedas. Et ecce dilectum filium Ioannem abbatem monasterij S. Germani de Pratis prope Parisios ordinis S. Benedicti latere præsentium, virum vtique prouidum & discretum, ac tui honoris feruidum zelatorem, de legalitate cuius & circumspessione confidimus, ad te propterea destinamus; vt te ad præsentiam nostram honorifice ac festinanter adducat, & diligentius super præmissis informet, ac alijs, quæ exponenda tibi secretius sibi duximus iniungenda, cui fidem credulam te volumus adhibere. Speramus quidem in illo, qui bonorum est omnium largitor, quod ex hoc tibi speratus honor & optatus fructus adueniet, idque cedit ad laudem Dei, & generaliter ad statum prosperum populi Christiani. *Datum Anagnina v. kalend. iulij anno 1. J*

31 Alijs præterea literis Philippum Francorum Regem monuit, vt Catharinam Imperatricem ad id inflecteret, eam nimirum conditionem inter capita fœderis cum Iacobo & Frederico initi appositam fuisse: verum non perfectam rem, inferius videbimus. Non de fuere mox, qui ad optatissimam pacem discutendam conatus suos conuerterent: ad quos coercendos Bonifacius solemniter anathematis sententiam tulit; contra vero indulgentiarum præmia ijs proposuit, qui apud Deum preces funderent, vt in opus perduceretur, vel ad id suam operam contulissent: quæ Friderico significauit, atque ad perficiendum tractatum iam Blancam Caroli filiam in Cataloniam pergere, missosque ad Catharinam Imperatricem legatos, quo eam in Italiam adducerent, vt ipsi desponderent. Qui porro ij fuerint, qui pacem disturbare niterentur, notat Mariana b Siculus extitisse, qui proditos se ex illo fœdere exclamarunt, ac veteri odio in Gallos imbuti mortem potius, quam eorum iugum pati, in animum induxerunt.

32 Interea Pontifex ad eos placandos Messanensem archiepiscopum misit, cumque Friderico commendauit, hortatus vt omnia, quæ ad muniendum iter perficiendæ concordie conduce- rent, promoueret.

Solicitat Catharinam Bonif. vt Fredericum virum accipiat.

Exponit, id in tractatu pacis conuenit.

Recuperatum iri facilius Constantinopoli Imperii.

Dilecto filio nobili viro Frederico nato quondam Petri olim Regis Aragonum.

Nobilitatem tuam volumus non latere, quæ post recessum dilecti filij Ioannis de Procida & Manfredi Lance, nuntiorum tuorum circa tractatum pacis & concordia, diuina fauente clementia, iam firmatum atque iuratum, facta noscuntur; & specialiter ea, quæ contra impetitiones pacis, & ad promotionem ipsius nuper in festo natiuitatis beati Ioannis Baptista infra missarum solemniam duximus faciendam, quæ præsentibus fecimus annotari: *Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.* Nuper, diuina fauente clementia, tractatu pacis inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem, & nobiles viros Iacobum & Fredericum natos quondam Petri olim Regis Aragonum, de beneplacito charissimi in Christo filij nostri Philippi Francorum Regis illustris ad concordiam, non sine multis vigilijs & sollicitudinibus nostris, deducto; de matrimonijs contrahendis, promissionibus & alijs firmato, & iuramentorum adiectione vallato, ac per nos publicato solemniter; ad audientiam nostram peruenit, quod nonnulli pacis æmuli, Christianitatis quietis, subuentionis Terræ sanctæ, ac boni publici turbatores, contra pacem & concordiam supradictas quasi membra angeli sathanæ submissiones maleuolas faciebant, volentes obscurare falsis adinventionibus tantum bonum.

33 Nos vero, volentes talium iniquis machinationibus obuiare, in festo natiuitatis beati Ioannis Baptista proximo præterito, in cathedrali ecclesia Anagninæ, infra missarum solemniam pacem & concordiam memoratas iterato duximus publicandas; excommunicationis sententiam auctoritate apostolica promulgantes in omnes & singulos cuiuscumque præminentia, dignitatis, aut status, qui scienter & fraudolenter verbo vel facto pacem & concordiam huiusmodi impedirent; declarantes aperte omnem animam uiuentis hominis & mortalis, quantumcumque & qualicumque ecclesiastica vel mundana, regali seu aliâ dignitate fulgentis, huiusmodi sententiam nostram ligare: non obstantibus quibuscumque priuilegijs vel indulgentijs, personis vel statui, verbo vel literis quomodocumque concessis, quibus posset quis contra huiusmodi nostram sententiam se tueri, & de quibus oporteret plenam & expressam, vel sub quouis modo, vel verborum conceptione, vel expressione, seu de status & personarum ac dignitatum nominibus & cognominibus, ac de verbo ad verbum fieri mentionem. Et quia catholica fidei dilatandæ, Christianitatis quieti, subuentioni dictæ terræ, animarum saluti dictarum pacis & concordia complementum creditur profuturum; omnibus vere poenitentibus & confessis, qui pro complemento huiusmodi ad Deum deuotas preces effundent, singulis vicibus, quibus hoc fecerint, centum dies de iniuncta sibi poenitentia duximus misericorditer relaxandos. Ad hæc præmissis adiicimus, vt ab huiusmodi excommunicationis sententia nullus nisi in mortis articulo possit absolui absque sedis Apostolicæ licentia speciali. *Dat. Anagninæ v. kalend. iulij anno 1.*

34 Scias insuper charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem, & dilectum filium nostrum Guillelmum tit. S. Clementis presbyterum Card. nec non dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Blancam natam

Regis eiusdem, sponsam nobilis viri Iacobi fratris tui, iam de Anagnia recessisse pro complemento pacis, auctore Domino, gressus suos versus Cataloniam dirigentes. Nos etiam venerabilem fratrem nostrum G. Anitensem episcopum, virum utique prouidum, sollicitum, & in agendis expertum, de cuius circumspectione & legalitate, confidimus, in Franciam duximus destinandum, vt charissimam in Christo filiam Catharinam Imperatricem Constantinopolitanam ad partes istas festinanter adducat, tibi annuente Domino, prout promissum est & iuratum, matrimonialiter copulandam; aliaque fruentibus studijs promouemus, quæ videmus utilia ad pacis huiusmodi complementum. Et ecce quod ad præmissa, & alia tibi seriose exponenda venerabilem fratrem nostrum Franciscum archiepiscopum Messanensem, virum prouidum & discretum, ad te personaliter destinamus: quem recipere cures beneuole, ac benigne tractare, significaturus nobis per eum, quæ tibi sunt placita, & perficiendæ paci videris fructuosa, tuosque successus, quos cupimus in Domino prosperari. Igitur ea prosequaris attentius, quæ concordia profutura cognosces, & a nouitatibus ac actibus studeas abstinere, qui præstare possent obstaculum tanto bono, ex quo tibi sperantur præcipue honor & exaltatio prouenturi. *Datum Anagninæ III. non. iulij anno 1.*]

35 Quam vero Messanensi archiepiscopo prouinciam imposuerit Bonifacius, liquet ex alijs literis ad Fridericum missis, vt nimirum censuras in Siculos vibratas dissolueret, ac sacra, quorum diuturnum iustitium fuerat, restitueret, vt ea occasione delinicti Siculi pontificijs iussis se submitterent.

Dilecto filio nobili viro Frederico, nato quondam Petri olim Regis Aragonum, salutem & apostolicam benedictionem.

Fruentibus studijs anhelamus, vt illa, quæ secundum Deum pacis, diuina fauente clementia, inter charissimum in Christo filium nostrum Carolum Sicilia Regem illustrem, & magnificum virum Iacobum fratrem tuum ac te de beneplacito nostro, & charissimi in Christo filij nostri Philippi Francorum Regis illustris firmata & iurata sunt, auctoritate sedis Apostolicæ executioni mandanda congruis temporibus impleantur. Ideoque venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Messanensem in Siciliam prouidimus destinare, dantes sibi plenariam potestatem absoluedi ab interdictis in ciuitates, castra, aliaque loca dictæ insulæ; & ab excommunicationum in personas ciuium & incolarum ipsorum sententijs, a præfata sede seu eius auctoritate prolatis; iuxta modum & formam, qui in literis nostris super hoc confectis plenius exprimuntur; ipsumque celerius duximus præmittendum, vt congruo tempore inueniatur paratior, vt pote in dicta insula constitutus ad absolutionem huiusmodi congruo & statuto tempore, vt præmittitur, impendendam. Quapropter nobilitatem tuam rogamus & monemus, & hortamur attente, quatenus recipias ipsam beneuole, & benigne pertractes, & ob diuinam reuerentiam, nostram, & sedis eiusdem eum & Messanensem ecclesiam, suæ gubernationi commissam, habeas propensius commendatos. *Dat. Anagninæ VI. non. iulij pontificatus nostri anno 1.*]

36 Misit præterea Bonifacius ad Reginam, Constantiam ac Fridericum religiosum virum & Prædicatorum familia, vt nonnulla ad concordiam

Carolus Regem Siciliæ ad Iacobum, Arag. Blacam adducere.

Catharinam Imperatricem ipsi despondendam

Messanensem archiepiscopum ad eum mitti.

Dissolueret pontificalia, auctoritate censuras iussis.

Ex. in archiepis molis Adriane & in colle. Plat. M. S. Vat. 10. 1. pag. 230. & in Cod. Vall. sign. lit. D. n. 1. pag. 148.

Pontificis ad Frid. lit.

De restituendo Sicilia sacrorum vsu.

Misus ad Constantiam & Fridericum nuntius pro tractanda concordia.

spestantia capita cum ijs tractaret, quem Ioanni Procidā a & Rogerio Lauriā b, qui summa auctoritate in aula Sicula floreant, commendauit. Cæterum hoc anno inclinante turbati res capere, & in bellum vt antea erumpere, cum Fridericus pacis consilia deseruisset, d ac regno, quod iniuria occupabat, incubare potius, quam imperium ex alienis manibus numquam forte bello obtinendum repetere mallet: cuius perfidiam fatiis insinuat M. S. rerum Sicularum his verbis e: *Vbi cum predicto domino nostro summo Pontifice facto colloquio, inde recedens, ad insulam Sicilia redijt memoratam: in qua propter dicti Iacobi cessionem incipiens proprio nomine dominari, titulum, vt infra scribitur, sibi sumpsit, videlicet: Fridericus infans illustris Regis Aragonum & Sicilia filius, eiusdem regni Sicilia dominus. Tabelliones vero in instrumentis scribebant sic: Dominante inclito domino Frederico infante illustris Regis Aragonum & Sicilia Regis filio, domini sui anno primo.* His gradibus Fridericus sibi iter ad solium muniebat, vt visuri sumus. Porro in suspicionem adductus est Ioannes Procidā, ne qui fuerat omnium malorum inceptor, præteritis malis, quæ inuexerat, nondum satiatum ad Pontificis voluntatem non flecteretur; sed contra potius Siculos exasperare niteretur: quare postea a Bonifacio insula excedere iussus est c. Quod vero attinet ad memoratum Rogerium Lauriam florentissimum auctoritate, & rebus gestis apud Siculos ducem; illum ad partes ecclesiæ pellexerat Bonifacius magnis beneficijs. Et quidem creare inter Saracenos principē cōstituit, atque insulas obiacentes Africæ Gerbam nimitum & Cherchinas, quas ille barbaris eriperat, iure fideiuario sedis Apostolicæ liberalitate possidendas attribuit. De quarum expugnatione hæc memoratus auctor f anonymus de rebus Siculis refert: *His temporibus insulam, in finibus Libya sitam, palmarum fructibus copiosam, caricis & oleo abundantem quam ab Iharba Rege Afrorum, qui tempore, quo Dido fundabat Carthaginem, præsidebat in Libya, paululum declinante vocabulo, dicunt Egerbas; Rogerius de Lauria, mistis astu & calliditate cum viribus, sua iurisdictioni subegit: in qua ne forte incola regionis Libycis, fraudibus innitentes, aliquando resfilirent, nobile castrum pro causa securitatis domini & pro perpetua possessione fundauit.*

37 Affulgebat inde spes religionis Christianæ terminos in Africa proferri posse a Rogerio, qui plura hæctenus bellicæ virtutis illustria exempla explicuerat, cum maxime sedis Apostolicæ clientela tectus fultusque subsidijs foret. Initis itaque solemnibus pactis, Bonifacio e Calamandrano Hospitalarium equitum præceptori data prouincia, vt Rogerium Lauriam sacramento fidei in Romani Pontificis verba obstringeret. g

Rogero de Lauria.

Ex tuorum strenuitate actuum superlaudabiles* nuper prouenisse percepimus, qui apud Deum & sedem Apostolicam grati redduntur multipliciter & accepti: & proinde grandibus attolli laudibus promereri. Sicut enim ex serie tuæ nuntiationis & petitionis accepimus, tu diebus illis marinis navigationibus versus Africam ob reuerentiam Crucifixi, non absque potenti manu progrediens, Gerbi & Karkim insulas prouinciæ Africæ, seu ciuitatis Tunisi conterminas vel vicinas, diuino fretus auxilio, eripuisti potenter de manibus hostium fidei Christianæ, ac in eis proponis ædificari facere ecclesias & altaria, & Christo domino deseruiri. Quæ quidem insulæ,

prout asseris, non sunt de regno Sicilia, nec ad Regem pertinent dicti regni; quodque ab eo tempore, cuius memoria non existit detentæ non fuerunt per aliquem Christianum, quousque ad manus & posse tuum, vt prædicatur, deuenierunt. Cum autem nobis duxeris humiliter supplicandum, vt præfatas insulas tibi, tuisque heredibus concederemus in feudum, sub annuo censu de gratia speciali a nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus & Romana ecclesia perpetuo a te ac ipsis heredibus retinendas; nos attendentes, quod tu easdem insulas eripuisti potenter, vt prædicatur, de manibus hostium crucis Christi; ac pium & laudabile propositum, quod habere te asseris, vt in insulis ipsis orthodoxa fides propagetur & vigeat, cultusque seruetur inibi diuinorum, quamplurimum in Domino commendantes; gaudentes etiam, quod per ministerium tuum Christianitatis termini dilatentur, tuis supplicationibus inclinati ad laudem Dei, tuæque salutis augmentum memoratas insulas, & earum quamlibet cum omnibus iuribus & pertinentijs suis, in merum & mixtum imperium & iurisdictionem plenariam, temporalem videlicet in eisdem, auctoritate apostolica, & de apostolicæ plenitudine potestatis nomine nostro, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, & ipsius ecclesiæ Romanæ tibi, & tuis heredibus catholicis atque legitimis, & in deuotione ipsius Romanæ ecclesiæ persistentibus, in feudum perpetuum concedimus sub annuo censu quinquaginta vnciarum auri ad pondus dicti Sicilia regni, nobis & successoribus ipsis, ac eidem ecclesiæ annis singulis infra octauas beatorum Apostolorum Petri & Pauli in Romana curia persoluendo. Et ecce dilecto filio fratri Bonifacio de Calamandrano magno præceptori ordinis Hospitalis S. Ioannis Ierosolymitani in partibus cismarinis damus per alias nostras literas a in mandatis, vt te auctoritate nostra de feudo inuestiat memorato, & recipiat a te nostro, & prædictorum successorum nostrorum, & ecclesiæ Romanæ nomine iuramentum fidelitatis & homagij sub forma, quæ in alijs nostris literis continetur; nec non & publico instrumento, tuo nihilominus sigillo munito, per quod te feudum huiusmodi pro te tuisque heredibus a nobis, & eadem Romana ecclesia, vt prædicatur, recipere fatearis; ac prædictos tuos obligabis heredes ad præstandum simile iuramentum & homagium, & recognoscendum, quod feudum ipsum tenebunt a nobis, & successoribus nostris, & ecclesia memoratis; & ad promittendum, quod prædictum censum annum, statuto termino cum integritate persoluent. Quod si tu vel ipsi heredes id facere forsitan contempseritis, omne ius, quod tibi vel ipsis heredibus ex præsentis nostre concessionem debetur, vel competet, ex tunc eo ipso ad prædictam ecclesiam libere deuoluatur. Nulli ergo &c. *Dat. Anagninæ 111. id. augusti anno 1.]*

Aboluimus Siculas res insigni facinore Caroli Sicilia Regis, qui Neapolitani regni opprobrium sustulit, Saracenorum Luceriæ reliquijs dissipatis, cum iam antea a Carolo I. subacti, sed vt ritu auro viuerent permisi fuissent. Eiectos vero a Carolo II. peractis Regis Vngariæ exequijs, referunt b; atque edito regio proscriptos, vt cuius impune Saracenos liceret trucidare, qui superstitionem Mahumeticam eiurare respuerent: ac mox partim in fugam se proripuisse, partim sacra Christiana amplexos, sed vitam inquinatam vitijs du-

Lib. 1. op. 157. Reg. post eand. ep. Ioannes Procidā pacandus res exasperat. Iustus ab insula discedere. Lib. 1. ep. cur. 159. d lord. M. S. var. sign. n. 1960. hoc ann. hist. Neap. lib. 5. e M. S. re. tus. Frid. com. Vbal. de reb. Sic. pag. 28. Vrger Cōstantiam Pont. vt Fridericū filium ad pace m ad ducat. Gerba insulæ obiacentes Africæ. Ib. pag. 52. Vt ex sub act. a fuerint. Bonif. 1. ep. 115. * fructus

Exi. per. nes. sed. ob. du. hie. Bon. gen. Per. m. h. a. R. P. em. Fide. cram. exip. b. Sam. lib. 3. C. l. m. p. l.

xiffe: excindēde vero Saracenicę huius pestis e Neapolitano regno provincia demādata est Ioanni Pipino, de quo Sumōtius e regio archino hæc affert: *a* Ioannes Pipinus de Barulo miles magister rationalis curia destinatus ad depopulationem Luceria: cuius industria, coadiuuante diuina potentia dextera, confusa est Saracenorum præcogitata nequitia, conculcata proteruita, & ipsius terra depopulatio subsecuta *b*. Aboluitum tunc est infame Luceria Saracenorum nomen ex cinitas S. Marię nuncupari cepit; actumq; Carolus Regē diuino instinctu in promouenda Christi gloria prædicat Benedictus XI. sanctitate & miraculis clarius, laudatque ecclesiam cathedralem amplissimis ditatam sacerdotijs cōdidisse. Hactenus de rebus Siculis; instituti ratio iam efflagitat, vt alias res Italicas profsequamur.

38 Infederat alte Bonifacii menti, pace firmissima Christianos omnes cōstrictos ad Christi defendendum nomē conuertere: quare cum Genuenses ac Veneti mutuis imbuti odijs, alternaq; potentia æmuli, Christianam rem bellis continuis admodum affligerent, vtriq; populo Bonifacius inducias apostolica auctoritate indixit *c*, vtque oratores ad se componendi fœderis gratia mitterent, sollicitauit. Extant etiam alię ad Venetos datę, quibus rogauit, vt compromisso publico causę suę iura pro cōcilianda illos inter ac Genuenses pace sedi Apostolicę permitterent. Paruere pontificijs monitis Veneti; quorum pietatem Pontifex collaudauit *e*: sed Genuenses, rerum gerendarum spe elati, classem ingentem in Venetos confluere. Ne ergo Venetis ipsorum pietas detrimentum verteretur, permisit Bonifacius *f*, vt repellendo hosti se compararent, atque ideo editam antea legem remisit.

Duci, consilio, & communis Venetorum.

Quam grauis & dispendiosa exorta inter vos & Genuenses possit esse turbatio, quantaque corporū & animarum hinc inde pericula inducere turbatio ipsa valeret, quibus etiā Terra sancta proinde læsionibus per sperati subtractionē auxilij torqueretur, diligenti meditatione pensantes; & cupientes dissidentibus filijs paterni cura præsidij, prouidere treugas inter vos & ipsos vsq; ad festū natiuitatis B. Ioannis Baptistę futurū proxime sub certa pœna per alias nostras sub certa forma literas duximus indicendas. Verum commoueri cogimur, nec indigne turbamur, quod cū ambasiatores vestri super tractatu pacis & concordia, inter vos & Genuenses ipsos in nostris manibus reformandę, deuote ac reuerēter exhiberint nostro beneplacito se paratos, ambasiatores Genuensium eorundem, afferentes certum super hoc a præfatis Genuensibus se non habere mandatum parere similiter, ac se ad id exponere noluerunt: quinimo Genuenses ipsi, vt accepimus, congregato magno stolo galearum, & marinis incursum iam assumptis, contra vos progredi hostiliter comminantur. Præcauere igitur intendentes, ne huiusmodi obedientia vestra nocua vobis quoquo modo reddatur; ac nolentes, vt prædicti Genuenses de sua in hac parte superbia glorientur; tenore præsentium declaramus, quod si, quod absit, præfati Genuenses contra vos procederent hostiliter, vt minantur, ac treugas huiusmodi non seruarent, nostrę nequaquam inrentionis existit per huiusmodi indicationem treugarum, ac pœnam in eis appositam, vos arcere, quominus per modos iustos, & licitos vos defendere valeatis contra Genuenses ipsos, treugas huiusmodi non seruantes. *Dat. Anagnine id. augusti anno 1.]*

39 Exciuisse ad sedem Apostolicam Pontifi-

cem Venetum & Genuensem antistites, vt concordia rationes inirentur, refert Bizarrus *a*; sed irritato conatu. Sensere vero mox Genuenses Dei iras ob ipsius vicarij spreta consilia, eorumque potentia sensim defloruit, vt narrat Ioannes Villanus *b*. Cum enim classem florentissimam, insignem triremium ac nauium numero constitam instruxissent, Messanam præteruecti, vt Venetias inuaderent, mutuis dissensionibus inter se subortis, Genuam repetere coacti, magno furore die noctuque se inuicem contrucidare cœperunt, iniectę tectis faces partem vrbis littori obiectam ac plura magnifica palatia absumpsere. Ita qui pacem adeo Christiano orbi necessariam respuerant, mutuis funeribus se confecere *c*. Deum cum furor ille paululum se fregisset, fallaces inducias pepigere: qui enim Auria & Spinolarum factionis erant, pluribus ex Liguria & Insubria in suum auxilium excitis, Grimaldos demum Guelphosque alios vrbe pepulerunt.

40 Nec Genuenses modo ac Veneti inter sese dissidebant, verū laborabant quoq; granioribus dissensionibus Flaminia populi, ecclesię Romanę clientes: ad quas componendas Rizardus Ferentinus missus *d*, iussuq; est *e*, censuris soluere sequaces Guidonis comitis Montisferetri, qui diu cum ecclesia bellum gesserat, atq; in defectionem plures vrbes & oppida traxerat. Celestino autē V. ad pontificatum euecto, supplex ad eum confugerat, ac sacramento præstito, datiq; cautionibus in gratiā vt vidimus *f*, restitutus fuerat: cui Bonifacius, cum illius ambigua esset fides, imperauit *g* ne Foroliuij, Casena, aliorumq; locorum, quę ab Apostolica sede creandorum magistratum auctoritate deiecta fuerant, administrationem suscipere. Flagrabat etiam intestino bello Insubria: Ioannes enim Montisferrati marchio Terdonenses, Papienses, Alexandrinos, aliosque populos, societate armorum coniunctos, continuis prælijs lacebatur. Vt ergo Bonifacius tot malis inderetur, Raynerium eo legatum misit *h*, qui imperaret *i* inducias, & aduersas partes inter sese conciliaret, quibus præciperet, vt oratores ad sedem Apostolicam mitterent ad controuersiam non furore, sed iure decidendam. Imperatumque etiam Mediolanensibus fuit *j*, vt indictas inducias obseruarent.

41 Vrebat Bonifacium longe grauior Transalpinos Reges, in arma proficentes, ad pacem adducendi cura. Eduardus enim atque Adolphus pellectis ad defectionem nonnullis Belgij principibus, in Philippum Francorum Regem, qui Iacobum Aragonium in societatem traxerat, coniuarant: Gallica vero arma in Aquitaniam versa sūt, cum Regis Francorum, Eduardum iudicio postulantis, edictum exeunte superiori anno promulgatum spretum fuisset, vt refert Iordanus *m*: *Contempto, inquit, mandato, Rex Francia per suum constabularium fecit in manu sua totam saisir Vasconiam, ad regni sui feuda pertinentem, & Regem Anglię ad suum parlamentum citauit. Interea Ioannes comes Annonia cepit vastare terras, & gentes Regis Francia, nec correptus desistere voluit. Vnde Rex misit Carolum comitem Valesij, cuius impetum Ioannes non ferens, ad eum supplex accessit, & ad Regem perductus de omnibus satisfecit. Eduardus vero citationes personales contemnens, misisse dicitur Regi Francia, quod ei quibat quidquid ex eius feudo tenebat, intendens illud, & alia plurafine homagio possidere. His consentanea ab alijs traduntur *n*. Quę cum rem Christianam admodum affligerent, Christi vicarius vt ardua consilia in opus*

a Bizarr. de bello Venetico. l. 1. Diuina in Genuenses vicio ob spreta pontificia monita. b. to. vill. l. 8. cap. 14. Eorum classis nulla re gesta dissoluta. Intestino se bello conficit. c. Ead. c. Bizar. Genuensibus. lib. 5. ac Follet. l. 6. Gibellina factio Guelphā Genua pelit. d. Bonf. l. 1. ep. cur. 41. e. Ibid. ep. cur. 40. Turbæ in Flaminia exortæ. f. An. Chr. 1294. n. 15. Vt Guido Montisferetri comes ad Celestini obsequiū procubuerit. g. Ead. l. 1. ep. cur. 145. Montisferati marchio cum Papien. & Alexindrinis bellum gerit. h. Ep. cur. 85. Ambæ partes ad tractandā concordia mittere oratores iussit. i. Ep. 86. l. Ep. 87. Periculofum inter Anglor. & Francor. Reges eorumq; sideratos bellum. m. lord M. S. Vat. sign. n. 1260. n Thom. Valsing. T. 1. p. 102. Neustria Paul. Amil. in Phil. & alij.

perduceret, Bernardo Albanensi & Simoni Prænestino episcopis Cardinalibus legationis munus imposuit, ut studium omne ad conciliandos eos Reges conuerteret: quos ad facilius implendas partes suas summa auctoritate ad dissoluenda quæcumque sacramenta ac fœdera, paci conficienda aduersa, instruxit.

Bonifacius, &c. Ad præfatos Reges continuatis gressibus vos personaliter conferatis, ipsos iuxta datam vobis cælitus gratiã solcite inducendo, ac instando feruentius apud illos, ut super huiusmodi negotio, quod Romana ecclesia veluti pia mater specialiter cordi gerit, nostris & Apostolicæ sedis beneplacitis, quibusuis obstaculis omnino subductis, efficaciter acquiescant: vosque super hoc illam vigilantiam, & sollicitudinem impendere studeatis, ut per vestræ curiosæ solertiæ studium nostrum in hac parte desiderium impleatur, ad diuini nominis laudem & gloriam, statumque fidelium pacificum & tranquillum; ac vos præter supernæ retributionis præmium, vobis proinde prouenturum, possitis non immerito commendari.

Ut autem in huiusmodi negotio eo utilius & efficacius procedere valeatis, quo maiori per nos fueritis in hac parte auctoritate muniti, vobis communiter relaxandi inramenta quælibet super negotio ipso a quibuscumque præstita, nec non confœderationes, colligationes, obligationes, & pactiones quascunque super hoc factas penitus dissoluendi, & remouendi obstacula, & impedimenta quæcumque; ac etiam tractandi, ordinandi, statuendi, prouidendi, disponendi, paciscendi, firmandi, & omnia alia & singula faciendi, per quæ facilius & celerius negotium ipsum expediri & consummari valeat, prout & quando videritis expedire; contradictores quoque quoslibet, & rebelles, cuiuscunque fuerint ordinis, dignitatis, conditionis, præminentia, siue status, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi concedimus facultatem. *Dat. Laterani xi kal. martij pontificatus nostri anno i.*

42 Decretæ huius legationis mentionem facit Vvestmonasteriensis b, atque hoc anno in Angliam duos Cardinales appulisse scribit, maximoque honore exceptos a Rege Eduardo, atque in conuentu magnifico Vvestmonasterij, habitononis augusti, Eadmundum Regis fratrem ac Ioannem Lacy belli exordium exposuisse, & qua ratione Eduardus spondendi clientelaris officij munus in alium transfudisset; tum flagitantibus Cardinalibus, ut pax conciliaretur, Eduardum ipsum respondisse, non consulto Adolpho Romanorum Rege sibi integram rem non esse: carerum Cardinales poposcisse inducias, nec eas obtentas fuisse: denique instituisse ut interea temporis classis in Gallos non immitteretur; ac petitis pariter frustratos Anglia abscessisset. Non propterea tamen despondit animos Bonifacius, quamuis tot difficultates ingruerent: verum legatis iterum munus iniunxit c, ut conuentiones ac iuramenta, quæ paci adducenda aduersarentur, robore carere iuberent, ac pœnas non seruantibus appositæ irritas fore pronuntiarent: censurarum etiam terrorem, vbi necessarium foret, pertinacibus in-caterent. Tum repetitis literis apud Adolphum Romanorum, Philippum Gallorum, Eduardum Anglorum Reges institit d, ut ad pacem coeundam exulceratos animos infringere: indignum penitus, Christianos principes populos mutuis cædi-

bus se obijcere: obscurare ipsos regium nomen, seque Saracenorum, & schismaticorum ludibrio exponere: violari maiestatem æterni Numinis, deleri Christianam religionem, perire animas, corpora contrucidari, opes exhauriri. Quo argumento insignes sunt datæ ad Eduardum, quibus deplorat a, ipsum Christo consecrata ab ineunte adolescentia arma vertisse in fideles, quo potissime tempore collapsa in Syria religio instauranda esset.

Bonifacius &c. charissimo in Christo filio Eduardo Regi Angliæ illustri.

43 Fili, sub sera silentij non possumus, cogente nos intima, qua te prosequimur charitate, quin producamus in medium quæ sequuntur. Sunt ne ista pietatis opera, quæ tuæ iam senescens instantia deposcit atatis? Suntne laudanda studia, quæ tui corporis iam grandævum conditio exigit? Nunquid tibi est in obliuionem deductum, quod ab ohm te superni Regis obsequijs deputas, Terræ sanctæ negotium votis feruentibus assumpsisti, nonnullis elapsis iam terminis, in quibus iuxta expectationem anxiam, & feruentem affectum, cruce signatorum fidelium transitus debuit prouenisse regius, ut tuarum potentiam virium in blasphemos nominis Christiani, & recuperationem laudabilem dictæ terræ salubri executione conuerteres, quæ in necem fidelium, & cultorum fidei orthodoxæ perniciem, non sine propria salutis dispendio, niteris exercere? Nimirum si diligenter attenditur, & sollicita meditatione pensatur, tuis & dictorum Regum non modicum titulis detrahit, honoribus derogat prælibata dissensio. Quid enim putas obloquitur crucis hostis? Quid catholicæ fidei æmulus nefario sermone disseminat? Quid submurmurat infidelis?

Profecto nimium displicent quæ dicuntur, pro eo quod te ac Reges eisdem Romana mater ecclesiæ fauoris prærogatiua respicit, & singularis amoris priuilegio prosequi non desistit: cum nos qui, licet immeriti, Christi vices in terris gerimus, antequam tam armatas tamque terribiles Christianorum acies in stragem fidelium permitteremus irrupere, si daretur nobis fore possibile, tantorum effectum discriminum libenter curaremus pro viribus personaliter impedire. Cum itaque huiusmodi negotium potissime ac præcipue infideat cordi nostro, ac eius felicem, & optatum exitum votis feruentibus cupiamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus pro diuina & Apostolicæ sedis reuerentia, tuæque salutis augmento ad pacificum & tranquillum totius Christianitatis statum, & potissime gentium regniæ magnitudini subiectarum de abundantia clementiæ regalis intendens, & ipsarum periculis benigne compatiens, a quouis hostili processu contra præfatum Regem Franciæ ac regnum eius, habendo præsertim hoc tempore, ac etiam a quolibet contra eos auxilio, consilio, vel fauore quomodolibet impendendo, studeas penitus abstinere: tanto amplius nobis, & Apostolicæ sedi proin placiturus, quanto in hoc nostris, & ipsius beneplacitis promptius & efficacius acquiesces. *Dat. Velletri v. kal. iunij anno i.*

44 Perstrictus etiam est Adolphus Romanorum Rex b, intempestiua mouere bella in Gallos, quæ rem Christianam labefactarent: missique ad eum placandum Reginensis archiepiscopus, & episcopus Senensis; nec tuendis Imperij iuribus futuram sedem Apostolicam pollicitus est Bonifacius.

Ad illud
sopiendū
Bonifacii
Albanen-
& Præne-
stin. episc.
mittit.
a. Lib. 1. ep.
cur. 2.
Pro. Luc.
hist. eccl. l.
24. c. 36.
Wallingh.
in Eduard.
do & aliq.

Auctorita-
te ad dis-
soluendas
coitiones
instruit.

Profecti in
Angl.
Card. ho-
norifice
excepti ab
Eduardo.
by westm.
Flor. hist.
Prol. Lu. c.
ubi sup.
Solicitaro
de pace
Eduardus
inconsulto
Rege Rō.
negat ini-
ri posse.
Inducias
repuie.
Alia Car-
dinalium
postulata
cludit.
c. Lib. 1. ep.
cur. 179.
Bonifacii
ipsum &
alios Re-
ges urget;
ut paci
animos ac
comode t.
d. lib. 1. ep.
cur. 170. &
post eand.
ep.

Propo-
illi Sa-
norum
ditur.

Conti-
gendi
eos Ca-
stina
ma.

Edi-
170.

nificius: Tu, inquit, ea, qua personam tuam, & Imperium ipsum tangunt, per eos seriose nobis studeas intimare, ut ex eorum relationibus informati plenius & instructi curemus illud super hoc adhibere remedium, per quod eiusdem iura Imperij ad tui honoris & exaltationis augmentum illasa & integra conferentur. Dat. Velletri x. kal. iunij anno 1.

Inter hæc Adolphus, missis oratoribus, pluribus verborum officijs studia sua sedi Apostolicæ detulit. Cui, actus gratijs, Pontifex rescripsit, ut verba ornaret operibus, pacemque cum Francorum Rege componeret.

Adolpho Regi Romanorum illustri.

Serenitatis tuæ nuntius venerabilem fratrem nostrum H. Brixinensem episcopum, & dilectum filium magistrum L. Præpositum Vormatiensem, & nobilem virum Gerlacum de Isenburg ad nostram nuper præsentiam destinatos, paterna benignitate recepimus; & quæ tam publice, quam priuate ipsi coram nobis pro parte tua exponere voluerunt, audimus diligenter. Inter cætera quidem nobis exposita per eosdem filialem obedientiam, deuotionem puram, & sinceram promptitudinem voluntatis, quas geris ad nos, & Romanam ecclesiam matrem tuam, quibus deuote obsequi, & obedire grateranter animo feruenti disponis, pro te prudenter offerre curarunt; petentes per nos, & eandem ecclesiam tibi solitum Romanis Regibus exhiberi fauorem, & beneuolentiam consuetam. Nos igitur, hæc diligenti meditatione pensantes, oblationem huiusmodi tam prouidam tamque charam grateranter accepimus, eaque in libro memoriæ nostræ conscripta prouidentiam regiam dignis exinde in Domino laudibus commendamus: & personam tuam prosequi affectu paterno volentes, disponimus tui honoris tuique culminis felicia, in quibus digne poterimus, promouere; tibi que nobis & eidem ecclesiæ deuotum, obedientem, & promptum filium efficaciter exhibenti, & facienti quæ catholici Romanorum principes antecessores tui ecclesiæ supra dictæ deuoti, veri aduocati, & defensores ipsius, quorum laudabilis est & recolenda memoria, prædecessoribus nostris Pontificibus Romanis, & ecclesiæ prælibatæ fecisse noscuntur, assistere auxilijs & fauoribus opportunis. Celsitudinem itaque Regiam monemus, rogamus, & hortamur attente, quatenus in huiusmodi tua laudabili dispositione persistens, quod ore cantas, operibus comprobas, ac nostris & eiusdem ecclesiæ beneplacitis perseueranter felicibus actibus te coaptas; ut ex hoc apud Deum tibi bonorum accrescat cumulus meritorum, nostram & Apostolicæ sedis gratiam uberior consequi merearis, statusque tui de bono semper in melius augeatur.

Cæterum præfatum præpositum pro imminente quodam necessitatis, & publicæ utilitatis articulo ad tuam festinanter duximus præsentiam remittendum, quem iuxta votum nostrum expectatum a te ad nos rediturum celeriter expectamus. Ad quod etiam efficaciter obtinendum (ne, quod absit, publica curanda pericula, graua fugienda discrimina, qua verisimiliter formidari possunt, euenire contingat etiã in exaltationis tuæ dispendium & perniciem manifestam) ecce venerabiles fratres nostros Reginum archiepiscopum & episcopum Senensem nuncios nostros; viros quidem probos, & discretos, de quorum industria, & circumspectione fiduciam gerimus in Domino speciale, ad te duximus destinandos, ad tuam præfatum nobile præsentiam remittendo, ut ad hæc efficacibus mo-

nitibus, & feruentibus studijs te inducant: tuque plenius prudenter intelligas, quam desideranter appetimus, quamque feruentur optamus, ut inter te & charissimum in Christo filium nostrum Philippum Regem Franciæ illustrem, præsertim hoc tempore, actus omnino vitentur bellici, & processus penitus fugiantur hostiles. Actore quidem pacis nobis auxiliante benignus, sub ipsius disponimus laborare fiducia, & indefinenter adhibere remedia, quibus ad Deilaudem, sæpèfatam honorem ecclesiæ, tuam & dicti Regis exaltationem & gloriam, ac prosperum statum orbis, exorta hinc inde discordiæ pacifica & salubri terminatione quiescant. Dat. Anagnia v. kal. iulij anno 1.]

45 Extant etiam grauius alia Bonificij ad Adolphum literæ, quibus eum paterne obiurgat, a maiorum gloria defecisse, illumque bellum ex leuissimis causis enatum commouisse magis, atque asperasse; cum tamen ad pacem orbi Christiano afferendam electus esset, quodque maximum ipsi dedecus inureret, ad mouendum Christiano principi bellum mercede conductum fuisse. Deponeret suscepta in Galliarum Regem peruersa consilia, nec aliquid in ijs Christianæ republicæ angustijs, nouaret; cum ex eo maxime dignitatis suæ incrementa labefactaret, sedisque Apostolicæ studia abalienaret.

Adolpho Regi Romanorum illustri.

Paternis te, fili, verbis alloquimur, & quæ cordis in vtero gerimus, tibi sinceris affectibus referamus. Pridem siquidem nostræ consecrationis sollemnij celebratis, credulitas nobis suggererat indubia, ut tu prædecessorum tuorum Romanorum Regum, qui erga Romanam ecclesiam sinceræ deuotionis affectu, & zelo filialis reuerentiæ claruerunt, laudanda vestigia imitans, solemnes ad nostram præsentiam nuncios destinares, qui & electionis de te factæ notitiam ad Apostolicam sedem deferrent, & ab ea fauorem solitum & tuorum directionem processuum postularent, ac alia etiam in actu producerent, & ipsi sedi efficaciter exhiberent, quæ a Romanis Regibus exhiberi solent, & fieri a retroactis temporibus ante susceptum Imperij diadema. Sed qualiter in hac parte te gesseris, qualiter prædecessores eisdem usque nunc securus fueris, non ignoras: de quo tantâ potioris admirationis nobis causa suboritur, quanto personam tuam claris titulis insignitam, fama celebris publicat, & fidedignorum assertio proficitur. Suntne ista, fili, tuæ magnitudinis laudanda principia? Sunt inuitatoria & provocatoria Romana ecclesiæ ad tuum negotium feliciter promouendum? Nam cum ad procurandam totius Christianitatis pacem & quietem electus existas, & quasi a Domino euocatus, tu in huiusmodi tuis inijs ad mundi turbationem & bellum in Christianos principesque catholicos potenter te preparas, pro viribus te accingis, tuosque conatus non sine multa instantia tuæ derogationis exerces. Nunquid decet tantum & tam potentem principem, ut tamquam simplex miles sub colore mercedis cuiuslibet ad actus bellicos inducaris? Hæc profecto idcirco producuntur in medium, quia tui honoris & famæ ac exaltationis diligimus incrementum.

Cum autem personam regiam specialis prærogatiua fauoris patris more beneuoli diligamus, celsitudinem regiam rogamus & hortamur attente, paterno & salubri consilio suadentes, quatenus mentis oculis erectis ad Dominum, per quem

Pacem
cum Rege
Franc.
cõponar.

Arguit
Adolphum
Bonif. reme-
mere se-
bello im-
plicuisse
a Eod. l. 1.
op. cur. 75

A maiorum
gloria di-
scelisse.

Adepto
regno
Christia-
num or-
bem in-
tumultus
conijcere
aggrescũ.

Indigne
ab Eduar-
do acce-
pisse stipẽ-
dia.

Reges regnant, & principes dominantur, aduersus charissimum in Christo filium nostrum Philippum Franciæ Regem illustrem nullam hostilem, præsertim hoc tempore, facias nouitatem, sicut per alias nostras patentes literas tibi seriosius scribimus; nec tam periculosas & arduas persecutiones assumas, quæ tui perfectionem honoris, & culminis impedirent: quin potius sic te prudenter & prouide in ijs & alijs gerere studeas, ut crescas exinde meritis apud Deum, tuus status altius subleuetur, & præter humanæ laudis præconium Apostolicæ sedis fauorem & gratiam uberiori merearis. *Dat. Anagninæ v. kal. iulij anno 1.*]

46 Adiectæ aliæ ad Dyterium a Dominicani instituti religiosum virum, auctoritate apud Adolphum florentem, ut ipsum ad amplectenda pacis consilia flecteret: pariterque ad Maguntinum archiepiscopum, ut a cæptis Regem abduceret & si armis temperare renueret, nullis auxilijs iuaret, ac similiter alios ab ijs exhibendis auocaret. Quo vero legati prouinciam sibi impositam facilius exequerentur, ad conciliandam ijs auctoritatē Bonifacius præsulibus virisque religiosis scripsit, ut debitis honoribus ipsos prosequerentur, denuntiaretque, sedem Apostolicam sententiam, quam illi iuste in pernicaces ferrent, ratam habituram. Qui vero consecuti sint exitus, ex auctoribus accipiamus. Comparasse quidem Adolphum ingentes copias ad Gallias inuadendas tradunt: verum is apparatus dissolutus, dissipatæque illius copiæ, quod facile ob indicatas a Bonifacio inducias contingere potuit. Extant enim Pontificiæ literæ, quibus Regiensis archiepiscopus atque episcopus Senensis iussi sunt, instrictis grauissimis censuris Christianos principes adigere, ut ab armis temperarent, cum id bellum in totius Christianæ reipublicæ perniciem vertetur.

Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Regiensis & episcopo Senensi.

Cum nuper inter charissimos in Christo filios nostros Adolphum Romanorum, Philippum Franciæ, ac Eduardum Angliæ Reges illustres treugas ab instanti festo natiuitatis B. Ioannis Baptistæ proximo venturo vsque ad annum vnum completum sub certa pœna duxerimus indicendas, prout in apostolicis literis inde confectis plenius continetur; vosque ad eundem Alemanniæ Regem & ad partes illas certis vobis commissis negotijs destinemus; vobis & vestrum cuiilibet, faciendi per idem tempus iuxta formam literarum earundem treugas huiusmodi obseruari, & contradictores ad id per censuram ecclesiasticam, & alias spiritualiter & temporaliter, prout expedire videritis, appellatione postposita compescendi; non obstante iuramento de recuperandis & manutenendis bonis & iuribus Imperij, per eundem Regem Romanorum præstito, & quibuscumque pactis & conventionibus inter quoscunque initis, etiam iuramentorum, obligationum, pœnarum, & quarumcumque firmitatum adiectione vallatis; seu si aliquibus personis ecclesiasticis vel secularibus cuiuscumque ordinis, præminentia, conditionis, siue, status etiam si pontificali vel regali præfulgeant dignitate, a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, aut eorum terræ supponi ecclesiastico interdicto; & qualibet alia præfata sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris vel expressio- nis existat, per quam, præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus earum,

impediri valeat quomodolibet, vel differri; plenam, & liberam auctoritate præsentium concedimus facultatem. *Dat. Anagninæ x. kal. iulij anno 1.*]

47 Spectabant eo Pontificis consilia, ut occidentalibus principibus, arctissimo fœdere coniunctis, Christianorum arma ad Christi nomen ab opprobrio gentilium vindicandum, delendam Mahumetis superstitionem, ac religionem & cultum veri Numinis amplificandum verterentur; Syriacæ Christi vestigijs nobilitata, ac tot fidelium sanguine imbuta ipsius Christi imperio adiungeretur. Hic vero percurrenda sunt, quæ hoc anno ad illas regiones pertineant. Cum res Asiatica non leues clades ab ijs acciperet, qui quæstus cupiditate occæcati armorum subsidia nauiumue Saracenis afferebant, Bonifacius grauissimas pœnas in peruersos huiusmodi Christianos, qui equos, arma, naues, triremes, ac ligna ijs pangendis idonea adducerent; quæ in torquendis machinis; exercenda piratica, alijsue, quibus res Christiana læderetur, operam nauent, fulminavit; incussasque a Nicolao IV. atque vtroque concilio Lugdunensi renouauit; criminum nexu absolui vetuit, ni adeo flagitiose partas opes redderent, corpora seruituti supposita, atque iisdem pœnis subiecti, qui e portibus merces huiusmodi exire sinerent, consentirent. Imperatum archiepiscopis atque episcopis, ut magistratus ad hæc in legum suarum codicem referenda adducerent; adiecitque; ut fideles ad huiusmodi improbos homines capiendos incumberent, atque ipsa facti infamia dictis pœnis rei astricti essent.

48 Longe aberat ab ijs Christiani nominis nefandis proditoribus Alfonso Tariffæ præfectus Hispanus, cuius filius vnicus a Saracenis Africanis captus, cum pro muro ostentaretur in oculis patris ingulandus, ni arx dederetur, negauit constans pater admissurum scelus, ne si centum quidem filij ingulandi essent: & gladio proiec- to e muro, ad prandium interritus abiit. Inde cum Ioannes Castellæ Regis frater, qui Saracenis copijs a Marrochitano Rege acceptis præerat, per- uum trucidari iussisset, excitato ingenti militum non ferentium scelus vlulatu, profugit e mensa ad arma Alfonso, ratus ab hoste impetum in urbem imprimi: cognitaque causa, filij nimirum cæde, nulla turbati animi significatione data, ad uxorem & prandium rediit. At barbari cum reputarent bellum cum eo agi, qui morte filij non flecteretur, ut officio discederet, fracti animis, ac victoria desperata, in Africam redierunt. Sed ad institutam de orientalibus rebus orationem, a qua nos tanti herois virtutis admiratio abduxit, redeamus.

48 Præfatus Bonifacius Landolphum Hierosolymitanæ ecclesiæ, eumque Syris, Armeniæ, & Cypri Regibus commendauit. Eidem vero Cyprio Regi nonnulla apostolica beneficia contulit, ut duos scilicet Dominicani ac Franciscani instituti religiosos viros ad alendam pietatem in aula haberet; hæc enim ad fratrum in ea prouincia magistrum scripsit: *Nos, eiusdem Regis precibus benignum impertientes assensum, concedimus facultatem assumendi duos ex fratribus tui ordinis, quos idem Rex maluerit, eosque ad sua obsequia retinendi, quorum in ijs, qua Dei sunt, solatio perfruat- ur; contrarijs eiusdem ordinis consuetudinibus vel statutis, nec non priuilegijs nequaquam obstantibus.* *Dat. Laterani vi. id. martij anno 1.* Concessit etiam eidem Regi ut sacris interdicto regno, mo-

Denunciati, ni cæptis abstineat, imperialia insignia non ad- p- turum.

a Ib. ep. cur. 176. Maguntinus arch. Adolphum armis iu- uare vici- tus.

b Ep. 173.

c Chron. D. Col. Eberard. in annal. S. Anton. 3. p. 112. 20. c. 8. 57. Adolphi copie re- infecta dis- soluta. d Lib. 1. ep. cur. 172.

Ren- ca: a Bo- facio co- meca- tias Sa- cenis re- nent. cur. a Ep. 173.

b Mar- 1. 14. Alfonso Tariffæ præfectus Hispanus prius in- gulari- tur, qui arcem Maun- dat.

Land- sus cre- tos pat- Hiero- sol. 123. a Reg. 1. eand. Ep. 173. f Reg. 1. eand. g Ead. 51. Permi- Reg. 1. pri. 173. vi in re- religio- viros de- neat.

do occasionem vibrandis censuris non mouisset; diuinis interesse posse: Tuis deuotis supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut cum generale fuerit in terra interdictum, liceat tibi, matri, & fratribus tuis in capella propria, excommunicatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, clausis ianuis, & voce submissa diuinis officijs interesse, ac ea tibi & eisdem matri & fratribus tuis per capellanum proprium facere celebrari, dummodo causam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat specialiter interdicti. Dat. Later. v. 1. id. martij anno 1.

49 In Perfide, quæ Tartarorum ditioni parebat, religio Christiana grauissimam cladem accepit. Casanus enim, vt tradit Io. Villanus a, Argonis filius Saracenorum opibus precibusque corruptus; in Baidonem Chanum patrum Christianorum amantissimum coniurauit; confiatoque florentissimo exercitu, ipsum praelio commisso fudit, occiditque; ac Perfide potius Saracenos fouit, & Christianos attriuit. Sed mutato postea animo, rem Christianam auxit: quibus consentanea a S. Antonino b, Sanuto c, & Aytone d traduntur, cuius postremi, vt fide dignissimi, verba quamuis in annorum numerum error, vt interdum alias facile irrepserit, repetenda visa sunt: Post mortem, inquit, Regayo Baydo tenuit dominium Tartarorum. Ille Baydo tamquam bonus Christianus reedificauit ecclesias Christianorum, & præcepit quod nullus auderet dogmata Mahumeti inter Tartaros prædicare: & quia multiplicati erant illi, qui sectam tenebant perfidi Mahumeti, moleste tolerant mandatum Baydi; & ideo occulte miserunt nuncios ad Casanum, qui fuit filius Argoni, & promiserunt sibi dare dominium, quod Baydo tenebat, & ipsum constituere dominum super eos, si vellet renunciare fidei Christianæ. Casanus vero, qui parum curabat de fide, & qui dominium plurimum affectabat, promisit facere quidquid vellent, & propter hoc Casanus fuit rebellis effectus. Baydo vero congregauit gentem suam, intendens Casanum capere & tenere: proditionem enim, quam gens sua sibi fecerat, ignorabat. Cumque ad campum belli venissent, ecce omnes illi, qui secta adhaerant Mahumeti, relinquentes Baydo fugerunt ad Casanum. Baydo quoque, videns se ab omnibus derelictum, fugam arripuit, credens euadere: sed persequentibus inimicis, fugiendo interijt. Addit Casanum firmato folio Christianos tutatum; ac religionem inter Tartaros illius studijs ac patrocinio amplificatam: Post e mortem Baydo, Casanus fuit factus dominus Tartarorum. In initio sui domini non audebat contraire his, quæ promiserat illis, qui eum in dominio posuerunt, qui Mahumeti sequebantur legem & sectam, & ideo austerum se ostendit nimium Christianis; sed postquam in sede domini firmus fuit, cepit honorare & diligere Christianos, multa fecit in vita sua ad commodum Christianorum, &c. Vt porro egregius princeps bellum susceperit in Saracenos, cum quo occidentales Reges, dum mutua exercebant odia, iungere arma magno religionis damno prætermiserint, inferius dicetur. Nunc de Pontificio in tuenda libertate ecclesiastica zelo fermonem instituamus.

50 Decreuit Bonifacius ad Danorum Regem legationem, qua Yfarnus archipresbyter Carcaffonensis functus est, vt archiepiscopum Lundensem Sueciæ primatem, calumnijs apud Regem circumuentum, adductumque in odium & vinculis, in quæ coniectus fuerat, liberaret. De quo ad Regem Danorum subiecta litera data sunt. s

Regi Danie illustri spiritum consilij

sanioris

Pulsat a instanter ad ostium cordis nostri, mentemque sollicitat paternæ dilectionis affectus, quo personam regiam in Christo prosequimur, vt circa tuum tuque regni statum (quem, proh dolor! pacis amulo superfeminante zizaniam, iam ab olim periculis expositum, conuulsum disidijs, dispedijs conuassatum, & multiplicis cogitamento turbationis obductum audimus) sollicitè cogitemus, ad eius reformationem celerem vigilantibus studijs intendetes. Scimus etenim, & facti euidentia inuitit, quod dissensionum & turbationum turbine ingruente, pacis Actor non colitur, vt debetur, animarum salus negligitur, pietatis studia euanescent. Quinimo scelestis non parcitur actibus, patrantur horrenda, nefanda repullulant; facinorosa committuntur, insurgunt lites; odia inualescent.

Hinc profecto, filii, hinc procedubio noscitur contigisse, quod serenitas regia prauis, vt creditur, stimulata susurris, & mendacibus pro-uocata suasis peruersorum, qui mala malis adijcere satagunt, & in aliorum dispendium labia relaxare maliloqua non verentur, venerabilem fratrem nostrum Ioannem Lundensem archiepiscopum, Sueciæ primatem, Christi ministrum idoneum, & magnum Ecclesiæ Dei membrum iamdiu, prout asseritur, capi fecit, qui adhuc carceralibus vinculis detinetur adstrictus; non sine multa diuinæ Maiestatis offensa, sedis Apostolicæ contemptu non modico, & graui præiudicio ecclesiastica libertatis. Reuera si diligenti consideratione discutias, si regalis sublimitatis attentius perscrutetur, ab huiusmodi captionis effectu penitus extitit abstinendum; cum & illa regijs admodum titulis derogauerit, ac indigna & indecens archiepiscopi memorati detentio huiusmodi instantiam derogationis augumentet.

51 Cum itaque coepiscoporum nostrorum iniuriæ, vel offensæ nostris quamplurimum molestæ reddantur affectibus, & propterea huiusmodi negotium cordi specialiter habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Domino Iesu Christo per apostolica scripta tibi districte præcipiendo mandantes, quatenus solerter attendens, quod in detentione archiepiscopi prælibati Rex gloriæ, per quem regnas, vehementer offenditur, grauius perturbatur Ecclesiæ, regijs derogatur præconijs, tuæ salutis præiudicatur, fidelibus scandalum generatur; præfatum archiepiscopum ob diuinam & sedis reuerentiam supradicta, sublato cuiuslibet difficultatis obiectu, benigne restituas pristinæ libertati; eum ad nostram præsentiam vna cum dilecto filio Ifarno archipresbytero Carcaffonensi capellano & nuntio nostro, latore presentium, quem pro iam dicto negotio specialiter destinamus, accedere libere permittimus. Spes enim nobis indubie suggerit, & firma credulitas repromittit, quod regalis benignitas sicut in hac parte nostræ obtemperabit instantiæ, sic efficaciter annuet votis nostris, quod præter supernæ retributionis præmium tibi proinde prouenturum, nos ad ea, quæ regijs beneplacitis consonent constituemur, nec immerito, promptiores.

Caterum volumus, quod tuos solemnes nuntios informatos plenius & instructos, vt expedit, de statu, & conditionibus dicti regni, ad nos quantocyus mittere non omittas, vt nos, per eorum circumspectam prudentiam recepta informatione ac instructione plenaria præmissorum,

fic

Ep. 358. Dania ciuili bello ardet.

Ioannes Lundens. arch ep. a Rege Danor. in vincula coniectus.

Soluti e vinculis iuber Bonifacius.

Missus ea de causa nuntius in Daniam.

fic super hoc prouidere salubriter & vtiliter valeamus, & magnitudini regie, nec non prelati, magnatibus, ceterisque in regno degentibus memorato pacifici status & stabilis læta serenitas illucescat. *Dat. Anagnia x. kal. septembris anno 1.*

52. Afferendi pariter juris ecclesiastici studio institit apud Francorum Regem, vt Apamias, quæ ad abbatis S. Antonini ditionem spectabant, a Fuxensi comite restitui iuberet. Cum vero atrocitas dein dissidia Pontificem inter ac Regem emergerint ex hac occasione, adducenda Bonifacii litera visa sunt.

Bonifacius Ep. Philippo Regi Francia illustri.

Olim, prout notitiam regiam latere non credimus, felicitis recordationis Clemens Papa IV. predecessor noster ad conseruationem villæ Appamiarum benigne intendens, prout ad suum pertinebat officium, recolendæ memoriæ Ludouicum Regem Franciarum tuum per suas rogauit literas speciales, vt villam ipsam ad honorem Romanæ ecclesiæ sub sua custodia & defensione reciperet, nonnullis propterea eidem retribus assignatis, qui sicut asseritur, in ipsius predecessoris literis exprimentur. Præfatus autem Ludouicus precibus ipsius predecessoris obtemperans, prædictam villam sub tutela custodia regalis commisit dilecto filio B. abbati monasterij S. Antonini eiusdem loci, cui villa ipsa in temporalibus subiecta dignoscitur, per literas regias promittendo, quod elapso eiusdem custodia tempore, in ipsis literis comprehenso, prædictam villam in ea libertate, & quasi possessione dimitteret, in qua erat monasterium supradictum eo tempore, quo super hoc ab eodem predecessore recepit literas prælibatas, prout in eisdem literis regijs plenius & seriosius continetur.

53. Simili quoque modo claræ memoriæ Philippus Rex Francia pater tuus post eiusdem Ludouici decessum custodiam recepit eandem, sicut eius super hoc consecræ literæ protestantur; tuque post eiusdem patris tui obitum custodiam recepisti prædictam, sed non in ea libertate, quam præfati auus & pater promiserant, dimisisti. Quinimo ad instantiam nobilis viri Rogerij comitis Fuxi, manifesti & antiqui persecutoris abbatis & monasterij prædictorum, quasdam literas regias senescallo tuo in Carcassonensibus constituuto partibus direxisti, quarum occasione, seu auctoritate præfatus comes villam ipsam ingrediens, & ea inibi quæ hostilis detentionis exercens, ab eiusdem abbatis officialibus deputatis ibidem nomine vniuersitatis ipsius villæ fidelitatis iuramenta recepit, alia in ea enormia & graua committendo, non sine diuinæ maiestatis offensa, ecclesiæ Romanæ contemptu, circumpositæ regionis scandalo, & abbatis ac monasterij non modico præiudicio & grauamine prædictorum.

Cum itaque talia Deo displiceant, regijs titulis derogent, & redundant in præiudicium ecclesiasticæ libertatis, nosque illa pati æquanimiter non possimus; serenitatem regiam rogamus, & hortamur attente, ac obsecramus in Domino Iesu Christo, quatenus ob diuinam & Apostolicæ sedis reuerentiam, tuæque salutis augmentum, abbatem & monasterium supradictos habens fauorabiliter commendatos, prædictam villam cum omnibus bonis, iuribus, & possessionibus monasterij supradicti, ac etiam fructibus, redditibus, & prouentionibus perceptis de eis a comite prælibato, facias eidem abbati, vel procuratori suo eius

nomine cum integritate restitui, & etiam assignari, amotis ab ea prædicto comite, ac alijs quibuscumque per eum positis in eadem, &c. *Dat. Anagnia xv. kal. iulij anno 1.* Insigniuit Bonifacius a Apamias episcopalis sedis dignitate, ad quam memoratum abbatem euexit; qua de re hæc vita Bonifacii auctor b: *Idem Bonifacius fecit & crexit villam Appamensem in nouam ciuitatem; constituitque ibidem in abbatis S. Antonij canonicorum regularem esse in perpetuo ecclesiam cathedralem, dominum Bernardum Saisseti abbatem instituens primum episcopum in eadem.* Cum vero is iura ecclesiastica in eam urbem contra administratorum regionum licentiã afferere niteretur, Philippi odia contraxit, a quo atrociter illum exagitatum visurimus. Nec modo episcopali sede, verum noua etiam instituta academia Apamias a Bonifacio ornata fuerunt. c

54. Sanxerant per hæc tempora Malsilienses, vt nullus clericis, nisi vrbi subditis, bona vel inter viuos, vel ex testamento relinquere posset, vt bonis ciuitatis non potirentur, qui eius onera subire atque sumptibus publicis contribuere non tenerentur. Sed cum ea lex parum æqua exteris esset, ac libertatem ecclesiasticam labefactaret, Bonifacius Arelatensi archiepiscopo atque episcopo Malsiliensi partes dedit, vt ipsam rescindi curarent.

At grauius insurgendum illi fuit in Charinthia ducem eundem q; Tyroli comitem, possessionum ecclesiæ Tridentinæ inuolantem, quem meritis censuris solemnî ritu percussit e, Lucanisq; magistratibus Lucanam ecclesiam opprimentibus intendit f iudicium; tum episcopum, qui ecclesiæ suæ iniurias ignauo silentio dissimularat, sedi Apostolicæ sistere præcepit. Eodem quo Lucani crimine infecti erant Pisani g Vrbeuetanique, in quos pœnas ecclesiasticas intorsit. h

Ad continendam quoque regularem disciplinam nonnulla sanxit. Et quidem cum temporum inuicelsio aperuisset ex nonnullis Nicolai IV. Itacutus grauisima mala pullulasse, quibus ille Lusitania & Algarbij S. Iacobi religiosos equites a summi magistri auctoritate (exceptis vt ait, visitatione & correctione) exemerat, Bonifacius huiusmodi Nicolai decreta quamuis a Cælestino approbata essent, conuulsi, ne exempli pernicies postea in Templarios, Prædicatores, & Minoritas serperet, ac sacros cœtus dissolueret. Hospitalijs vero permisit i, vt cum grauisimos labores terra marique susciperent, dum pro Christiano nomine arma gerebant, exceptis quadragesima maiori ac feria sexta hebdomadæ, vesci carnis alijque cibis vti possent.

55. Adiungemus superioribus nonnulla, quæ Bonifacius ad augendam pietatem instituit, atque in primis sanxisse vt Apostolorum & Evangelistarum tum quatuor doctorum Latinæ ecclesiæ Augustini, Ambrosij, Hieronymi, Gregorij, recurrentibus annis singulis præcipua religionis pompa, & ritu duplici in diuinis officijs, memoria recoleretur. Qua de re hæc Iordanus l: *Statuit, inquit, festa Apostolorum, Evangelistarum, & quatuor doctorum Ecclesiæ esse duplicia.* Eademque in vita Bonifacii hæc verbis traduntur m: *Bonifacius pontificatus sui anno primo, anno Domini MCCXCV. statuit festa Apostolorum, & quatuor Evangelistarum, ac quatuor doctorum, videlicet Gregorij, Augustini, Ambrosij, & Hieronymis sub honore festi duplici ab omnibus celebrari.* Extat de his in formulario Marini Ebuli n, & maiori parte in libro sexto

Apamias Rogerio Fuxensi comite occupata. a lb. ep. 162.

Vt a Clement. IV. ea ciuitas Ludouici cliente læ comissa fuerit.

Mortuo S. Lud. Philippus Auda patrocinium illius accepit.

Dimisit illius clientela Philippus Pulcher, atque a Rogerio comite subijci permisit.

Vrget eundem Bonifacius, vt abbati S. Antonini præfata iura restituat.

sexto decretalium a subiectum diploma, quod annalibus ob rei dignitatem inserimus.

Bonifacius VIII. episcopus, &c. venerabilibus fratribus archiepiscopo Remensi & eius suffraganeis salutem & apostolicam benedictionem.

Licet vniuersos in regnis caelestibus constitutos studijs honorare sollicitis, & honoris efferre praconijs non desistat [nempe Ecclesia] gloriosissimos tamen Christianae fidei principes, athletas Dei electos, iustos seculi iudices, lumina vera mundi, videlicet Christi redemptoris Apostolos numero duodeno contentos, qui viuentes in carne praedictam ecclesiam suo pretioso sanguine plantauerunt, & ipsam erigendo sublimiter & disciplinis sanctissimis dirigendo, reuerendissimos etiam patres virosque clarissimos quatuor Euangelistas Domini, per quorum diligentissima & fidelissima studia eidem Ecclesiae sacra Euangelia illuxerunt, egregios quoque ipsius doctores Ecclesiae beatos Gregorium, qui meritis inlytus sedis Apostolicae cura gessit, Augustinum & Ambrosium venerandos antistes, ac Hieronymum sacerdotij praeditum titulo, eximios confessores, summis at tollere vocibus, laudibus personare praecipuis, & specialibus dicta disposuit Ecclesia honoribus venerari. Horum quippe doctorum praelucida & salutaria documenta praedictam illustrant Ecclesiam, decorarunt virtutibus, & moribus informarunt. Per ipsos praeterea, quasi luminosas ardensque lucernas super candelabrum in domo Domini positas, errorum tenebris profligatis, totius corporis Ecclesiae tamquam sydus irradiat matutinum; eorum etiam fecunda facundia caelestis irrigui gratia influente, scripturarum aenigmata reseruit, soluit nodos, obscura dilucidat, dubiaque declarat. Profundis quoque ac decoris illorum sermonibus ampla ipsius Ecclesiae fabrica velut gemmis vernantibus rutilat, & verborum elegantia singulari gloriosius sublimata coruscat. Ideoque circumsperta prudentia dictae sedis, quae actibus intenta salubribus, & operibus exposita pietatis libenter & solerter exequitur, quae sunt Dei praemissa sollicitate digneque considerans, & debita meditatione perlustrans, nuper ad diuini nominis honorem & gloriam, exaltationem catholicae fidei, salutemque fidelium merito censuit, riteque prouidit Apostolos, Euangelistas, & Confessores eosdem in vniuersali Ecclesia honorificentiae potioris impendijs attollendos, vt ab ea tanto propensus honorari se sentiant, quanto ipsam praeter ceteris excellentius illustrarunt.

56 Nos itaque pijs ducti consilijs, dignisque studijs excitati, nonnullos praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum, qui specialis deuotionis prosequentes affectum aliquorum festa sanctorum sub duplici ordinauerunt officio celebranda, imitari sollicitate intendentes; eorundem Apostolorum, Euangelistarum, & Confessorum festiuitates praecipuas, licet per aliquem praedecessorum ipsorum haecenus fuerit ordinatum, vt eiusdem beati Gregorij simili modo festiuitas celebretur; quamquam nulla de hoc testimonium scriptura fidedigna perhibeat, nec alias plenaria innotuerit certitudo; de fratrum nostrorum consilio & assensu sub officio duplici per vniuersas orbis ecclesias volumus, statuimus, praecipimus, & etiam ordinamus annis singulis perpetuis futuris temporibus solemniter celebrari vniuersitatem vestram rogantes attentius & hortantes, nihilominus vobis per apostolica scripta districtius iniungendo, quatenus mentes vestras

& animos deuote in hoc beneplacitis apostolicis conformantes, & mandetis obedientes humiliter, Apostolorum, Euangelistarum, & Confessorum ipsorum festa praedicta sub eiusdem obseruatione officij deuotis & solemnibus studijs annuatim in vestris ecclesijs celebretis, & faciatis per alias iurisdictioni vestrae subiectas ecclesias celebrari, eam in ijs efficaciam & sollicitudinem impensuri, vt ipsorum sanctorum suffragia vobis vberius videretis, & a benigna illius clementia, qui sibi totaliter reputat exhiberi quicquid eius famulis erogatur, condigna consequi praemia valeatis, nosque deuotionem vestram, quam in hoc promptam cupimus inueniri, plenam in Domino laudibus attollamus. Nulli ergo &c. Dat. Anagninae xii. kal. octob. pontificatus nostri anno I.]

57 Hoc anno diuinum Numen insigni prodigio, Iudaeorum pertinaciam infringere atque ad Christianum cultum pellicere miseros voluit; quod quidem maiorem admirationem concitat, quo diu ante a Rabinis inter sue sectae homines conspicuis fuerat praenuntiatum. Tantae rei seriem ex Longino a repetere placet: In quarto m. nse apud Iudaeos, qui dicitur Chamiz, ultima die ipsius mensis (in qua die praedixerunt Rabini Iudaeorum, quod Iudaei debebant habere signum redemptionis suae a Deo miraculose factum; ad quorum proclamationem omnes Iudaei fecerunt suas poenitentias in ieiunijs multis, cum satisfactionibus, elemosynis, quasi ad Deum reuersi, orantes, vt sibi praedictum signum suae salutis ostenderet) in quo anno, mense, & die assignatis intrauerunt synagogas suas ad orandum. Deum induti syndonibus albis lineis seu sericis, prout est moris apud eos, in die expiationis, scilicet in die decima mensis septimi. Et tunc altissimo Deo cooperante, qui nullum tempus sine bonitatis suae testimonio reliquit, in syndonibus, quae seruabantur, apparuerunt signa crucis in omnibus, & ubicumque erant, etiam in illis syndonibus, quae condebantur in suis apothecis. Quo signo viso, multi eorundem fuere turbati; quorum quidam dicebant, quod hoc fuerat factum diabolica arte, nimirum cum praedecessores eorum de Christo maxima miracula faciente: In Belzebuth eiecit demonia; Matthaei nono capitulo, id ipsum dicebant. Nonnulli dubitabant non audentes loqui, nec aliquid circa hoc iudicare. Alij vero crediderunt hoc signum fuisse veri Christi crucifixi, & disposuerunt se ad eius fidem cum baptismo recipendam. Isti tamen fuerunt pauci iuxta illud Hieremiae capitulo tertio: Assumam vos unum de ciuitate, & duos de cognatione, &c.

58 Excitati etiam hoc anno fideles ad Christi & Deiparae cultu impensiorum pluribus miraculis; ac sacraedicula, in qua Verbum aeternum de Virgine humanam induit naturam, saepius sedes suas diuinitus mutauit, demum in eo loco consedit, in quo nunc piorum uenerationi exposita patet. Leuat nos describenda reilabore Horatii Tursellinus b accuratus historiae Lauretanae auctor: Fama, inquit, quae nihil talibus in rebus est celerius, ad finitimos populos discurret, Lauretanam eodem miraculis inclytam ferens. Exemplo igitur, prout sua quomque religio aut necessitas stimulabat, ad nemus accurrere, adducere, aut deferre agros necessitudine aliqua iunctos, opem poscere, vota facere caperant. Voti eos compotes fuisse, & ipsorum Deo ac Deiparae grates agentium voces, & votiuu deinde tabella, de parietibus vulgo suspense debebant. Facilis quippe ac potens patrona Dei Mater apud Deum erat, quae & viam impetraturis ostenderet, & viro opem salutemque supplicibus impetraret.

Iudaei insigni miraculo ad fidem prouocati.

a Longino. hist. solon. lib. 7.

Conspectum est in eorum vestibus signum crucis.

Multi ad cultum Christi adducti.

Collata diuinitus Deiparae ope, multa beneficia.

b Tursell. hist. Laur. l. 1. c. 6. ex Praepos. Te reman. Hieronym. Angelita.

Concur-
sus popu-
lorum &
pius ardor
ad Laure-
tanam
ædem.

Porro consuetudinem populorum religionem commendabat loci solitudo. Nulla tum erat in sylva domus, nullum hospitium, nullum saltem receptaculum, præter arbores, quæ nudata per hyemem frondibus ætæ peregrinis parum hospitale præbebant. Videres homines, etiam opulētos domi suæ ac delicatos, pernoctare sub dio, quamuis infesta imbribus, frigoribus, niuibus tempestate: populos per contubernia diuisos circa sanctissimam ædem super herbam inter arbores vesci, bumique cubantes; quæ somnum aut quietem capere, quæ psalmos bymnosque modulari sine ullo prorsus aut ferarum aut latronum metu: adeo incensa pietas omnia incommoda periculaque vincebat. At a sempiternus humani generis hostis tanto cœlestis Regina cultu, tantoque Christianorum bono baudquaquam latus, effusam Picentium lætitiā, religionemque omni ope disturbare decreuit. Igitur ne conualesceret pietas populorum, priusquam tantum religionis loco esset, quantum futurum apparebat, occupat aduenis ac peregrinis inferre bellum. Erat B. Mariae sacellum in loco deuio, ac mari proximo, & frequentis sylua procerisq; arboribus septo. Adibatur semitis densa inter virgulta, arboresq; et pleriq; inermes ibant, satis sibi præsidij in Virgine loci præside reponētes. Ergo facinorosi quidam, proiectaq; audacia homines, nō magis prædandi opportunitate illecti, quam ab infernis, ut creditum est, furijs instincti, semitas quæ ad ædem sehebant obsidere, & circa densis obsita virgultis loca in obscuris subsidere insidijs ceperunt. Inde subito exorti venientes peregrinos excipere, adoriri incautos, pecunia vestibusque, & si armis obfisterent, vita quoq; spoliare. Itaq; breui totus ille saltus, latrocinijis cœdibus infestus atque infamis, abservitis aduenis, ad solitudinem est redactus. Iamque obsolescente in dies cultu, sacrosancta ædes euanescebat: cum Deus indignum ratus paratum ab se mortalibus perfugium salutis, inferni hostis scelere in perniciem versum, tutiorem opportunioremque aduenis sedem suo Matrisque suæ domicilio delegit.

Collis erat leniter accliuus, mille fere passus ab eo loco propius Recinetum, non longe a via militari. Huc igitur sacra domus octauo circiter mense, quam lutum insederat, sublimis auferatur ab Angelis, & in collis sistitur vertice. Possidebant eum collem communiter fratres germani duo Recinetenses cōuocibus animis, qui cœlesti dono mire læti sanctissimam ædem coniunctis studijs colere ceperunt. Auxit loci mutatio, nouique miraculi fama ut admirationem, sic religionem accolarum aque, aduenarumque. Quippe ut Lauretanam ædem locum mutasse, & relicto obnoxio grassatoribus saltu tutum a latronibus opportunum peregrinis occupasse collem, distulit rumor, extemplo finitimis populis eius reuifenda cupidinem accendit. Proinde siue intermissam latrociniorum metutanti boni usuram sarcire, siue nouam migrationem, quam auribus acceperant, oculis subicere cupientes, eo summis undique studijs conuolant. Horum plerique eandem ædem nuper in sylua coluerant, quam nunc in collis vertice extra syluam colunt, quo maior omnes admiratio & stupor defixos tenebat. Ergo sacellum & veteribus prodigijs, & mutata denuo sedis miraculo venerabile certatim accolæ votis vocibusque celebrabant. Grates inde & Deo & Dei Parenti pro se quisque agebant, quod religiosissimam sedem latrocinijis violatam non absulissent alio; sed in tuto colle statuisent, opportuno aduenis loco. Porro crescente in dies peregrinorum multitudine, capit augeri quotidie celebritas ædis: parietes totius tabellis, cerejs imaginibus, pretiosis vestibus contegi, ara congestis undique donis pecuniaque compleri. Sed aucta sacelli opulentia imminuit religionem

eorum, quorum studia maxime augere debuerat. Ita que auaritia breuiorem etiam, quam in sylua fecerat, augustissimam sacelli stationem in colle fecit.

59 Erat a is collis, ut supra demonstrauimus, communis duorum fratrum, qui primo sanctissimum domicilium baud secus, quam par erat, pie ac sancte colebant. Felices si diuino munere ad cultum uti, quam abuti ad quæstum maluissent. Caterum opulentioribus in dies donis religiosissimam ædem cumularicum viderent, cupido angustos animos viciit, & religionem pietatemque penitus extinxit. Namque hereditatem sibi uterque venisse rati, sacro auro argenteoque inbiare primo; inde simulante auaritia, odio plusquam fraterno inter se dissidere ceperunt. Ad ultimum, dum uterque ad se emolumentum trahit, cum altercatione congressi ab irarum certamine ad arma venere. Itaque baud procul erat quin germani fratres se augustissimamque Deiparacellam (adeo nihil sanctum auaritia est) fraterno cruore respergerent; cum Deus tantum facinus, sublata facinoris causa, prauerit.

Ergo non minus fraterna discordia, quam syluestri latrocinio infensus, maternam domum ad iaculum ferme sagitta ab eo loco in proximum collem versus mare submouit; atque in ipsa via militari, qua ducit ad portum Recinetensem, locauit a mari millia passuum circiter duo. Ita & discordiarum & latrociniorum materies adempta, ac stabilis aliquando ac certa sedes capta. Stetit sacra domus in colle fratrum paucos scilicet menses: constat quippe nondum vertente anno post eius in Italiam aduentum in eo colle, ubi nunc visitur, conseedisse. Ita in agro Recinetensi ter intra anni unius spatium siue accolarum vitio, seu potius diuino consilio sedem mutauit. Intra quinquennium vero post eius e Galilea discessu quatuor loca suis vestigijs nobilitauit. Nec tamen mutatis locis religionem mutauit; sed magis magisque auxit. Et infra: Verū enim uero opus fuit ad fidem tam insolito inauditog; antea miraculo affirmadam eiusdem miraculi frequentatio; ut remper se incredibilem crebra intra paucos annos loci mutatio credibilem faceret. Qui enim ambigerent deinde mortales, an domus illa e Galilea esset aduecta, eum eandem illi ipsi audissent suo auro ex Illyrico in Picenū migrasse; qui uisissent in ipso Piceno intra spatium vix mille passuum anno nondum circumactio terra mutasse sedem locumque? Incidit quippe tertia hæc & postrema migratio in annum a Christo nato MCCXCV, qui aduentum sacra domus in Italiam est consecutus.

IESV CHRISTI

annus 1296.

BONIF. VIII. PP. ADOLPHI ROM. REG. 5.
annus 2. ANDRONICI IMP. ORIEN. 13.

Recrudere bella inter Christianos principes; quæ pene sopita videbantur, remque Christianam anno a Virginis partu millesimo ducentesimo nonagesimo sexto indictione nona admodum lacerarunt. Nec turbarum expers exticiditio ecclesiastica, ad quas comprimendas Bonifacius Petrum S. Mariae noue diaconum Cardinalem paciarji dignitate auxit, legatumque in Tusciam, Flaminiam, marchiam Taruifina, Piceno, Aquileiensi patriarchatu, alijsque circumpositis regionibus creatum summa ad obeundum munus auctoritate, ut subiectum ostendit diploma b, decorauit.

Bonifacius, &c. Petro S. Mariae noue diacono Cardinali Apostolicæ sedis legato.

De te, quem largitor bonorum omnium

a Cap. 7. ex
ij. d.

Vix latro-
nibus in-
festa.

Sacra ædi-
cula diui-
nitus locū
mutat.

Ita
tata
fides.

Diui-
pronu-
tia ad
cillam
singul-
mita
fides.

Petro
Maria
con. Co-
paciar-
uacoe-
legato
creato

6. Lib.
c. 11.

Scientiarum & aliarum virtutum munere decoravit, & cuius magnam in magnis & arduis experti sumus industriam, quique tuæ probitatis intuitu nobis & fratribus nostris charus es quamplurimum & acceptus, indubitata fiduciam obtinentes; in eiusdem Tusciæ, Bononiensis, Romanolæ, marchiæ Taruifinæ, patriarchatus Aquileiensis, totius prouinciæ Rauennatis, Ferrariensis, & castellanæ ciuitatum, & diocesum, ac Venetiarum, nec non Anconitanæ marchiæ partibus constitui- mus pacis de ipsorum fratrum consilio seruato- rem, te paciariū in eisdem partibus ordinan- tes; vt inter quoslibet in ipsis partibus constitu- tos, quos fœdere pacis videris reformandos, pa- cem & concordiam reformare & conseruare pro- cures. Et vt commissum in hac parte tibi ministre- rium vtilius & commodius exequaris, tam con- tra pacem facere, iurare, ac firmare nolentes, quam eandem præsumentes infringere; nec non & contra eos, qui in eisdem partibus discordias & scandala seminant, odia suscitant, fouent, & nutriunt; contra illos quoque qui statum pacifi- cum earundem partium, ac huiusmodi paciarij, seu seruatoris pacis tibi commissum officium per- turbare, vel impedire præsumunt, pro præsumptione huiusmodi spiritaliter & temporaliter, prout facti suaserit qualitas, & expedire videris procedendi, ac processus tuos executioni mandandi; marchionum insuper comitum, aliorumque ma- gnatum, potestatum, capitaneorum, cæterorumque rectorum, & consiliariorum ac vniuersitatum, & singularium personarum, tam ipsarum partium, quam etiam aliunde ad id quotiens oppor- tunum fuerit auxilium, & potentiam iuuocandi & contradictores, &c. concedimus facultatem. *Dat. Romæ apud S. Petrum v. kal. maij anno 11.*]

2 Fluctuabat Æmilia præ cæteris incerto se- ditionum æstu, cuius pacandæ sollicitus Bonifacius episcopum Papiensem, cui prouinciæ curam anno superiori commissam vidimus, omnium ordinum oratores pro tractando firmo fœdere mittere iussit a; ac Guidoni montis Feretri comiti, e cuius nutu magna prouinciæ pars pendebat, hæc impetrauit dedit: *Cum venerabilem fratrem nostrum episcopo Papiensem pro quibusdam ecclesiæ Romanæ negotijs, statum prouinciæ Romanolæ & regionis circumpositæ contingentibus, destinemus; nostraque intentionis existat, vt quæ sint tranquillitatis & pacis ipsorum prouinciæ ac regionum, in quibus procurante inimico humani generis solito superfeminante zizania guerrarum turbines, & grauias scandala sunt exorta, sollicitis studijs promouere, ac vt celerius & efficacius ad hæc procedere valeamus, tuam & deuotorum nobilium & aliarum personarum partium earundem sit nobis presentia opportuna; nobilitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatenus, infra kal. martij proximo futu- ras compareas personaliter, coram nobis, vt te ac alij nobilibus & personis huiusmodi in curia nostra presentibus, nos per te ac illos de prædictarum partium conditionibus informati, tractare, ordinare, disponere, & prouidere possimus ea, quæ ad vestrum & aliarum ipsarum partium bona, statum, tranquillitatem, & pacem viderimus expedire. Datum apud S. Petrum VII. kal. february anno 11.*

3 Paruit Pontifici Guido, & ad præterita delenda flagitia, dato rebus humanis repudio, sanctioris vi- tæ institutis se addicere constituit. Cuius pium cõ- silium collaudauit Bonifacius, viroq; religioso, qui Anconitanis Franciscanis præerat, præcepit b, vt in sodalium suum volentem admitteret: *Dilectus*

fratris nobilis vir Guido comes Montisfeltri, tamper seipsum, quam per fide dignas personas aperiens vo- tum suum, nobis piuries intimare curauit, quod ipse reuersus ad cor desiderat & proponit pro diluendis peccatis suis, quibus Deum & Romanam ecclesiam matrem suam offendit, sub religionis habitu finire in Dei seruitio dies suos: maxime cum coniugis suæ, prout dicitur, volentis votum emittere perpetua castitate, ad hoc accedat assensus. Et infra: Quocirca discretioni tuæ presentium tenore committimus & mandamus, quatenus ad eundemobilem te personaliter, si in huiusmodi proposito, sicut credimus, perseuerans religionem velit intrare, recipias, & facias in manibus & per manus tuas omnia, quæ circa emis- sionem votorum & celebrationem diuortij prædicto- rum coniugum, receptionem ipsius Guidonis ad reli- gionem, & prædictorum dispositionem ipsorum mo- bilium requirentur, & alia, quæ circa id videris faci- enda; nobis per tuas literas rescripturus, &c. Dat. Anagnia x. kal. augusti pontificatus nostri anno 11.

Professum esse Franciscanæ disciplinae formu- lam, factumque calcasse, cuius cupiditate tantum sanguinem fuderat, Guidonem, refert Rauennati- um historia, atque in M.S. Friderici comitis Vbal- dini traditur his verbis a: *Guido ex nobilissimis comitibus de Montefeltro strenuus dux bellorum, cum iam declinasset ad senium, anno Domini MCCXCVII. spreto honoribus secularibus, induit deuotissimi Francisci habitum, in quo terminum vita dedit.* Hæc de Guidone e Monteferetro, celeberrimo his temporibus Gibellinorum duce, successerunt.

4 Cæterum Pisani, qui antea ob concessa illi, dum hostis erat ecclesiæ & censuris defixus, repu- blicæ gubernacula sacrorum vsu priuati fuerant, redire ad ecclesiæ obsequiū: & quo arctiori vin- culo se Apostolicæ sedi coniungerent, vrbis admi- nistrationem Bonifacio contulere, & quatuor millia librarum stipendium pro sustinendis magi- stratus oneribus dare decreuerunt b. Admisit de- latum honorem Pontifex, suasque ad Pisanam rempub. gerendam vices comiti de Colle vallis Elzæ tradidit, ac stipendiaria quatuor librarum Pisanarum millia ea lege attribuit, vt ad seruanda Pisanorum statuta sacramento se obligaret, atque ad sustinendam dignitatem quatuor equites socios ascisceret, totidemque iudices: duodecim insuper equos aleret, quorum sex ad minimum grauioris armaturæ militem gestare possent.

Tua deuotionis, & fidei puritatem, qua erga nos & Romanam ecclesiam viguisse diceris & vige- re; tuæ quoque probitatis, circumspectionis, & indu- striæ merita, super quibus apud nos fide dignorum testimonio multipliciter commendaris, benigna confi- deratione pensantes, dignum duximus, vt personam tuam fauoribus, & gratijs honoremus; sperantes, vt quanto fauorabilius te a nobis honorari prospexeris, tanto deuotius, laudabilius, & vtilius quæ tibi com- mittimus, exequaris. Cum itaque antiani, consilium, & commune ciuitatis Pisane ipsius ciuitatis potesta- riam & regimen, prout pertinet ad eosdem, nobis duxerint committendum; nos de tuæ fidelitatis, & probitatis industria gerentes in Domino fiduciam, specialem, huiusmodi potestariam & regimen pro an- no futuro, de mense septembris venturo proxime in- choando vsque ad diem alterius mensis septembris ex- tunc immediate sequentis, quo regimen inceperis an- te dictum, cum salario quatuor millium librarum bo- norum Pisanorum minorum a prædicto communi soluendo, presentium tibi auctoritate committimus; ita quod statuta & breuia, vt moris est, prædicti iu- rare communis, & quatuor socios milites, & totidem

Deliberat mundi fas- tum cal- care.

S. Franci- scianstitu- tis se ad- dicit.

a M.S. Fri- der. com. Vbald. de Viris illust. in Bonifac. & in Gudone.

Pisani in gratiam ecclesiæ reuocati.

Præficiū reipub. gubernaculis Be- nificium, a Bonif. l. 2. ep. cur. 11.

Suas par- tes in ge- rendo eo magistra- tu de man- dat Pont. comiti de colle val- lis Elzæ.

Quæ ateri- buta illi stipendia.

indices, ac duodecim equos, quorum sex ad minus sint ad arma, habere ac tenere tecum proprijs sumptibus toto tempore tui regiminis tenearis. Quocirca discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam ciuitatem te congruo tempore personaliter conferens, & diligenter attendens, quod ciuitatem ipsam, & eius incolae dilectionis prerogatiua profsequimur, & in eorum successibus prosperis delectamur; commissum tibi regimen in eadem sic in ijs, quae ad illud spectare noscuntur, prudenter gerere, ac exercere laudabiliter studeas, quod ex tuae diligentiae ac probitatis studio iidem ciuitas & incola votiuus amplientur commodis, nosque deuotionem tuam commendationis premio digne profsequi propterea valeamus. Dat. Romae apud S. Petrum 1x. kal. martij anno 11. Ad dissoluendas vero censuras, quibus erant irerenti, praepositum de Vanza misit, & quingentas marchas, quas faciendam iniuriae ergo obtulerant, exigere iussit.

a Ep. cur. 8. & 9.

b Ep. cur. 38.

c Reg. post eand. ep.

Ad conciliandum in

terse Genuenses &

Venetos

indictę in

ducia.

1b. ep. 39.

5 Cum vero anno superiori ad Venetos hac Genuenses & ad pacem adducendos diligentem operam nauasset, piosque conatus improborum proteruia discussisset, ad caeptum opus ardentius hoc anno incubuit Bonifacius, eosdęq; Venetos & Genuenses sollicitauit, vt oratores ad sedem Apostolicam paciscendi foederis causa mitterent. Tum adiecta censurarum religione inducias indixit: *A die, Genuenses alloquitur, presentationis praesentis usq; ad tempus resurrectionis dominicae proxime futurae sub poena excommunicationis in potestatem, capitaneos, abbatem populi, antianos, consilium, & commune, ac singulares personas communitatis vestrae, interdicti in ciuitatem eandem poenis & sententijs, quas si secus feceritis, duximus auctoritate praesentium preferendas.*

Siculae res

6 Vt porro Bonifacius res Siculas redintegraret, illudque regnum f. dis. Apostolica stipendiarum ad officium reuocaret, industriam applicuit. Promulgato, vt vidimus, anno superiori pacis tractatu, Siculi oratores ad Iacobum Aragoniae Regem decreuerant e, vt ipsum ab into scedere abducerent, quorum princeps itaf legationem exposuit: *Si vera fuerant, quae de renuntiatione Siciliae fama retulerat, sciscitatur. Rex, cum respondisset in conspectu omnium, rem sic esse; Cathaldus vnus ex nuncijs in haec verba prorupit: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus. Cum dixisset haec: Vna omnes qui venerant syndici & comitatus eorum, abscondentes a pectoribus vestes suas, in luctu & lamentationibus Regis atrium compleuerunt. Cum ita ad misericordiam aucupandam lacerassent vestes, & constantem tamen in suscepto consilio reperissent, postulanere, vt sibi Regem creare liceret, arcesque ipsi datas restitueret, ne hostibus expositi essent. Quibus Iacobus arces redditum iri est pollicitus, verbisque subdolis suavit, vt Fridericum fratrem crearent principem, vt refert Surita g. Reuersis itaque oratoribus in Siciliam, omnium ordinum conuentus celeberrimi Panormi habiti sunt, & in ijs Fridericus insulae princeps renuntiatu.*

a M. S. de reb. Sic. pag. 47.

Surit. l. 5. annal. c. 13.

Fazel. l. 9. post deud. c. 2.

f. M. S. Fred. com. v. bald. l. 1.

pag. 60.

g Surit. eod. c. 13.

h M. S. de reb. Sic. pag. 28.

Mulcere nictur Siculos Bonifacius.

i Lib. 2. ep. cur. 164.

ext. in arce S. Arg. & inter uolles. M. S. Platina in ijsu Sixti IV. edita 10. 1. pag. 229.

7 Inter nouas haec Siciliae conuersiones Bonifacius, ad mulcendos Siculorum animos literas omnibus amoris notis plenas misit, significauitque i Iacobum Aragonum Regem ex initi foederis legibus Siciliam sedi Apostolicae, ad cuius supremum dominium spectabat, restituisse, ac parriter ex Regis Caroli auctoritate illorum administrationem gerere decreuisse, malisque quibus erant immerisi eripere: poscerent ergo quem vel-

lent Cardinalem legatum, ipsum se ad eos summa instructum auctoritate ad temperandum optime publicum statum censurasq; dissoluendas missurum.

Bonifacius &c. vniuersis hominibus Panormi, alijsque per insulam Siciliae constitutis, spirituum consilij sanioris.

Inter caetera tractatus ab Aragonum Rege completa iuxta ipsius tractatus seriem insulam Siciliae, quae Romanae ecclesiae iuris & proprietatis existit, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis praefatus Rex per suas parentes literas nobis & ecclesiae praefatae restituit, & ad cautelam nostram & eiusdem ecclesiae circa hoc se nobis fortius & firmitus obligauit. Et cum fuerit in ipso tractatu, & sit cordi nostro cura praecipua de reparatione status vestri, & securitate plenaria more consulti patrisfamilias, & superioris domini, ad quem spectat praecipue de vobis, sicut de subiectis ecclesiae, prouidere ex nostra praerogativa potestatis, quam habemus sicut superior, obsolefacta corrigere, & liberare contractos ab angustijs, vt quiescant, nec minus ex posse nobis ab eodem Rege Siciliae tradito; dispositum firmiter librato iudicio tenere vos in manibus nostris, & eiusdem ecclesiae, & vestro statui animarum, & corporum securitati, & tranquillitati pacifice, efficaciter, & vtiliter prouidere.

Verum cum populus de facili corrumpat, vbi deficit gubernator, pro vestra gubernatione vtili & humano regimine Cardinalem vnum vobis gratum & placidum ad dictam insulam, annuente diuina prouidentia, disponimus destinare: propter quod quis de fratribus nostris per hoc sit vobis acceptus, nobis describite: curabimus enim de ipso vestris affectibus complacere. Et proculdubio redeuntibus vobis ad deuotionem sanctae matris Ecclesiae sic in vos, qui longe demeritis fuistis ab olim, vbera maternae dilectionis effundet, ac si prope gratę deuotionis impendijs fuissetis. Peccatorum enim laudanda conuersio in caelis etiam iustificatione iustorum gratius & iucundius acceptatur, &c. Dat. Romae apud S. Petrum 1v. non. ianuarij anno 1.]

8 Alias eodem die ad Fridericum scripsit a, quibus ipsum ad consilia pacis inflectere est conatus, ac primum significauit quid Catharina Constantinopolitana Imperatrix oratoribus, qui de matrimonio cum ipso contrahendo illam interpellarent, respondisset: parum decere connubio coniungi praenobiles adeo personas, si nullam ditionem certam, in qua consisterent, obtinerent: ea vero comparata, dum Graecia recuperaretur, se Pontificis voluntatibus accommodaturam; atque ideo, ne bene capta labefactentur, nouos legatos se ad rem perficiendam misisse: proinde expectaret tantisper, atque impetus suos refranaret.

Friderico nato quondam Petri olim Regis Aragonum spirituum consilij sanioris.

De sinu patris in te spargenda semina prodeunt, fructum germinatura multiplicem commodi, honoris, & gloriae, si deuotus illa susceperis, & ad susceptionem ipsorum velut agrum purgatum spinis & tribulis paraueris mentem tuam. Nostri quidem, vt credimus, & latendilocum non inuenit tantę veritatis essentia, quod post apostolatus apicem assumptum a nobis, licet immeritis, inter caeteros nostri cordis affectus, fuit ille profundus, & feruens, quod charissimum in Christo filium nostrum Iacobum Aragonum Regem illustrem germanum tuum, tunc in deuio positum, & te in vmbra mortis sedentes & tene-

bris, nostra prouiso reuocaret a lapsu, & paterna
charitas cum præsidio fauoris & gratiæ ad sanctæ
matris Ecclesiæ, vnde immensus error vos tra-
xerat, reduceret vnitatem. Et vt huiusmodi nos-
ter affectus votiuum consequeretur effectum, mo-
nitis exhortationibusque paternis te ad præsen-
tiam nostram perduximus, mutuoque tractaui-
mus, vt charissima in Christo filia nostra Catha-
rina Imperatrix Constantinopolitana cum certis
subsidijs faciendis per nos tibi matrimonialiter
iungeretur, ad Imperatricem ipsam venerabilem
fratrem nostrum G. Aniciensem episcopum, & di-
lectum filium religiosum virum I. abbatem S. Ger-
mani de pratis, speciales nuncios nostros, desti-
nare curantes, inducturos eandem ad cõplemen-
tum matrimonij memorati. Quæ per eos proxime
redeuntes ad nos super hoc responsum nobis
exhibuit, quod cû tu terram non habeas, & ipsa
matrimonij sui sit possessione prinata, incon-
gruum sibi videretur & indecens, quod tantæ no-
bilitatis homines carerent domicilio proprio, &
opportunis alijs qualitate habita personarum: sed
si fieret tibi in terra prouiso, vnde tu & ipsa sal-
tem vsque ad recuperationem terræ suæ conueni-
entem vitam posses habere, circa perfectionem
præfati tractatus libenter se nostris inductionibus
& beneplacitis coaptaret. Nos vero nostrum sa-
lubre propositum prosequentes, & quod cæptum
est iam forti & fundato principio, finem prosperum
& Deo placitum cupientes habere, cum ipsius
pacijs Auctoris, cuius vices portamus in terris, per-
fecta sint opera, ecclesiæ ac nobis omnis adijcimus
vt cum effectu perfecti operis te ad gregem domi-
nicum reuocemus; sicque orta ex bello Siculo
rancorem & scandalum in omnibus suis partibus
succidamus ex toto, quod ex eorum reliquijs
nullum super sit residuum, & læta pax & tranqui-
litas in locum adueniat odiorum; ecce quidem
ad dictam Imperatricem certos, & speciales nun-
cios nostros instanter transmittimus, vt cum præ-
fati sui voti concordia per omnes, quos possumus
tramites, eius affectum expeditum & liberum
perfectioni dicti matrimonij coaptemus.

9 Considera igitur, fili, considera paternæ
pietatis affectum, & prouenturum tibi ex ipsius
monitione profectum, & paternis profecto moni-
tis acquiesces. Non enim patris charitas continere
se potest, quin præcipitem filium, sicut famam,
immo infamia volitat, a manifesta ruina retrahat,
in qua, vt dicitur, post cessionem & abdicationem
occupationis & detentionis illicitæ prædicti ger-
mani tui, laudabiliter ad gremium redeuntis Ec-
clesiæ, assumendo falsum titulum occupationis,
iniustæ, rationis metas exiliens, proflire propo-
nis, & a Creatoris tui gratia, grauiter ipsum of-
fendendo, decidens præceps cadis. Cohibe igitur
motus tuos, expecta patris salubre consilium, &
obuenturum ex eo tibi præ foribus fructuosæ ac
honorificæ reparationis effectum: nec vlla te
maligna suggestio retrahat, vel auertat astutia,
quin nostris monitis aures intentas adhibeas, &
realiter filialis accõmodes promptitudinis intel-
lectum. Proculdubio quidem, si semina no-
stra sicut verus cultor exceperis, fructus tibi
vberes gratæ prosperitatis adducunt. Sed si
vt aduersus negligens saltem suscipere illa con-
tempseris, sicut errantem & perditum expositum
te videmus periculis, vt in te tamquam præteri-
tarum culparum excessum successorem vibrans
gladium vltionis diuina sententia spiritualibus &
temporalibus iaculis tarditatem pœnæ compenset

iudicij grauitate. Et ecce quod venerabilem fra-
trem nostrum G. episcopum Vrgellensem & dile-
ctum filium religiosum virum fratrem Bonifacium
de Calamandrana generalem præceptorem san-
cti Ioannis Ierosolymitani in partibus cismarinis
ad te propter ea prouidimus destinandos, quos
in præmissis deuotio tua humane recipiat, patienter
audiat, & relata per ipsos ad terminos votiuæ
executionis adducat. *Dat. Roma apud S. Petrum
14. non. Ianuarij anno 1.]*

10 Eadem sententia Bonifacius ad Constan-
tiam Reginam Aragonum literas a dedit, paucis
immutatis verbis, vt filium ad pacem flecteret:
sedem Apostolicam promissa impleturam: mitti
ad Imperatricem alteram legationem, remque in
opus ductum iri; cohiberetque Fridericum ne a
promissis resiliiret. Interea pontificij legati Mes-
sanam applicuere, qui vt repulsam passi fuerint
narrat M. S. ^b de rebus Siculis. De Bonifacio
enim e Calamandrana equite, qui episcopo Vr-
gellensi adiunctus erat comes, locutus addit: *Cæpit
illico forensibus verbum proponere, causamque ad-
uentus eius Messanenibus intimare, orans, vt illum
in ciuitate susciperent, audituri solemnia gaudia,
qua gerebat. Hic Bonifacius, candidas membranas,
quas vulgo pergamina vocant, rudes atque omni
scriptura carentes, pontificali solum bulla munitas,
vniuersis Siculis prætendebat, vt communicato con-
silio in eis scriberent absolutiones, remissiones, im-
munitates, exemptiones, fora, consuetudines, conuen-
tiones, libertates, aut alia quæcumque similia sub
alijs quibuscumque vocabulis elegerent. Et infra:
Messanenſes annuentibus Rogero de Lauria &
Vinciguerra de Palicio, & alijs magnis viris, qui
tum aderant, longe aliter legationis causam intelli-
gunt, & contra, Timeo Danaos & dona ferentes;
opponunt. Petrus de Ansalone, & infra, omnes
Siculos ne coronaretur Fredericus in regem Sicilia
conuenisse respondit, mutarunt postea sententiam,
atque educens ensẽm hæc pauca subiunxit: Siculi
non membranarum, sed gladio pacem querunt, tibi que
vt vniuersam Siciliam deseras, sub pœna mortis edi-
cunt. His carentanea refert Surita e. At inso-
lentie illius cruentas pœnas dedisse a Siculos, cum
magna strage cæsi sunt, videbitur inferius. Bonifa-
cius enim ob sprete apostolica imperia Iacobum
Aragonum Regem, vt ad se accederet, rogasse
scribit Surita e., quo ipsos illius opera ad obsequiũ
reuocaret: hisque pontificiæ literæ consentiant f,
quibus Iacobum sollicitat, vt aduentum maturet,
monetque Carolum eius socerum affaturum,
omnibus Christianis ac Terræ sanctæ huiusmodi
colloquium vtilissimum fore.*

*Charissimo in Christo filio Iacobo Regi
Aragonum illustri.*

Si miserationis diuinæ clementiæ, quæ te du-
dum a profundo quasi malorum, ne perpetuo
damnareris, eripuit; si sanctæ matris Ecclesiæ at-
que nostram benignitatem & mansuetudinem,
ac studia & labores adhibitos, vt ab inuio & præ-
cipitio, quibus eras expositus reuocareris ad gra-
tiam, & digne inter Christianissimos principes
connumerareris electus (grauissimis damnis, iniu-
rijs & offensis, quibus omnipotentem Dominum
& prædictam Ecclesiam ac nos, & per consequens
Terram sanctam, & fere totum Christianitatis or-
bem, tui patris, turque actus noxij prouocauer-
rāt, ab vltione diuina, & ab ipsius matris Ecclesiæ,
atque nostra memoria sub quadam conniuentia
reuocatis) reuenter aduertere ac deuote co-
gnoscere, * ingratitude vitio, quod est malo-
rum

De missis
nūijs cer-
tiorum il-
lum fecit.



Solicitar
Constan-
tiam Regi-
nam, vt il-
lum ad pa-
cem addu-
cat.

a Ex. in
lib. princl.
Rom. eccl.
10. 1. pag.
232. & in
M. S. V. all.
fig. br. B.
n. 12. pag.
559.

b M. S.
Fred. com.
V. bat. l. 2.
sub fin.

Nuncijs
Apostolicis
Messanen-
sibus opa-
tandas
quali scõ-
cordiæ le-
ges offe-
runt.
Repulsam
passi.
Petri An-
salonis fe-
rox respõ-
sum.

e Surit. an-
nal. l. 5. c.
16.

d Cap. 32.
e Lib. 5.
cap. 17.

Deiectus
spe Boni-
facius Iac-
obũ Re-
gẽ Arago-
niæ ad se vo-
cat.
f Lib. 2. op.
cur. 5.



Accepta a
sede Ap-
beneficia
proponit
ob oculo-

* abiecto
rum

rum prouocatio, beneficiorum exinanitio, & meritum exterminatio, non postponas; reuera, filie ac ipsam domum, & tuos, eiusque perpetuo posteros ipsis Deo, & Ecclesie, atque nobis obligatos ex hoc fore fateberis in immensum, & nullius vnquam te retrahere debet contrarietas, vel subiectionis obiectus, quin ipsorum Dei, & Ecclesie, atque nostra plenis affectibus, & efficacibus studijs, non excitatus etiam beneplacita prosequaris, indefinitis curiositate perquirens, qualiter gratior tuis meritis habearis.

12 Cum igitur postquam diuinis, ecclesie, ac nostris te gratanter affectibus conformasti, & meruisti ad optata introduci reconciliationis amplexus, desiderauerimus, & cupiamus admodum presentibus tecum affatibus recreari, ut ampliori reficiaris ex hoc gratia Saluatoris, & gratificeris fortius Ecclesie matri tue, ipsiusque dulcedinem pleniori participio fortioris; tuque vna cum charissimo in Christo filio nostro Carolo Rege Siciliae illustri socero tuo, sicut ex ipsius Regis assertione percepimus, disposueris firmiter in instanti vere nostram personaliter adire presentiam; nos, in huiusmodi tua grata & prouida dispositione letati, regiam quoque super hoc prouidentiam ex eo precipue, quod tua cum nostris percipimus in hac parte vota concurrere, commendantes; licet super hoc per alias nostras iam tibi transmissas duxerimus te literas excitandum, ut tamen, quantum in votis hoc gerimus, percipias manifestius, & cognoscas; celsitudinem regiam rogamus attentius, & instantius exhortamur, quatenus huiusmodi tuum ad nos aduentum, quem desiderabiliter expectamus, sublato cuiuslibet difficultatis obstaculo, cum omni, qua poteris, acceleratione festines.

Et ecce quod ex abundanti dilectum filium, religiosum virum fratrem Leonardum ministrum fratrum ordinis Minorum Romanae prouincie ad te propterea specialiter destinamus, ut animum nostrum tibi super hoc viua uocis oraculo plenius exprimat, teque ad ueniendum ex parte nostra instantius excitet, ac prudenter inducat, & sub regia comitiua demum ad nostram vna tecum presentiam reuertatur. Speramus enim in Domino, quod aduentus tuus ipsi Deo placidus, Ecclesie ac nobis gratus, & nedum tibi ac tue domui, sed etiam prefrata Terrae sanctae, ac vniuersaliter cunctis renatis fonte baptismatis honorabilis erit & admodum fructuosus. Ut autem tutior tuus efficiatur euentus, nos tibi & tuis omnibus in ueniendo, morando, & redeundo in personis, & bonis securitatem plenam, & omnimodam fidantiam, tenore presentium elargimur. *Dat. Roma apud S. Petrum non. february anno 11.]*

13 Contulisse hoc anno se in Italiam Aragonum Regem scribit Ioannes Villanus a, nos vero ea de re sequenti anno, quo uenisse certum est ob eaque ipsum inter & Bonifacium transacta sunt, agemus. Hic vero ingentia Pontificis studia, consumptasque curas, ut Siciliam recuperaret, non praeteribimus. In primis cum accepisset Siculos plures exploratores ad Neapolitani regni statum indagandum, tentandasque populorum voluntates submisisse, ut eorum fraudes dolosque abscinderet, Landulpho Cardinali legato prouinciam tradidit b, ut in eos inquireret animaduertereque. Ad edomanda porro Siculorum perfidia, qui nullis promissis, nullave amoris ostentatione flecti potuerant, cum res ad arma vergeret, amplissimam ijs criminum veniam proposuit c, qui

ad retundendos hostiles impetus infestandamve Siciliam in arma profilirent.

14 Hac decernebat Pontifex ad occupanda Siculorum consilia, qui paucis post diebus Fridericum regis insignibus donarunt. Refert Surita a illum die Paschae peruigilio magna pompa e palatio ad ecclesiam principem deductum fuisse, ut eam noctem in fundendis ad Deum precibus duceret; ac die sequenti Regem inunctum fuisse. Ita uaser princeps religionem ad simplicem circumueniendum populum affectabat. Quibus etiam Sicularum rerum anonymus auctor b consentit his uerbis: *Anno Domini MCCXCV. nimirum incarnationis exeunte, idem Fridericus die xxv. mensis martij in felici orbe Panormi regni Sicilia diadema suscepit: & anno suae coronationis primo in Calabriam potenti manu transiens, a terra seu ciuitate Rhegij usque ad portum Roseti suae subiecit ditioni.* Cum uero Bonifacius praesumpti sceleris famam audisset, dominica Ascensionis die solemniter rite gesta Siculorum rescidit, regio nomine Fridericum abstinere iussit, eique & alijs, qui ad corripiendam tyrannidem consilio, vel opera iuuisissent, excurrentem a festo Apostolorum octauum diem ad dicendam apud Apostolicam sedem causam, peremptorium indixit, ac ni parerent, ecclesiasticae seueritatis, tum aliarum poenarum terrorem, incussit. c

Ad certitudinem presentium & memoriam futurorum.

Dudum per felicis recordationis Martinum primo, & subsequenter Honorationis, & Nicolaum Romanos Pontifices praedecessores nostros contra quondam Petrum, olim Regem Aragonum, & natos ipsius, ac Siculos ecclesiae Romanae rebelles & hostes, ad cuius dominium Siciliae insula noscitur pertinere; aliosque fautores, adiutores, complices, & sequaces eorum, propter graues, & enormes excessus, manifestas iniurias, contumacias, & contemptus, per eos contra Deum & eandem ecclesiam longo iam tempore damnabili temeritate praesumptos, prout in multorum notitiam, non ambigimus peruenisse, diuersi, & varij, qui in archiuio sedis Apostolicae conseruantur, habiti sunt processus, monitiones, exhortationes, inhibitiones, citationes, ac spirituales & temporales poenas atque sententias varias continentes. Postmodum uero nos, ex diuinae dispositionis arbitrio ad summi apostolatus officium euocati, inter alia nostrae sollicitudinis studia diuersos & varios tractatus assumpsimus, & cogitauimus uias & modos, quibus ad gremium ipsius matris ecclesiae, nobilem iuuenem Fredericum filium dicti Petri, & Siculos reduceremus eosdem, a cuius insulae detentione alijsque insolentibus charissimus in Christo filius noster Iacobus nunc Rex Aragonum prudenti deuotione cessauit, ac illam, quantum in eo extitit, expeditam & liberam ecclesiae memoratae dimisit; & uoluit, quod ad ipsius manum & mandata ecclesiae insula & Siculi praedicti redirent.

Deinde nos experiri uolentes utrum timor Domini & reuerentia praedictae matris ecclesiae tangeret Fredericum & Siculos praebatos, ut saniori ducti consilio ad ipsius ecclesiae mandata reuerterentur humiliter; nostros & eiusdem sedis solemnes nuncios ad eos propterea in signum munifici muneris de ipsius sedis exuberanti clementia duximus destinandos, quos iidem Fredericus & Siculi inflati superbia spiritu, admittente recusarunt; immo potius ipsos uerbis contu-

Horatur ut accedat ad sedem Ap.

Miseria nuntium, qui ipsum in uicet ad deducat.

a Io. Vill. l. 8. c. 18. Siculi exploratores in regnum Neap. ad subornandos populos mittunt. Inquiri in eos iubet Bonif. b Lib. 2. ep. cur. 16. Armis Siculos frangere ad obsequium aggregauit Bonif. c Ibid. ep. cur. 20.

melios affectos inhoneste tractantes, ac prolatis comminationibus grauibus in eosdem eijcere, & repellere præsumperunt, in non modicum dictæ sedis opprobrium & contemptum: & quod est grauius & horrendum auditu, Fredericus ipse, præuis paternis inhærendo vestigijs, se præcipuum Siculorum ipsorum fautorem, ducem, & aurigam constituit: & nimis propere, quasi tumidus adolescens, ultra se ipsum erectus, ad præcipitium promptus ac dispositus ad ruinam, prout famæ veridicus affatus insinuat, & euidencia facti clamat; propria & Siculorum eorundem ductus infamia, ipsorumque consilio, auxilio, & fauore non sine diuinæ maiestatis offensa, dictæ sedis iniuria, ac charissimis in Christo filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris præiudicio & contemptu; in Siciliæ Regem eligi, inungi, coronari, vel verius execrari se fecit, solumque regale conscendere, verecundia a se penitus relegata, præsumpsit, & eiusdem regni Regem se nominat, & cum nonnullis de Lombardiæ, Tusciæ, & regni, ac alijs Italiae partibus profugis, quos a proprijs laribus eorum malitia effugauit, se implicat commercijs fraudulentis; non attendens quam sit grauius puniendus, non solum qui regium sibi nomen usurpat, sed etiam qui assumit indebite nomen simplicis magistratus.

Nos igitur eiusdem Frederici præsumptionem tam temerariam, & superbam; ac eius iniquitates, dolos, fraudesque multiplices abominabiliter detestantes; nominationem, electionem, assumptionem, inunctionem, & coronationem de ipso Frederico in Siciliæ Regem de facto præsumptas; & quicquid circa præfatum Fredericum extitit per nominationem, electionem, assumptionem, inunctionem, & coronationem, immo verius execrationem huiusmodi, quas recipere de facto non metuit, & quas vtique constat nullas esse præsumptum; præsentem hac fidelium multitudinem copiosa cassamus, irritamus, & iuribus vacuumus omnino, immo cassas, irritas, & vacuas nuntiamus; districtè præcipientes eidem, vt se nec Regem Siciliæ nominet, nec nomen regium quomodolibet assumere, vel usurpare præsumat, ac de Siciliæ regni regimine, siue alicuius eius partis, se nullatenus intromittat, nec vtatur literis sub huiusmodi expressione nominis aut sigillo cum typario regie maiestatis.

Memoratis insuper Frederico & Siculis, & alijs quibuscumque cuiusvis eminentiæ, dignitatis, conditionis, aut status ecclesiastici vel mundani qui Frederico prædicto in præmissis vel aliquo præmissorum assistere, dare consilium, fauorem, vel auxilium præsumperunt, expresse præcipimus, vt vsque ad octauas festi beatorum Apostolorum Petri & Pauli proximo venturas, quas eis ad hoc pro preëmptorio termino assignamus, ad nostra & dictæ sedis mandata redire procurent. Alioquin ipsos excommunicationis sententia innodamus, ac nihilominus contra ipsos spiritualiter & temporaliter, prout expedire viderimus, procedemus.

15 Ad hæc vniuersis Christi fidelibus cuiuscumque eminentiæ, dignitatis fuerint, siue status, quos Petri clauis & Romanæ sedis potestas astringunt, districtè iniungimus sub excommunicationis pœna, quam si secus fecerint eos incurrere volumus ipso facto, non obstantibus quibuslibet priuilegijs siue indulgentijs sub quacumque verborum forma concessis, seu interpretatione, vel voluntate alicuius seu aliquorum prædecessorum

nostrorum Romanorum Pontificum, quod ipsi huiusmodi generalibus sententijs nullatenus includantur, vt Frederico & Siculis memoratis in præmissis contra Romanam ecclesiam & Regem Carolum supra scriptum in detentione Siciliæ, seu quorumcumque locorum Calabriae vel regni prædicti, seu occupatione quarumcumque prouinciarum, civitatum, terrarum, castrorum, seu locorum, ad dictam Apostolicam sedem & præfatum Carolum Regem Siciliæ spectantium, constitutorum vbilibet, nullum præstent auxilium, consilium, vel fauorem; neque nuntium seu literas mediate vel immediate mittant ad eos, vel recipiant ab eisdem. Quod si secus egerint, ipsos simili sententia innodamus, a qua per neminem absolui valeant, absque mandato sedis Apostolicæ speciali per eiusdem sedis literas, plenam & expressam facientes de præsentibus mentionem.

Cæterum omnia priuilegia, indulgentias, gratias, absolutiones, concessionem, dispensationes, remissiones, restitutiones, donationes, largitiones, & liberalitates dictis Frederico & Siculis, & alijs quibuscumque, cuiuscumque fuerint præemiuentiæ, conditionis, aut status, ecclesiastici vel mundani, qui in insula prædicta aut locis eidem Frederico parentibus vel subiectis permanferint, & qui dicto Frederico in nominatione, electione, inunctione, coronatione, seu execratione præmissis dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, a nobis vel auctoritate nostra sub quacumque verborum expressione concessa; propter eorum ingratitude auctoritate apostolica reuocamus, & nullius fore decernimus firmitatis: prædicentes aperte ipsius Frederico & Siculis, ac alijs qui eidem Frederico, vt prædicatur, auxilium, consilium, vel fauorem impendere præsumperunt, quod prætextu dilationis, & termini præfixionis huiusmodi, quæ potius ex gratia seu misericordia, quam ex iuris necessitate procedunt, nequaquam differre vel etiam abstinere proponimus, quin etiam ipsa dilatione ac termini assignatione pendentibus tam ex præteritis eorum contumacijs, excessibus, & offensis, quam ex futuris, si quos eos committere fortasse contigerit, procedamus spiritualiter & temporaliter, prout & quando viderimus expediens contra ipsos, &c. *Dat. Romæ in basilica B. Petri in festo ascensionis Domini, pontificatus nostri anno II.*

16 Spreuere pontificias minas Siculi; quare Bonifacius acta publica in eos conscripta, pœnasque intentatas encæniorum basilicæ Principis Apostolorum die renouauit. Cum ergo omnia in bellum atrox vergerent, nec vnquam Siculi ad obsequium essent redituri, nisi vi & armis frangerentur, Carolus spe sua delusus ad bellum se comparauit. Cæterum deerant opes, cum ex fœdere cum Iacobo into maximam in eum auri vim profudisset: cui Bonifacius non defuit, non enim modo soluendi census diem extraxit, verum quinque millia vnciarum auri submisit. Præterea remissit in Siculi Regis gratiam ex edita constitutionis rigore, qua cauerat, ne principes a prælatis inconsulta sede Apostolica pecuniarum subsidia cogerent; cum enim id bellum in ecclesiæ hostes gereretur, visum est ecclesiasticas opes in eo iuste consumendas: atque ideo episcopo Massiliensi iniunxit, vt decimas Regi Carolo pro instruenda classe persolueret.

16 Dum tot bellici apparatus ad recuperandam Siciliæ insulam compararentur a Carolo, superstes maior natus ipsius filius Ludonicus in signe sper-

Priuilegia & beneficia Siculis concessa reuocat.

Obiectæ alie diuinae & humanae pœnae.

Spreta a Siculis Bonifacij monita.

Lib. 2. ep. cur. 100. Latæ in eos censuræ.

Carolus in Siculos ad bellum se comparat.

Ep. 218. Ep. cur. 18.

Ep. 576. Permittit Pontif. ipsum ab ecclesiasticis subsidia elicere.

Attribuit ei decimas.

Ep. cur. 82.

S. Ludouicus Caroli filius regni iure se abdicat.

spendendarum humanarum rerum exemplum
orbi Christiano dedit: paternorum enim successione regnorum ac principatum viribus se abdicavit, ut S. Francisci paupertatem profiteretur. De quo hac S. Antoninus a: *Rediens de Cathalonia votum, quod de intrando ordinem Minorum, cum erat obfcs, fecerat, in conuentu fratrum de monte Pessulano dicti ordinis adimplere voluit: sed cernens quod timore patris fratres eum recipere nolent, votum ipsum solemniter iteravit. Cum autem vacante ecclesia Tolosana Papa Bonifacius VIII: ei suaderet, vt prouisioni de se facte de dicta ecclesia assensum preberet, respondit se hoc nunquam facturum, nisi prius votum de suscipiendo habitu Minorum adimpletset; quod & fecit: nam habitum ordinis humiliter suscepit, & professionem expressam tunc in manibus ministri generalis fecit. Quo facto predicta prouisioni suum prebendo assensum, mandatis apostolicis obediuit, & iuri primogeniturae, ratione cuius in regno Sicilia habebat succedere, renuntiavit. Rem gestam hoc anno e pontificijs literis b colligitur, quibus episcopus Tolosanus creatus est: cui cum etas ad suscipienda sacra episcopalia deesset, ob insignes virtutes, quae in ipso emicabant, Bonifacius Papa ad illius gratiam legem canonicam soluit.*

a Anton. 3. p. 21. 24. c. 4. in prin. eip.

S. Francisci instituta amplectitur.

b Lib. 2. ep. 639. Creatur episcopus Tolosanus

Illius eloquium

Dilecto filio Ludouico episcopo Tolosano nato charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Sicilia illustris.

Pridem ecclesia Tolosana per obitum bonae memoriae H. Tolosani episcopi, qui apud sedem Apostolicam diem clausit extremum, pastoris solatio destituta, nos dispositionem ipsius ecclesiae nobis & sedi Apostolicae reseruantes, decreuimus ex tunc irritum & inane, si quid secus super ijs scienter vel ignoranter contingeret attentari. Ac de ipsius ordinatione solcite cogitantes, & cupientes illum eidem ecclesiae per nostrae operationis studium Pontificem praesidere, per quem posset ecclesia ipsa in vtrisque salubriter gubernari; post vigilem curam, quam super hoc adhibuimus diligenter, ad personam tuam sublimibus natalibus productam, ex claris vtriusque parentis tui progeniebus regalibus praesulgentem, eninenti literarum scientia praeditam, vitae munditia redolentem, grauitate morum & consilij maturitate conspicuam, aliarumque donis virtutum ab Altissimo multipliciter decoratam, conuertimus acie nostrae mentis: & tecum super aetatis defectu, quem pateris; maxime cum defectum ipsum supplere praedictis virtutum donis; & alijs eximijs & laudabilibus meritis, quae tibi suffragari nouimus, dignoscaris; auctoritate apostolica dispensauimus, vt eodem defectu nequaquam obstante, ad episcopalem dignitatem ipsius ecclesiae Tolosanae licite possis assumi, teque fratrum Minorum ordinis professorem, ad sacerdotium iam promotum, de fratrum nostrorum consilio, & apostolicae plenitudine potestatis praeficimus ipsi ecclesiae Tolosanae in episcopum & pastorem, tibi que subsequenter consecrationis munus proprijs manibus diximus impendendum; spe firma fiduciaque tenentes indubitata, quod praedicta ecclesia Tolosana per tuam solertem industriam, & prudentiam circumspectam praeseruetur a noxijs & aduersis, & alias spiritualiter & temporaliter, Deo auctore, augmenta suscipiet commoditatis & honoris; & tam clerus, quam populus tuo commissus regimini, tua salubri doctrina, & pia actionis exemplo ad salutem adificabitur animarum.

Tu ergo, tuum iactans in Domino cogitatum, ac iuxta ipsem nostram, & gratiam tibi datam a

Domino, commissum tibi super gregem dominicum cum virga vigilantis officium officiose ac diligenter exercens; extirpandis vitijs & plantandis virtutibus sollicitudine inuigiles efficaci, vt tanquam stella fixa in ecclesiae firmamento, tibi per vitae meritum & alijs proficiens per exemplum, dum plures erudieris ad salutem, in aeternitatis gloria gratulari, ac relucere inter alios clarius merearis; & nos, qui tibi in omni opportunitate fauorabiliter adesse proponimus, in tuis delectari laudibus merito valeamus. *Dat. Lateran. 14. kal. ianuarij pontificatus nostri anno 11.*

Auctus episcopali dignitate, obstrictusque caelestibus rebus arctiori vinculo, maiora virtutum exempla explicuit, quae a sancto archiepiscopo a audiamus: *Factus ergo episcopus Tolosanus, mira compassione motus ad pauperes, publicas & priuatas elemosynas faciebat, & inuestigato de suorum quantitate reddituum, quantumque sibi sufficeret pro moderatis expensis & rationabilibus faciendis, residuum pauperibus erogabat. Cum autem iret per Parisios pauperi, quem quasi nudum inuenit, abscondite cappam contulit, quam portabat, sibi que secreta aliam apportari mandauit. Ipse vigintiquinque pauperibus, quos in domo sua resciebat, quotidie aquam fundebat in manibus, manuque sua ipsis ferula apponebat, panes genus flexus eis scindebat, in ipsis Christo seruire, & ipsum recipere se delectans quam plurimum hospitalia pauperum aliquando visitabat, humili habitu post religionis ingressum semper vsus. Pontificatus officium exercebat cum diligentia, missas dicendo assidue, deuotissime ordines celebrando. Clericis de beneficijs prouidebat, examinatis prius de vita & moribus diligenter. Iudaeos, & gentiles seruenti zelo fidei ad baptismum inducebat. Miras in eo habebat sanctitas illecebras, vt omnes Christo lucrifaceret, vt addit memoratus S. Antoninus b: *Tanta gratia interior repleus erat, & quasi exterius redundans in corpore, vt aspicientes in eum & fideles & infideles quadam secreta virtute corda emolliendo mutaret: & cum primo factus episcopus Tolosanus ciuitatem intrauit, occurrentibus omnibus ad recipiendum pastorem tam nobilem & perfectum; videntes multi adolescentem regio semine clarum, spiritu deuotum, vultu angelicum, scientia praeditum, gratia Spiritus sancti plenum esse non dubitantes; quadam vi secreta spirituali alterabantur in melius, & ad peccatorum poenitentiam, & ad Dei seruitium atraherentur. Non diu caelesti viro potiri mundo licuit, de cuius felici obitu dicitur inferius. Nunc ad consanguineos, affinesque illius Reges mutuis bellis implicitos sermonem traducimus.**

17 Ruebant in arma Philippus Francorum & Eduardus Anglorum Reges, & pertinacissimis animis mutuo se bello atterebant, quod Guidonis Flandriae, ac Barensis comitum a Gallo, Scotorumque defectione ab Anglo magis inflammatum est. Et quidem quod ad Scotum spectat; is ad astringendum arctius cum Gallis foedus, Ioannam Caroli Valestorum comitis filiam Eduardo filio desponderat: cumque Anglorum Rex in eum vltionem pararet, is subiecis literis c denunciauit ei bellum, nec vnquam ipsi regnum Scotiae acceptum relaturum.

Magnifico principi domino Eduardo, Dei gratia, Regi Anglia Ioannes, eadem gratia, Scotiae Rex
Cum vos, & infra, nos iam cum innumerabili multitudine armatorum, vestro exercitu publice conuocato, ad exheredandum nos, & regni nostri incolas ad fines regni nostri hostiliter accessistis, & vltra

a dno ubi in lat. eiu. p. pag. hum. cat.

b Ead. in fort. reit. citat.

c Ead. apud V. in Y. N. 1700.